Digitized by Google

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

UXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TBIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 109 VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. QUÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXXVII.

THEODORUS BALSAMON.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

C 1863

Digitized by Google

C550.4

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIII. ANNUS 1205.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΒΑΛΣΑΜΩΝ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΘΕΟΥΠΟΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

THEODORI BALSAMONIS

PATRIARCHÆ THEOPOLIS MAGNÆ ANTIOCHIÆ

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA,

CANONICA, JURIDICA, DOGMATICA.

ACCEDUNT

JOANNIS ZONARÆ ET ARISTENI

COMMENTARIA IN CANONES SS. APOSTOLORUM, CONCILIORUM ET IN EPISTOLAS CANONICAS SS. PATRUM.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT 2 VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*. PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIII, ANNUS 1205.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXXVII CONTINENTUR.

THEODORUS BALSAMON.

Notitia ex Bibliotheca Græca Fabricii. col. 9
Guillelmi Beveregii Præfatio. 19
Theodori Balsamonis Zonaræ, Aristeni Commentaria in Canones SS. Apostolorum, conciliorum, et in Epistolas canonicas SS. Patrum.* 35
Canones SS. Apostolorum. *Ibid.*
— œcumenicæ Nicænæ synodi I. 217
— synodi Constantinopolitanæ II. 309
— synodi Ephesinæ III. 347
— synodi Chalcedonensis, quartæ œcumenicæ. 381
— synodi Quinisextæ. 497
— synodi in Trullo. 501
— synodi VII œcumenicæ. 875
— synodi Constantinopolitanæ primæ et secundæ. 1003
— synodi Carthaginensis. 1095
— synodi Ancyranæ. 1121
— synodi Neocæsariensis. 1195
— synodi Gangrensis. 1233
— synodi Antiochenæ. 1274
— synodi Laodicenæ. 1342
— synodi Sardicensis. 1422

* Textum contulimus cum editione Atheniensi anni 1855.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google

NOTITIA

EX BIBLIOTHECA GRÆCA JOAN. ALB. FABRICII

(Ed. Harles, tom. X, pag. 573.)

—

Theodorus Balsamon, a Georgio (*a*) et Michaele (*b*) Balsamone distinguendus in Ecclesia patria CPolitana varias dignitates (*c*) obiit, patriarchatus quoque Antiocheni titulo atque insignibus decoratus, licet Antiochia in Latinorum fuisset potestate jam ab an. 1100 (*d*), et verus patriarcha Antiochenus tunc esset Amatricus. V. Nic. Comneni *Prænot. mystagog.* p. 181. Etiam spes illi ab imp. Isaacio Angelo Comneno (*e*) facta est, quod an. C. 1191, Nicetæ Muntani in patriarchatu CPolitano esset successurus, modo ipse, utpote legum et canonum peritissimus (*f*), demonstraret translationem episcoporum de sede una in aliam iisdem neutiquam repugnare. Quod cum demonstrasset, translationisque jus imperatoriis etiam litteris confirmatum esset: non tamen Antiochenus Balsamon, sed Dositheus Hierosolymitanus translatus, ad Constantinopolitanam sedem, et ad patriarchatum hunc evectus fuit (*g*). Maxima tamen haud dubie Theodori Balsamonis est gloria, quod consiliis et scriptis promeruit, ut unus omnium sua ætate juris omnis, ecclesiastici maxime, consultissimus haberetur, ἀνὴρ ὑπὲρ τοὺς τότε πάντας νομοτριβὴς (*h*), sive, ut Joannis Citri episcopi (*i*) verbis dicam, τριβων ἐς ἀκριβὲς τῶν νομικῶν καὶ κανονικῶν νομοθετημάτων, καὶ παρὰ πᾶσιν ἐν τούτοις περιαδόμενος, *accurate percallens leges civiles et canonicas constitutiones, et hoc nomine omnium ore decantatissimus.* Philotheo patriarchæ CPol., in Refutatione scriptorum ab Harmenopulo anathematismorum (*j*) Σοφὸς νομοφύλαξ ὁ ἐν νόμοις τε καὶ κανόσι πολυμαθέστατος καὶ σοφώτατος. *Eruditus nomophylax et in legibus ac canonibus summe instructissimus et sapientissimus.* Vixisse adhuc, et ad Marci patriarchæ Alexandrini quæstiones (*k*) respondisse traditur an. C. 1203, paulo ante scilicet, quam CPolis a Latinis caperetur; sed Allatius (*l*) quidem numerum illum non dubitat corruptum esse, ut sane est necesse, cum Georgius, cujus patriarchæ tempore Marcus Alex. Balsamonem consuluisse eodem loco traditur, jam diem obierit an. 1198 (*m*). Idem Allatius non uno in loco (*n*) in Balsamonem, ut Latinæ Ecclesiæ infamatorem et schismatis Græcorum defensorem fervidum, acriter, ut solet, Baronii exemplo invehitur. Atque Nicol. Comnenus in *Prænot. mystagog.*, p. 190 seq., gravissima illi tribuit mendacia; et pag. 349, mendacissimum canonum corruptorem appellat.

(*a*) Georgii Balsamonis, Græci, qui in cardinalis Salviati familia vixit, carmina et soluta oratione quædam exstare, scripsit Lilius Gyraldus, de poetis sui temporis, dialogo II. Salviatus ille obiit Ravennæ, an. 1553. Ex scriptis hujus Balsamonis nec ego quidquam vidi, nec a Gyraldo, aut Diatriba de Georgiis, p. 383; ab Allatio quidquam commemoratur.

(*b*) Michael Balsamo Magnæ Eccles. CPol. chartophylax (scevophylax) et archidiaconus, synodo Florentinæ an. C. 1438 subscripsit, sed invitus, ut ipse postea professus est in *Anaphora cleri CPolitani*, quam reversus CPolim composuit, et ex qua loca affert Allatius, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, III, 2 et 3. (Anaphoræ III, c. 5. citat Nicol. Comnen. p. 143. *Prænott. mystagogicar*, et p. 181, ait, duas se hujus Balsamonis epp. habere, cujus argumenta exponit, et duas anaphoras.) Inter alia ap. Allat. pag. 922, legas; Balsamonem hunc conquerentem minas contra Græcos præsentes jactatas pontificis, ἀπαλὴν μονονουχὶ διαῤῥήδην βοῶσαν, *aut una cum papa sentirent, sicque largissimis donis, gratiis ac dignitatibus cumulati in patriam redirent: aut fame et siti confecti exsiccatique postmodum occultæ necti addicerentur:* Πεινῇ καὶ δίψῃ πρότερον ταρτχευθέντας ὕστερον ἀφανεῖ θανάτῳ παραπεμφθῆναι ἡμᾶς. Alius quoque fuit Balsamon Thessalonicensis, clarus circa an. 1350, cujus epistolam ad Nicephorum Gregoram edidit Græce et Latine Joan. Bolvinus ante tom. I. *Hist. Byz.* Gregoræ Paris. 1702, fol. Omitto Petr. Balsam. martyrem, de quo Bolland. 3 Januar. tom. q. p. 128 sq.

(*c*) Diaconi Magnæ Ecclesiæ CPol. nomophylacis, chartophylacis sive sigilli patriarchalis et archivi custodis, et præpositi ædis S. Mariæ ad Blachernas. Vide Guil. Beveregium, Prolegom. ad tom. I Synodici.

(*d*) Baron. ad an. 1100. num. 9.

(*e*) Nicetas Choniates in Isaacio Angelo, lib. II, c. 4, pag. 440.

(*f*) Ὡς νόμους καὶ κανόνας ἀκριβωσάμενος. id.

(*g*) Καὶ ὁ μὲν Ἀντιοχείας πάλιν Ἀντιοχείας ἰώμενος, καὶ ὁ Δοσίθεος ἀπὸ τοῦ τῶν Ἱεροσολύμων θώκου ἐπὶ τὴν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀγόμενος. idem.

(*h*) Nicetas l. c.

(*i*) Responsis ad interrogationes Constantini Cabasilæ Dyrrachii archiep. quas, Balsamone jam defuncto, scripsit, libro V *Juris Græco-Rom.* pag. 333. Quanquam, non in omnibus tuto sequendas Balsamonis sententias, libere ibidem Joannes profitetur.

(*j*) Id. lib. IV, p. 238.

(*k*) Lib. V, Juris Græco-Rom. p. 362.

(*l*) Lib. II, *De consensu utriusque Eccles.* c. 13, § 4. Idem monuit Beveregius, in Prolegom. ad tom. I magni synodici, p. XI.

(*m*) Vide volum. VI, hujus bibl. pag. 756. [in ed. vet. sed in nova edit. illum Conspectum chronol. hist. CPolitanæ omisi. V. notam ad vol. VIII, pag. 101 sq. HARL.] Male ad an. 1430 refertur a Gabriele Severo, ap. Nic. Comnenum, pag. 178. Nam is alius est, Junior Michael Balsamon, de quo paulo ante dixi. (FABR.) Vid. infra, vol. XI, p. 47, ed. vet. (HARL.)

(*n*) *De consensu utriusque Eccles.* p. 705; *De interstitiis ordinum apud Græcos*, p. 128 seq.

Digitized by Google

Septuaginta circiter annis post Joan. Zonaram canonibus ecclesiasticis illustrandis animum appulit Balsamon, qui passim libenter ejus verbis et sententiis (*o*) utitur, et semel laudat etiam de nomine, in scholiis ad Epistolam canonicam S. Athanasii, tom. II Synodici Beveregiani, pag. 37 : Ὑπερφυέστατος ἐκεῖνος Ζωναρᾶς σοφῶς καὶ ὑπερδεξίως καὶ ὡς οὐκ ἄν τις κρειττόνως ἡρμήνευσε. Unde falluntur, qui cum Natali Alexandro (*p*), Balsamonem ante Zonaræ tempora floruisse, verisimilius putant ; atque si ætatis rationem quæ ipsi probe erat cognita, habere voluisset Beveregius, Zonaræ scholia Balsamonianis, ut fit in ms. Basil. non hæc illis in præclaro illo suo synodico præmisisset. Sed auctoritati et eruditioni Balsamonis primum locum concedere maluit. Itaque idem Balsamoni et Zonaræ scholiis subjecit scholia Alexii Aristeni, magni œconomi, licet et ille (post Zonaram quidem, sed) ante Balsamonem circ. an. Ch. 1150, scripserit, et ab eo laudetur ad can. 6 apostolicum et ad Trullanum XXXVII. Zonara etiam antiquiorem facit Allatius, *De consensu*, etc., pag. 419. Ab eodem, p. 191, ante Aristenum. Zonaram et Balsamonem epitomator canonum satis antiquus Græcus citatur. Idem, p. 354, ait ex Alexio sua hausisse Balsamonem. (FABR.) De nostro Theodoro, viro juris ecclesiastici consultissimo, confer. Gerh. von Mastricht, *Hist. juris eccles.* n. 339 sqq. p. 377, G. Cave, *Hist. litter. SS. Eccles.* tom. II, pag. 246. — Ell. du Pin, *Nouv. bibl.* tom. IX, p. 204, f. vol. X, p. 191; C. Oudin. *Comm. de SS. Eccles.* tom. II, p. 1606, sqq. (qui, nulla vero reddita ratione, nulloque adducto teste, Theodorum pronuntiat mortuum esse provectæ ætatis, a. Ch. 1214, cum titulum patriarchalis Ecclesiæ Antiochenæ per annos 28 tenuisset); Joan. Fabricii *Hist. bibl Fabric.* in parte II, pag. 337 seq., ubi a pag. 335 Synodicon, sive Pandectas canonum ss. apostolorum ab Ecclesia receptorum, etc., per Guil. Beveregium Oxon. 1672, fol. tom. II recenset; et pag. 337, de Theodoro Balsamone agit; ac pag. 338, alios de nostro laudat; Hamberger. in *Zuverlass. Nachr.* part. IV. pag. 290-294, qui alios, annum mortis Theodori vel 1180, vel 1203, vel 1214, designantes refutat : nec tamen certi aliquid definire conatur, sed tantummodo, ipsum adhuc post an. 1192 in vivis fuisse, declarat; Christn. Godofr. Hoffmann, in Historia juris Romano-Justinianei, part. I, lib. III, cap. 6, § 6 et 7, pag. 715 716. sqq.; — Joan. Aug. Bach., in *Historia jurisprudentiæ Romanæ*, lib. IV, cap. 2, § 14, pag. 654 seq. edit. 5 Aug. Cornel. Stockmann. Lips. 1796, 8; — Saxium, in *Onomast. litterar.* part. II, pag. 266 seq., qui nostrum circa an. 1179 maxime floruisse, scribit, et præter alios, quos citat, Pagii *Critic. Baron.* an. 1179, XXI, laudat. (HARL.)

Theodori Balsamonis scripta.

I, *Scholia in Canones* conciliorum Patrumque, et hisce præmissum Photii patriarchæ *Nomocanonem*, sive legum imperatoriarum et ecclesiasticorum canonum concordiam. Hoc præcipuum opus, jussu imperatoris Manuelis Comneni, qui an. 1180 obiit et patriarchæ CPol. Michaelis Anchiali, an. 1177 defuncti susceptum a Balsamone adhuc diacono, quod patriarcha jam Antiochenus ad umbilicum perduxit et Georgio Xiphilino (ab an. 1192) patriarchæ CPol. dedicavit. Totum primus Latine ex Joan. Tillii codice versum edidit Gentianus Hervetus, Paris. 1561, fol. Græce et Latine cum Herveti versione Fronto Ducæus, ibid., 1620, fol. Integriore codice in *Nomocanone* usus est Henricus Agylæus, cum cujus versione (eam an. 1562, fol. Basileæ excuderat Oporinus) emendata hinc inde ac suppleta *Nomocanonem* Photii, Balsamonis schollis illustratum, Græce ex cod. bibl. Palatinæ vulgavit Henricus Justellus Paris. 1615, 4; atque secundis curis collata editione anni 1620, et Mazariniano codice, nec non Photii præfatione ex ms. bibl. Bodlei. præmissa, Paris. 1661 fol. in bibliothecæ Canonicæ tomo secundo p. 785. Scholia vero in canones conciliorum ac Patrum longe integriora ex codicibus Bodleiano, Ætonensi et Basileensi Amerbachiano habemus Græce et Latine vulgata in laudato Guil. Beveregii synodico Oxon. 1672 fol. duobus volum. una cum scholiis Joan. Zonaræ et Alexii Aristeni in eosdem canones et Matthæi Blastaris Syntagmate canonum legum alphabetico. De codice insigni Cæsareo hujus operis vide Lambecium VI, pag. 51 seq.; FABR. s. p. III. sqq. n. I, cum Photii *Nomocanone*, ed. Kollar. (ubi Lambec. comprobat judicium Phil. Labbei, in tomo II. Dissert. *de script. ecclesiasticis*, p. 396 sq. latum, Theodorum Balsamonem, Romanæ Eccl. hostem, in suis Commentariis multa effutiisse in defensionem falsorum quorumdam canonum.) In eod. vol. p. 114, eodemque cod. 15, n. 2, sunt canones sanctorum apostolorum, variorumque conciliorum generalium et provincialium, ut et diversorum vett. Patrum epistolæ canonicæ, cum Theodori Balsamonis Commentariis amplissimis, ubi Lambec. adnotat, omnia quidem edita esse in ed. Paris. 1620, fol. pag. 233-1088; beneficio tamen illius cod. Vindobon. posse multis locis emendari ac suppleri. — In cod. 256, n. 7, sunt canones quidam sanctorum apostolorum, cum expositione Theodori Balsam. V. Lambec. V, p. 363, qui in vol. III, pag. 76, interpretatur Theod. Balsam. locum in explicatione decimi septimi canonis concilii Laodicen. — In cod. Escorial. Balsam. s. Expositio in Photii *Nomocan.* et reliqua, teste Pluero in *Itiner. per Hispan.* pag. 191. — In cod. Barocc. 194, Photii Canones cum Comment. Balsamonis, et Balsamon in canones apostolorum. — In cod. Barocc. 205 iidem libri, atque canones et epistolæ canonicæ

(*o*) Corrector et plagiarius Zonaræ dicitur Balsamon a Nortono Knatchbull in notis ad Act. XIV, 23. Confer Allatium, *De consensu*, etc., pag. 175; et W. E. Tentzelii Dissert. *de duplici baptismo Constantini Magni*, § 16.

(*p*) Natalis Alex. Hist. Eccles. sæc. XI et XII, p. 517, 6ª edit. in fol. : « Balsamonem ex Zonara mutuatum, falso conjicere videntur eruditi viri : imo potius hunc ex Balsamone hausisse duxerim, quem ante ipsum floruisse verisimilius est. »

Digitized by Google

cum Comm. Balsamonis. — In cod. 30, Jamesii, Excerpta ex canon. et Commentar. Balsamonis V. Cat. codd. Angliæ, I, pag. 263. In eod. catal. tom. II, n. 1836, in cod. canonum collegii Etonensis, qui continet præfat. Theod. Balsamonis, *Nomocanon* Photii cum comment. Balsamonis; quæstiones quorumdam monachorum et responsa, canones apostolorum Nicæn. CPolit. Ephesin. Chalced. cum Comment. Theod. Balsamonis. — Ibid. synodum Carthag. præsidente sancto Cypriano cum Comm. Balsam. etc. — Ibid. n. 3439, in cod. Norfolc. 540, Concilia, cum Expositione Balsamonis et Zonaræ. — Ibid. n. 5905, in Thom. Gale, cod. 71 Canones sanctorum apostolorum et conciliorum, in catologo plene indicatorum; item Petri, archiepiscopi Alexandrini Epistola cum scholiis Balsamonis, et alia, quæ omnia in multis locis esse impressis libris auctiora, adnotat confector catalogi. — Dublini (secundum eumdem catalog. vol. II, p. II, pag. 231, n. 277) in collegii S. Trinitat. cod. 137, n. 11 sqq. epistola Tarasii CP. ad Adrian. papam f. 66, ap. Balsam. p. 1083, cum notis; Synodus I sub Photio, f. 68 b. Balsam. p. 519 c. not. sed imperfectis; synodus II sub Photio f. 71 c. not. ap. Balsam. p. 583; Dionysii Alex. ad Basilid. Epistola f. 72, apud Balsamon. p. 879; S. Petri, Alex. martyris canones, qui feruntur in sermone de pœnitentia, f. 75 b. Balsamon. 887 (*q*) caret uno f. inter 78 et 79, etiam in fine; Athanasii Alex. epistola ἑορταστική 59, fol. 84, caret initio, et incipit p. 922, ap. Balsamonem; tres S. Basilii Epistolæ canonicæ, etiam ap. Balsamon. Sed apud hunc non exstat Præfatio Epistolæ tertiæ; Basilii epistola ad Amphilochium, aliter inscripta, ac ap. Balsamon. f. 101, et multa alia quæ in Cat. indicantur. — Florent. in cod. Medic. Laurent. 2, Collectio sacrorum canonum cum Expositione Zonaræ, Balsamonis et anonymi, quam collectionem in illo cod. fusius recenset et plura de singulis partibus refert Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 1-11. — Haud pauca Balsamonis ib. in cod. 40 continente canones ecclesiasticos diversorum. V. Bandin. I, c. pag. 70 sqq. qui, ut de superiore cod. notaverat, etiam ubi singula sint edita allaque animadvertit. P. 76 sq. primus ex illo cod. Gr. evulgavit Joannis patriarchæ CPolit. Synodicam dijudicationem f. Constitutionem de rebus, quæ ad monasteria pertinent, etc. Pag. 81, ex cod. 2, n. 100 Gr. publicavit Balsamonis epilogum in *Nomocanonem*, versibus iambis, qui deest in Beveregii *Pandectis canonum* et in *Justelli Bibl. juris canonici veteris*. — In cod. 2 (V. Bandin. I, pag. 11, n. 101) est etiam Balsamonis de ordine tenendo in sedibus a metropolitanis et archiepiscopis, secundum eorum descriptionem, quæ est in chartophylacio; exstat quidem in Leunclavio lib. III, pag. 243, sed auctoris nomen non præ se fert. — Taurini in cod. 165 est amplissima sacrorum conciliorum generalium et particularium, nec non epistolarum canonicarum Collectio, addito Balsamonis Commentario; ib. in cod. 219, Theod. Balsam. Commentaria in *Nomocanonem* Photii, nec non apostolicos et conciliorum generalium ac provincialium Canones et SS. Patrum Epistolas canonicas. Præit rerum Index, ad cujus calcem leguntur versus heroici ejusdem Balsamonis. V. Cat. codd. Gr. Taur. pag. 194-212, et pag. 310. — Venet. in bibl. Marc. codd. 168 et 169, canonum Collectio cum Scholiis Theod. Balsamonis. V. Recensionem in Cat. codd. Gr. pag. 95-98. Curatiorem tamen in c. Morelli bibl. mss. Gr. et Lat. I, pag. 96 sq. — Paris. Balsam. Scholia in canones conciliorum et in Photii *Nomocan.* in codd. 1318, n. 1, 3-39; et n. 40, Balsam. epilogus, versibus iambicis (1329-1351), in quo etiam plurima sunt, quæ Fabric. sect. II, III et IV, recensuit in cod. 1319, n. 2, Zonaræ et Balsamonis Commentar. in SS. Patrum Epistolas canonicas; — In cod. Coisliniano 39 Zonaræ et Balsamonis canones, et alia quæ magna ex parte cusa non esse, testatur Montfauc. in bibl. Coislin. p. 113 sq. Venet. in cod. Naniano, 133 *Nomocanon.* a Joan. Trulino Cretensi, ex testimoniis sacræ Scripturæ, Patrum, conciliorum, legum civilium, Novellarum, nomocanonis Photii. Balsamonis aliorumque contextus. Plura vero de eo in Cat. codd. Gr. Nan. p. 428. — Præterea notandum est, priorem Photii *Nomocanonis* edit. cum Comment. Theod. Balsamonis in-4, non ab Henrico Justello, sed ab ejus patre, Christophoro Justello, esse curatam, contra alteram ed. multo auctiorem, sive *Bibliothecam juris canonici veteris*, in duos tomos distributam. etc. Lutetiæ Paris., 1661 in fol. editam esse ab ejus filio Henrico Justello. Nam Inscriptionis altera pars id diserte declarat: « Alter vero (tomus) insigniores juris canonici veteres collectiones Græcos exhibet. Ex antiquis codd. mss. bibliothecæ Christophori Justelli. Horum major pars nunc primum in lucem prodit, cum versionibus Latinis, præfationibus, notis et indicibus huic editioni necessariis, opera et studio Guil. Voelli, Theologi et Henrici Justelli, Christophori F. » Utramque habeo edit. conf. infra, vol. XI, pag. 50 sqq. De Beveregii Synodico vid. infra, in vol. XI, pag. 54 sqq. et Joan. Fabricii *Hist. bibl. Fabric.* part. II, pag. 335 sqq. Insuper conf. supra, vol. VI, pag. 698, vol. IX, p. 168, n. 10; et infra vol. IX, pag. 47, 49, etc. ed. vet. (HARL.) — De Florent. cod. in bibli. M. Ducis, V. Frid. Lindenbrog. in Comm. in l. unicam, *Si quis imperatori maledixerit*, tom. IV *Thes. juris Ottonian.* pag. 348.

II. Τῶν ἐκκλησιαστικῶν διατάξεων συλλογή. *Constitutionum* imperatoriarum *de rebus ecclesiasticis* libri III, 1° ex codice, 2° ex Digestis et Institut., atque 3° ex Novellis. Sub *Paratitlorum* nomine edidit Joan. Leunclavius Latine, Francof. an. 1593, 8 (2). Sed Græce cum Leunclavii versione et duobus notatorum

(*q*) In quo Balsamonis Syntagmate sunt canones 15, sed in cod. Laurent. 40, n. 25, sunt 14 canones. Conf. Tillemont. tom. V, p. 450 seqq. aliosque a Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I, pag. 73, laudatos: in cod. autem 2, n. 59, sunt quindecim canones. V. Bandin. l. c. p. 5.

(*r*) Joan. Leunclavii Notatorum libri duo sunt recusi in Everh. Ottonis *Thesauro juris Romani*, tom. III, Lugd. Batav. 1727, fol. pag. 1474 1561. HARL.)

Digitized by Google

libris, Carolique Annibalis Fabrotti, qui versionem cum Græcis mss. contulit, notis prodierunt in H. Justelli *Bibl. Canonica* tom. II, pag. 1223. Paris. 1661, fol. Vide et Fabrottum ad Constantinum Manassem, pag. 193, ubi de codice ms. (Fabr.) Conf. infra, vol. XII; p. 403, Jos. Mar. Suaresii Notit. Basilicorum, ed. D. Christi Frid. Pohlii, Lips. 1804, 8, § 9, pag. 28. — Exstat Balsamonis Collectio constitutionum variis in codd. e Gr. Vindobon. 16, n. 3 Novellarum Constitutionum imp. Justiniani I Epitome ecclesiastica, a Theodoro Balsam. composita, et in capp. octoginta septem divisa. V. Lambec. VI, part. I, pag. 118 sqq. ed. Kollar. Atque Lambec. adnotavit, exstare quidem id opusculum in Voelli et Justelli Bibl. Gr. Lat. Juris canonici vet. tom. II, p. 1312-1361, sed longe aliter, quam in hoc codice Cæsar. (sed. vid. paulo post de codd. Taurin. et Marciano) Fabrott. autem in fronte monet. exstare in Vatic. cod. 856 et Palatin. cod. 226 Gr. simillima Paratitla. —Florent. in cod. Laurent. 8, n. 56, plut. 9, et cod. 13, n. 15 sqq. plut. 56, de quibus V. Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I, pag. 402, et tom. II, p. 310. —Taurini in cod. reg. 26 qui continet varia Theodor. Balsam. Opusc. juridico-canonica, quem confector cat. codd. gr. Taur, p. 96 sqq. curate copioseque recenset. Primum monet contra Nesselium, in Cat. bibl. Vindob. part. II, p. 22, n, 3. (cui tamen jam, ut vidimus, præivit Lambec.) affirmantem, illud Balsamonis opus in cod. Vindob. exstare in Voelli et Justelli Bibliotheca, tom. II. Longe aliter tamen expositum atque diversum, valde errare; et tractatus, qui editi fuerunt a Voello et Justello, alios prorsus esse et distinctos ab opere in cod. Taurin. (quocum cod. Laurent. memoratus, paucis initio exceptis, concordat, animadvertente Bandin. l. c.) Hinc, quod id primum opusculum (nimirum 87, priora capitula) prætermissum fuit in Voelli et Justelli Bibl. (nam in hac reliqua, quæ a folio 100 deinceps sequuntur in codice, sunt vulgata), confector Cat. titulos singulorum capitum ex cod. protulit pag. 96-107. — In codice 26, a folio 262, 2. V. catal. cit. p. 198. — Venetiis in cod. Marciano 269. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 98. Sed multo distinctius recensuit eum cel. Morelli, in bibl. mss. Gr. et Lat. I, pag. 97, nempe insunt: 1° Constitutiones, ex iis selectæ, quas post Novellarum codicem Justinianus edidit, sub capp. 87, syllogen, a Theodoro Balsam. adornatam, efficiunt, qualem exhibet cod. Taurinensis, et quæ sylloge a Lambecio in cod. Vindobon. memor. pro sequenti Balsamonis opere perperam habita est. Exstat quoque in cod. Coislin. pag. 87, Bibl. Coislinianæ. 2° XXV Constitutiones legum civilium ex Novellis Justiniani, ut in cod. Taurin. p. 104. catal. et Laurent. ap. Bandin. I, p. 478, n. 7-25) duæ collectiones cum titulis tribus, quæ continent Balsamonis Collectionem Constitutt. ecclesiasticarum, tribus libris distinctam, qualem bibl. Justelli complectitur. — Paris. in cod. 1333, atque cap. 11 et 12 in cod. 1332, n. 51, bibl. publ. Conf. etiam D. Casp. Achat. Beck, De Novellis Leonis Aug., etc. ed. D. Car. Frid. Zepernick, Halæ 1779, 8, p. 27; ibique not. Zepernickii, et hunc p. 362. (Harl.)

III. Responsa varia et imperatoria edicta causas ecclesiasticas spectantia, quæ exstant in libro secundo Juris Græco-Romani a Marqu. Freherο Græce et Lat. editi Francof. 1596, ubi Balsamonis nomen occurrit:

1. Περὶ τοῦ ἐφειμένον εἶναι τῷ βασιλεῖ, ἀνάγειν τὰς ἐπισκοπὰς εἰς μητροπόλεις (*s*). *Quod imperatori permissum sit episcopatus in metropoles erigere*, p. 130.

2. Περὶ γάμου θείας καὶ ἀνεψιᾶς μετὰ θείου καὶ ἀνεψιοῦ (*t*): *De nuptiis amitæ et fratris filiæ legitimi cum filio fratris et patruo ineundis*, pag 138. (Fabr. (Conf. cod. Nanian. 229, n. 1, et Cat. codd. Gr. Nan. p. 423. (Harl.)

3. Περὶ τῶν ψηφισθέντων εἰς τὰς Ἀνατολικὰς Ἐκκλησίας (*u*): *De electis ad Orientales Ecclesias*, pag. 138.

4. Περὶ δικαστηρίου τῶν κληρικῶν (*v*): *De foro clericorum*, p. 139.

5. Περὶ τοῦ πατριαρχικοῦ δικαίου ἐπὶ τὰ μοναστήρια (*x*): *De jure patriarchico in monasteria*, p. 140. [Paris. in cod. 1332, n. 43.]

6. Περὶ διδασκάλων (*y*): *De doctoribus*, p. 143.

7. Περὶ δικαιωμάτων τῶν ἁπανταχοῦ ἐκκλησιῶν ἐπὶ τῇ κατοχῇ τῶν ἀκινήτων (*z*): *De instrumentis omnium, quæ ubique, ecclesiarum ob possessionem immobilium*, p. 149.

8. Περὶ ἡμερῶν ἀπράκτων (*a*): *De feriis*, pag. 160. (Fabr.) Eruditissimis scholiis a Balsamone in Summario ad Novellas illustrari a Man. Comneno constitutionem de feriis, non diffitetur Nic. Comnenus, p. 388, Balsamoni alias iniquior.

IV. *Responsa ad quæstiones LXIV canonicas*, sive De jure ecclesiastico, propositas a Marco Alexandrino patriarcha. Prodierunt in jure Orientali cum versione Enimundi Bonefidii edito an. 1573, 8, apud Henricum Stephanum, libro tertio, Græce p. 237-300, et Latine pag. 263-309. Et in Jure Græco-Romano Marquardi Freheri, libro quinto, pag. 362-394 (Francof. 1596, fol.). ubi p. 388, lacuna supplenda κυρίου Νικολάου, ut ex Balsamonis canonum Collectione observavit Cotelerius, tom. I, ad Patres apostolicos, pag. 320. Ex procemio colligas, a. C. 1203 scripta fuisse Responsa; sed numerum corruptum esse, non dubitat

(*s*) Cum versione Latina Enimundi Bonefidii exstat in ejus *Jure orientali*, lib. 1 Gr., p. 64; Lat. p. 46, Paris. 1573, ap. Henr. Stephanum, 8.
(*t*) Id Gr. p. 40; Lat. p. 29.
(*u*) Gr. Bonefidius, p. 62; Lat. p. 45.
(*v*) Id. Gr. p. 75; Lat. p. 54.
(*x*) Id. Gr. p. 71; Lat. p. 51.
(*y*) Id. Gr. p. 61; Lat. p. 44.
(*z*) Id. Gr. p. 109; Lat. p. 79.
(*a*) Id. Gr. p. 80; Lat. p. 58.

Digitized by Google

Allatius, p. 705, de consensu, et verum an. 1193, restituendum. (Fabr.) — Paris. in septem codd. bibl. publ.— Sexaginta sex quæstiones, etc. Vindob. in cod. 13, 11. *V.* Lambec. VI, part. 1, pag. 106. — Monac. in cod. Bavar. 83. *V.* Hardt. in Aretini Beytrægen, etc., 1804, part. v, pag. 17 et 18.— Venet. in cod. Nanian. 228 15, *V.* Cat. codd. Gr. Nan. pag. 420. — Florent. in cod. Laurent. 2, n. 96, plut. 5, et cod. 40, n. 61 *V.* Bandin. cat. cit. I, pag. 10 et 78. ubi adnotat. in versione, quæ a Leunclavio lib. v, p. 362, affertur, multa reprehendi a Jac. Gretsero, Opp. tom. XVII, p. 16, ed. Ratisbon.—LX Quæstiones, etc., Mosquensi 32, n. 45. *V.* Matthæi Notit. p. 54, fol. paulo aliter in ed. in 8, p. 47, ibid. n. 55 Balsamonis, εἰσῆλθε τὸ ἀξίωμά σου· et ejusdem alia. (Harl.)

V. Μελέται ἤτοι ἀποκρίσεις· *Meditationes sive Responsa.* 1° Χάριν τῶν πατριαρχικῶν προνομίων· *De patriarcharum privilegiis*, tom. VII *Juris Græco-Rom.* p. 442. (Fabr.) In cod. Mosquensi 32, n. 39 sqq. sec. Matthæi Notit. p. 53 ed. in fol. sunt Μελέται, etc., 1, 4, 5 et 6. — Vindob. in cod. Cæsar. 15, n. 4, sunt Balsam. meditata sive responsa ecclesiastica octo, e quibus quinque exstant in Freheri *Jure Gr.-Rom.* pag. 412-478; reliqua tria ibi desunt, docente Lambec. vol. VI, part. 1, pag. 115, ubi quoque v. Kollar. not. Inter ea quæ non edita sunt, est Epistola *de libro mathematico non legendo*, quæ tamen reperitur quoque in cod. Paris. 1332, n. 48 bibl. publ. (in quo etiam exstant septem Responsa secund. ordinem Fabric. et Venet. in cod. Marciano 168, in quo cod. sunt præterea Μελέται, n. 2, 4, 5 et 7, a Fabr. signatæ. Vid. cat. codd. Gr. Marc. p. 96, et conf. infra, vol. XII, p. 494. (Harl.)

2°. Χάριν τῶν δύο ὀφφικίων, τοῦ τε χαρτοφύλακος καὶ τοῦ πρωτεκδίκου· *De duobus officiis, chartularii ac primi defensoris*, p. 453.

3°. Χάριν τοῦ λαληθέντος συνοδικῶς ζητήματος, περὶ τοῦ, εἰ χρὴ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δυσὶ διαξαδέλφαις συνάπτεσθαι· *De disceptata in synodo quæstione, num unus et idem duabus sobrinis jungi debeat*, p. 463. (Fabr.) In cod. Barocc. 149.—Paris. in codd. 1327, n. 15, et 1331, n. 49; Vindobon. in cod. 13, n. 9, ex quo Responsum, in Freheri *Jure Gr. Rom.* tom. I, p. 463 editum, posse emendari ac suppleri, Lambec. VI, part. 1, p. 105, testatur, et in cod. 270, n. 8, Excerpta a Simeone Thessalon. facta, teste Lambec. V, p. 455. (Harl.)

4°. Ἐπιστολὴ χάριν τῶν διδομένων θυμιαμάτων παρὰ τοῦ πατριάρχου κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κατηχήσεως· *Epistola de incensis, quæ a patriarcha dari solent eo die quo catechesis habetur*, p. 470.

5°. Μελέτη χάριν τῆς εἰς τοὺς θείους ναοὺς τῶν μοναστηρίων γινομένης μεταλήσεως διὰ σημαντηρίων τριῶν· *Meditatum de convocatione, quæ fit ad sacras monasteriorum ædes per tria signa*, p. 476. (Fabr.) In cod. Naniano 228, n. 5. V. Cat. codd. Gr. Nanian. p. 419. (Harl.)

6°. Ἐπιστολὴ χάριν τῶν ὀφειλουσῶν τελεῖσθαι νηστειῶν ἑκάστου ἔτους, πεμφθεῖσα πρὸς τοὺς Ἀντιοχεῖς· *Epistola de jejuniis, quæ peragi debent per singulos annos, missa ad Antiochenses*, et primum Græce ac Latine edita a *Joan. Baptista Cotelerio*, tom. II *Monument. Ecclesiæ Græc.* p. 492-514, Paris. 1681, 4. (Fabr.) [V. Bandini Cat. codd. Gr. Laurent. I, p. 11, n. 99; et p. 78, n. 60; et Lamb. vol. V, p. 358 sq. n. 12, ibique Kollar. In cod. Paris. 1328, n. 41. (Harl.)] *Tomum synodicum* appellat Balsamon ad interrogata Marci Alex. quæst. 55, et paucis mutatis etiam ad Theodosium Sarpeiotem, monachum in valle S. Auxentii missum a se testatur in *Responso synodi CPol. sub Nicolao patriarcha ad quæstionem tertiam monachorum quorumdam*, cujus partem, Latine tantum ab Herveto editam, Græce mss. regis Christianiss. dedit idem Cotelerius in Notis ad Constitutiones apostol. lib. v, cap. 20.

7°. Ἐπιστολὴ χάριν τῶν ῥασοφόρων· *Epistola de rasophoris* (*b*), sive monachis ad Theodosium monachum καθηγητὴν τῶν κατὰ Παπίκιον μοναστηρίων præpositum Papicii monasteriorum. Edita ab eodem Cotelerio, tom. III *Monument.* pag. 473, 494, Paris. 1686, 4. (Fabr.) Vindobon. in cod. 15 Cæsar. n. 4. V. Lambec. VI, part. 1, pag. 115, ubi Kollar. in not. ex Cotelerii loco, a Fabricio jam citato, adnotatt. de Papicio et rasophoris excerptas reddidit. (Harl.)

Nicolaus Comnenus Papadopoli in *Prænotionibus mystagogicis*, pag. 3, citat Athenagoræ testimonium ex Balsamonis *Respons. ad episc. Cypri*, quo monet, ordinationis negotium negotiorum omnium in Ecclesia maximum ac divinissimum ab ipsis fuisse habitum apostolis. (Fabr.)

In cod. Paris. bibl. publ. 1328, n. 21 sqq. Balsamonis scholia ad quasdam Gregorii Neocæsariensis, Athanasii, Basilii, Gregorii Nysseni, etc., Epistolas. — Tres Balsamonis Epistolæ, in cod. Naniano 281, n. 121. Vid. Cat. codd. Gr. Nan. p. 470 Add. supra, vol. VII, p. 655, sub fin.

Balsamonis *Carmina*. Venet. in cod. bib. Marcianæ 524. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 283. — Versus quinquaginta iambici in Lapidem quemdam, etc. Florent. in cod. Laurent. V, n. 27. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. II, p. 665.

Martyrium Theodori, orientalis, et Claudii, auctore Theodoro, patriarcha Antiocheno, in cod. Selden. 62, s. n. 3274, in Cat. codd. Angliæ, etc., tom. I.

Dionysii, archiep. Alexandrini, Epistola de hora jejunii Paschæ, cum Commentario Balsamonis, in *Bibl. Patr.* Paris. 1575, vol. I; ibid. 1589, vol. III, Gr. ac Lat.; ibid. vol. I, p. 273, fol. (Harl.)

(*b*) Ῥασοφόροι etiam ῥασινδύται, raso sive viliore panno induti. Vide Cangii *Glossar.* et Cotelerium, lib. III *Monument.* p. 659.

Digitized by Google

EX PRÆFATIONE

GUILIELMI BEVEREGII

In *Pandectis canonum*, 2 vol. folio Oxonii 1672.

—

Juris canonici studium duodecimo præcipue sæculo in Oriente viguit, quo currente tres eruditissimi viri, Theodorus Balsamon, Joannes Zonaras et Alexius Aristenus claruerunt, qui omnes egregiam huic rei operam dederunt. Horum itaque singulorum scholia in hoc libro exhibemus, idque ea methodo, ut singuli canones trium istorum interpretum commentaria sibi annexa habeant. In quibus tamen disponendis ordinem temporis, quo quisque scripsit, non observamus, sed Theodorum Balsamonem, qui tempore postremus fuit, primo in loco constituimus, nimirum ob summam ejus in hisce studiis auctoritatem, et maximam in Ecclesia dignitatem; nam patriarcha fuit, ut mox ostendemus. De singulis autem hisce scholiastis, quos edimus ordine quem in libro occupant, ratio pariter atque consuetudo postulat, ut nonnihil hoc loco præmittamus.

Theodorus Balsamon Constantinopoli oriundus est. Ipse enim se Constantinopolitanum appellat in altera interpretatione duodetricesimi canonis Chalcedonensis, dicens: Ἐγὼ δὲ Κωνσταντινουπολίτης ὢν ἀκραιφνέστατος, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως μέρος γεγονώς. *Ego vero, cum Constantinopolitanus civis sim integerrimus, et sanctissimi throni Constantinopolitani pars factus.* Unde simul colligitur eum in ista Ecclesia primo ordinatum fuisse. Nimirum diaconus, nomophylax, atque etiam chartophylax istius Ecclesiæ fuit, ut patet ex inscriptione Constitutionum ecclesiasticarum quas ipse collegit, quæ in codice ms. Nicolai Peirescii, senatoris Aquisextiensis, a Carolo Annibale Fabroto in notis ad easdem Constitutiones citato, sic se habet: Θεοδώρου διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας νομοφύλακος, καὶ χαρτοφύλακος, καὶ πρώτου τῶν Βλαχερνῶν, τοῦ Βαλσαμῶνος, τοῦ μετὰ χρόνους τινὰς γεγονότος πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας. *Theodori diaconi sanctissimæ Dei Ecclesiæ nomophylacis et chartophylacis, et primi Blachernarum Balsamonis, post aliquot vero annos patriarchæ Theopolis magnæ Antiochiæ.* Quæ eadem fere habentur et in inscriptione hujus operis mox citanda. Quin etiam a Philotheo patriarcha in Refutatione exsecrationum ab Harmenopulo scriptarum ὁ σοφὸς νομοφύλαξ appellatur. Ipse etiam se chartophylacem fuisse in scholiis ad primum synodi Nicænæ I canonem testatus est, his verbis, Καὶ ὅτε τὸ χαρτοφυλακικὸν ἐνήργουν ὀφφίκιον καὶ μετὰ τὸ πατριαρχεῦσαι. E quibus ultimis verbis se patriarcham etiam fuisse fidem facit; Antiochiæ scilicet, quam patriarchalem sedem eum occupasse Isaacii Angeli diebus, qui imperare cœpit anno Domini 1185 ex Niceteæ Choniatæ Annalibus discimus; qui memoriæ tradidit, ut dictus imperator in animo habens Dositheum patriarcham Hierosolymitanum ad sedem Constantinopolitanam Leontii expulsi loco promovere, et certior factus hoc contra canones esse, ad Balsamonem Antiochenum, utpote jure canonico exercitatissimum se contulerit, de hac re consulturus: Εἰδὼς δὲ τοὺς κανόνας τοῦτο μὴ συγχωροῦντας, μέτεισιν ὑπούλως τὸν διέποντα τὸν θρόνον τοῦ Θεοῦ πόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας, Θεόδωρον τὸν Βαλσαμῶν, ἄνδρα ὑπὸ τοὺς τότε πάντας ὄντα νομοτριβῆ. *Quod cum canones non permittere sciret, ad Theodorum Balsamonem thronum Dei civitatis magnæ Antiochiæ administrantem, virum ea ætate supra omnes alios juris consultissimum subdole accedit.* Et paucis interjectis scribit, ut idem imperator cum Balsamone colloquens simulaverit se eum voluisse Antiochia Constantinopolim transferre. Καὶ τοιαῦθ' ἕτερα σχετλιαστικῶς προαναβαλόμενος, ἐπήγαγε πάλαι μὲν βούλεσθαι μετενεγκεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας εἰς τὴν οἰκουμενικὴν πρωτοκλήτην ὡς λύχνον τῆς τῶν νόμων τηλαυγείας πάμφωτον. *Hæc et id genus alia non sine questu præfatus subjunxit, olim fuisse sibi in animo illum ex Antiochena Ecclesia ad œcumenicam dignitatem, ut illustrem legalis puritatis lucernam transferre.* Nicet. Choniat. in Isaac. Angel. lib. II. E quibus simul constat quanti nominis atque in jure canonico auctoritatis Theodorus hic Antiochenus tum dierum fuerit. Qui nihilominus ad thronum sibi commissum nunquam accedere potuit, Latinis tunc temporis Antiochiam tenentibus, ac propterea omnia ecclesiastica, quæ ad patriarchatum suum pertinebant negotia Constantinopoli administrare coactus est.

Hunc porro Theodorum Balsamonem jure canonico pariter ac civili instructissimum fuisse, non tam ex aliorum testimoniis, quam ex suis ipsius operibus constat. Multa siquidem composuit, quæ omnia ad jurisprudentiam spectant. Hic enim auctor fuit collectionis illius Constitutionum ecclesiasticarum, quæ sub Paratitlorum nomine a Joanne Leunclavio primo Latine edita est, et postea Græce a Carolo Annibale Fabroto J. C., ut idem Fabrotus in notis probavit. Plurimos etiam tractatus conscripsit, ut de patriarcharum privilegiis; de duobus illis officiis chartophylacis et primi defensoris; de quæstione ista, An unus

Digitized by Google

et idem duabus consobrinis conjungatur : de incensis quæ a patriarcha dari solent eo die quo catechesis habetur ; et de convocatione quæ fit ad sacras monasteriorum ædes per tria signa, qui omnes sub *Meditatorum* nomine septimum librum *Juris Græco-Romani* a Joanne Leunclavio emissi constituunt. Scripsit etiam responsa ad LXIV canonicas interrogationes a Marco Alexandrino patriarcha ipsi propositas, quæ etiam in quinto dicti *Juris Græco-Romani* libro exstant. Horum procœmio istæ interrogationes factæ dicuntur, imperante Isaacio Angelo, et Georgio patriarchatum Constantinopolitanum tenente, mense Februario, indictione XIII, anno post incarnationem Domini 1203, μηνὶ Φεβρουαρίῳ, ἐπινεμήσεως ιγ', καὶ ἐτῶν μετὰ τὴν σάρκωσιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ,ασγ'. Hæc autem sibi non constant. Nam anno 1204 a Venetis et Francis occupata est Constantinopolis. Verum post Isaacium, Alexius Angelus octo annos, et alius post eum Alexius, Ducas cognomine, aliquantisper imperavit ante captam urbem; quin etiam post Georgium istum Xiphilinum Joannes Camaterus thronum Constantinopolitanum quinque annos et octo menses administravit, priusquam urbs a Latinis caperetur. Ac proinde si istæ interrogationes factæ fuerint sub imperio Isaacii, et patriarchatu Georgii, ante annum 1203 factæ sint necesse est. Neque etiam indictio convenit; isto enim anno, non XIII sed VI indictio currebat; in utroque itaque numero, et anni scilicet et indictionis, error admissus est. Nec video quomodo corrigatur, nisi pro ,ασγ' scribatur, ,αρλγ' et ια' pro ιγ'. Ut istæ nimirum interrogationes Balsamoni propositæ fuerint anno Domini 1193, indict. XI, quo quidem anno Isaacius Angelus imperium, et Georgius Xiphilinus Ecclesiam Constantinopolitanam gubernabat : quam facilis autem frequensque sit lapsus in Græcis describendis numeris, neminem latet.

Inter omnia autem opera quæ illustris hic in utroque jure princeps elaboravit, primum illud jure meritoque habetur, quo antiquos conciliorum Patrumque canones interpretatus est, quodque his verbis inscribitur : Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, τῶν τε ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν ἤτοι μερικῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων Πατέρων· πρὸς δὲ καὶ δήλωσις τῶν ἐνεργούντων νόμων, καὶ μὴ ἐνεργούντων, τῶν ἀνατεττομένων ἐν τοῖς δέκα πρὸς τοῖς τέσσαρσι τίτλοις τοῖς κατ' ἀρχὴν τῶν κανόνων κειμένοις· πονηθεῖσα κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν καὶ πατριαρχικὴν Θεοδώρῳ τῷ εὐτελεῖ διακόνῳ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας νομοφύλακι, χαρτοφύλακι, καὶ πρώτῳ τῶν Βλαχερνῶν, τῷ Βαλσαμὼν τῷ μετὰ χρόνους τινὰς πατριάρχῃ Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας καὶ πάσης Ἀνατολῆς. *Expositio sacrorum divinorumque canonum, sanctorum celebratissimorumque apostolorum et sacrorum œcumenicorum atque etiam provincialium sive particularium conciliorum, reliquorumque sanctorum Patrum : insuper et declaratio efficacium atque inefficacium legum in quatuordecim titulis ante canones positis collocatarum ; elaborata jussu imperatorio atque patriarchali, a Theodoro Balsamone, sanctissimæ Dei Magnæ ecclesiæ diacono, nomophylace, et chartophylace, præfecto Blachernarum, qui etiam post aliquot annos Theopolis magnæ scilicet Antiochiæ et totius Orientis patriarcha factus est.* Hoc est eximium illud opus, quod totum hoc libro in publicum damus, nisi quod illam declarationem legum in titulo commemoratam, hoc est, nomocanonis Photii in quatuordecim titulos distributi, interpretationem prætermittere visum est (a); partim quod in Bibliotheca veteris canonici juris non ita pridem edita est, et partim quod de legibus civilibus potius quam de canonibus ecclesiasticis agit : unde et in ipsa hac canonum interpretatione, ubi de legibus politicis loquitur, ibique solum, istam Nomocanonis expositionem citat, sub nomine τοῦ παρόντος συντάγματος. Ut in secundam canonem concilii Constantinopolitani, novellam citat καταστρωθεῖσαν εἰς τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ε' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος : hoc est, *in interpretatione quinti capitis primi tituli Nomocanonis Photii sitam.* Quod παρὸν σύνταγμα propterea appellat, quod iste Nomocanon ipsis canonibus præfigi, et unum cum iis volumen componere solitus fuerit; quod hic lectorem præmonitum esse sufficiat. Cum autem in titulo supra laudato, hoc opus elaboratum dicatur κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν καὶ πατριαρχικὴν, hoc idcirco asserit, quod illud aggressus est jussu Manuelis Comneni imperatoris et Michaelis Anchiali patriarchæ Constantinopolitani ut ipse sub initium præfationis suæ in Nomocanonem Photii, quæ eadem et huic canonum interpretationi inservit, testatus est, dicens : Τοῦτο καὶ ἡμεῖς ὁρισθέντες παρὰ τοῦ θεοστεφοῦς ἁγίου ἡμῶν αὐτοκράτορος ἁγίου Μανουὴλ Κομνηνοῦ καὶ τοῦ πανιερωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου τοῦ γεγονότος ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Ἀγχιάλου, τοὺς ἱεροὺς κανόνας κατασκέψασθαι, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἀσαφῆ καὶ τοῖς νόμοις τὸ δοκεῖν ἐναντιούμενα σαφηνίσαι καὶ ἑρμηνεῦσαι. *Quapropter nos sane, ubi a divinitus coronato sancto nostro imperatore D. Manuele Comneno, et sanctissimo domino nostro et œcumenico patriarcha D. Michaele Anchiale, qui philosophorum princeps fuit, decretum essat, ut sacros canones diligenter inspiceremus, et quæ in illis obscuriora essent, modoque aliquo legibus adversari viderentur, declararemus, atque interpretaremur.* Ubi etiam observare licet, hoc ei opus impositum fuisse, priusquam patriarcha creatus esset, et cum adhuc officio aliquo in Ecclesia Constantinopolitana fungeretur : siquidem patriarcham Constantinopolitanum dominum suum appellet. Cœptum est igitur hoc opus Michaele Anchiale thronum Constantinopolitanum tenente; sed non consummatum est usque ad Georgium Xiphilinum, ad sedem istam evectum anno Domini 1191, plus minus. Huic enim patriarchæ Balsamon præclarum hoc opus a se elaboratum dedicavit : et ad eumdem

(a) Edidimus inter Photii opera, tom. CIV. EDIT. PATR.

Digitized by Google

carmina quædam dedicatoria conscripsit, quæ Gentianus Hervetus ex codice Tiliano Latine vertit in hunc modum :

Theodori patriarchæ Antiocheni ad sanctissimum patriarcham dominum Georgium Xiphilinum, carmen.

Perquam plas traditiones canonum
In vasto ego mari tremens Atlantico
Pervasi, ut Ascræus Charybdin hospes trajicit,
Vel Rubrum ut pelagus Israelites senex,
Tuæ manus dextræ stabilitus gratia,
O patriarcharum valde pium decus.
Unde bacilli mystici calamo levans
Illorum inaccessum itiner bifariam
Ipse in duobus tradidi scripto libris,
Quæ canonicæ disciplinæ sunt opera.
Te rogo, qui bonis nites actionibus,
Et luce doctrinæ cunctos illuminas,
Hujus libri columna itineris ut sies,
Ægyptiorum mores quidem exustulans,
Verum in salutis via lucem porrigens.
Hæc tibi scribo Theodorus Balsamon,
Qui patriarcha sum religione inclytæ
Antiochiæ, atque adeo Orientis totius.

Egregium hoc opus a patriarcha Antiocheno non citius editum est, quam summo a plerisque applausu exceptum, licet nonnullos invenerit malevolos, qui illud vellicare studuerant. Namque Constantinus Cabalisa, archiepiscopus Dyrrachii, hanc ad Joannem episcopum Citri quæstionem proposuit : Αἱ παρὰ τοῦ μακαρίτου πατριάρχου Ἀντιοχείας Θεοδώρου, τοῦ ἐπιλεγομένου Βαλσαμὼν γεγονυῖαι ἀποκρίσεις πρὸς τὰς ἐρωτήσεις Μάρκου, τοῦ ὁσιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, εὑρίσκονται τινὰς παρεκβάσεις ποιούμεναι ἔν τε κανονικαῖς καὶ νομικαῖς διατόξεσι. Δεῖ οὖν ταύταις προσέχειν ; *A beatæ memoriæ patriarcha Antiochiæ cognomine Balsamon, factæ responsiones ad interrogationes Marci sanctissimi Alexandriæ patriarchæ, comperiuntur quasdam digressiones facere in canonicis et civilibus constitutionibus. An iis adhærendum sit necne ?* Respondet Joannes, Ὁ ἱερὸς οὗτος ἀνὴρ, ὁ Ἀντιοχείας, τριβὼν μὲν ἦν ἐς ἀκριβὲς τῶν νομικῶν καὶ κανονικῶν νομοθετημάτων, καὶ παρὰ πᾶσιν ἐν τούτοις περιφδόμενος. Τὰ μέντοι συγγράμματα τούτου, δσα πρὸς κανονικὰ καὶ νομικὰ λήμματα ἐξηνέχθησαν, οὐκ ἐς τὸ πᾶν ἀκριβείας ἐχόμενα καταφαίνονται, τὸ παράδοξον · ἀλλ' ὡσπερανεὶ ἐκ λήθης μάλιστα καὶ παροράσεως προϊόντα, καί που καὶ ἐφ' ἑαυτὸν μεριζόμενα. Καὶ οὐκ ἄν τις ἐφιστῶν τούτοις, οὐκ ἀπορήσειεν, εὑρίσκων τῇ ἐκείνου ἀκριβείᾳ τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα μὴ συντρέχοντα. Ἐγὼ δὲ καὶ ζῶντος ἐκείνου πολλῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει νομοτριβουμένων ἀκήκοα ἐπιλαμβανομένων τινῶν τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου γνωμοδοτημάτων, ὡς μὴ κατὰ μοῖραν ἐξενεχθέντων, ἔν τε κανόνων ἑρμηνείαις καὶ νόμων, καὶ ἄλλοις τοιοῖσδε συντάγμασι. *Divinus ille vir, Antiochiæ patriarcha, accurate percallebat civiles et canonicas constitutiones, et ab omnibus in hisce rebus celebratus fuit. Ejus autem scripta, quæ ad canonica et civilia lemmata edita sunt, in omnibus, quod mirum est, accurationem habere cernuntur, sed velut ex oblivione maxime et inconsiderantia procedentia ; alibi etiam in seipsis divisa. Nec de eo dubitet, qui diligenter considerarit, inveniens ejus scripta subtilitati viri non respondentia. Ego autem etiam illo vivo multos audivi Constantinopoli legisperitos, qui quasdam viri illius sententias reprehenderent, quod non essent recte prolatæ in canonum et legum interpretationibus, et aliis hujusmodi voluminibus.* Et deinde addit eum oportere in jurisprudentia instructissimum esse, qui hæc commentaria evolvit. Sed, ut ut ab aliis suggillatus fuerit, ipso etiam Joanne judice, Balsamon canonicas æque ac civiles constitutiones accurate tenuit, et ab omnibus propterea celebratus fuit.

Quantæ autem auctoritatis Balsamon ipse, et hæc illius in canones commentaria Constantinopoli olim fuerant, ipse Philotheus patriarcha clare satis indicat ; quippe qui in refutatione scriptarum ab Harmenopulo exsecrationum, hæc habet : Τοῦτο γάρ φησιν ὁ σοφὸς νομοφύλαξ καὶ τῶν ὁμοίων σοι σπουδαστὴς Βαλσαμὼν, ὁ ἐν νόμοις τε καὶ κανόσι πολυμαθέστατος καὶ σοφώτατος, ὁ καὶ πατριάρχης Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ἀναδειχθεὶς ὕστερον · ὅπερ οὐδέ σε διαλανθάνειν εἴποιμι ἂν ἐγωγέ ποτε σοφόν τε ὄντα, καὶ σπουδαῖον τὰ τοιαῦτα, εἴπερ τινά. *Hoc enim tradit eruditus ille nomophylax et consimilium tuis studiorum particeps Balsamon in legibus et canonibus summe instructissimus, et sapientissimus, qui est magnæ illius Antiochiæ patriarcha tandem designatus est : id quod nec te quidem ignorare dicerem, virum doctum, et hujusmodi imprimis rerum studiosum.* Et paulo post, Ὁ τοίνυν προρρηθεὶς πατριάρχης Ἀντιοχείας, ὁ σοφὸς Βαλσαμὼν, τοὺς ἱεροὺς εὐηγγούμενος κανόνας, τάδε φησὶν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ἐξηγήσεως τῶν κανόνων τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου. Ἡ μὲν παροῦσα σύνοδος. *Prædictus igitur Antiochenus patriarcha, sapiens ille Balsamon, dum sacros exponit canones, hæc in præfatione expositionis canonum synodi*, etc. Et deinde recitatis Balsamonis in synodum Gangrensem verbis, iisdem scilicet quæ in hoc opere loco ibi citato legas, illum in ea fuisse sententia asserit, quod tomus synodalis, sub Constantino Porphyrogenneta imperatore et Alexio patriarcha factus, in usu esse desierit. Hoc enim ita esse ait, κατὰ τὸν σοφὸν Βαλσαμὼν, ὅπερ καὶ ἡμῖν ὁ σκοπὸς ἦν δεῖξαι, *secundum sapientem illum Balsamonem, quod nobis etiam propositum erat ostendere.* Nimirum ac si indubium illud redderetur, cum sapiens ille Balsamon ita esse affirmaret. Quin et citantur Balsamonis scholia a Nicolao Hydruntino, in scholio e principio codicis Græci ms. Barberini, a Leone Allatio, *De perpetua consensione Ecclesiæ Occidentalis* et *Orientalis* libro, cap. 1, 21 laudato, ubi hæc habet : Εὕρον δὲ οὕτως καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῇ βίβλῳ Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμὼν πατριάρχου Ἀντιοχείας · φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἑρμηνείᾳ τοῦ Νομοκάνονος οὕτως · Σὺ δὲ εὑρίσκων ἔν τισιν ἀντιγράφοις σφάλμα γραφικὸν τὸ περὶ Κελεστίνου (ἀντὶ γὰρ Κελεστίου, Κελεστίνου μέμνηται) μὴ προσχῇς τοῖς οὕτω γεγραμμένοις. Ὁ γὰρ Κελεστῖνος πάπας ἦν Ῥώμης, ὀρθόδοξος, ὡς ἄνωθεν εἴρηται · ὁ δὲ Κελέστιος ὁμόφρων τοῦ Νεστορίου, ἤτοι αἱρετικὸς ἦν. *Et cum essem Constantinopoli, illud ita esse comperi in libro Theodori Balsamonis patriarchæ Antiocheni : ille enim dicit in sua canonum expositione : Tu*

Digitized by Google

vero inveniens in nonnullis codicibus errorem scripturæ circa Celestini nomen (namque pro Celestio Celestinus insertus est) dictis scriptis ne animum advertas. Nam Celestinus papa erat Romanus, orthodoxus, ut supra dictum est : Celestius vero cum Nestorio sentiebat, sive hæreticus erat. Quæ ipsa Balsamonis verba exstant in schollis ejus ad primum synodi Ephesinæ canonem. Matthæus Blastares etiam in alphabetico ipsius syntagmate, hæc Balsamonis scholia non citat modo, sed et subinde transcribit. Quin etiam Isidorus Mercator, ad Latinam suam canonum versionem exornandam, hisce commentariis usus est. Is enim suæ duodecimi canonis synodi Gangrensis versioni hæc interserit, *Beros videtur Balsamon episcopus Antiochenus hunc locum interpretans, vocare vestes ex serico contextas.* Et ita quidem Balsamonem vocem Βῆρους interpretatum esse, ex scholiis ejus in dictum canonem elucescit.

A tempore autem quo consummata sunt doctissima hæc Balsamonis in Nomocanonem Photii, et conciliorum Patrumque canones commentaria, quadringentos propemodum annos inter Græcos latuerunt, Latinis pleriaque incognita : donec Gentianus Hervetus, Tridenti, cum concilium ibi haberetur, commorans, et accuratum eorum nactus exemplar a Joanne Tillo, episcopo Briocensi, illud Latine vertit. Quæ ejus versio sine Græco textu, a Guillelmo Morelio Lutetiæ Parisiorum typis mandata fuit anno Domini 1561. Post multos autem annos bibliopolæ Parisienses Græcum quoddam consecuti apographum, illud una cum prædicta Herveti versione in publicam lucem emiserunt, Lutetiæ Parisiorum anno Domini 1620. Et hæc quidem editio, eaque sola, ab eo usque tempore doctorum manibus trita fuit. Verum enimvero licet ad istam exornandam editionem Parisiensem, multa ex mss. Vaticanis, et nonnulla ex codice hæredum Achillis Harlæi, primi in suprema curia Parisiensi præsidis, collecta fuerint; quamplurima tamen in ea doctis adhuc desiderata sunt. Multæ enim lacunæ in ipso Græco textu relictæ sunt, quæ a nullo exemplari Græco suppleri poterant : et ipsi editores ingenue fatentur, se in nullum incidisse perfectum et expletum codicem Græcum, qui Latinam Herveti versionem æquaret, quam nihilo secius adhibuerunt. Quo factum est, ut inter Græcum textum et Latinam versionem, quamplurimis in locis minime conveniat, cum exemplar quo usus est Gentianus Hervetus nunc plura, nunc pauciora habuerit, quam illud quod ejus versioni adjunxerant. Et ubi totidem utrobique sunt sententiæ, sensus tamen hic atque ibi alius sæpe deprehenditur.

Cum itaque Parisiensis horum Balsamonis in canones commentariorum editio adeo mutila fuerit, atque imperfecta, summo rei canonicæ emolumento accidit, ut vetus admodum et completum eorumdem exemplar in locupletissima nostra bibliotheca Bodleiana Oxoniæ haberemus, quod quadringentis circiter abhinc annis, ut ex charta, characteribus, ligaturis, aliisque istiusmodi antiquitatis indiciis conjicimus, eleganti manu exaratum prelo tandem aliquando subjecimus, et publici hoc in opere juris fecimus. Neque enim fas erat, ut tam pretiosum juris canonici κειμήλιον in una bibliotheca diutius lateret : quo non modo omnes, quæ in priori fuerunt editione, lacunæ suppletæ sunt; verum etiam alia quamplurima ibi desiderata, hic interseruntur, et omnia fere usque adeo emendantur, ut vera Balsamonis Antiocheni in canones commentaria nunc primum in lucem emissa videantur.

Ad majorem tamen operis ornatum duobus aliis eorumdem scholiorum codicibus mss. usi sumus, Ætoniensi, et Amerbachiano ; quorum illud amplissimo viro Richardo Allestry, SS. theologiæ professori regio in Academia Oxoniensi, et regalis collegii Ætoniæ constituti præfecto acceptum ferimus : utpote qui curam adhibere dignatus est, ut variantes ex codice ms. in bibliotheca ejusdem collegii reposito lectiones colligerentur. Alter codex ms. quo adjuti sumus, est vetustus ille et insignis, qui in publica Academiæ Basileensis bibliotheca exstat, cui eum clarissimus vir Basilius Amerbachius (a cujus nomine *Amerbachianum* appellamus) legato dedit anno Domini 1593. Quo inter alia, Balsamonis simul et Zonaræ in canones commentaria, nitido et vetusto charactere descripta, continentur; sed Zonara perpetuo Balsamoni præmisso. Hujus elegantis codicis usum-fructum honoratissimi illius Academiæ proceres ad hanc editionem adornandam permiserunt nobis exhibendum per manum et industriam doctissimi viri domini Joannis Rodolphi Wetstenii, filii, qui tanta fide, tanta diligentia ms. istum codicem cum Parisiensibus Balsamonis et Zonaræ editionibus contulit, ut pares ei gratias referre nequaquam possimus, neque nos solos, verum et omnes omnino juris canonici studiosos hoc singulari ipsius officio sibi in æternum devinctos habebit. Omnes enim varias lectiones exquisitissime collegit ; et multa insuper antiqua in canones scholia e codice isto exscripsit, quæ nec in Balsamonis, nec Zonaræ commentariis, nec alio, quantum scimus, codice habentur. Hoc sane dolendum est, quod nescio quo fato accuratæ istæ collectiones, per biennium fere in itinere hærentes, serius ad manus nostras pervenerunt, quam ut dicta scholia ipsi operis hujus corpori suis in locis interseri poterant. Ne quis tamen de iis omnino hic desideratis conquereretur, ea omnia, Latine etiam a nobis versa, annotationibus inseruimus, ad eosdem relata canones, quibus in codice Amerbachiano ascripta sunt. Ex variis autem lectionibus pro comperto habemus, codicem istum Amerbachianum cum Bodleiano nostro plerumque convenire, etiam ubi Parisiensis editio ab utroque discrepat : adeo ut inter innumeras illas, quas clarissimus vir, ms. Amerbachianum cum Parisiensibus codicibus conferens, varias collegit lectiones, raro admodum ulla, notatu saltem digna, occurrat, quæ a codice nostro hic impresso dissidet. Quod idem et de codice Ætoniensi dicendum est. Namque inter tres hosce codices optime convenit; quemadmodum in annotationibus multoties observare licet, ubi tres hosce codices se invicem confirmantes sæpe producimus. Inter eos autem

Digitized by Google

et Parisiensem editionem multum discriminis passim occurrit, et idcirco etiamsi Latinam Gentiani Hervetî versionem, quoad ejus fieri potuit, retinere enitemur; eam tamen quamplurimis in locis immutare coacti sumus, ut Græco eam textui a nobis edito adaptaremus. Et ubi Gentianus Hervetus sensum alienjus loci, quod sæpe accidit, male intellexit, vel saltem non bene expressit, nos versionem ejus emendavimus, et emendationis istiusmodi rationem in annotationibus ut plurimum reddidimus.

Hactenus de Balsamone, et eruditis ejus in canones commentariis. Sequitur Zonaras, qui sub Alexio Joanne Comneno floruit, et summos in imperio Orientali honores gessit: nam magnus drungarius vigiæ, et protoasecretis fuit, sive primus a secretis. Post aliquot autem annos sæcularium pertæsus negotiorum, ad monasticam vitam secessit, quam transigens, multa scripsit, quibus posteros sibi obligatos tenet. Primo enim universalem conscripsit historiam a mundo condito usque ad Alexii Comneni imperatoris, sub quo vixit, obitum, hoc est, usque ad annum Domini 1118. Elegantem etiam orationem composuit, quæ inscribitur, Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ τοῦ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς Βίγλης καὶ πρωτοασηκρῆτις λόγος πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῆς γονῆς ἔκροὴν μίασμα ἡγουμένους. *Joannis Zonaræ, magni quondam drungarii viglæ, et primi a secretis oratio ad eos, qui naturalem seminis efflurum immunditiem existimant.* Exstat in *Juris-Græco-Romani* lib. v. Quin etiam majorum jussu et amicorum suasu compulsus, canonice Græcorum juri interpretando egregiam operam navavit, quod eruditum opus a se conscriptum sic inscripsit; Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν ἤτοι μερικῶν, καὶ λοιπῶν ἁγίων Πατέρων, πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ, τῷ γεγονότι μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τῆς Βίγλης, καὶ πρωτοασηκρῆτις. *Expositio sacrorum divinorumque canonum, tam sanctorum et venerandorum apostolorum, quam sacrarum œcumenicarum synodorum, sed et localium sive particularium, reliquorumque sanctorum Patrum, elaborata per Joannem Zonaram monachum, qui fuit olim magnus drungarius viglæ, et primus a secretis.* Ipsi autem operi hanc præfationem præmisit, quam suo loco prætermissam hic apponere visum est. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωτεῖ καὶ συνετιεῖ νηπίους, πρὸς τὸν Θεόν φησιν ὁ προφήτης, καὶ θεοπάτωρ Δαβίδ. Λόγος δὲ τοῦ Θεοῦ εἰκότως ἂν τις καὶ τὰ τῶν θείων ἀποστόλων καὶ Πατέρων λογίσαιτο διατάγματα, ἐπεὶ τῷ θείῳ Πνεύματι ἐνηχούμενοι ἐκεῖνοι ταυτὶ διετάξαντο. Εἴ τις οὖν ποιήσαιτο τὴν τῶν ἱερῶν κανόνων σαφήνειαν, καὶ ἐν τούτων νοῦν ἀναπτύξας δηλώσειε, φωτεῖ τοὺς δι' ἁπλότητα καὶ ἀπλαστίαν ἠθῶν νηπιάζοντας, καὶ μὴ πεφυκότας τοῦ βάθους ἐξικνεῖσθαι τῶν κανόνων τῶν ἱερῶν. Διὰ ταῦτά μοι ἐγχειρητέον τῷ ἔργῳ, ὡς εἰς ὠφέλειαν ἴσως ἐσομένῳ πολλοῖς, καὶ ὡς δύναμις ἑκάστῃ διαταγῇ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, καὶ σεπτῶν Πατέρων, μᾶλλον μέντοι, ὡς ἂν δοίη Θεὸς, ἰδιάζουσαν ποιητέον καὶ συνετμημένην ἐξήγησιν. Μή τις δέ μοι καταγνοίη προπέτειαν· οὐ γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ τῷ πονήματι ἐγχειρῶ, ἀλλὰ παρακληθεὶς ὑπέκυψα, καὶ τῷ πόνῳ δέδωκα ἐμαυτὸν, ἵνα μὴ δι' ἀνηκοΐαν κατακριθῶ. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat parvulis. Hæc Deo dicit propheta et divinus pater David. Porro Dei sermones merito quis et probabiliter dixerit esse divinorum apostolorum Patrumque præceptiones, quia divino ipsi afflati doctique Spiritu hoc instituerunt. Si quis igitur elucidationem sacrorum canonum fecerit, eorumdemque sententiam reserans declararit, his quidem certe lumen intulerit, qui per simplicitatem morumque ruditatem sunt velut infantes, haud dum satis apti in sacrorum canonum profunditatem penetrare. Propterea mihi sumendum fuit hoc opus in manus, ut usui fortasse futurum multis, ut etiam pro mea virili sit unaquæque sacrorum apostolorum Patrumque venerandorum dispositio nota, maxime quidem, prout dederit ipse Deus, peculiarem compendiosamque faciens enarrationem. Nullus autem me condemnet insolentiæ vel temeritatis. Nec enim mea sponte labori manus admolior; sed rogatus obsecundavi, negotioque me dedi, ne propter inobedientiam coarguerer.*

In hisce autem schediis in canones componendis, Zonaræ aliud atque Balsamoni propositum fuit. Hic enim civilis æque ac canonici juris consultissimus, utriusque concordiam persequitur, apparentes discrepantias componit, et canonicas quæstiones a se motas multoties solvit. At Zonaras e contra ipsis canonum verbis et sensui interpretandis strictè adhæret, raro admodum ad civiles leges digrediens. Hinc fit, quod Balsamon totum Zonaræ commentarium totidem nonnunquam verbis transcribat; superfluum nimirum judicans, alia Zonaræ dictis addere, cum nihil in tali canone occurrat, de quo ex legibus politicis et imperialibus constitutionibus disputatio instituatur, hoc est, nihil quod ad suum propositum pertineat. Subinde etiam Zonaræ interpretationem ecclato nomine perstringit; neque ullibi ejus mentionem facit, præterquam commentariis ad epistolam canonicam sancti Athanasii ad Ammum, ubi eum vocat ὑπερφυέστατον ἐκεῖνον Ζωναρᾶν, *summe excellentissimum illum Zonarum*, eumque dictam epistolam σοφῶς καὶ ὑπερδεξίως, καὶ ὡς οὐκ ἂν τις χρειττόνως, *sapienter, et peraptissime, atque ita ut nemo melius*, interpretatum esse affirmat.

Quia etiam Matthæus Blastares Zonaræ scholia subinde citat, nomine etiam ejus nonnunquam iis præfixo, ut lit. E, cap. 11: Εἰ μήπου τις εἴποι, ὁ ὑπερφυὴς δὲ τοῦτό φησι Ζωναρᾶς, *Ne forte dixerit quispiam, insignis autem hoc dicit Zonaras*, scilicet in syn. Chalced. can. 28. Alias raro invenimus hæc Zonaræ commentaria ab antiquiori aliquo laudata; nisi quod anonymus quidam a Leone Allatio, *De perpetua consensione Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis*, lib. II, cap. 10, citatus, hæc de iis habeat: Τελευταῖος δὲ πάντων καὶ ὁ θαυμαστὸς Ζωναρᾶς μοναχὸς Ἰωάννης τοὺς θείους καὶ ἱεροὺς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἑπτὰ ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ πάντων τῶν

Digitized by Google

ἁγίων Πατέρων ἡμῶν σαφέστατα καὶ εὐλαβέστατα ἐξηγησάμενος, καὶ οὐδαμοῦ τῶν πάντων ἐς ὀρθόδοξον ὠνόμασε· μᾶλλον δὲ καὶ τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν τοὺς τὰ ὅρια Πατέρων σαλεύοντας, καὶ ἀθετήσιν ποιοῦντας τῶν θείων κανόνων. *Quidnam vero plusquam, et admirabilis ille Joannes Zonaras monachus, divinos sacrosque canones sanctorum et perillustrium apostolorum, et septem sanctarum œcumenicarum synodorum, et omnium sanctorum Patrum nostrorum, clarissime et pissime interpretatus, nullo in loco papam orthodoxum vocavit: sed eos potius, qui terminos Patrum transmovent, et sacros canones pervertunt, anathemati subjecit.* Ex quo tamen uno testimonio satis abunde constat, quanti hæc canonum expositio a Joanne Zonara elaborata, apud Græcos suos æstimata fuerit.

Quod ad priores horum Zonaræ in canones commentariorum editiones spectat, primo quidem scholia ejus in canones apostolorum sola Latine versa et in lucem emissa sunt anno Domini 1558 per Joannem Quintinum, in Academia Parisiensi juris canonici tunc temporis professorem. Postea Antonius Saimatia commentarios ejus etiam in canones conciliorum Latine versos edidit Mediolani, anno Domini 1618. Latinæ cujus versioni typographus Parisiensis Græcum etiam textum ex codice ms. in bibliotheca regis Christianissimi erutum, addidit, et evulgavit Lutetiæ Parisiorum anno Domini 1618. Sed adhuc desiderata erant commentaria ejus in canonicas sanctorum Patrum epistolas, quæ propterea ibidem impressa sunt una cum S. Gregorii Neocæsariensis sive Thaumaturgi, Macarii Ægyptii, et Basilii 1622. Adeo ut omnia Zonaræ in canones commentaria, ante hanc nostram eorum editionem Oxoniensem, simul nusquam prodierint. Ad hanc autem exornandam editionem, non modo variantibus lectionibus ex codice Henrici II insignibus oratis, et ex altero illo Augusti Gallandi, in Parisiensi foro advocati, in supplemento ad Parisiensem editionem collectis, usi sumus, verum etiam consultam vimus antiquum ms. codicem in bibliotheca nostra Bodleiana, quo omnes habentur apostolorum canones una cum Zonaræ et Balsamonis commentariis iis annexis. Summo autem ornamento huic nostræ editioni fuit, codex ille Amerbachianus ante commemoratus, ex quo variantes lectiones per universa Zonaræ non secus ac Balsamonis commentaria, clarissimus vir, Joh. Rod. Wetstenius supradictus, nobiscum communicare dignatus est. Quibus omnibus codicibus summa diligentia et fidelitate inter se collatis, perfecta tandem et completa Joannis Zonaræ in omnes apostolorum, conciliorum, et Patrum canones commentaria, una cum prioribus Latinis versionibus, sed innumeris in locis emendatis, et Græco textui longe accommodatioribus edimus.

Post Balsamonis et Zonaræ commentaria, epitome cujusque canonis, et Alexii Aristeni in eamdem scholia hoc opere exhibentur. Quantum primo ad canonum epitomen spectat, ea partim in *Bibliotheca Juris canonici veteris* edita est, idque sub ipsius Alexii Aristeni nomine, perinde nimirum ac si is epitomes istius auctor fuisset. Sed multa sunt, quæ isti opinioni refragantur. Eadem enim epitome, licet alio conciliorum ordine observato, etiam Symeoni Logothetæ in eadem Bibliotheca attribuitur. At veri prorsus dissimile est, ut ambo canones in epitomen redigentes in eadem verba conspirarent. Nec video quidem, quo jure hæc epitome utrivis eorum ascribatur. Sane Alexio Aristeno ascribi nequit, quippe qui eam nonnunquam redarguit, et auctorem ejus, quicunque demum is fuerit, canonem non recte intellexisse asserit, ut in scholiis ejus ad epitomen canonis apostolici LXXV dicit, Ὁ τὸν παρόντα συνοψίσας κανόνα οὐ καλῶς· τοῦτον ἐνόησε, *Qui synopsin præsentis canonis fecit, eum non bene intellexit:* et ad epitomen undevicesimi canonis synodi Ancyran., ait, Ὁ γοῦν συνοψίσας τὸν παρόντα κανόνα τὸν μὲν ἐν πλάτει κείμενον ἀφορισμὸν τῶν δισγάμων, τῷ ἀθετοῦντι τὴν παρθενίαν παρέδραμε, *Qui hujus itaque canonis synopsin fecit, digamorum segregationem in latitudine positam in eum qui cœlibatus professionem irritam facit, transtulit.* Adeo ut sole meridiano clarius elucescat, Alexium Aristenum hujus canonum epitomes auctorem non fuisse.

Quisnam itaque epitomes hujus sive abbreviationis canonum auctor fuit, minus compertum habemus. Hoc saltem constare videtur, quod ea diu ante Aristenum memoriæ sublevandæ causa confecta fuit, atque adeo ut nonnunquam totius cujusvis canonis vicem suppleret, ejusque loco citaretur. Cujus rei illustre habemus exemplum in Nicolai Hydruntini (qui sub Alexio Angelo floruit) scholio ex Leone Allatio superius citato, quod sic incipit, Σχόλιον Νικολάου Ἰδρουντος, περὶ Κελεστίνου καὶ Κελεστίου παπῶν Ῥώμης. Ὁ εὑρίσκων ἐν τῷ τέλει τοῦ τετάρτου κανόνος, τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου, οἵτινες τῶν κληρικῶν Κελεστίνῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσωσιν καθαιρετέοι, μὴ ἀναγινωσκέτω Κελεστίνῳ μετὰ τοῦ ν, ἀλλὰ Κελεστίῳ χωρὶς τοῦ ν. Ὁ γὰρ Κελεστῖνος ἅγιος ἦν καὶ ὀρθόδοξος πάπας Ῥώμης, ὁ δὲ Κελέστιος ἦν αἱρετικός. *Scholium Nicolai Hydruntini de Celestino et Celestio papis Romanis. Qui offendit in fine quarti canonis sanctæ Ephesinæ synodi, clerici,* qui Celestino sive Nestorio consenserint, deponendi, *ne legat Celestino cum* n, *sed Celestio sine* n. *Namque Celestinus sanctus erat et orthodoxus papa Romæ, Celestius autem hæreticus.* Ista enim verba, οἵτινες τῶν κληρικῶν Κελεστίνῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσωσιν, καθαιρετέοι, in ipso quarto canone synodi Ephesinæ non inveniuntur; sed in epitome istius canonis quam hic exhibemus, totidem verbis leguntur; nisi quod pro οἵτινες, in nostro codice levissima mutatione scribatur εἴ τινες. Unde palam est ipsam epitomen hic citari, idque sub nomine totius canonis. Adeo ut hæc canonum synopsis legis vicem iis supplevisse videatur, quibus integri canones haud præsto essent. Et hinc, ni fallor, est, quod nunc Alexii Aristeni, nunc Symeonis Logothetæ, et aliquando forsitan aliorum nomina sibi inscripta habeat, a quibus ad privatum usum descripta fuit. Vel forsitan quod Symeon Logotheta, non minus quam Alexius Aristenus, scholia in eam edidit, quæ modo

Digitized by Google

perierunt. Et nos enim Aristeni nomen ad epitomen eo tantum nomine præfiximus, quod ille eam interpretatus est.

Istam autem antiquam canonum abbreviationem magni olim factam fuisse, ex eo constat, quod Alexius Aristenus tantum operæ et laboris in ea interpretanda consumpserit. Neque enim in re nihili se tam diu exercuisse censendus est. Nec parum huic pro antiqua hujus epitomes auctoritate argumento exinde accrescit, quod Aristenus eam scholiis illustrare dignatus est, etiam post divulgata erudita illa Joannis Zonaræ in integros canones commentaria, Aristenus enim Zonara posterior claruit, sed anterior Balsamone, vel saltem eadem ætate. Balsamon enim eum commemoravit in sua sexti canonis apostolici interpretatione, ubi ait, Ὅτι καὶ τὸν ὑπέρτιμον ἐκεῖνον καὶ μέγαν οἰκονόμον, τὸν Ἀριστηνὸν διὰ τριακονθημέρων ἐπιφωνημάτων τριῶν ἐπεφωνήσατο ἡ ἁγία σύνοδος ἀποσχέσθαι τοῦ δικαιοδοτικοῦ ὀφφικίου. *Nam et incomparabilem illum, et magnum œconomum Aristenum, tribus publicis* XXX *dierum edictis a juris dicendi officio cessare jussit sancta synodus.* Ubi etiam observes, quanto hic officio in Ecclesia Constantinopolitana functus est, cum magnus in ea œconomus fuerit; item quanto eum elogio Balsamon ornat, ὑπέρτιμον appellans: quam honorificam ejus mentionem idem Balsamon etiam in scholiis suis ad synodi Trullanæ canonem 37 facit, his verbis, Προσβάλετο γὰρ τὸν τοιοῦτον κανόνα ὁ ὑπέρτιμος ἐκεῖνος κῦρος Ἀλέξιος ὁ Ἀριστηνὸς κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου Ἱεροσολύμων κυροῦ Νικηφόρου. *Hunc enim canonem incomparabilis ille dominus Alexius Aristenus contra sanctissimum illum patriarcham Hierosolymitanum Nicephorum protulit.* Ubi obiter etiam observatum velim, quantum in jure canonico interpretando nomen Alexius Aristenus tunc dierum habebat, cum consultus esset, et in isto jure contra patriarcham responderet. Ex istis insuper verbis colligere est, quibus temporibus ille floruit. Namque Nicephorus ille Hierosolymitanus, contra quem Aristenus istum canonem protulit, synodo interfuit Constantinopoli celebratæ anno mundi 6674, sive Christi, 1166, ut ex subscriptionibus patet, quas Leo Allatius edidit, *De perpetua consens. Eccles. Occidentalis et Orientalis* lib. 11, cap. 12. Is erat annus Manuelis Comneni XXIII, cujus imperatoris jussu Balsamon sua in canones commentaria aggressus est, ut e supradictis liquet. Sub eodem igitur imperatore Aristenum etiam claruisse certum est: etiamsi Leo Allatius tractatu *de ætate et interstitiis*, in collatione ordinum etiam apud Græcos servandis, eum jussu Joannis Comneni, qui Manuelem proximus in imperio præcessit, Nomocanonem suum edidisse asseruerit.

Porro hæc Alexii Aristeni in dictam canonum synopsin commentaria, in codice ms. quem edimus, sic inscripta sunt, Νομοκάνονον σὺν Θεῷ ἑρμηνευθὲν παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου νομοφύλακος κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Ἀριστηνοῦ, *Nomocanonum, Deo assistente, interpretatum per Deo charissimum nomophylacem dominum Alexium Aristenum.* Ubi primo observare licet, hanc ipsam canonum in epitomen contractorum collectionem νομοκάνονον vocari: quo nomine etiam integrorum canonum collectio sæpe nuncupatur. Nemo, fateor, inficias eat, quin veteres istiusmodi solos libros, quibus νόμοι καὶ κανόνες leges civiles et canones ecclesiastici simul collecti sunt, νομοκανόνας appellarint; quemadmodum Joannes Antiochenus librum istum, quo canones solos in quinquaginta titulos digessit, simpliciter συναγωγὴν τῶν κανόνων vocavit; istum autem, quo canonibus ecclesiasticis leges imperatorias et civiles adjunxit, νομοκανόνα nuncupavit. Et ob eamdem etiam rationem Photii Nomocanon nomen istud sortitus est: quem Balsamon in præfatione ad eumdem, etiam νομοκάνονον appellat. Verum enimvero quævis integrorum canonum collectio νομοκάνονον etiam nonnunquam audit: quod miror ab ullo unquam denegatum fuisse, cum hæc vox in isto sensu ab ipso Balsamone sæpe usurpetur; ut in Nomocan. Phot. tit. 1, cap. 9 ait, Αὐτὸς ἐπέμεινε λέγων, μὴ δίκαιον εἶναι κεφαλὰν ἀθετηθῆναι ἐκ τῶν ἐν τῷ Νομοκανόνῳ γεγραμμένων, τῷ ὡς θεογράφους πλάκας παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ λογιζομένῳ. *Ipse perstitit dicens, non æquum esse ut vel apex aboleretur ex iis, quæ in Nomocanone scripta sunt, quod instar divinarum tabularum ab Ecclesia reputatur.* Ubi Νομοκάνονον corpus canonum ecclesiasticorum aperte significat, quemadmodum et in ejusdem Balsamonis scholiis ad synodi Trullanæ canonem 1 dicentis, Τὰ μὲν νεόγραφα Νομοκάνονα, ὡς μὴ ἔχοντα καὶ ὑπογραφὰς τῶν ἐκθεμένων τὰς συνόδους βασιλέων καὶ πατέρων παρέδραμον· ἐψηλάφησα δὲ παλαιόγραφα Νομοκάνονα. Et sic passim alibi; ut nihil certius esse possit, quam ipsas canonum collectiones νομοκάνονα vocitari. Hoc autem nomen etiam synopsi canonum ab Alexio Aristeno interpretatæ inscriptum est, ut ex titulo superius citato constat, quod prius expositam nostram de hac canonum epitome sententiam egregie confirmat; cum hæc eodem nomine, quo ipsa integrorum canonum collectio, νομοκάνονον scilicet, appelletur: nimirum quod totum jus canonicum in ea non secus atque in ipsis canonibus exhiberi persuasum esset. Hoc itaque Nomocanonum Alexius Aristenus interpretatus est, qui in inscriptione θεοφιλέστατος νομοφύλαξ nominatur, quem etiam magnum œconomum aliquando fuisse, Balsamonis verba superius laudata fidem faciunt.

Hæc Aristeni in Nomocanonum abbreviatum scholia non memini ab antiquiori quopiam scriptore commemorata esse vel laudata; nisi quod scholiastes in codice Amerbachiano nonnulla ex iis mutuatus esse, et Balsamon ea nonnunquam citasse videatur, ut in annotationibus subinde observatum est. Ex recentioribus, Gilbertus Genebrardus libro *De Trinitate* Alexium Aristenum citat, eumque diaconum Ecclesiæ Constantinopolitanæ fuisse affirmat. Leo Allatius hæc scholia sæpe laudat, sed ex biblio-

Digitized by Google

theca Vaticana : quæquam enim antehac edita fuerunt. Ad hanc autem nostram eorum editionem perpoliendam, quatuor usi sumus codicibus mss. quorum unum nobiscum communicavit clarissimus vir Joannes Pearson, SS. theologiæ professor Margareticus in universitate Cantabrigiensi, qui in bibliotheca collegii SS. Trinitatis, cui ipse præfectus est in eadem universitate, codicem istum nitide exaratum inveniens, eumdem nobis Latine vertendum concedere dignatus est, et sic primam huic edendo operi occasionem præbuit. Iste autem codex e longe vetustiori in bibliotheca Bodleiana Oxoniæ exscriptus fuerat, quem propterea sæpe consulere necessum habuimus. Quin et alium suppeditavit insignissimus vir Thomas Brown, SS. theologiæ professor, et capellæ regiæ Windesoriæ præbendarius. Cum opus autem pene ad umbilicum perductum fuerit, alius in supradicta bibliotheca Bodleiana inventus est codex ms. eleganti et vetusto charactere exaratus : e quo nonnulla excerpta sunt, quæ in aliis codicibus desiderantur, ac proinde post canonicas epistolas, ad quas pertinent, in secundo tomo eduntur. Eorum autem collectionem pariter atque versionem viro multis nominibus honorando D. Joanni Fell, S. T. P., Ecclesiæ cathedralis Christi decano in Universitate Oxoniensi debemus, qui ad uberiorem hujus operis ornatum curavit, ut illud opus a docto quodam viro in eadem Academia perficeretur. Sed et eidem etiam præclara eruditione et insigni pietate viro accuratam totius hujusce operis editionem respublica canonica acceptam referat, quippe cujus solius cura atque consilio in omnibus adhibito, accurate adeo et polite prodit.

Ad calcem totius operis annotationes subjunximus (*a*) ; in quibus quid præstitimus, vel saltem præstare conati sumus, paucis expediemus. Primo enim nobis minime propositum fuit, in singulos canones eorumque scholia commentarios edere, quod operæ nobis pretium haud visum est. Ac proinde istiusmodi tantummodo locis, quæ obscuriora visa sunt, quæ perperam ab aliis intellecta, aut majoris momenti, et frequentioris in ecclesiasticis discutiendis controversiis usus, dilucidandis, vindicandis et ad genuinum ipsorum sensum restituendis, totam, qualis qualis fuit, operam locavimus. Hinc etiam variantes passim lectiones ex codicibus tam mss. quam impressis , adnotavimus; alia etiam quamplurima scholia, quæ ut neque ad Balsamonis, nec Zonaræ, nec Aristeni ἑρμηνείας pertinentia, in ipso operis corpore consulto prætermissa sunt, ex mss. Bodleianis et Amerbachiano, ad suos quæque canones inter annotationes apposuimus. Quidquid etiam scholiastes in Constantini Harmenopuli epitomen canonum conscripserunt, ad locum itidem quodque suum congessimus. Adeo ut nihil a Græcis quibuslibet in hoc canonici ipsorum juris corpus conscriptum ad notitiam nostram pervenit, quod non in hoc unico opere collectum exhibetur.

(*a*) Notas textui subjecimus, sed delecto habito. Edit. Patr.

Digitized by Google

THEODORI BALSAMONIS

ZONARÆ, ARISTENI

IN CANONES SS. APOSTOLORUM, CONCILIORUM

ET IN EPISTOLAS CANONICAS SS. PATRUM

COMMENTARIA *

—

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

—

CANONES

SANCTORUM APOSTOLORUM.

—

CANON I.

Episcopus a duobus vel tribus episcopis ordinetur.

BALS. Hic canon apostolicus disserit de ordinatione, quæ fit ab antistite in ecclesia ; sicut magnus quoque dicit Paulus, *Nemini manus cito imponas*[1], nec alienis peccatis communices : non autem de electione, ut nonnulli dicebant, secuti ea quæ dicebantur sine scriptis, per manuum extensionem, factam quando a populo civitatum electiones antistitum fiebant. Etsi enim Laodicena synodus dicit in quinto canone non debere fieri ordinationes in præsentia audientium, et ideo nonnulli existimarunt hunc quoque canonem loqui de electione, mihi tamen videtur eos non recte dicere ; quæ enim fit in Ecclesia ordinatio, per preces mysticas peragitur, etiamsi fiat coram multis : insuper cum quartus canon sanctæ primæ synodi Nicænæ decernat debere fieri electionem episcopi ab omnibus episcopis provinciæ, vel a tribus saltem, reliquis in scriptis assentientibus ; dubito quomodo dixerunt nonnulli hunc canonem de electione antistitis intelligi qui

ΚΑΝΩΝ Α'.

Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

ΒΑΛΣ. Ὁ ἀποστολικὸς οὗτος κανὼν, περὶ χειροτονίας διαλέγεται τῆς παρὰ ἀρχιερέως τελουμένης ἐπ' ἐκκλησίας· καθὼς καὶ ὁ μέγας Παῦλός φησι· *Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις ἁμαρτίαις.* Οὐ μὴν περὶ ψήφου, καθώς τινες εἶπον, ἀκολουθήσαντες τοῖς ἀγράφως λεγομένοις διὰ τὴν τῶν χειρῶν ἔκτασιν, τὴν γενομένην ὅτε παρὰ τοῦ πλήθους τῶν πόλεων αἱ ψῆφοι τῶν ἀρχιερέων ἐγίνοντο. Κἂν γὰρ ἡ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν ε' κανόνι φησὶ, μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐν παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι, κἀκ τούτου τινὲς ὑπέλαβον καὶ τὸν κανόνα τοῦτον περὶ ψήφου διαλέγεσθαι· ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ μὴ καλῶς τούτους λέγειν, ὅτι καὶ ἡ ἐπ' Ἐκκλησίας χειροτονία διὰ μυστικῶν εὐχῶν τελεῖται, κἂν ἐνώπιον πολλῶν γίνηται. Ἄλλως τε τοῦ δ' κανόνος τῆς ἐν Νικαίᾳ α' ἁγίας συνόδου, διοριζομένου τὴν τοῦ ἐπισκόπου ψῆφον γίνεσθαι παρὰ πάντων τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἢ τέως τριῶν, ἐγγράφως καὶ τῶν λοιπῶν

[1] I Tim. v, 22.

* Collectio sacrorum canonum, in quam Balsamon, Zonaras et Aristenus commentaria ediderunt, ea ipsa est, ni fallor, quam Photius olim confecit ad usum Ecclesiæ Græcæ, quamque hic edendam esse promisimus in tomo CIV *Patrologiæ Græcæ*. J. B. M.

Digitized by Google

συναινούντων, ἀπορῶ πῶς εἶπόν τινες τὸν κανόνα τοῦτον νοεῖσθαι περὶ ψήφου ἀρχιερέως, λέγοντα ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον.

ΖΩΝΑΡ. Νῦν μὲν χειροτονία καλεῖται ἡ τῆς καθιερώσεως τοῦ ἱεράσθαι λαχόντος τελεσιουργία τῶν εὐχῶν, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπίκλησις· ἀπὸ τοῦ τὸν ἀρχιερέα τείνειν τὴν χεῖρα εὐλογοῦντα τὸν χειροτονούμενον· πάλαι δὲ καὶ αὐτὴ ἡ ψῆφος χειροτονία ὠνόμαστο· ὅτε γὰρ τοῖς τῶν πόλεων πλήθεσιν ἐξῆν ἐκλέγεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς, συνῄεσαν τὰ πλήθη· καὶ οἱ μὲν τόνδε ᾑροῦντο, οἱ δὲ τόνδε ἵνα οὖν ἡ τῶν πλειόνων κρατοίη ψῆφος, λέγεται τείνειν τὰς χεῖρας τοὺς τὴν ἐπιλογὴν ποιουμένους, καὶ διὰ τούτων ἀριθμεῖσθαι τοὺς ἕκαστον ψηφιζομένους, καὶ τὸν παρὰ τῶν πλειόνων αἱρούμενον εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην προκρίνεσθαι· κἀντεῦθεν ἐξελήφθη τῆς χειροτονίας τὸ ὄνομα· τούτῳ δὲ καὶ οἱ τῶν συνόδων Πατέρες οὕτως εὑρίσκονται χρησάμενοι, καὶ τὴν ψῆφον χειροτονίαν καλέσαντες· ἡ γὰρ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν πέμπτῳ κανόνι φησὶ μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐπὶ παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι· χειροτονίας δὲ τὰς ψήφους ὠνόμασεν· ἐν γὰρ τῇ τελεσιουργίᾳ τοῦ ἀρχιερέως μᾶλλον ἔθος πολλοὺς συνέρχεσθαι· ἐν δὲ ταῖς ψήφοις, διὰ τὸ εἰσάγεσθαι τινὰ αἰτιάματα κατὰ τῶν ψηφιζομένων ἀνδρῶν, ἀπηγόρευται τὸ παρεῖναί τινας, καὶ ἀκροᾶσθαι τούτων. Χειροτονεῖσθαι δὲ οὗτος ὁ κανὼν διατάττεται ἐπίσκοπον παρὰ δύο ἐπισκόπων· ψηφίζεσθαι δὲ ἐπίσκοπον ὁ τέταρτος κανὼν τῆς πρώτης συνόδου ὁρίζει παρὰ πάντων τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἢ τέως τριῶν, ἐγγράφως καὶ τῶν λοιπῶν συναινούντων.

ΑΡΙΣΤ. Δύο ἢ τρεῖς ἐπίσκοποι χειροτονοῦσιν ἐπίσκοπον.

Τρεῖς δὲ ἐξ ἁπάντως ὀφείλουσι ψηφίζεσθαι ἐπίσκοπον, καὶ μὴ ἧττονες τούτων εἴπερ δυσχερές ἐστι πάντας τοὺς ἐπαρχιώτας ἐπισκόπους ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθῆναι· καὶ ζήτει κανόνα τέταρτον τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, καὶ ιγ' τῆς ἐν Καρθαγένῃ, καὶ ιθ' ἐν Ἀντιοχείᾳ.

A dicit a duobus vel tribus episcopis ordinandum episcopum.

ZONAR. Nunc quidem chirotonia vocatur *absolutio precum*, sanctique Spiritus invocatio, dum sacerdotio quis initiatur, et consecrationem sortitur. Ex eo dicta, quod pontifex extendat manum benedicens homini ad sacra deligendo : sed ipsum suffragium quondam nominatum est chirotonia. Nam cum urbium cœtibus liceret eligere sacrorum præfectos, conveniebant ipsi cœtus, et alii quidem hunc, alii vero deligebant illum. Quatenus autem plurium suffragium vinceret, eligentes ferunt solitos extendere manus ; et per illas numerabantur, qui vel hunc, vel illum delegissent. A pluribus vero electum summo sacerdotio præfecere. Et hinc chirotoniæ nomen desumptum, quo sic etiam synodorum Patres inveniuntur usi, suffragium etiam nominantes chirotoniam. Laodicensis nempe synodus in quinto canone, dicit, Non oportere chirotonias in audientium præsentia fieri. Chirotonias autem appellavit suffragia. In plena enim pontificis consummatione magis obtinebat consuetudo ut plures una convenirent : sed in suffragiis ferundis, eo quod inducerentur contra electos vivos accusationes quædam, aliquos vetatur adesse, et has audire. Hic autem canon a duobus episcopis episcopum jubet initiari. Sed quartus primæ synodi canon episcopum creari definit ab omnibus episcopis provinciæ : vel tribus interea, dum reliqui subscriptione consentiant.

ARIST. Duo vel tres episcopi ordinant episcopum.

Tres omnino debent ordinare episcopum et non pauciores illis ; siquidem difficile est omnes provinciæ episcopos in unum convenire. Quære etiam canonem quartum synodi Nicænæ, et xiii Carthaginensis, et xix Antiochenæ.

ΚΑΝΩΝ Β'.

Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν περὶ χειροτονίας ἀκολούθως νομοθετῶν παρίστησι καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ κανόνα ἐκλαμβάνεσθαι περὶ ἐπισκόπων χειροτονίας, οὐ περὶ ψήφου αὐτῶν. Οὐδὲ γὰρ ψηφίζεσθαι πρότερον πρεσβύτεραν ἢ διάκονον ἀνεδιδάχθημεν ἢ ἕτερον κληρικὸν, καὶ οὕτω χειροτονεῖσθαι αὐτόν.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τὴν ἐπιλογὴν, καὶ τὴν χειροτονίαν τῶν πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων, τῷ ἐπισκόπῳ ἀνατίθησιν ὁ κανών· ᾧ ὑποκεῖσθαι μέλλουσιν οἱ χειροτονούμενοι.

ΑΡΙΣΤ. Εἷς ἐπίσκοπος χειροτονεῖ πρεσβύτερον καὶ διάκονον. Σαφής.

CANON II.

Presbyter ab uno episcopo ordinetur, et diaconus, et reliqui clerici.

BALS. Hic quoque canon de ordinatione consequenter statuens, probat etiam præcedentem canonem accipi de ordinatione episcoporum, non de eorum electione. Neque enim presbyterum, vel diaconum, vel aliam clericum prius eligi et sic ordinari docti sumus.

ZONAR. Et electionem, et ordinationem presbyterorum, atque diaconorum canon remittit episcopo : cui subjicientur ii, qui ordinantur.

ARIST. Unus episcopus ordinat presbyterum et diaconum. Perspicuus.

ΚΑΝΩΝ Γ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ προσενέγκῃ ἑτέρᾳ τινὰ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι,

CANON III.

Si quis episcopus, vel presbyter, præter Domini de sacrificio ordinationem, alia quædam ad altare attulerit, vel mel, vel lac, vel pro vino siceram fa-

Digitized by Google

citiam, vel aves, vel aliqua animalia, vel legumina, præter ordinationem, deponatur, præterquam novas spicas vel unam tempore opportuno. Ne liceat autem aliquid aliud ad altare offerre quam oleum ad luminare, et incensum tempore sanctæ oblationis.

BALS. Sacrificia quæ ex lege antiqua in templo fiebant, per sanguinem et animalium cædem, prohibentes divini Apostoli, incruentum, quod a Domino traditum est, sacrificium fieri jusserunt, et sacerdotem, qui præter hæc facit, deponendum esse statuerunt. Est autem sicera quidquid præter vinum inebriat. Cum autem audis canonem dicentem, Præterquam novas spicas vel legumina, ne putes per hæc permitti fieri sacrificium, et hoc enim prohibetur; sed dic ea offerri sacerdoti, tanquam novorum fructuum primitias : et ut ea ex manibus sacerdotis cum benedictione accipientes, Deo gratias agamus, qui ea nobis suppeditat, quæ ad victum nostrum cultumque sufficiunt. Et ideo, ut est verisimile, patriarchæ quoque uvæ offeruntur in altari sacræ ædis Blachernarum, peracto sacro in festo Dormitionis sanctissimæ Deiparæ. Ego autem vidi quemdam depositum, et ex venerandi monasterii regionis, cui præerat, præfectura ejectum, quod caseos et carnes ad altare inferret, consilio cujusdam improbi hominis, qui eum seduxit, et dixit hoc modo futuram plurimorum morborum medelam. Incensum autem et oleum propter sacrificium non offertur, sed ad templi illuminationem, et veræ luci et Deo gratiarum exhibendam actionem. Lege sextæ syn., can. XXVIII et XXXII et LVII.

ZONAR. Dominus tradens discipulis suis illud quod agitur in incruento sacrificio mysterium, hoc ipsum pane, vinoque conficiendum tradidit. Ob quod etiam ipsi apostoli prohibuerunt aliud quid in sacrificium adduci : utique loco alia potionis uti specie vetuerunt, qualis est sicera. Sicera autem est, quidquid præter vinum facit ebrietatem, qualia sunt, quæ per artem parant homines, ut est appel-

ἢ τάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἐπιτηδευτὰ, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια, παρὰ τὴν διάταξιν, καθαιρείσθω· πλὴν νέων χίδρων (1), *ἢ σταφυλῆς τῷ καιρῷ τῷ δέοντι. Μὴ ἐξὸν δὲ ἔστω, προσάγεσθαί τι ἕτερον εἰς τὸ θυσιαστήριον ἢ ἔλαιον εἰς τὴν λυχνίαν, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς.*

ΒΑΛΣ. Τὰς ἐκ τοῦ παλαιοῦ νόμου γινομένας ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ θυσίας δι' αἵματος καὶ ζώων σφαγῆς ἀπαγορεύσαντες οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, τὴν ὑπὸ τοῦ Κυρίου παραδοθεῖσαν ἀναίμακτον θυσίαν ἐκέλευσαν γίνεσθαι καὶ τὸν παρὰ ταῦτα ποιοῦντα ἱερέα καθαιρεῖσθαι διωρίσαντο. Σίκερα δέ ἐστι πᾶν τὸ ἄνευ οἴνου μέθην ἐμποιοῦν. Ἀκούων τὸ τοῦ κανόνος λέγοντος, « *πλὴν νέων χίδρων,* » ἤγουν ὀσπρίων, μὴ νομίσῃς συγχεχωρεῖσθαι τὴν διὰ τούτων θυσίαν· καὶ τοῦτο γὰρ ἀπηγόρευται· ἀλλὰ λέγε προσφέρεσθαι ταῦτα τῷ ἱερεῖ, ὡς ἀπαρχὰς τῶν ἐτησίων καρπῶν· καὶ ἵνα, λαμβάνοντες αὐτὰ ἀπὸ τῶν χειρῶν τοῦ ἱερέως μετ' εὐλογίας, εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ ἀναπέμπωμεν, τῷ οἰκονομήσαντι τὰ πρὸς ζωάρκειαν καὶ θεραπείαν ἡμῶν. Διὰ γὰρ τοῦτο, ὡς ἔοικε, καὶ σταφυλὰς τῷ πατριάρχῃ προσφέρουσιν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ θείου ναοῦ τῶν Βλαχερνῶν μετὰ τὴν ἱεροτελεστίαν κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου· ἐγὼ δὲ εἶδον καθαιρεθέντα καὶ τῆς ἡγουμενίας ἐκβληθέντα τινὰ πρωεστῶτα τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς χώρας, διὰ τὸ τυροὺς καὶ κρέα ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ εἰσαγαγεῖν ἀπὸ συμβουλῆς ἀνθρώπου κακοῦ, πλανήσαντος αὐτὸν, καὶ εἰπόντος ἐκ τούτου τοῦ τρόπου πολλῶν ἀῤῥωστημάτων θεραπείαν γενέσθαι. Θυμίαμα δὲ καὶ ἔλαιον οὐ χάριν θυσίας προσάγεται, ἀλλ' εἰς φωτὸς καὶ Θεοῦ. Ἀνάγνωθι τῆς ς' συνόδου κανόνας κη', λβ', νζ'.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ Κύριος παραδιδοὺς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τῇ ἀναιμάκτῳ θυσίᾳ τελετὴν, ἄρτῳ καὶ οἴνῳ ταύτην τελεῖν παραδέδωκε. Διὰ καὶ οἱ ἀπόστολοι ἕτερόν τι πρὸς θυσίαν προσάγεσθαι ἀπηγόρευσαν· καὶ ἀντὶ οἴνου δὲ ἑτέρῳ πόματι κεχρῆσθαι ἐκώλυσαν, οἷον σίκερα· σίκερα δέ ἐστι πᾶν τὸ ἄνευ οἴνου μέθην ἐμποιοῦν, οἷά εἰσιν ἃ ἐπιτηδεύουσιν ἄνθρωποι, ὡς ἡ λεγομένη χουμέλη (2), καὶ

Guil. Beveregii notæ.

(1) *Πλὴν νέων χίδρων.* Interpretes hic consentiunt, quod hoc canone præcipitur, ut novæ spicæ, tempore opportuno, id est, cum primo maturescant, non ut sacrificia Deo, sed ut primitiæ sacerdoti offerantur. Sic etiam Scholiastes in Harmenopuli epitomen, οὐχ ὡς θυσία ταῦτα, ἀλλ' ὡς ἀπαρχὴ καρπῶν νέων. Harmenop. epit. can. sect. 2, tit. 2.

(2) *Χουμέλη.* Etiamsi nomen hoc vix alibi, ni fallor, præterquam hoc loco occurrat, quin potionem tamen aliquam ex melle confectam significet, nemo dubitare potest. Et quidem mellitum aliquid vini loco offerre concilium Antisiodorense etiam prohibet : *Non licet in altario, in sacrificio divino mellitum, quod mulsum appellant, nec ullum aliud poculum, extra vinum cum aqua mistum, offerre.* Concil. Antesiod. can. 8. At præter χουμέλη, aliæ sunt quamplurimæ potiones inebriantes, quas sub *siceræ* nomine canon hic offerre vetat. Observatu dignissima sunt D. Hieronymi verba : *Sicera Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest sive illa, quæ frumento conficitur, sive pomorum succo, aut cum favi decoquuntur in dulcem et barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctisque frugibus aquæ pinguior coloratur.* Hieron. ad Nepot. *De vita cleric.* p. 6, col. 1, tom. I, oper. per Erasmum. De sicera primo ex frumento consecta, sic Plinius : *Est et Occidentis populis sua ebrietas fruge madida : pluribus modis per Gallias Hispaniasque nominibus aliis, sed eadem ratione.* Plin. l. XIV, cap. 22. *Ægyptus quoque e fruge sibi potus similes excogitavit, nullaque in parte mundi cessat ebrietas,* ibid. et alibi. *Et frugum quidem hæc sunt in usu medico. Ex iisdem fiunt et potus, zythum in Ægypto, cælia, et ceria in Hispania, cervisia et plura genera in Gallia, aliisque provinciis,* Id. lib. XXII, cap. ult. a fine.

Digitized by Google

ζσα ὁμοίως σκευάζονται. Σταφυλὰς δὲ ἄρτι γενομένας πεπείρους, καὶ νέα χίδρα, ἤτοι ἀρτιφανῆ, καὶ πρὸς βρῶσιν ἤδη καθεστηκότα ὀσπρια (τοῦτο γὰρ δηλοῦται διὰ τοῦ εἰπεῖν, « τῷ καιρῷ τῷ δέοντι ») προσάγεσθαι συνεχώρησαν· πλὴν οὐχ ὡς θυσίας ταῦτα προσφέρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἀπαρχὰς τῶν ὡρίων καρπῶν. Συγκεχώρηται δὲ προσάγεσθαι καὶ ἔλαιον, ὥστε φῶς διὰ τούτου ἀνάπτεσθαι τῷ ἀληθινῷ φωτὶ, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς. Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Τρούλλῳ συνόδου κανόνας λα', λβ', λη'.

A lata potio, Choumeli; et quæ similiter apparantur. Uvas autem jam maturas, novasque spicas, videlicet, recenter enatas, et ad cibum jam perfecta legumina (hoc enim significatur per id quod dicitur, tempore opportuno) permiserunt afferri. Verumtamen non ut sacrificia, isthæc offerri, sed tanquam primitias tempestivorum fructuum. Præterea, permissum est et afferri oleum, ut lumen per hoc accendatur vero lumini, incensum quoque, tempore sanctæ oblationis. Legas in Trullo synodi canones 31, 32 et 38.

ΑΡΙΣΤ. *Ἱερεὺς ὁ γάλα, ἢ μέλι, ἢ σίκερα, ἢ ζῶα, ἢ ὀσπρια τῷ θυσιαστηρίῳ προσάγων, πλὴν νέων χίδρων, καὶ σταφυλῆς, καὶ ἐλαίου, καὶ θυμιάματος, καθαιρείσθω.*

ARIST. *Sacerdos qui lac, vel mel, vel siceram, vel animalia, vel legumina altari affert, præter novas spicas, et uvam, et oleum, et suffitum, deponatur.*

B

Τὸ προσάγειν τῷ θυσιαστηρίῳ τὰ ἀπηριθμημένα, τὸ μὲν, ὡς Ἑλληνικὸν, τὸ δὲ ὡς Ἰουδαϊκὸν ἀπηγόρευται. Ἀπαρχὰς δὲ τῶν νέων καρπῶν, ἤτοι ὀσπρίων καὶ σταφυλῆς, προσφέρειν κατὰ τὸν τῆς γεωργίας καιρὸν εἰς εὐχαριστίαν τοῦ δόντος Θεοῦ ἐπιτέτραπται.

Afferre altari quæ hic numerantur, illud quidem ut Græcanicum, hoc ut Judaicum prohibetur. Primitias autem recentium fructuum, vel leguminum, vel uvæ passæ offerre secundum agriculturæ tempus, ad gratias agendas Deo danti, permittitur.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

Ἡ ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω, ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. Δῆλον δὲ ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζουσι τοῖς διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

CANON IV.

Omnis alius fructus domum mittatur, primitiæ episcopo et presbyteris; sed non super altare. Clarum autem est, quod episcopus et presbyteri diaconis et reliquis clericis distribuunt.

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ κανόνος ὅτι ἐν τῷ ναῷ μόνα ὀσπρια καὶ σταφυλαὶ ὡς ἀπαρχαὶ τῷ ἐπισκόπῳ προσάγονται· αἱ ὀπῶραι δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ἀποστέλλονται τῷ ἐπισκόπῳ χάριν τοῦ δι' αὐτοῦ ἀξίαν τῷ Θεῷ εὐχαριστίαν δοθῆναι. Ὅπως δὲ τὰ ἐπὶ ταῖς μνήμαις τῶν ἁγίων καὶ τῶν κατοιχομένων προσφερόμενα, καὶ κανίσκια (3) λεγόμενα, διὰ πολυειδῶν ὀπωρῶν κοσμούμενα τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρονται, μαθήσῃ ἀπὸ τοῦ *Εἰς τοὺς κεκοιμημένους* λόγου τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου. Σὺ δὲ εἰπὲ ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἀναγκάζονται οἱ ἐπίσκοποι παρηγορεῖσθαι τοὺς κληρικοὺς αὐτῶν ἀπὸ τῶν εἰσόδων τῶν ἐκκλησιῶν.

BALS. Nota etiam ex hoc præsenti canone, quod C in templo sola legumina et uvæ, ut primitiæ, episcopo offeruntur: fructus autem et reliqua mittuntur ad episcopum, ut per eum, ut par est, Deo gratiæ agantur. Quomodo autem quæ in memoriis sanctorum et mortuorum offeruntur, et caniscia appellantur, omni genere fructuum ornata ad altare offerantur, disces ex oratione magni Athanasii, *De iis qui dormierunt*. Tu autem dic quod etiam ex præsenti canone necesse habent episcopi consolari clericos suos ex reditibus ecclesiarum.

Guil. Beveregii notæ.

(3) *Κανίσκια.* In codicibus antehac impressis est κοινίσκια. Gentianus Hervetus legit καινίσκια, transfert enim *Cæniscia*. Nos veram lectionem κανίσκια ex ms. Bodleiano restituimus. Sic etiam Joh. Meursius legit in Glossario, in voce σπόρτουλον. Nec κοινίσκια autem nec καινίσκια, ni fallor, uspiam occurrit. Κανίσκιον vero idem est quod κάνεον *canistrum*. Suidas, κάνσον, κανίσκιον. Hesychius, κανέοισι, κανοῖς, μαγίσι, κανισκίοις, et mox, κανοῦν, κανίσκιον. Hinc pro *sportula*, de qua ante dictum est, sive dono, quod in canistris deferri solet, accipitur. Ὅπου δὲν λαμβάνει δῶρα, ὅπου δὲν δέχεται κανίσκια. Gloss. Gr. Barb. διὰ τὸ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἀποστεῖλαι μετὰ μεγάλου κανισκίου τὸν βασιλέα, Constantin. *De administr. imp.* Scribitur et κανίσγειον apud Nicet. Choniat. in Alexio Angelo, l. 3. Quænam autem hoc Balsamonis loco κανίσκια essent τὰ ἐπὶ ταῖς μνήμαις τῶν ἁγίων καὶ κατοιχομένων προσφερόμενα, certiores heremus, si oratio illa S. Athanasii Εἰς τοὺς κεκοιμένους, an quam nos remittit, ullibi exstaret. Videntur tamen ejusdem naturæ esse ac quæ a Græcis κόλυβα etiamnum vocitantur. Κόλυβα autem Suidas σῖτος ἑψητός exponit. Enimvero Græci ex frumento leviter excocto et frugibus variis, ut pisis, tusis avellanis, amygdalis, nucibus, uva Corinthiaca, malogranatis, aliisque edulium quoddam conficiunt, quod κόλυβα vocant: hoc in sanctorum et defunctorum commemorationibus et Quadragesimæ initio propinquorum sepulchris impositum offerunt: postea vero in sacerdotis et ministrorum usum cedit. Hunc τῶν κολύβων ritum Theodori martyris monitu introductum esse scribunt Niceph. Callist. l. x, c. 12, et Nectarius in Synaxario Græco ad Feb. 17. Hujus autem generis fuisse κανίσκια a Balsamone hic commemorata, exinde liquet, quod hæc quoque διὰ πολυειδῶν ὀπωρῶν κοσμούμενα τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρονται, ut proximis verbis docet.

Digitized by Google

THEODORI BALSAMONIS

ZONARÆ, ARISTENI

IN CANONES SS. APOSTOLORUM, CONCILIORUM

ET IN EPISTOLAS CANONICAS SS. PATRUM

COMMENTARIA *

—

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

—

CANONES

SANCTORUM APOSTOLORUM.

—

CANON I.

Episcopus a duobus vel tribus episcopis ordinetur.

BALS. Hic canon apostolicus disserit de ordinatione, quæ fit ab antistite in ecclesia ; sicut magnus quoque dicit Paulus, *Nemini manus cito imponas* [1], nec alienis peccatis communices : non autem de electione, ut nonnulli dicebant, secuti ea quæ dicebantur sine scriptis, per manuum extensionem, factam quando a populo civitatum electiones antistitum fiebant. Etsi enim Laodicena synodus dicit in quinto canone non debere fieri ordinationes in præsentia audientium, et ideo nonnulli existimarunt hunc quoque canonem loqui de electione, mihi tamen videtur eos non recte dicere ; quæ enim fit in Ecclesia ordinatio, per preces mysticas peragitur, etiamsi fiat coram multis : insuper cum quartus canon sanctæ primæ synodi Nicænæ decernat debere fieri electionem episcopi ab omnibus episcopis provinciæ, vel a tribus saltem, reliquis in scriptis assentientibus ; dubito quomodo dixerunt nonnulli hunc canonem de electione antistitis intelligi qui

ΚΑΝΩΝ Α'.

Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

ΒΑΛΣ. Ὁ ἀποστολικὸς οὗτος κανὼν, περὶ χειροτονίας διαλέγεται τῆς παρὰ ἀρχιερέως τελουμένης ἐπ' ἐκκλησίας· καθὼς καὶ ὁ μέγας Παῦλός φησι· *Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις.* Οὐ μὴν περὶ ψήφου, καθώς τινες εἶπον, ἀκολουθήσαντες τοῖς ἀγράφως λεγομένοις διὰ τὴν τῶν χειρῶν ἔκτασιν, τὴν γενομένην ὅτε παρὰ τοῦ πλήθους τῶν πόλεων αἱ ψῆφοι τῶν ἀρχιερέων ἐγίνοντο. Κἂν γὰρ ἡ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν ε' κανόνι φησὶ, μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐν παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι, κἀκ τούτου τινὲς ὑπέλαβον καὶ τὸν κανόνα τοῦτον περὶ ψήφου διαλέγεσθαι· ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ μὴ καλῶς τούτους λέγειν, ὅτι καὶ ἡ ἐπ' Ἐκκλησίας χειροτονία διὰ μυστικῶν εὐχῶν τελεῖται, κἂν ἐνώπιον πολλῶν γίνηται. Ἄλλως τε τοῦ δ' κανόνος τῆς ἐν Νικαίᾳ α' ἁγίας συνόδου, διοριζομένου τὴν τοῦ ἐπισκόπου ψῆφον γίνεσθαι παρὰ πάντων τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἢ τέως τριῶν, ἐγγράφως καὶ τῶν λοιπῶν

[1] I Tim. v, 22.

* Collectio sacrorum canonum, in quam Balsamon, Zonaras et Aristenus commentaria ediderunt, ea ipsa est, ni fallor, quam Photius olim confecit ad usum Ecclesiæ Græcæ, quamque hic edendam esse promisimus in tomo CIV *Patrologiæ Græcæ*. J. B. M.

Digitized by Google

συναινούντων, ἀπορῶ πῶς εἶπόν τινες τὸν κανόνα τοῦτον νοεῖσθαι περὶ ψήφου ἀρχιερέως, λέγοντα ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον.

Octavum et nonum canonem alii quidem aliter sunt interpretati ; nos vero aliter. Unde eos simul conjungentes, dicimus, quod qui in sacrum catalogum annumerantur, et sacramentorum mysteria peragunt, oblationi autem quæ fit non communicant, segregantur, nisi justam causam dixerint : sacrati autem qui sancta super altare non tractant, et omnes laici fideles, qui non exspectant, seu ad finem usque non perseverant, donec a dignis sancta facta fuerit communicatio, ut inordinati segregantur. Dicere enim omnes nos fideles laicos, et consecratos, qui sacra non tractant, oportere quotidie sanctis communicare, alioqui segregari, nec est ex sententia canonis, nec potest fieri : et ideo nonus canon dixit gumiri fideles qui non permanent, et non addidit eos qui non communicant. Ita interpretare canonem convenienter 2 canoni synodi Antiochenæ.

ZONAR. Canon dignos et præparatos semper esse vult omnes ad sanctificationis communionem,

ΚΑΝΩΝ Η'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος (13) *ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ προσφορᾶς γενομένης μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω· καὶ ἐὰν ᾖ εὔλογος, συγγνώμης τυγχανέτω· εἰ δὲ μὴ λέγοι, ἀφοριζέσθω, ὡς αἴτιος βλάβης γενόμενος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν ἐμποιήσας κατὰ τοῦ προσενέγκαντος, ὡς μὴ ὑγιῶς ἀνενέγκαντος* (14).

ΒΑΛΣ. Ἐπίσκοπον μὲν ἢ πρεσβύτερον οὐκ οἶδέ τις εἰσιόντα εἰς τὸ θυσιαστήριον καὶ ἱερουργήσαντα, καὶ μὴ μεταλαβόντα τῶν θείων ἁγιασμάτων. Εἰ δέ τις ἐκ τούτων τοιοῦτόν τι εὑρεθῇ ποιήσας, οὐ μόνον ἀφορισθήσεται, ἀλλὰ καὶ μεγάλως κολασθήσεται, εἰ μὴ εὐλογωτάτην αἰτίαν καὶ προφανῆ εἴπῃ, τὴν θείαν μετάληψιν κωλύουσαν. Οὐδὲ γὰρ τυχὸν σκάνδαλον ἐκ τούτου ἀναφύεται. Ἐκ τῶν διακόνων δὲ τοὺς πλείους βλέπομεν εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσιόντας, καὶ μὴ μεταλαμβάνοντας, ἀλλὰ μηδὲ ἁπτομένους τῶν ἁγίων. Εἰ δέ τις ἐξ αὐτῶν χειραπτήσῃ, καὶ οὐ μεταλάβῃ, ἀφορισθήσεται κατὰ τὸν κανόνα. Καί τινες μὲν οὕτως ἡρμήνευσαν τὸν κανόνα· τινὲς δὲ λέγουσιν ὑπὸ τοῦ κανόνος ἀφορίζεσθαι πάντα ἱερωμένον μὴ μεταλαμβάνοντα, κἂν ἔξωθεν τοῦ ἁγίου βήματος ἵσταται, ὅπερ βαρύτατόν ἐστι.

Ἑτέρα ἑρμηνεία.

Τὰ περὶ τοῦ η' καὶ θ' κανόνος ἄλλοι μὲν ἄλλως ἡρμήνευσαν, ἡμεῖς δὲ ἄλλως. Ὅθεν συνάπτοντες τὰ παρὰ τούτων, λέγομεν ὅτι οἱ μὲν συναριθμούμενοι τῷ ἱερῷ καταλόγῳ, καὶ ὑπουργοῦντες εἰς τὰ τῶν ἁγιασμάτων μυστήρια, μὴ μεταλαμβάνοντες προσφορᾶς γενομένης, ἀφορίζονται, εἰ μὴ εὔλογον εἴπωσιν αἰτίαν· οἱ δὲ μὴ χειριζόμενοι τὰ ἅγια ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ ἱερωμένοι, καὶ πάντες οἱ λαϊκοὶ πιστοὶ μὴ περιμένοντες, ἤτοι μὴ προσκαρτεροῦντες μέχρι τέλους, καὶ ἑστ' ἂν ἡ ἁγία γένηται μετάληψις παρὰ τῶν ἀξίων, ὡς ἄτακτοι ἀφορίζονται. Τὸ γὰρ λέγειν ἡμᾶς ὀφείλειν πάντας τοὺς πιστοὺς λαϊκοὺς καὶ τοὺς μὴ χειριζομένους τὰ ἅγια ἱερωμένους, καθεκάστην μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων, εἰ δὲ μή, ἀφορίζεσθαι, οὔτε τῷ κανόνι δοκεῖ οὔτε δυνατόν ἐστι γενέσθαι. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ θ' κανὼν εἶπε τοὺς μὴ παραμένοντας πιστοὺς κολάζεσθαι, καὶ οὐ προσέθετο τοὺς μὴ μεταλαμβάνοντας. Οὕτως ἑρμήνευσον τοὺς κανόνας κατὰ τὸν β' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Ἑτοίμους πάντας ἀεὶ καὶ ἀξίους τῆς τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεως ὁ κανὼν βούλεται εἶναι,

Guil. Beveregii notæ.

(13) *Εἴ τις ἐπίσκοπος.* Marco Alexandrino hanc quæstionem proponenti, Οἱ μετὰ τοῦ ἀρχιερέως ἢ μετὰ τοῦ ἱερέως συλλειτουργοῦντες διάκονοι ἀπραιτήτως μεταλαμβάνειν ὀφείλουσιν, ἢ οὔ; Theodorus Balsamon respondens hunc canonem recitat, additque Παρατηρητέον οὖν, τοὺς ὑποδιακόνους καὶ τοὺς διακόνους, καὶ μᾶλλον τοὺς χειραπτήσαντας μεταλαμβάνειν τῶν θείων ἁγιασμάτων, ἢ μὴν τὴν αἰτίαν λέγειν δι' ἣν τοῦ ἀγαθοῦ τούτου ἀπέστησαν. Τοῦτο γὰρ μὴ ποιοῦντες ἀφορισθήσονται κατὰ τὴν τοῦ ῥηθέντος κανόνος περίληψιν, Bals. respons. ad Marc. Alex. interrog. 17, lib. v, Juris Græco-Rom., p. 371, edit. Franc. 1596.

(14) *Ὡς μὴ ὑγιῶς ἀνενέγκαντος.* Hæc verba in impressis desiderantur ; nos ea ex ms. Bodleiano restituimus, cui consentiunt Joh. Antiochenus collect. can. tit. 47 ; et Balsamon in responsis ad Marci Alexandrini interrog. 17, ibid., nisi quod pro ἀνενέγκαντος, ille προσενέγκαντος, hic προσενεγκόντος legit : item exemplaria a Dionysio Exiguo et Gentiano Herveto usurpata ; nam ille verti', *quod recte non obtulerit* ; hic, *tanquam non digne obtulerit.*

Digitized by Google

καὶ μάλιστα τοὺς ἱερωμένους· διό φησιν ὡς εἴ τις A maximeque Deo con-ecratos ministros : propterea τούτων μὴ μεταλάβῃ προσφορᾶς γενομένης (προσκομιδῆς δηλαδὴ) ἢ τὴν αἰτίαν εἰπάτω, καὶ εἰ εὔλογος εἴη, συγγνωσθήσεται, ἢ μὴ λέγων, ἀφορισθήσεται, δίδωσι γὰρ κατὰ τοῦ ἱερέως τοῦ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν ποιήσαντος ὑπόνοιαν οὐκ ἀγαθὴν τῷ λαῷ, ὡς ἐξ ἐκείνου μεταλαβεῖν μὴ βουλόμενος, οἷά τι συνειδὼς αὐτοῦ κώλυμα πρὸς ἱερουργίαν.

dicit, si quis horum non communicarit oblationi factæ (quæ fuerit allata videlicet) causam dicat. Hæc si rationabilis erit, venia dabitur. Si non dixerit, excommunicabitur : dat enim sinistram populo suspicionem adversus eum sacerdotem, qui sacrum fecit incruentum : perinde ac si nollet hujus particeps esse, quod in sacrificante sciret impedimentum aliquod inesse ad sacrificium.

ΑΡΙΣΤ. *Ἱερεὺς ὁ μὴ μεταλαμβάνων λεγέτω τὸ αἴτιον· ἀφοριζέσθω δὲ μὴ λέγων· ὑποπτον γὰρ πεποίηκε τὸν προσάγοντα.*

ARIST. *Sacerdos qui non communicat, dicat causam; non dicens autem a communione pellatur, suspectum enim facit offerentem.*

Ἱερεύς, ἢ ἕτερός τις τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου μὴ μεταλαμβάνων, καὶ τὴν αἰτίαν δι' ἣν τοῦτο ποιεῖ, μὴ λέγων, ὡς ὑποψίαν διδοὺς κατὰ τοῦ προσάγοντος τὴν ἀναίμακτον θυσίαν, ἀφοριζέσθω. B

Sacerdos, vel aliquis de catalogo sacerdotali non communicans et causam propter quam illud facit non dicens, ut suspicionem dans in illum qui offert incruentum sacrificium, segregetur.

ΚΑΝΩΝ Θ'.

Πάντας τοὺς εἰσιόντας (15) *πιστοὺς, καὶ τῶν Γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀταξίας ἐμποιοῦντας τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή.*

CANON IX

Omnes fideles qui ingrediuntur, et Scripturas audiunt, in precatione autem et sacra communione non permanent, ut ecclesiæ confusionem afferentes, segregari oportet.

ΒΑΛΣ. Ὁ τοῦ παρόντος κανόνος διορισμὸς δριμύτατός ἐστιν. Ἀφορίζει γὰρ τοὺς ἐκκλησιάζοντας καὶ μὴ παραμένοντας μέχρι τέλους, μηδὲ μεταλαμβάνοντας. Ἄλλοι δὲ κανόνες παρομοίως διορίζονται πάντας ἑτοίμους εἶναι καὶ ἀξίους τῆς μεταλήψεως, καὶ τοὺς ἐπὶ τρισὶ Κυριακαῖς μὴ μεταλαμβάνοντας ἀφορίζουσι (16).

BALS. Præsentis canonis constitutio est acerbissima. Segregat enim eos qui in ecclesiam conveniunt, et non ad finem usque exspectant, nec communicant. Porro autem alii quoque similiter decernunt, ut omnes sint parati, et digni communione, eosque qui tribus Dominicis non communicant, segregant

ΖΩΝΑΡ. Πάντας ὁ παρὼν κανὼν ἀπαιτεῖ, τῆς ἁγίας ἐπιτελουμένης θυσίας, μέχρι τέλους προσκαρτερεῖν C τῇ εὐχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει. Καὶ οἱ λαϊκοὶ γὰρ συνεχῶς μεταλαμβάνειν τότε ἀπητοῦντο. Κανὼν γάρ ἐστι τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕτερος, καὶ ἄλλος τῆ; ἐν Ἀντιοχείᾳ, ὡς, εἴ τις ἐπὶ τρεῖς Κυριακὰς παρὼν μὴ μεταλάβῃ, ἀφοριζέσθω. Διὸ καὶ ὁ παρὼν κανὼν τοὺς μὴ παραμένοντας ὡς τὴν τάξιν συγχέοντας ἀφορίζει· καὶ ὁ δεύτερος κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου περὶ τούτου φησίν.

ZONAR. Canon præsens exigit omnes, dum sanctum celebratur sacrificium, ad finem usque in oratione sanctaque communione perseverare. Siquidem tum temporis a laicis exigebatur, ut frequenter communicarent. Synodi enim Sardicensis exstat canon, et alter ejus quæ fuit in Trullo, et alius Antiochensis, ut si quis per tres Dominicas præsens non communicarit, hic ab Ecclesia separetur. Propter quod et præsens canon excommunicat etiam non permanentes, ut ordinem turbantes : et secundus Antiochenæ synodi canon de hoc ipso loquitur.

ΑΡΙΣΤ. *Ἀφορίσεις τὸν τῇ εὐχῇ καὶ τῇ μεταλήψει μὴ παραμένοντα.*

ARIST. *Segregabis eum qui in precibus et communione non permanet.*

Guil. Beveregii notæ.

(15) *Πάντας τοὺς εἰσιόντας.* Balsamon in responsis ad Marcum Alexandriæ patriarcham, nonnullos observat hoc Canone fretos asseruisse, eos omnes, qui ecclesiam ingrediuntur, etiam invitos, cogendos esse divina assumere sacramenta; addit autem : Ἀλλ' ἡμῖν οὕτω τὰ τοῦ κανόνος οὐκ ἐκλαμβάνεται· ἐκκλησιάζειν μὲν γὰρ τοὺς πιστοὺς μέχρι τέλους τῆς θείας ἱεροτελεστίας, καὶ τῆς τελευταίας τοῦ ἱερουργοῦντος εὐχῆς, καὶ τοῦ ἀντιδώρου τῆς μεταλήψεως ψηφιζόμεθα, καὶ τοῖς οὕτω μὴ ποιοῦσι τὴν ἐκ τοῦ κανόνος ἐπισείομεν ἀγανάκτησιν· μεταλαμβάνειν δὲ αὐτοὺς οὐκ ἀναγκάζομεν διὰ τὴν τῆς συνειδήσεως βάσανον. Προσεκτέον οὖν κατὰ τὴν τοῦ ῥηθέντος κανόνος περίληψιν μὴ ἀσυντάκτως ἐκ τῆς ἱερουργίας ὑποχωρεῖν τοὺς ἐκκλησιάζοντας. Balsam. ad interrog. 16, l. v. Jnr. Græco-Rom. Daniel Chamierus hunc canonem contra Missas privatas nec immerito profert, videsis eum tom. 4, l. vii, cap. 18, par. 2, Vide et concilii Antiocheni can. 2.

(16) *Μεταλαμβάνοντας ἀφορίζουσι.* Post ista verba in ms. nostro Bodleiano hæc occurrunt : Ἑτέρα ἑρμηνεία· Τὰ περὶ τοῦ ἡ' κανόνος καὶ θ' ἄλλοι μὲν ἄλλως ἠρμήνευσαν, ἡμεῖς δὲ ἄλλως. Ὅθεν συνάπτοντες τὰ περὶ τούτων λέγομεν. Ζήτει ἄνωθεν. Unde nobis visum est ἑτέραν ἑρμηνείαν, quæ ad can. 8 pertinet, in codice, e quo transcriptus est Bodleianus, bis scriptam fuisse, primo post can. 8, et denuo post hunc 9. At ubi amanuensis observasset eadem verba, quæ ad præcedentem canonem transcripsisset, iterum hic occurrere, primis secundæ hujus interpretationis verbis repetitis, statim addit, ζήτει ἄνωθεν, viz. ad interpretationem præcedentis canonis. Et in impressis quidem codicibus, atque eo quoque, quem transtulit Gentianus Hervetus, non minus quam in Bodleiano jam edito, hæc ἑτέρα ἑρμηνεία post primam octavi canonis interpretationem collocatur; his tamen ad marginem adnotatis, ταύτην ἑρμηνείαν οἶμαι γράφεσθαι δεῖν μετὰ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ θ' κανόνος.

Digitized by Google

Qui non manet in ecclesia usque ad finem, sed de ecclesia egreditur, dum adhuc sacra liturgia celebratur, eum ut confusionem facientem in ecclesia, segregari oportet.

Τὸν μὴ μέχρι τέλους προσκαρτεροῦντα τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ἔτι τῆς ἁγίας λειτουργίας τελουμένης τῆς ἐκκλησίας ἐξερχόμενον, ὡς ἀταξίαν ἐμποιοῦντα τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή.

CANON X.

Si quis cum excommunicato vel in domo una precatus fuerit, is segregetur.

BALS. Ἀκοινωνησίας, id est *excommunicationis*, vocabulum, idem est quod segregatio. Qui ergo una cum excommunicato quomodocunque precatus fuerit, segregabitur, etiamsi sit episcopus vel laicus. Hoc autem scriptum est propter eos qui dicunt, quod qui est segregatus, ex ecclesia ejectus est. Si quis ergo una cum eo canit in domo, vel in agro, ei crimini non dabitur. Idem est enim seu in ecclesia seu extra ecclesiam orare cum excommunicato. Cum excommunicato autem colloqui non prohibemur. Lege etiam 9 canonem syn. Carthag.

ΚΑΝΩΝ Ι'.

Εἴ τις ἀκοινωνήτῳ (17) κἂν ἐν οἴκῳ συνεύξηται, οὗτος ἀφοριζέσθω.

Τὸ ῥῆμα τὸ τῆς ἀκοινωνησίας ἀφορισμός ἐστιν. Ὁ τοίνυν ἀφωρισμένῳ συνευξάμενος ὁπουδήποτε ἀφορισθήσεται, κἂν ἐπίσκοπός ἐστι, κἂν λαϊκός. Τοῦτο δὲ γέγραπται διὰ τοὺς λέγοντας ὅτι ὁ ἀφωρισμένος ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐξεβλήθη. Εἴ τις οὖν μετ' αὐτοῦ συμψάλλει ἐν οἴκῳ ἢ ἐν ἀγρῷ, οὐκ αἰτιαθήσεται. Ταυτὸν γάρ ἐστι τὸ ἐν ἐκκλησίᾳ ἢ ἔξωθεν ταύτης συνεύξασθαι μετὰ τοῦ ἀφωρισμένου. Συνομιλεῖν δὲ μετὰ τοῦ ἀφορισθέντος οὐ κωλυόμεθα. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν θ' κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου.

ZONAR. Qui separantur, ob peccata videlicet separantur. His igitur nullos oportet communicare. Hoc enim respicit ad ejus contemptum qui separavit : aut potius ad ejus calumniam, tanquam qui male separaverit. Si quis igitur una cum excommunicato (vel segregato) orabit, etiamsi non in

ΖΩΝΑΡ. Οἱ ἀφοριζόμενοι διὰ ἁμαρτήματα δήπουθεν ἀφορίζονται. Χρὴ οὖν τούτοις μὴ συγκοινωνεῖν τινας. Τοῦτο γὰρ εἰς καταφρόνησιν τοῦ ἀφορίσαντος ἀφορᾷ, ἢ μᾶλλον καὶ εἰς διαβολήν, ὡς κακῶς ἀφορίσαντος. Εἴ τις οὖν ἀκοινωνήτῳ (ἤγουν ἀφωρισμένῳ) συνεύξηται, κἂν μὴ ἐν ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ἐν οἴκῳ, κἂ-

Guil. Beveregii notæ.

(17) *Εἴ τις ἀκοινωνήτῳ.* Excommunicationis pœna delinquentibus inflicta, non est Christianis propria, sed iis cum gentibus pariter ac Judæis communis. Et ipsi enim Druides eos, qui statutis suis morem non gererent, ab aliorum commercio, tam sacro quam profano, arcebant, ut testatur Julius Cæsar, qui de iis hæc habet : *Si quis aut privatus, aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos est gravissima : quibus ita est interdictum, ii numero impiorum et sceleratorum habentur : ab iis omnes decedunt, aditum eorum, sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant : neque iis petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur. His autem omnibus Druidibus præst unus, qui summum inter eos habet auctoritatem.* Cæsar *De bello Gall.* l. vi, cap. 4. Ad hanc etiam pœnam Euripides respexisse videtur, ubi ait in Oreste :

Ἔδοξε δ' Ἄργει τῷ δὲ μήθ' ἡμᾶς στέγαις
Μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα
Μητροκτονοῦντας.

Judæis tres excomunicationis species in usu fuerunt. Prima et levissima est נדוי *Niddui*, qua quispiam ab aliorum consortio ad quatuor saltem cubitos, et 30 dies segregatus est. Secunda, חרם *Herem*, quæ cum diris et horrendis maledictionibus inflicta est. Cum eo, qui sic excommunicatus est, nec edere, nec bibere licuit : quo respicere videtur Apostolus, dicens, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν, I Cor. v, 11. Tertia est שמתא *Shammatta*, qua multatus a reipublicæ pariter ac Ecclesiæ communione sine spe unquam redeundi separatus est, ut Elias in Tishi notat. Cum gentes autem et Judæi hanc auctoritatem exercuerint, multo minus Christianæ Ecclesiæ deneganda est : præsertim cum ipse fundator et caput Ecclesiæ in mandatis dederit, ut qui Ecclesiam audire neglexerit, sit ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης. Matth. xviii, 17, hoc est, Ecclesia ejiciatur, sive excommunicetur. Quod D. Paulus postea expressit per παραδοῦναι τῷ Σατανᾷ, I Cor. v, 5, I Tim. i, 20. Ut non mirum sit, Ecclesiæ præsules, ex Domini et apostolorum præceptis, ecclesiasticam hanc auctoritatem in scelerum conscios perpetuo exercuisse ; ut ex hoc canone ab Ecclesia recens nata decreto patet, quo cautum est, ne quis cum excommunicato vel comprecetur. Et iisdem quidem diebus, quibus constitutus, et observatum fuisse testis est Tertullianus, dicens ; *Ibidem etiam exhortationes, castigationes et censura divina. Nam et judicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu, summumque futuri judicii præjudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis, et conventus, et omnis sancti commercii relegetur.* Tertull. Apol. c. 39. Cyprianus etiam hujus censuræ frequentissime meminit : qui tamen pro *excommunicare* usurpat *arcere a communione*, et *non communicare*, epist. 28, edit. Rigalt., et nonnunquam, *de Ecclesia pellere, ejicere, condemnare, sacerdotum voce damnare*, epist. 55 ; *spirituali gladio necare* epist. 62. Sic etiam et *abstinere* utitur pro *excommunicare, et abstento* pro *excommunicato* : ut *abstentum a nobis sciat* epist. 38. *Et idcirco consulte et cum vigore fecisti, frater charissime, abstinendo diaconum, qui cum virgine sæpe mansit*, epist. 62. Et sic quidem *Abstineo* cum accusativo usurpatur a Terentio, *gemitus, screatus, tusses, risus abstine*, Terent. Heautont. Act. ii, scen. 2. et ab Horatio, *Abstinuit vim uxore et gnato.* Horat. l. ii, sat. 3, et ab ipso Cicerone, *Quale autem beneficium est, quod te abstinueris nefario scelere?* Cicer. Phil p. ii, n. 3, adeo ut Cyprianus non primus sit qui hoc verbo tanquam transitivo usus est, nec quidem ultimus. Nam concilium Toletanum dicit : *Clericus si abstinetur, a clericis deviletur ; si quis cum illo colloqui aut convivari fuerit deprehensus, etiam ipse abstinetur.* Concil. Tol. 1, c. 15, apud Bin. tom. I, p. 562 ; item concil. Eliberitanum c. 54, ibid. p. 242. Epaun. can. 3. idem tom. II, p. 312. Optatus Milevitanus, *ut dicatis Macharium post illa facta communioni non debuisse misceri, sed magis a catholicis episcopis abstineri.* Optat. Milev. in Append. l. vii, ad tertium pertinente, *Adv. Donat.* p. iii, edit. Albaspin. Paris. 1631.

Digitized by Google

κεῖνος ἀφορισθήσεται. Τοῦτο καὶ ὁ θ' κανὼν τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου φησί.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ συνευχόμενος ἀκοινωνήτῳ ταυτοκατάκριτος.*

Ὁ συνευχόμενος αἱρετικοῖς ἐν ἐκκλησίᾳ ἢ ἐν οἴκῳ, ἀκοινώνητος· ὡσαύτως ἔστω καὶ αὐτός.

ΚΑΝΩΝ ια'.

Εἴ τις καθῃρημένῳ (18) *κληρικὸς ὢν κληρικῷ συνεύξηται* (19), *καθαιρείσθω καὶ αὐτός.*

ΒΑΛΣ. Τινὲς τὸ συνεύξασθαι ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ συνιερουργῆσαι ἐξελάβοντο. Οὐ δοκεῖ δὲ καὶ ἐμοί. Περὶ γὰρ παντὸς κληρικοῦ καθαιρεθέντος ἐξελήφθη ὁ κανών, οὐ μὴν περὶ μόνου ἱερέως. Ἄλλοι δὲ εἶπον ἐνταῦθα τὸν καθαιρεθέντα ὑποβληθῆναι καὶ ἀφορισμῷ, καὶ διὰ τοῦτο κωλυθῆναι τὴν μετὰ τούτου προσευχήν. Ἐμοὶ δὲ κατανοεῖται ὅτι σκοπὸς τῷ κανόνι ἐντεῦθά ἐστι κολάζεσθαι πάντα κληρικὸν συνευξάμενον ὁπωσδήποτε κληρικῷ οἱῳδήτινι καθαιρεθέντι, καὶ μετὰ τὴν καθαίρεσιν ἐνεργήσαντι ἱερατικόν τι. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ καθαίρεσις αὐτῷ ἐπάγεται. Ἀπὸ μέντοι τοῦ συνεύξασθαί τινα ἀφωρισμένῳ τινὶ καθαίρεσις οὐκ ἐπάγεται, ἀλλὰ ἀφορισμός, ὡς ὁ ι' κανὼν παρακελεύεται.

ΖΩΝΑΡ. Τῶν καθαιρουμένων τινὲς μὲν μόνης ἱερουργίας κωλύονται, οὐ μέντοι καὶ κοινωνίας, ἢ τοῦ συνεκκλησιάζειν. Οἱ δὲ σὺν τῇ καθαιρέσει καὶ ἀκοινώνητοί εἰσι καὶ ἀφωρισμένοι. Ἢ γοῦν ὁ κανὼν οὗτος περὶ καθαιρεθέντος ἐν ταυτῷ καὶ ἀφορισθέντος νοηθήσεται, καὶ ὁ συνευξάμενος τούτῳ ὑπὸ καθαίρεσιν ἔσται· ἢ τὸ συνεύξασθαι ἀντὶ τοῦ συνιερουργῆσαι παραληφθήσεται.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ σινευχόμενος καθῃρημένῳ ταυτοκατάκριτος.*

A ecclesia sed in domo, pariter et hic excommunicabitur. Hoc etiam nonus canon synodi Carthaginensis dicit.

ARIST. *Qui cum excommunicato simul oraverit, eidem judicio subjicitur.*

Qui simul oraverit cum hæreticis in ecclesia vel domo, ipse similiter sit excommunicatus.

CANON XI.

Si quis, cum sit clericus, una cum deposito clerico oraverit, deponatur et ipse.

BALS. Nonnulli illud, una precari, pro eo quod est simul sacra facere, hic acceperunt. Sed mihi non ita videtur. De quovis enim clerico deposito accipitur canon, non autem de solo sacerdote. Alii autem dixerunt hic depositum etiam segregationi subjici, B et ideo esse prohibitam una cum eo precationem. Ego vero intelligo, quod canonis hoc est institutum, punire quemvis clericum, qui cum quovis deposito clerico, et post depositionem sacerdotale quidpiam operato, sit quomodocunque precatus. Propterea enim depositio etiam illi infligitur. Ex eo autem quod quis cum aliquo excommunicato precatus fuerit, non infligitur depositio, sed excommunicatio, ut decimus canon jubet.

ZONAR. Depositorum nonnulli quidem prohibentur a sola sacrorum celebratione : non etiam a communione, vel ab Ecclesiæ conventu. Quidam vero simul cum depositione sunt et excommunicati et ab aliis segregati. Vel hic igitur canon de deposito pariter et excommunicato venit intelligendus, et C qui simul oraverit cum eo, depositioni futurus sit obnoxius ; vel, simul orasse, pro sacra simul peregisse, accipiatur

ARIST. *Qui simul oraverit cum deposito, eidem judicio subjicitur.*

Guil. Beveregii notæ.

(18) *Εἴ τις καθῃρημένῳ.* Ut laici scelerum convicti excommunicantur, sic clerici delinquentes per canones *deponuntur ;* hoc est a sacris fungendis ministeriis arcentur, et in laicorum ordinem rediguntur. Hanc pœnam clericis inflictam veteres hi canones καθαιρεῖν vocant, et quibus infligitur, καθῃρημένους. Nonnunquam περιφραστικῶς exprimitur, per τοῦ βαθμοῦ καθαιρεῖσθαι, Basil. can. 55. ἐκπίπτειν τῆς ὑπηρεσίας, Id. can. 31. τοῦ βαθμοῦ κατάγεσθαι, Id. can. 32. ἐκκήρυκτον γίνεσθαι. Concil. Ancyr. c. 18 : ἐκπίπτειν τοῦ ἰδίου βαθμοῦ, Chalced. can. 27, κινδυνεύειν περὶ τὸν ἴδιον βαθμόν, Chalced. c. 2, hoc est, *jacturam clericatus sustinebit,* τῆς ἱερωσύνης ἀπογυμνοῦσθαι, Trull. can. 81, καθαιρεῖσθαι τῆς λειτουργίας, Antioch. can. 3, ut μηκέτι λειτουργεῖν ei fas sit, Apost. can. 15. Et sic quidem in Ecclesia primitiva qui semel depositus fuit, amplius celebrare non potuit, nec in clerum rursus admitti; sed inter laicos perpetuo recensitus fuit. Postea autem partialis quædam aut temporalis introducta est depositio, ad certum tantummodo tempus clericis inflicta; quam tamen non *depositionem* proprie, sed *suspensionem* vocitari usu venit. Concilium Aurelianense, *Memoratæ personæ ab honore vel officio suscepto juxta arbitrium sui pontificis suspendantur,* concil. Aurel. 5, c. 5, p. 515, tom. II. Bin. *Anni spatio a communione ecclesiastica suspendatur,* ibid. c. 17, et concil. 4, c. 19. *A communione catholica pro emendatione sacrilegii suspendatur.* Concil. Aurel. 4, c. 15, ibid., p. 512. Cum vox *suspensio* non usurpatur, tempus determinatur, quo ab officio cessare debent : ut, *tribus mensibus sit a suo officio sequestratus,* Conc. Aurel. 3, c. 2, ibid. p. 505. *Anni spatio Missas facere non præsumat:* ibid. c. 25. *Anno integro pacem Ecclesiæ non habebit.* ibid. c. 16. *Tandiu a sacrificando cessabit, quamdiu legitima pœnitentiæ satisfactione correptus ad gradus sive officium redeat, quod amisit,* conc. Brachar. 3, cap. 1, p. 1204, tom. II Bin. *Quamdiu in hoc vitio fuerit, a sacrificando cessabit,* ibid. cap. 5, ἐνιαυτὸν ἀργεῖν, Basil. can. 69. Cæterum concilium Lateranense statuit, nec suspensionem fieri *nisi canonica commonitione præmissa,* concil. Later. 3, c. 6, p. 1346, tom. III Bin.

(19) *Ὧν κληρικῷ συνεύξηται.* In impressis est ὢν ὡς κληρικῷ, quomodo legunt Joh. Antiochenus, et Dionysius Exiguus, qui totum hunc canonem sic transtulit : *Si quis cum damnato clerico veluti cum clerico simul oraverit, iste damnetur.* Et paraphrastes Arabicus, qui verba, ὡς κληρικῷ συνεύξηται vertit *aut precatur cum eo, ut precatur vere sacerdotibus.* Balsamon per συνεύξασθαι hic συνιερουργῆσαι a nonnullis intelligi observat : inter quos Zonaram et Aristenum fuisse interpretationes eorum palam faciunt.

Digitized by Google

Qui simul oraverit vel sacra peregerit cum depo- A sito, ipse etiam sit depositus.

CANON XII et XIII

Si quis clericus, vel laicus segregatus, sive non recipiendus, discedens, in altera urbe receptus fuerit absque litteris commendatitiis, segregetur, et qui excepit, et qui exceptus est

Si vero fuerit excommunicatus, aggraveturin eumdem excommunicatio.

RALS. Alius est segregatus, et alius is qui non est recipiendus, sive is qui ab episcopo ad aliquid non admittitur. Qui enim segregatus est, ab ecclesiastica communione arcetur : qui autem non est recipiendus, multis modis non admittitur. Illud enim sive, pro eo quod est, vel di-junctive accipi- B tur, ut hoc ex sequenti canone probatur, qui dicit, Sin autem sit segregatus, etc. Dicunt ergo præsen-

Ὁ συνευχόμενος ἤτοι συλλειτουργῶν καθῃρημένῳ καθῃρημένος ἔστω καὶ αὐτός.

ΚΑΝΩΝ ΙΒ', ΙΓ'.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀφωρισμένος, ἤτοι ἄδεκτος, ἀπελθὼν, ἐν ἑτέρᾳ πόλει δεχθῇ ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν (20), *ἀφοριζέσθω καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δεχθείς.*

Εἰ δὲ ἀφωρισμένος εἴη, ἐπιτεινέσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμός (21).

ΒΑΛΣ. Ἕτερός ἐστιν ὁ ἀφωρισμένος, καὶ ἕτερος ὁ ἄδεκτος, ἤγουν ὁ παρὰ ἐπισκόπου εἰς τόδε τι μὴ παραδεχόμενος. Ὁ μὲν γὰρ ἀφωρισμένος ἐκ τῆς ἐκκλησιαστικῆς συνάξεως κωλύεται· ὁ δὲ ἄδεκτος ἐκ πολλῶν τρόπων οὐ δέχεται. Καὶ τὸ [ἤτοι] γὰρ ἀντὶ τοῦ [ἢ] διαζευκτικοῦ κεῖται ἐντὸς, καθὼς τοῦτο παρίσταται ἀπὸ τοῦ ἑφεξῆς κανόνος τοῦ λέγοντος· Εἰ δὲ ἀφωρισμένος εἴη, καὶ τὰ ἑξῆς. Φασὶ νοῦν οἱ παρόντες

Guil. Beveregii notæ.

20) *Ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν.* Canonicarum epistolarum tres olim species numeratæ sunt; nam aliæ συστατικαί, aliæ εἰρηνικαί, et aliæ denique ἀπολυτικαὶ dicuntur, Συστατικῶν, quarum hic fit mentio, meminit et D. Paulus II Cor. III, 1. Sunt autem proprie, quæ clericis vel laicis (olim excommunicatis) dantur, vel etiam ignotis ad aliam civitatem proficiscentibus, ipsos tanquam jam absolutos, et fideles, loci, quo abeunt, episcopo commendantes, ut testantur Zonaras in hunc canonem, Balsamon in concilii Chalced. can. 2, et Matthæus Blastares in syntagmate. Scholiastes Harmenopuli, Συστατικαὶ δὲ εἰσιν ἐπιστολαὶ αἱ διδόμεναι παρὰ ἐπισκόπου κληρικοῖς ἢ ἱερωμένοις εἰς ἑτέραν πόλιν C ἀπιοῦσι, καὶ συνιστῶσι τούτους τῷ ἐκεῖ ἐπισκόπῳ, ὡς παντάπασιν ἀναιτίους. Harmenop. epit. can. sect. 2, tit. 3, vide et Gratian. distinct. 71, cap. 8. Hujusmodi epistolæ commendatitiæ datæ sunt a Paulino episcopo Nolano ad Amandum, dicente, *Marium portitorem hujus epistolæ commendatum specialiter unanimitati tuæ, ut sicut rogavimus sanctum episcopum et patrem nostrum, ita ordinetur a vobis.* Paul. episc. Nol., epist. 21, p. 203, edit. Front. Ducæ Antwerp. 1622, sic et Wolfeon. Constantiensis ad Bernaldum Argentariensem scribit, *Commendatum ergo eum curæ vestræ suscipite, et ex nostris partibus absolutum in vestrarum ovium numero custodite.* Latini recentiores epistolas has *Formatas* nuncuparunt; quamadmodum et *formalium epistolarum* usus apud imperatores Romanos viguit, *cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam*, Sueton. in Domitian., cap. 13. Formatarum frequens apud Latinos mentio. Concilium Milevitanum, *Placuit ut quicunque clericus* D *propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab episcopo suo accipiat, quod si sine formata voluerit pergere, a communione removeatur*, conc. Milevit. 2, can. 20, p. 600, t. I. Bin. Hispalense secundum, *nec formatas cuilibet epistolas mittere*, cap. 7, p. 983, tom. II. Vigilius papa. *Ne quis sine formata tuæ fraternitatis ad longinquiora loca audeat proficisci*, Vigil. epist. 10. ad Aurel. Arelat. Sic et ἄνευ εἰρηνικῶν concil. Antioch. can. 7, apud Gratian. vertitur *absque formata* distinct. 71, cap. 9. Quo sensu et S. Augustinus forsitan dixit, *Quærebam utrum epistolas communicatorias, quas Formatas dicimus, possent quo vellent dare*, Aug. epist. 163 ad Eleusium, etc., tom. II oper. col. 739, l. c, edit. Froben. Formatæ vero propterea dictæ videntur, quod signi episcopalis forma in eis impressa fuit. Quod melius, ni fallor, intelligi non potest, quam e Papiæ vocabulario, ut a Car. Labbeo emendato, in quo hæc notatu dignissima occurrunt, *Formatæ epistolæ a sanctis 318 Patribus in Nicæno concilio constitutæ feruntur, ne videlicet quicunque clericorum in transferendo se qualescunque litteras confingeret, a proprio episcopo commeandi licentiam accepisse. Oportebit igitur in epistolis litteras has ex earum supputatione exprimi; primas litteras Græcas, Patris, Filii et Spiritus sancti, quæ viz. sunt* Π. Υ. Α. et subinde *Anathema ponatur in calce Epistolæ, et monogramma in fine ejusmodi B. T. E. id est, Bene valete. Signum autem in privilegii exordio, vel chrismon, vel crux Dominica cum chrismone erat. Chrismon autem hujusmodi effigiebatur specie :*

Ut autem plenius, tali mea sententia effigiabitur specie :

Consueverunt præterea in extremo margine privilegii quosdam insignire orbiculos, antistitis nomen, et pauca quælibet verba continentes.

Verba, quibus Græci commendatitias hasce sive *formatas* litteras exprimunt, videsis ad ipsam Euchologii calcem descripta. Datæ sunt et clericis imperium adeuntibus, necessitati præsentiæ ipsorum ibidem testimonium præbentes. Justinianus, Γράμματα λάβοι τοῦ οἰκείου μητροπολίτου πρὸς τὴν βασιλείαν, ταῦτα δὲ κατὰ τοὺς θείους κανόνας συστατικὰ καλούμενα τὰ μαρτυροῦντα τῷ ἀναγκαίῳ τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Justin. novel. 6, c. 3. Quinetiam litteræ, quæ a patriarcha Constantinopolitano, recens creato, fidei suæ confessionem continentes mitti solent, Συστατικαὶ ἐπιστολαὶ vocantur; quarum exemplar edidit Leunclavius in Juris Græco-Romani l. VI, p. 439, edit. Francof. 1596.

(21) *Ἐπιτεινέσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμός.* Post ista verba in impressis hæc leguntur, ὡς ψευσαμένῳ καὶ ἀπατήσαντι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Legit etiam Joh. Antiochenus in coll. can. tit. 18, et Dionysius Exiguus vertit, *Ut qui mentitus est, et Ecclesiam Dei seduxerit.* Et Josephus Ægyptius, *Propterea quod mendax Ecclesiam Dei seduxit*; item Aristenus, ut ex ejus interpretatione patet. Utrum Balsamon et Zonaras legerint, incertum est; cum neuter eorum istiusmodi clausulæ meminit: unde potius non legisse videntur. Certe in mss. Bodleiano desiderantur, et in codice, quem transtulit Gentianus Hervetus, necnon in Harmenopuli epitome sect. 2, tit. 3.

Digitized by Google

κανόνες ὁ ιβ' καὶ ὁ ιγ', ὅτι ὁ τὸν καθάπαξ ἄδεκτον εἶναι εἰς τόδε τι κατακριθέντα ἄνευ γραφῶν συστατικῶν τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου δεξάμενος ἐν εἰδήσει, ἀφοριζέσθω· συναφοριζέσθω δὲ καὶ ἐκεῖνος ὁ δεχθείς· εἰ δὲ ἄδεκτος οὐκ ἔστιν ὁ τοιοῦτος, ἀλλὰ ἀφωρισμένος, πάλιν ὁ μὲν τοῦτον δεξάμενος ἀφοριζέσθω· τοῦ δὲ ἀφωρισμένου ἐπιτεινέσθω ὁ ἀφορισμός. Ζήτει καὶ τὸν ια' κανόνα τῆς δ' συνόδου, καὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ κανόνα ς', καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι κανόνα ιγ'.

A tes canones 12 et 13, Si quis eum, qui semel ad aliquid non recipiendus judicatus est, sine sui episcopi commendatitiis litteris sciens acceperit, segregetur; una autem segregetur is quoque qui receptus est. Sin autem non est is ejusmodi, ut recipi non possit, sed segregatus, rursus qui eum susceperit, segregetur; segregati autem augeatur segregatio. Quære etiam 11 canonem 4 synodi et Antiochenæ canonem 6 et Chalced. canonem 13.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ ἤτοι ἐνταῦθα οὐχ ἑρμηνευτικόν ἐστι τοῦ ἀφορισμοῦ, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἢ διαζευκτικοῦ κεῖται. Περὶ δύο γὰρ εἰπεῖν βούλεται, περὶ τοῦ ἀφωρισμένου καὶ ἀδέκτου· καὶ τέως περὶ ἀδέκτου πρότερον (22) διαλέγεται. Τινὲς γὰρ ἐν κλήρῳ τεταγμένοι (ἀναγνῶσται τυχὸν ἢ ψάλται) ζητοῦσι χειροτονηθῆναι διάκονοι καὶ πρεσβύτεροι. Οἱ δὲ μέλλοντες χειροτονῆσαι B αὐτοὺς, ἐξετάζοντες τὰ κατ' αὐτοὺς, καί τινας ἴσως ἀμφιβολίας εὑρίσκοντες, ὑπερτίθενται τὴν χειροτονίαν, μέχρις ἂν αἱ περὶ αὐτῶν ἀμφιβολίαι λυθῶσιν. Οἱ δὲ ἀποδυσπετοῦντες ἑτέροις προσέρχονται, καὶ παρ' ἐκείνων προσδέχονται. Τοῦτο γοῦν ὁ παρὼν κωλύει κανών, καὶ τὸν ἀπρόσδεκτον εἰς χειροτονίαν τῷδε τῷ ἀρχιερεῖ νομιζόμενον, μὴ προσδέχεσθαι παρ' ἑτέρου κελεύει ἄνευ συστατικῶν ἐπιστολῶν τοῦ παρ' ᾧ ἐξητάζετο ἐπισκόπου· συστατικαὶ δὲ ἐπιστολαί εἰσιν αἱ διδόμεναι κληρικοῖς ἢ λαϊκοῖς ἀφωρισμένοις, ἢ ἀναγνώσταις (23), ἐν ἑτέρᾳ πόλει ἀπιοῦσι, καὶ συνιστῶσαι τῷ ἐκεῖ ἐπισκόπῳ αὐτούς, ὡς λυθέντας τῶν ἐπιτιμίων, ἢ πιστοὺς ὄντας· ἐπὶ τούτου τλατύτεραν εἴρηται ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ κανόνι τῆς τετάρτης συνόδου. Εἰ δέ τις τοιοῦτόν τινα δέξεται, καὶ C τὸν δεξάμενον καὶ τὸν δεχθέντα ὑπάγει ἀφορισμῷ (24). Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανόνα ς' καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι τρίτον.

ZONAR. In can. 12. [Ἤτοι,] hoc in loco non est expositivum [ἀφορισμοῦ] sed pro disjunctiva particula ἢ ponitur. De duobus enim dicere vult, de excommunicato et de non recipiendo : prinsque disputat de non recipiendo. In clero enim quidam ordinati (lectores, vel cantores) postulant ordinari diaconi, et presbyteri. Qui vero sunt ipsos ordinaturi, in eorum vitam inquirentes, et quædam fortasse dubia comperientes, suspendunt ordinationem, donec quæ circumferuntur, ambigua de ipsis, dissolvantur. Hi vero ægre ferentes ad alios adeunt, ab illisque recipiuntur. Hoc igitur præsens interdicit canon, et quem pontifex putavit ad ordinationem non admittendum, jubet ab alio non recipi sine commendatitiis epistolis ejus episcopi a quo examinabatur : commendatitiæ vero epistolæ sunt, quæ dantur clericis, aut laicis ab aliorum commercio separatis, aut lectoribus in aliam civitatem abeuntibus, ipsos illius loci episcopo commendantes, ut pœnis solutos, vel fideles exsistentes; de quo latius dictum est in undecimo canone quartæ synodi. Quod si quis talem quempiam receperit, canon tam suscipientem, quam susceptum subjicit excommunicationi. Lege canonem synodi Antiochenæ sextum et Chalcedonensis tertium.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ δεξάμενος τὸν ἀλλαχόθι ἄδεκτον ἀδεκτότερος.*

ARIST. *Qui recipit eum qui alibi non est recipiendus, ipse magis sit non recipiendus.*

Ὁ παρ' ἐπισκόπου τινὸς ἐξεταζόμενος εἰ προσδεκτέος ἐστὶ τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν τῷ τὰ κατ' αὐτὸν ἐξετάζεσθαι, ἐκεῖθεν ἀναχωρήσας, καὶ ἀπελθὼν εἰς ἕτερον ἐπίσκοπον, προσδεχθείη παρ' ἐκείνου ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν, δηλούντων τὸ ἀνεπίληπτον τῆς θρησκείας καὶ τοῦ βίου αὐτοῦ ἀφωρισμένος ἔσεται αὐτός τε καὶ ὁ προσδεξάμενος αὐτόν.

Qui ab episcopo aliquo examinatur, si recipiendus sit in sanctam Dei Ecclesiam, et dum hæc de ipso examinantur illuc recedens, et abiens ad alium episcopum, recipiatur ab eo sine litteris commendatitiis declarantibus inculpatum eum esse religione et vita, segregatus erit et ipse et qui recipit eum.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μὲν προγεγραμμένος κανὼν περὶ ἀδέ-

ZONAR. In can. 13. Suprascriptus canon de non

Guil. Beveregii notæ.

(22) *Περὶ ἀδέκτου πρότερον.* Eodem quo Balsamon et Zonaras sensu Scholiastes etiam Harmenopuli vocem ἄδεκτον interpretatur, Ἀδεκτός ἐστιν ὁ μὴ δεχόμενος εἰς μεῖζω βαθμὸν προβιβασθῆναι παρὰ τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου διά τινος ἴσως ἀμφιβολίας. Harmenop. epit. sect. 2, tit. 3. Et eodem quoque quo illi modo can. 12 de *non recipiendo*, et 13 de *segregato* Harmenopulus et Aristenus exponunt : quibus suffragatur et Josephus Ægyptius: *Quicunque sacerdos migrat e provincia in provinciam, si non secum afferat* γράμμα συστατικόν, *ab episcopo suo, qui eum ordinavit sacerdotem, ne recipiatur in numerum sacerdotum, et si receptus fuerit, segregetur et ipse, et qui eum recepit.* Hic enim nulla, ut videmus, prævisæ segregationis occurrit mentio; sed de segregato, quem *expulsum sive anathemate percussum* vocat, in posteriore canonis parte agit : nam hos duos canones in unum contrahit hæc Arabica, non secus ac Latina canonum editio.

(23) *Ἢ ἀναγνώσταις.* Christophorus Justellus in notis ad can. ρπθ' Ecclesiæ universæ, hunc Zonaræ locum citans, pro ἀναγνώσταις legit ἀγνώστοις, quæ verior videtur lectio; idcirco quod ἢ κληρικοῖς præcessit, sub quibus et ἀναγνώσται continentur, et quod in his verbis Zonaras ad concil. Chalced. can. 15 respexisse videtur, quo ξένους κληρικοὺς καὶ ἀγνώστους in aliena civitate sine litteris commendatitiis sacra non obire constituitur.

(24) *Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Ἀντιοχ.* Hæc usque ad finem in impressis desiderata, ex ms. Bodleiano nunc primum in lucem prodeunt.

Digitized by Google

recipiendo, et necdum ordinato, neque excommunicato promulgatus est : sed præsens canon de ordinato statuit, et excommunicato, qui post excommunicationem ægre ferens ad alium se confert pontificem, recipiturque ab eo illius excommunicationis ignaro. Canon igitur talis jubet excommunicationem intendi.

ARIST. *Qui segregationem suam mentitur, est minime recipiendus.*

Si quis a proprio episcopo segregatur, et proficiscens ad alium episcopum celat segregationem, et ab eo recipitur, aggravetur ei segregatio, tanquam mentienti et decipienti Ecclesiam Dei.

CANON XIV.

Episcopo non liceat, sua relicta parochia, ad aliam transilire, etiamsi a pluribus cogatur, nisi sit aliqua causa rationi consentanea, quæ eum cogat hoc facere, utpote cum possit ipse majus lucrum iis qui illic habitant pietatis verbo conferre ; idque non ex se, sed multorum episcoporum judicio et maxima exhortatione.

BALS. Præsens quidem canon 14 decernit non licere episcopo ex sua parochia ad aliam transilire, etiam si populi utilitatis gratia hoc fecerit, et ab alienæ regionis populo ad hoc cogatur, nisi hoc ex synodali permissione fecerit. 16 autem canon Antiochenæ syn. dicit, eum rejiciendum, qui absque synodali sententia vacantem ecclesiam arripuit. Tu autem scias, quod licet præsens 14 canon apostol. non punit eum qui docet extra suam diœcesim, alii tamen diversi canones eos, qui extra diœcesim aliquid sacerdotale exercent, depositioni subjiciunt. Characterem autem dare extra diœcesim, jussu imperatorio permissum est. Quidam autem metropolitanus, qui in compluribus suis episcopatibus præter episcoporum voluntatem docuerat, et accusabatur, respondebat dicens, justum non esse ut ex eo læderetur, quod et episcopatus sint in sua potestate, et quod præsens canon ei pœnam non imponat, et quod non sit forte munus episcopale docere, vel dare characterem; quæ quidem magnæ synodo non placuerunt. Nota ergo quæ in hoc 14 canone sunt scripta, præterea vero, quæ in commentario in 20 canone synodi in Trullo alibi sunt annotata, de eo episcopo qui extra limites suæ regionis docuerit, atque utrumque canonem concilia.

Altera interpretatio.

Ex hoc præsenti 14 canone deprehenditur quod astuta episcopi alicujus de parœcia in parœciam transitio condemnatur. Translatio autem bona gratia justam ob causam magnam et ad pietatem stabi-

κτου ἐξεφωνήθη, καὶ μήπω χειροτονηθέντος, μηδὲ ἀφορισθέντος· ὁ δὲ παρὼν κανὼν περὶ κεχειροτονημένου διατάττεται καὶ ἀφωρισμένου, ὃς, μετὰ τὸν ἀφορισμὸν ἀποδυσπετήσας, ἑτέρῳ προσῆλθεν ἀρχιερεῖ, καὶ ἐδέχθη παρ' ἐκείνου τὸν ἀφορισμὸν ἀγνοοῦντος· τοῦ γοῦν τοιούτου ἐπιτείνεσθαι κελεύει ὁ κανὼν τὸν ἀφορισμόν.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ τὸν ἀφορισμὸν ψευσάμενος ἀδεκτότατος.*

Εἴ τις παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἀφορισθῇ, καὶ ἀπελθὼν εἰς ἕτερον ἐπίσκοπον κρύψει τὸν ἀφορισμόν, καὶ παρ' ἐκείνου προσδεχθείη, ἐπιτεινέσθω ὁ ἀφορισμὸς αὐτῷ, ὡς ψευσαμένῳ καὶ ἀπατήσαντι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.

ΚΑΝΩΝ ΙΔ'.

Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι, καταλείψαντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, ἑτέραν ἐπιπηδᾶν, κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται, εἰ μή τις εὔλογος αἰτία ᾖ, τοῦτο βιαζομένη αὐτὸν ποιεῖν, ὡς πλέον τι κέρδος δυναμένου αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖσε λόγῳ εὐσεβείας συμβάλλεσθαι· καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων καὶ παρακλήσει μεγίστῃ.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν παρὼν ιδ' κανὼν διορίζεται μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας ἐπίσκοπον ἐκ τῆς ἑαυτοῦ παροικίας εἰς ἑτέραν ἐπιπηδᾶν, κἂν ὠφελείας χάριν τοῦ λαοῦ τοῦτο ποιῇ, κἂν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῆς ἀλλοτρίας ἐνορίας εἰς τοῦτο παραβιασθῇ, εἰ μὴ συνοδικῇ ἐπιτροπῇ τοῦτο ποιήσει· ὁ δὲ ις' κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, ἀπόβλητον εἶναι λέγει τὸν ἄνευ συνοδικῆς γνώμης ὑφαρπάσαντα σχολάζουσαν ἐκκλησίαν. Σὺ δὲ ἴσθι ὅτι, κἂν ὁ παρὼν ιδ' κανὼν ἀποστολικὸς οὐ κολάζει τὸν παρ' ἐνορίαν διδάσκοντα, ἀλλ' ἕτεροι διάφοροι κανόνες τοὺς παρ' ἐνορίαν ἐπισκοπικόν τι ἐνεργήσαντας καθαιρίσει καθυποβάλλουσι. Τὸ δὲ « παρ' ἐνορίαν » σημειοῦσθαι κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν ἐκκεχώρηται. Μητροπολίτης δέ τις εἰς ἐπισκοπὰς αὐτοῦ διαφόρους διδάξας παρὰ γνώμην τῶν ἐπισκόπων, καὶ αἰτιώμενος, ἐδικαιολογεῖτο μὴ ὀφείλειν παραβλαβῆναι διά τε τὸ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ εἶναι τὰς ἐπισκοπάς, διά τε τὸ μὴ ἐπάγεσθαι κόλασιν ὑπὸ τοῦ παρόντος κανόνος τῷ τοιούτῳ, καὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι τάχα ἐπισκοπικὸν λειτούργημα τὸ διδάξαι ἢ σημειώσασθαι, ἅπερ τῇ μεγάλῃ συνόδῳ οὐκ ἤρεσκον. Σημείωσαι οὖν τὰ ἐν τῷ παρόντι ιδ' κανόνι γραφέντα· πρὸς δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ κ' κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, ἔξωθεν ἐρμηνευθέντα περὶ τοῦ διδάξαντος ἐπισκόπου εἰς ἀλλοτρίαν ἐνορίαν, καὶ συμβίβασον ἄμφω τοὺς κανόνας.

Ἑτέρα ἑρμηνεία (25).

Ἀπὸ τοῦ παρόντος ιδ' κανόνος καταλαμβάνεται ὅτι ἡ μὲν κακεντρεχὴς ἐπιπήδησις ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν ἐπισκόπου τινὸς κατακρίνεται· ἡ δὲ γινομένη μετάθεσις χάριτι ἀγαθῇ δι' εὔλογον μεγά-

Guil. Beveregii notæ.

(25) *Ἑτέρα ἑρμηνεία.* Totam hanc alteram hujus canonis interpretationem in impressis antehac desideratam, ms. Bodleiano acceptam ferimus. In codice autem, quem Gentianus Hervetus transtulit, partim descripta fuit; unde et latina ejus versio inter supplementa ad priores codices exstat.

Digitized by Google

λην αἰτίαν καὶ στηριγμὸν τῆς εὐσεβείας μετὰ μεγίστης παρακλήσεως ἐπισκόπων πολλῶν ἐπιτρέπεται. Ἐπεὶ δὲ λέγουσί τινες μηδὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἐπιτρέπεσθαι τὴν μετάθεσιν, ἀλλὰ καιρικὴν μετάκλησιν ἐπισκόπου χάριν διδασκαλίας ἐκ τούτου ἀναφαίνεσθαι, ἀκουσάτωσαν ὅτι τοῦ κανόνος τοιοῦτόν τι μὴ λέγοντος πόθεν αὐτοὶ τοῦτο προβάλλονται; εἶτα καὶ ποία ὠφέλεια τῷ λαῷ τῆς χηρευούσης ἐκκλησίας ἔμελλε γενέσθαι ἀπὸ διδασκαλίας ἐπισκόπου ἅπαξ ἢ καὶ δὶς ἢ καὶ ἐπὶ χρόνων ῥητῶν διδάξαντος ἐν αὐτῇ, μηδὲν δέ τι ἕτερον ἀρχιερατικὸν ἐνεργήσαντος ἐν ταύτῃ, ὥστε γενέσθαι τὴν τοιαύτην μετάκλησιν μετὰ μεγάλης παρακλήσεως πολλῶν ἐπισκόπων· εἴπερ οὐκ ἔμελλεν ὁ μετακληθεὶς δικαίῳ ἀρχιερατικῷ διδάξαι, οὐκ ἐδεήθη ἂν παρακλήσεως πολλῶν ἐπισκόπων· ἐδύνατο γὰρ καὶ μόνος κηρύξαι τὴν εὐσέβειαν. Ἄλλως τε ὁ τοῦτο λέγων κατηγορεῖ καὶ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ τοῦ ἁγίου Πρόκλου καὶ ἑτέρων πολλῶν (26) ἁγιωτάτων πατριαρχῶν μετατεθέντων ἀπὸ ἑτέρων θρόνων εἰς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἢ καὶ εἰς ἑτέρους, ὡς ἀναξίως ἱερουργούντων μετὰ μετάθεσιν, ὅπερ ἐστὶν ἀσύγγνωστον.

A liendam maxima episcoporum multorum adhortatione facta permittitur. Quoniam vero dicunt nonnulli nec ab hoc præsenti canone permitti translationem, sed tantum episcopi ad tempus evocationem docendi gratia ex eo apparere, audiant, quod hoc canone nihil hujusmodi dicente unde ipsi hoc proferent? Deinde et quænam vacantis ecclesiæ populo futura est utilitas e doctrina episcopi semel vel bis vel et dictis temporibus docentis in ea, sed nullum aliud antistitis munus in ea exercentis, ut ejusmodi evocatio cum magna episcoporum multorum adhortatione fieret? Si quidem evocatus jure antistitis non docturus esset, nec indigeret multorum episcoporum adhortatione, potuit enim et solus pietatem prædicare. Præsertim autem qui hoc dicit accusat et magnum Gregorium Theologum et sanctum Proclum, et alios multos sanctissimos patriarchas, qui ab aliis thronis ad Constantinopolitanum vel etiam ad alios translati fuere, ut indigne post translationem sacra peragentes, quod venia est indignum.

B

ΖΩΝΑΡ. Διάφοροι συνοδικοὶ κανόνες κωλύουσι τοὺς ἐπισκόπους ἀπὸ τῶν οἰκείων ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας μεταβαίνειν· ἕκαστον γὰρ τῇ λαχούσῃ αὐτὸν ἐκκλησίᾳ ἐμμένειν διατάττονται, ἵνα μὴ πρὸς ἀλλήλους στασιάζωσιν· οὐκ ἐναντία τοίνυν οἱ κανόνες διατάττεσθαι λογισθήσονται· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν περὶ τοῦ μὴ διαμείβειν τὰς ἐκκλησίας τοὺς ἐπισκόπους νομοθετοῦσι, καὶ τοῦτο κωλύουσιν· ὁ δὲ παρὼν κανὼν περὶ τοῦ ἀπιέναι εἰς ἑτέραν ἐκκλησίαν, χρείας κατεπειγούσης, διδαχῆς χάριν ἐπίσκοπον διαλέγεται· ἴσως γὰρ ὁ τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης ἐπίσκοπος οὐ πάνυ τοι πρὸς τὸ διδάσκειν ἐπιτήδειος ἔσται· ὁ δὲ προσκαλούμενος, τυχὸν λογιώτερος ὤν, καὶ πρὸς διάλεξιν ἐπιτηδειότερος, διά τι συμβεβηκὸς ἀναγκαῖον ἂν εἴη τῇ πόλει ἐκείνῃ ἐπιδημῆσαι. Καὶ τότε δὲ μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀπιέναι, ἀλλὰ προσκαλούμενον ὁ κανὼν αὐτὸν βούλεται· ἢ μᾶλλον κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων παρακαλούμενον. Οἱ μέντοι τῶν συνόδων κανόνες ἀποτρέπουσι πάντη τὸ ἐκ παροικίας εἰς ἄλλην μεταπηδᾷν παροικίαν ἐπίσκοπον, καὶ τὴν ἐκείνης ἐκκλησιαστικὴν ὑφαρπάζειν διοίκησιν, κἂν ἡ ἐκκλησία ἐκείνη χηρεύῃ ἐπισκόπου, κατὰ τὸν ις' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. Ὁ δὲ παρὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν προσκαίρως ἀπελθεῖν ἐπίσκοπον εἰς ἄλλην παροικίαν διδαχῆς χάριν καὶ διαλέξεως, δι' ὠφέλειαν τοῦ ἐκεῖσε λαοῦ· καὶ τότε οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ προσκαλούμενον καὶ ἀξιούμενον οὐ κωλύει.

ZONAR. Varii canones synodici prohibent episcopos a suis ecclesiis in alias migrare : sed unumquemque mandant in ea, quæ sorte sibi contigit, ecclesia manere, ne dissideant inter se. Non ideo contraria canones existimabuntur instituisse : sed illi quidem legem ponunt episcopis, de non permutandis ecclesiis suis : et hoc vetant. Præsens vero canon loquitur de episcopo qui, dum cogit utilitas, doctrinæ gratia, proficiscitur in aliam ecclesiam; illius enim ecclesiæ episcopus forsitan non admodum sit idoneus ad docendum : qui autem advocatur, forte sit eloquentior, ac dicendi facultate instructior : unde contingit ut necesse sit ad illam se conferat civitatem. Et tunc quidem non sua sponte, sed evocatum, vel potius episcoporum multorum judicio commonitum, canon vult abire. Canones igitur synodorum prorsus inhibent episcoporum de parœcia in aliam transilire parœciam, ipsiusque ecclesiasticam surripere administrationem, quamvis ea fuerit episcopo viduata : juxta decimum sextum canonem synodi Antiochenæ, præsens autem canon sanctorum apostolorum pro temporis ratione, vult aliam in parœciam transire episcopum, doctrinæ sermocinationisque causa, propter utilitatem commorantis illic populi. Neque tamen sua solius hoc voluntate, sed ab aliis vocatum et dignum habitum non prohibet.

C

D

ΑΡΙΣΤ. *Θρόνῳ οὐκ ἐπιπηδήσεις ἐκ θρόνου, εἰ μὴ τοῖς ἐκεῖ λυσιτελέστερος, ὡς διδασκαλικώτε-*

ARIST. *Non proficisceris de throno ad thronum, nisi illis ibi utilior utpote docendi arte instructor*

Guil. Beveregii notæ.

(26) *Καὶ ἑτέρων πολλῶν.* Sic Germanus Cyzico et Anthimus Trapezunte Constantinopolim translati sunt; Eustathius Berrhœa (Aleppo vulgo vocant) et Melitius Cappadocia Hierosolymam, et Rebenus Phœnicia Tyrum migrarunt : vide quæ de hac re scripta sunt in tractatu Manuelis περὶ μεταθέσεων in Juris Græco-Romani lib. III, p. 240. Francof. 1596. Vide et Demetrii Chomateni archiepiscopi Bulgariæ ad Constantinum Cabasilam responsa, ibid. l. 5, p. 517.

Digitized by Google

judiceris. Et hoc multorum episcoporum et judicio et adhortatione.

Non oportet episcopum propriam diœcesim relinquere et in alium thronum insilire, nisi forte approbetur, et judicetur illic habitantibus utilior utpote docendi arte magis instructus, et hoc quidem multorum episcoporum et judicio et adhortatione. Aboletur autem hic canon. Nam decimus sextus canon in Antiochiæ synodo, vacantem episcopum vacanti ecclesiæ præfici permittit. Sed post probationem perfectæ synodi, præsente et metropoleos episcopo. Non autem vacantem nullo modo permittit in aliam civitatem transire, nec canon vigesimus primus in Antiochiæ synodo, nec decimus quintus in Nicæna synodo, nec primus in Sardicensi.

CANON XV.

Si quis presbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, relicta sua parochia, in aliam abscesserit, et cum penitus transierit, præter sui episcopi sententiam in alia parochia maneat, eum non amplius celebrare jubemus, maxime si eum adhortante episcopo ut rediret, non paruit, in contumacia et insolentia perseverans: is autem ibi ut laicus communicet.

BALS. Sextus canon syn. Chalced. jubet, non absolute, sed in episcopatu, vel ecclesia, vel monasterio, ordinari clericos: nec possunt præter ejus qui eis præest sententiam, ad aliam abire provinciam, aut diœcesim, et clericatuum officia exercere: eum autem qui hoc facit, canon segregat, maxime si evocatus, et ad priorem parochiam redire jussus, non paruerit: eum tamen in alia civitate ut laicum versari canon non prohibet. Quære etiam 16 canonem primæ syn. et quartæ can. 5. Quare nota quod non solum commendatitiis litteris clerico opus est, volenti in alia diœcesi agere, et quæ sunt clerici exercere: sed etiam dimissoriis litteris episcopi qui eum fecit clericum. Nisi enim ejusmodi litteras ostendat, prohibetur ab operatione. Quære etiam 17 can. syn. in Trullo.

ZONAR. Sextus in Chalcedone synodi canon statuit neminem debere absolute ordinari, sed in episcopatu, vel in ecclesia aliqua, vel in monasterio. Qui sic igitur ordinatus ecclesiam reliquerit cujus fuit electus clericus, in aliamque discesserit, in hoc canone prohibetur a ministerio: maxime si vocatus non regreditur. Ipsi tamen indultum communicare tanquam laico. Etiam decimus sextus canon primæ synodi, et quintus quartæ, similiter dicunt

ARIST. *Omnis clericus propriam parœciam relinquens, et alienam inhabitans, et ab episcopo exoratus, et non rediens, excommunicatus est.*

Quicunque clericus propriam parœciam relin-

A *ρος κρίνοιτο, καὶ τοῦτο πολλῶν ἐπισκόπων καὶ διακρίσει καὶ παρακλήσει.*

Οὐ δεῖ ἐπίσκοπον τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν καταλεπεῖν, καὶ ἑτέρῳ θρόνῳ ἐπιπηδῆσαι, εἰ μή που δοκιμασθῇ καὶ κριθῇ τοῖς ἐκεῖσε ὠφελιμώτερος, ὡς διδασκαλικώτερος, καὶ τοῦτο, πολλῶν ἐπισκόπων καὶ διακρίσει καὶ παρακλήσει. Ἀνῃρέθη δὲ ὁ κανὼν οὗτος· ὁ γὰρ ἑκκαιδέκατος κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου τὸν μὲν σχολάζοντα ἐπίσκοπον ἐπὶ σχολάζουσαν ἐκκλησίαν καθίστασθαι παραδέχεται. Ἀλλὰ μετὰ δοκιμασίας συνόδου τελείας, παρόντος καὶ τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου. Τὸν δὲ μὴ σχολάζοντα οὐδ' ὅλως παραδέχεται εἰς ἑτέραν πόλιν μεταβαίνειν· οὔτε ὁ κα' κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου,
B οὔτε ὁ ιε' τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, οὔτε ὁ πρῶτος τῆς ἐν Σαρδικῇ.

ΚΑΝΩΝ ΙΕ'.

Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν, ἀπολείψας τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθῃ, καὶ παντελῶς μεταστὰς διατρίβει ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου· τοῦτον κελεύομεν μηκέτι λειτουργεῖν, εἰ μάλιστα, προσκαλουμένου αὐτὸν τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ, ἐπανελθεῖν οὐχ ὑπήκουσεν, ἐπιμένων τῇ ἀταξίᾳ· ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω.

ΒΑΛΣ. Ὁ ς' κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου διατάττεται μὴ ἀπολελυμένως, ἀλλ' ἐν ἐπισκοπῇ ἢ ἐκκλησίᾳ ἢ μοναστηρίῳ χειροτονεῖσθαι τοὺς κληρι-
C κούς. Καὶ οὐ δύνανται οὗτοι δίχα γνώμης τοῦ προεστῶτος αὐτῶν εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν ἀπιέναι, καὶ ἐνεργεῖν τὰ τῶν κληρικάτων ὀφφίκια αὐτῶν. Τὸν δὲ τοιοῦτόν τι ποιοῦντα ἀφορίζει ὁ κανών, καὶ μᾶλλον μετακαλούμενον, καὶ μὴ πειθόμενον ὑποστρέψαι εἰς τὴν προτέραν παροικίαν αὐτοῦ· διάγειν μέντοι τοῦτον ἐν ἑτέρᾳ πόλει ὡς λαϊκὸν, οὐ κωλύει ὁ κανών. Ζήτει καὶ τὸν ις' κανόνα τῆς α' συνόδου, καὶ τὸν ε' κανόνα τῆς δ'. Ὥστε σημείωσαι ὅτι οὐ μόνης συστατικῆς γραφῆς χρεία τῷ κληρικῷ εἰς ἑτέραν βουλομένῳ διάγειν ἐνορίαν, καὶ ὡς κληρικῷ ἐνεργεῖν· ἀλλὰ καὶ ἀπολυτικῆς γραφῆς τοῦ ἐπισκόπου τοῦ τοῦτον κληρώσαντος. Εἰ μὴ γὰρ καὶ τοιαύτην γραφὴν ὑποδεικνύει κωλυθήσεται τῆς ἐνεργείας. Ζήτει καὶ τὸν ιζ' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

D ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἕκτος κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου διατάττεται μὴ ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαί τινα, ἀλλ' ἐν ἐπισκοπῇ ἢ ἐκκλησίᾳ τινὶ ἢ μοναστηρίῳ. Ὁ γοῦν οὕτω χειροτονηθεὶς καὶ καταλιπὼν τὴν ἐκκλησίαν ἧς ὠνομάσθη κληρικὸς, καὶ εἰς ἄλλην ἀπελθὼν, τῆς λειτουργίας παρὰ τοῦ κανόνος τούτου κωλύεται, καὶ μᾶλλον εἰ προσκαλούμενος οὐκ ἐπάνεισι. Μεταλαμβάνειν δὲ ὡς λαϊκῷ αὐτῷ ἐπιτέτραπται. Καὶ ὁ ις' κανὼν τῆς πρώτης συνόδου, καὶ ὁ ε' τῆς τετάρτης, ὁμοίως φασίν.

ΑΡΙΣΤ. *Κληρικὸς ἅπας ὁ τῆς οἰκείας ἐκστὰς, καὶ τὴν ἀλλοτρίαν οἰκῶν, καὶ πρὸς τοῦ ἐπισκόπου δυσωπούμενος, καὶ μὴ παλινοστῶν, ἀκοινώνητος.*

Οἷος δή ποτε κληρικὸς, τὴν ἑαυτοῦ καταλιπὼν

Digitized by Google

παροικίαν, καὶ πρὸς ἑτέραν ἀπελθὼν, καὶ μὴ ὑποστρέψας, καὶ ταῦτα παρὰ τοῦ ἰδίου προσκαλούμενος ἐπισκόπου, μηκέτι λειτουργείτω. Εἰ δὲ καὶ ἐπιμένει τῇ ἀταξίᾳ ταύτῃ, καθαιρείσθω· ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω. Καὶ ζήτει τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανόνα τρίτον.

A quens, et ad alienam proficiscens, et non rediens quamvis vocatus a proprio episcopo, ne postea ministret. Si autem et perseverat in isthac ordinis conturbatione, deponatur; ut laicus autem ibi communicet. Quære et tertium canonem in Antiochiæ synodo.

ΚΑΝΩΝ ΙϚ'.

Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος παρ' ᾧ τυγχάνουσιν, παρ' οὐδὲν λογισάμενος τὴν κατ' αὐτῶν ὁρισθεῖσαν ἀργίαν, δέξηται αὐτοὺς ὡς κληρικοὺς, ἀφοριζέσθω ὡς διδάσκαλος ἀταξίας.

CANON XVI.

Sin autem episcopus apud quem sunt, nihili faciens decretam adversus eos a munere cessationem, eos ut clericos receperit, segregetur ut immodestiæ et insolentiæ magister.

ΒΑΛΣ. Ὅρα ὅτι ὁ παρὼν κανὼν ἀφορίζει τὸν ἐπίσκοπον τὸν συναριθμήσαντα τῷ οἰκείῳ κλήρῳ ἑτέρᾳ ἐνορίας κληρικὸν ἄνευ ἀπολυτικῆς γραφῆς τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου. Μόνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος Καρθαγένης δύναται συγκαταλέγειν τῷ οἰκείῳ κλήρῳ ἑτέρων ἐνοριῶν κληρικοὺς, καὶ χωρὶς ἀπολυτικῆς γραφῆς τῶν χειροτονησάντων αὐτούς. Καὶ εὑρήσεις τοῦτο εἰς τοὺς κανόνας τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπίσκοπος ἐπ' ἐξουσίας ἔχει παρομοίως ποιεῖν. Φησὶ γὰρ ἡ γ' νεαρὰ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, ἤγουν τὸ β' κεφ. τοῦ β' τίτλου (27) τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν· Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων κωλύομεν ἐξ ἑτέρου μοναστηρίου εἰς ἕτερον μεταβαίνειν, πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς τοῦτο ἐφήσομεν, κέρδους τε καὶ ἐμπορίας ἀπόδειξιν ἔχειν τὴν τοιαύτην ἐπιθυμίαν ἡγούμενοι. Εἰ δὲ καὶ ποτε τοιαύτην τινὰ μετάστασιν ἡ σὴ μακαριότης ἢ ἡ κατὰ καιρὸν βασιλεία γίνεσθαι συνίδῃ, μὴ ἄλλως τοῦτο πράττεσθαι, πρὶν ἂν εἰς τὸν εἰρημένον ἡμῖν ἀριθμὸν περισταίη τὸ πρᾶγμα. Ἡ δὲ τοιαύτη νεαρὰ ἐγράφη πρὸς τὸν τότε πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως. Σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ τῷ βασιλεῖ ἐνεδόθη μεταθέσεις ποιεῖν κληρικῶν.

B

C

BALS. Nota quod præsens canon segregat episcopum, qui suo clero connumeravit alterius diœcesis clericum absque sui episcopi dimissoriis litteris. Solus autem episcopus Carthaginensis potest in suum clerum referre alterius diœcesis clericos, etiam absque dimissoriis litteris eorum qui illos ordinarunt. Hoc autem invenies in canonibus Carthaginens. synodi. Sed et archiepiscopus Constantinopolitanus potest similiter facere. Dicit enim expresse 3 novella Justiniani imperatoris, seu 2, cap. 2 tit, 3, libri Basilicorum: Si enim in sacrosanctis monasteriis prohibemus ex alio monasterio transire in aliud, multo magis nec religiosissimis clericis hoc permittimus, lucri et negotiationis demonstrationem hanc habere cupiditatem existimantes. Si quando autem ejusmodi translationem tua beatitudo vel quæ tunc fuerit imperialis majestas, faciendam duxerit, ne hoc aliter fiat, priusquam res ad dictum nobis numerum redacta fuerit. Ejusmodi autem Novella scripta est ad patriarcham Constantinopolitanum, qui erat tunc temporis. Nota autem quod etiam imperatori concessum est facere clericorum translationes

ΖΩΝΑΡ. Ὁ προλαβὼν κανὼν ἀπείργει τῆς λειτουργίας τοὺς καταλιπόντας τὴν ἐνορίαν, ἐν ᾗ ἐχειροτονήθησαν. Ὁ δὲ παρὼν ἀφορίζει τὸν ἐπίσκοπον ᾧ προσῆλθον, εἰ δέξεται αὐτοὺς ὡς κληρικοὺς ἐν εἰδήσει τοῦ ἐπιτιμίου, ὡς ἀταξίας καὶ ἀκαταστασίας κατάρχοντα.

ZONAR. Antecedens canon arcet eos a ministerio, qui parœciam deseruerunt, in qua ordinati sunt. Præsens vero canon excommunicat episcopum, ad quem se contulerunt, si decretam sciens in eos pœnam, receperit ipsos ut clericos, tanquam confusionis et seditionis auctorem.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ τὸν τοιοῦτον ἐν γνώσει κατέχων ταυτοκατάκριτος.*

ARIST. *Qui talem sciens detinet eidem judicio subjicitur.*

Ὁ ἐν εἰδήσει γενόμενος ἐπίσκοπος τοῦ ὁριστέντος ἐπιτιμίου κατὰ τοῦ τοιούτου κληρικοῦ, καὶ κατέχων αὐτὸν, ὡς κληρικὸν, ἀφορίζεται ὡς διδάσκαλος ἀταξίας.

Episcopus sciens supplicium decretum in talem clericum, et eumdem detinens ut clericum, excommunicatur ut confusionem docens.

D

ΚΑΝΩΝ ΙΖ'.

Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα ἢ παλλακὴν κτησάμενος οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

CANON XVII.

Qui post sanctum baptismum duobus conjugiis fuerit implicitus, vel habuerit concubinam, non potest esse episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex numero sacerdotali

ΒΑΛΣ. Τὸν μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα διγαμήσαντα ἢ πορνεύσαντα κωλύει ὁ κανὼν ἐπίσκοπον γενέσθαι

BALS. Eum qui post sanctum baptismum bigamus fuerit, vel fornicatus sit, prohibet canon fieri

Guil. Beveregii notæ.

(27) *Τὸ β' κεφ. τοῦ β' τίτ.l.* Verba hic citata in impressis τῶν Βασιλικῶν codicibus non exstant: totus autem laudatus titulus est περὶ κληρικῶν ἀποστάντων τῆς κατ' αὐτοὺς ἐκκλησίας, καὶ περὶ οἰκοδομούντων εὐκτηρίους οἴκους. Quod cum idem sit argumentum, propter quod Balsamon titulum hunc laudat, suspicor nonnulla in impressis desiderari, quæ olim inserta fuerunt.

Digitized by Google

episcopum, vel sacerdotale quidpiam exercere. Quæ enim ante baptismum admissa sunt omnis generis peccata prætermittit, cum factus sit novum opus sola gratia sancti Spiritus. Lege etiam 20 canonem sancti Basilii. Quomodo autem multi lectores qui bigami fuerant, in suis gradibus conservati, et per archiepiscopalia pittacia ad majores gradus promoti sunt, ignoro.

Alia interpretatio.

In præsenti 17 canonis interpretatione scripsimus nos ignorare quomodo lectores qui duas uxores duxerant, non deponuntur, sed per pittacia archiepiscopalia ad majores gradus provehuntur, modo autem leges et canones diligentius perpendentes, deprehendimus præsentem 17 canonem et 18 de episcopis, sacerdotibus, diaconis, et hypodiaconis disceptare, non autem et de lectoribus. Illi enim et ante ordinationem et post ordinationem secundas uxores ducentes deponuntur : lectores autem si ante quidem vocationem bigami fuerint, deponuntur, si autem post vocationem, veniam consequuntur ; prohibentur autem ad alium majorem promoveri gradum. Dicit enim 137 Justiniani Novella, sive 31 et 32 cap. primi tit. tertii libri Basilicorum hæc expresse. Si autem post ordinationem presbyter, vel diaconus, vel hypodiaconus uxorem duxerit, e clero ejiciatur, et ordini civitatis, in qua clericus erat, cum bonis suis tradatur. Si lector autem secundam duxerit uxorem, aut primam, viduam vero, aut a viro separatam, aut sacris canonibus prohibitam, ne postea ad alium ecclesiasticum gradum provehatur : si autem et quocunque modo provehitur, ex eo ejiciatur, et priori restituatur. Si vellea autem canonem et lectores accipere, dic quod non possit esse vel fieri lector, qui ante vocationem uxorem secundam duxerit ; ubi enim cognitum fuerit, deponitur. Lectori vero, qui post vocationem duxerit uxorem secundam, ignoscitur, quamvis ad majorem gradum non provehatur. Videas autem quomodo lectores bigami ad domesticata, laosynactata

A ἢ ἱερατικόν τι ἐνεργεῖν· τὰ πρὸ τὸ ἁγίου βαπτίσματος παρατρέχων παντοῖα ἁμαρτήματα, ὅπερ ἐστὶ καινότατον, καὶ ἔργον μόνης τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτος. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν κ' κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Ὅπως δὲ ἀναγνῶσται πολλοὶ διγαμήσαντες, εἰς τοὺς οἰκείους τόπους συνετηρήθησαν, καὶ διὰ πιττακίων (28) ἀρχιερατικῶν εἰς μείζονας βαθμοὺς προεβιβάσθησαν, ἀγνοῶ

Ἑτέρα ἑρμηνεία (29).

Ἐν τῇ παρούσῃ τοῦ ιζ' κανόνος ἑρμηνείᾳ ἐγράψαμεν ἀγνοεῖν ὅπως οἱ ἀναγνῶσται διγαμοῦντες οὐ καθαιροῦνται, ἀλλὰ διὰ πιττακίων ἀρχιερατικῶν εἰς μείζονας βαθμοὺς προκόπτουσιν, ἀρτίως δὲ τὰ τῶν νόμων καὶ τὰ τῶν κανόνων ἐπιστατικώτερον σκοπήσαντες κατελάβομεν τὸν παρόντα ιζ' κανόνα καὶ B τὸν ιη' περὶ ἀρχιερέων, ἱερέων, διακόνων καὶ ὑποδιακόνων διαλαμβάνειν, οὐ μὴν καὶ περὶ ἀναγνωστῶν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καὶ πρὸ τῆς χειροτονίας καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν διγαμήσαντες καθαιροῦνται, οἱ δὲ ἀναγνῶσται πρὸ μὲν τῆς σφραγῖδος διγαμήσαντες καθαιροῦνται, μετὰ τὴν σφραγῖδα συγγινώσκονται, κωλύονται δὲ εἰς ἄλλον μείζονα προβαίνειν βαθμόν. Φησὶ γὰρ ἡ ρλζ' Ἰουστινιάνειος νεαρὰ ἤτοι τὸ λα' καὶ τὸ λβ' κεφάλαιον τοῦ α' τίτλου τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν ταῦτα ῥητῶς. Εἰ δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος ἀγάγεται γαμετὴν, ἐκβαλλέσθω τοῦ κλήρου καὶ τῇ τάξει τῆς πόλεως, ἐν ᾗ κληρικὸς ἦν, μετὰ τῶν ἰδίων πραγμάτων παραδιδόσθω. Εἰ δὲ ἀναγνώστης δευτέραν γαμετὴν λάβῃ, ἢ πρώτην, χήραν δὲ, ἢ διαζευχθεῖσαν ἀνδρὶ, ἢ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀπηγορευμένην, μηκέτι εἰς ἄλλον ἐκκλησιαστικὸν βαθμὸν προ C βιβάζέσθω. Εἰ δὲ καὶ προσβῇ ὁπωσδήποτε, ἐκβαλλέσθω αὐτοῦ καὶ τῷ προτέρῳ ἀποκαθιστάσθω. Εἰ δὲ θέλεις ἐκλαβέσθαι τὸν κανόνα καὶ τοὺς ἀναγνώστας, εἰπὲ μὴ δύνασθαι εἶναι ἤτοι γενέσθαι ἀναγνώστην τὸν πρὸ τῆς σφραγῖδος διγαμήσαντα· καθαιρεῖται γὰρ μετὰ διάγνωσιν. Ὁ δὲ μετὰ τὴν σφραγῖδα διγαμήσας ἀναγνώστης συγγινώσκεται, κἂν οὐ προκόπτῃ πρὸς μείζονα βαθμόν. Ὅπως δὲ οἱ διγαμήσαν-

Guil. Beveregii notæ.

(28) *Διὰ πιττακίων.* Vox πιττάκιον etiam a Diogene Laertio usurpatur, Προσθεὶς οὖν πιττάκιον τῷ μετώπῳ ἐπέγραψε, Νικόδρομος ἐποίει. Laert. l. 6, in Crat. In quem locum Isaacus Casaubonus observat πιττάκιον idem esse ac λεύκωμα. Et quidem Lampridius *Pittacium* pro *Albo Prætoris*, quod *Matriculam* vulgo appellant, usurpat: quo fit ut tabulam etiam, qua quippiam exaratur, significet; et nonnunquam idem est, quod ξυλοχάρτιον, ut ex cortice arboris Ægyptiacæ scripturæ capace factum: nonnunquam et fusili pice fit : vel etiam e pellibus pecorum; unde Moschopulus, apud Jac. Goar. in notis ad ordinem servari solitum, si mota sit sacra mensa Euchologii p. 648 Πεττύκια δωρικῶς τὰ λεπτὰ περιτμήματα τῶν δερματίων (σημαίνει) ἀφ' οὗ ἡμεῖς τὰ πιττάκια λέγομεν. Et in prædicto ordine Euchologii, p. 614 dicitur χαρτία ἀπὸ πιττακίου. Designat igitur et *Pergamenum*, et metonymice, *instrumentum quodlibet*, *diploma*, *breve regium* vel ἀρχιερατικόν, ut hoc loco. Sic et Lexicon vetus Græco-Latinum a Bonaventura Vulcano editum πιττάκιον, *Pittacium*, *brevis*. Glossæ Isidori, *Pictatium*, *Epistola brevis*, *et modica :* item *Pictatiuncula*, *membrana*. Hujusmodi Pittacia, qui ordinati sunt, ab ordinatoribus accipiebant, mensem et diem quo ordinati sunt declarantia ; ut patet e Scholiis Balsam. in concil. Carthag. can. 92. Et cum patriarcha ἀρχιδιάκονον, λαοσυνάκτην, δομέστικον, et alios ejusmodi officiales constitueret, πιττάκιον, mandatum ipsius continens, iis tradebat ; unde πιττακίῳ μόνῳ καὶ προστάγματι τὴν ὑπεροχὴν λαβεῖν dicuntur in Constantini Cabasilæ ad Joannem Citri episcopum, interrog. 9. Juris Græco-Roman. l. 5, p. 328, edit. Marq. Freher. Francof. 1596.

(29) *Ἑτέρα ἑρμηνεία.* Hanc alteram hujus canonis interpretationem ex ms. Bodleiano nunc primum edimus : quam revera Balsamonis esse extra dubium est, cum istius initio, prioris interpretationis, quam ediderat, mentio fiat. Unde et conjecturam faciamus, reliquas ἑτέρας ἑρμηνείας, per totum opus intersertas, eidem jure referendas esse ; nisi aliquid in iis occurrat, quod contrarium evincat.

Digitized by Google

τες ἀναγνῶσται προκόπτουσιν εἰς δομεστικάτα (30) καὶ λαοσυνακτάτα (31) ὀφφίκια καὶ ἀλλοῖα διὰ πιττακίων ἀρχιερατικῶν, λέγομεν ὅτι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ὀφφίκια καὶ ἀρχοντίκια καταχρηστικῶς ὀνομάζονται βαθμοί. Κυρίως γὰρ βαθμοὶ ὁ τῶν ἱερέων καὶ τῶν διακόνων καὶ τὸν ὑποδιακόνων καὶ τῶν ἀναγνωστῶν ἐστι. Τὰ δὲ ὀφφίκια καὶ τὰ ἀρχοντίκια τιμαί εἰσι καὶ πορισμῶν ἀφορμαί. Διὸ καὶ ὁ νηπιόθεν γεγονὼς ἀναγνώστης καὶ δευτερογαμήσας ἀπαρεμποδίστως γενήσεται κληρικὸς ἐκκλησιαστικὸς δομέστικός τε καὶ λαοσυνάκτης διὰ πιττακίων, οὐ μὴν δὲ διάκονος ἢ ὑποδιάκονος· ὁ τοῦτο γὰρ τολμήσας καθαιρεθήσεται.

et alia officia per pittacia archiepiscopalia promoventur; dicimus quod ecclesiastica officia et archonticia abusive vocantur gradus. Proprie enim gradus sunt sacerdotum, et diaconorum, et hypodiaconorum, et lectorum; officia autem et archonticia sunt honores et victus acquirendi occasiones: unde et qui ab ineunte ætate lector fuerit et secundam uxorem duxerit, sine impedimento fiat clericus ecclesiasticus, et domesticus et populo congregator per pittacia, non autem et diaconus, aut hypodiaconus, qui hoc enim ausus fuerit deponetur.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ θεῖον λουτρὸν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος πάντα πιστεύομεν ἀποπλύνειν ῥύπον τοῖς βαπτισθεῖσιν ἐνταῦθα πρὸ τοῦ βαπτίσματος, καὶ οὐδὲν ἁμάρτημα τῶν πρὸ τούτου γενομένων τινὶ κωλύει τὸν βαπτισθέντα προβιβάζεσθαι εἰς ἱερωσύνην. Εἰ δὲ μετὰ τὸ βάπτισμα πορνεύσει, ἢ γάμοις δυσὶ προσομιλήσει, ἱερωσύνης οἱασδήτινος ἀνάξιος κρίνεται.

ZONAR. Divinum lavacrum sancti baptismatis omnes credimus abluere sordes ipsis baptizatis illis ante baptismum, nullumque peccatum, quod ante baptismum fuerit ab aliquo patratum, prohibet ad sacerdotium promoveri baptizatum. Quod si post baptismum scortatus fuerit, aut nuptiis duplicibus adhæserit, indignus qualicunque sacerdotio judicatur.

ΑΡΙΣΤ. *Ἀνιερος ἅπας δίγαμος ἢ παλλακὴν ἐπιτρέφων.*

ARIST. *Quisque secundis implicitus nuptiis, aut pellicem nutriens non sit sacerdos.*

Ἅπας δίγαμος εἰς ἱερωσύνην ἀπρόσδεκτος· πολλῷ δὲ πλέον ὁ παλλακὴν ἐπιτρέφων.

Quilibet digamus ad sacerdotium non est admittendus, multo magis qui pellicem nutrit.

ΚΑΝΩΝ ΙΗ'.

CANON XVIII.

Ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

Qui viduam accepit, vel ejectam, vel meretricem, vel servam, vel mimam seu scenicam, non potest esse episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex numero sacerdotali.

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα. Βούλεται γὰρ μὴ μόνον τὸν ἱερωμένον σωφρονεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν σύμβιον τούτου. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὰς ἐντὸς περιεχομένας γυναῖκας ἐκώλυσε τοῖς ἱερωμένοις συνάπτεσθαι, ὡς μὴ πιστευομένας σωφρονεῖν διὰ τὸ φαῦλον τοῦ βίου αὐτῶν. Εἴ τις γοῦν τοιαύτῃ γυναικὶ συναφθῇ, οὐκ ἀξιωθήσεται ἱερωσύνης, καὶ μετὰ τὴν ἱερωσύνην δὲ καθαιρεθήσεται, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ μοιχευομένης, καὶ τούτου ἀνεχομένου (32).

BALS. Nota præsentem canonem. Vult enim non solum eum qui est sacratus, esse modestum et continentem, sed etiam ejus conjugem: et ideo mulieres, quæ hic comprehenduntur, prohibuit cum sacratis hominibus matrimonio conjungi, utpote quod eas continenter vivere non credatur, propter earum sordes et improbitatem. Si quis ergo cum ejusmodi muliere matrimonio conjunctus fuerit, sacerdotio non dignabitur, et post sacerdotium deponetur

Guill. Beveregii notæ.

(30) *Δομεστικάτα.* Hoc est officium *Domesticorum*, quod etiam Gregorius Turonensis vocat *Domesticatum* l. 2, cap. 8. Domesticus autem vel ecclesiasticus fuit vel politicus; ecclesiasticus, de cujus officio hic fit mentio, quisnam fuit et quonam in Ecclesia munere functus est, optime discamus ex Joannis episcopi Citri ad Constantinum Cabasilam responsis, in quibus hæc legimus: Ἀναγνωστῶν δὲ ὀφφίκια ταῦτα· Ὁ δομέστικος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ, ὁ δομέστικος τοῦ ἀριστεροῦ, et mox, ὁ δομέστικος τῶν ψαλτῶν, ὁ παρά τινων λεγόμενος πρωτοψάλτης. Ad interrog. 8. Juris Græco-Rom. l. 5, p. 328. Et postea ad aliam interrogationem· Κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ λόγον κἀν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς τάξεσι δομέστικος λέγεται, εἴη οὖν ἀρχῳδὸς καὶ ἐπιστάτης τῶν μελῳδῶν τε καὶ τῶν μελῳδῶν, οἷα εἰς ῥυθμὸν καὶ τάξιν καθιστῶν αὐτούς τε καὶ τὰ μελῳδήματα. Ad interrog. 10, ibid. p. 350. E quibus liquet δομέστικον unum e lectoribus fuisse, cantoribus autem præfectum, sive πρωτοψάλτην καὶ ἀρχῳδόν. Aliquid tamen discriminis fuisse inter δομέστικον et πρωτοψάλτην proprie sic dictum, ex Euchologio colligimus, ubi inter officiales Magnæ Ecclesiæ, οἱ δομέστικοι ἀμφοτέρων τῶν χορῶν et πρωτοψάλτης distincte recensentur, p. 268, 273, 278. Ἐι propterea, Οἱ δύο δομέστικοι ἵστανται μετὰ τοῦ πρωτοψάλτου, καὶ ψάλλοντες φοροῦσι σφικτούρια, ὡς πρωτοψάλτης. p. 272. Et in hoc quidem Domestici officium a πρωτοψάλτου discrepat, quod in solemnioribus vigiliis penes eum erat auspicari, ad antistitem aut præsentem sacerdotem dicendo, Εὐλόγησον, δέσποτα. Nonnulli eorum etiam πατριαρχικοὶ δομέστικοι dicti sunt, quorum erat ἐν πρόοδοις τοῦ πατριάρχου dicere, Εἰς πολλὰ ἔτη, δέσποτα, ut e citato episcopi Citri ad Constant. Cabasilæ interrog. 8 responso liquet. Hoc igitur officium est, quod hoc loco Balsamon δομεστικάτα appellat.

(31) *Λαοσυνακτάτα.* Duo etiam λαοσυνάκται sive λαοσυνάπται ambo lectores inter officiales Ecclesiæ CP. recensentur, Euchologii p. 268, 273, 278, quorum officium hic λαοσυνακτάτα dictum, ex ipsa nominis notatione satis constat.

(32) *Καὶ τούτου ἀνεχομένου.* Idem constituitur a Michaele patriarcha CP.: Ἱερεὺς, γνοὺς τὴν σύνοικον μοιχευθεῖσαν, ἀπωσάμενος μὲν, ἀκώλυτος, παραδεξάμενος δὲ, ἀνίερος. Michael. epist. de matrimonio prohibito. Jur. Græco-Rom. lib. IV, p. 263.

Digitized by Google

etiam, si ejus uxor eo sciente adulterata fuerit, et patiente. Lege etiam 29 cap. 9, tit. præsentis operis; et decimum canonem synodi Ancyranæ, et quæ in eo scripta sunt præsentium duorum canonum interpretationis gratia.

ZONAR. Judæis etiam veteri sua lege prohibitum fuit, ne sacerdotes ipsorum ducerent in matrimonium meretrices, vel in bello captas mulieres, aut ancillas et cauponatrices; et victum sibi quærentes in taberna meritoria et separatas a viris. Quod si fuerant hæc illis a lege mandata : multo magis his, qui secundum Evangelium sunt sacra celebraturi. Ecce enim ait templo quid amplius hic est. Propterea, præsens canon sacris interdicit ministris, in uxorem, nec viduam ducere. nec a suo viro ejectam, nec meretricem, nec ancillam; sed nec earum quampiam, quæ ludant in scena. Tales enim promiscue viventes, inverecunde cum quibusvis occurrentibus conversantes et colloquentes, non creduntur pudice vivere. Quamobrem, quisquis aliquam de numeratis acceperit, hunc ad ullam sacri ministerii functionem provehi non permittit canon.

13 ARIST. *Qui dimissam, aut viduam, aut ancillam, aut insanam in uxorem duxit sacerdos, sacerdotio privatur.*

Sic etiam qui non modestam uxorem ducit et virginem, sed quam alius dimisit, aut viduam, aut ancillam, aut insanam, ad sacerdotium non admittetur.

CANON XIX.

Qui duas sorores duxit, vel consobrinam, non potest esse clericus.

BALS. Ἀδελφιδῆ idem est quod ἀνεψιά. Eum ergo qui ducit in uxorem vel duas sorores, vel amitam, et consobrinam, non permittit canon fieri clericum, licet omnino matrimonium irritum fiat. Tu autem scias, quod non solum, qui ejusmodi quidquam fecerit, sed et qui aliud matrimonium propter consanguinitatem vel affinitatem prohibitum contraxit, non fiet clericus, sed ei pœna potius imponetur. Quænam sint autem pœnæ eorum qui cum consanguineis rem habent, disces ex diversis canonibus magni Basilii.

ZONAR. Illicitæ enim nuptiæ ipsum non solum arcent a clero, sed etiam pœnis subjiciunt. Quin et per legem civilem punitur illegitimas iniens nuptias, quas et lex etiam distrahit.

ARIST. *Non fit clericus qui duas sorores, aut consobrinam duxerit.*

Talis cum pœna hac, quod non potest fieri clericus, gravioribus etiam suppliciis subjicitur, distractis insuper et illegitimis nuptiis.

CANON XX.

Clericus fidejubens deponatur.

BALS. Fidejubere nonnulli esse dicunt, clericum

A Ἀνάγνωθι καὶ τὸ κθ' κεφ. τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὸν ι' κανόνα τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γραφέντα χάριν τῆς ἑρμηνείας τῶν παρόντων δύο κανόνων.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἀπηγόρευτο παρὰ τοῦ νόμου τοῦ παλαιοῦ τοὺς ἱερεῖς αὐτῶν πόρνας πρὸς γάμον ἄγεσθαι, ἢ αἰχμαλώτους, ἢ δούλας, καὶ τὰς ἐκ καπηλείας, καὶ τοῦ πανδοχεύειν τὴν ζωὴν ποριζομένας, καὶ τὰς ἐξ ἀνδρῶν κεχωρισμένας. Εἰ δὲ ἐκείνοις ταῦτα νενομοθέτητο, πολλῷ μᾶλλον τοῖς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἱερουργεῖν μέλλουσιν. Ἰδοὺ γάρ φησι πλέον τοῦ ἱεροῦ ὧδε. Διὰ ταῦτα καὶ ὁ παρὼν κανὼν τοὺς ἱερωμένους κωλύει μήτε χήραν εἰς γάμον ἄγεσθαι, μήτ' ἐκβεβλημένην παρὰ τοῦ B οἰκείου ἀνδρὸς, μήτε πόρνην, μήτε δούλην, ἀλλὰ μηδέ τινα τῶν ἐπὶ σκηνῆς. Αἱ γὰρ τοιαῦται, ἀδιαφόρως ζῶσαι, καὶ ἀναιδῶς προσομιλοῦσαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν, οὐδὲ πιστεύονται σωφρονεῖν. Τὸν γοῦν μίαν ἐκ τῶν ἀπηριθμημένων λαβόντα εἰς ἱερωσύνην οἱανδήτινα προβιβάζεσθαι οὐ συγχωρεῖ ὁ κανών.

ΑΡΙΣΤ. *Ἀπολελυμένην, ἢ χήραν, ἢ θεράπαιναν, ἢ μαινάδα λαβὼν ἱερεὺς, ἀνίερος.*

Καὶ οὗτος ὁ μὴ κοσμίαν γυναῖκα λαβὼν, καὶ παρθένον, ἀλλ' ἣν ἀπεβάλετο ἕτερος, ἢ θεράπαιναν, ἢ μαινάδα, εἰς ἱερωσύνην οὐ προσδεχθήσεται.

ΚΑΝΩΝ ιθ'.

C *Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος ἢ ἀδελφιδῆν οὐ δύναται εἶναι κληρικός.*

ΒΑΛΣ. Ἀδελφιδῆ λέγεται ἡ ἀνεψιά. Τὸν γοῦν ἀγαγόμενον εἰς γάμον ἢ δύο ἀδελφὰς, ἢ θείαν καὶ ἀνεψιὰν, οὐ παραχωρεῖ ὁ κανὼν κληρωθῆναι, διασπωμένου πάντως καὶ τοῦ γάμου. Σὺ δὲ γίνωσκε ὡς οὐ μόνον ὁ τοιοῦτόν τι ποιήσας, ἀλλὰ καὶ ὁ ἕτερον γάμον κεκωλυμένον ἐξ αἵματος ἢ ἐξ ἀγχιστείας συναλλάξας οὐ κληρωθήσεται, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐπιτιμηθήσεται. Οἷα δέ εἰσι τὰ τῶν αἱμομικτῶν ἐπιτίμια, μαθήσῃ ἀπὸ διαφόρων κανόνων τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

ΖΩΝΑΡ. Ἡ γὰρ ἀθεμιτογαμία οὐ μόνον τοῦ κλήρου αὐτὸν κωλύει, ἀλλὰ καὶ ἐπιτιμίοις ὑπάγει. D Καὶ παρὰ τοῦ πολιτικοῦ δὲ νόμου τιμωρεῖται ὁ ἀθεμιτογαμῶν διασπῶντος καὶ τὸν ἀθέμιτον γάμον.

ΑΡΙΣΤ. *Οὐ κεκλήρωται ὁ δύο ἀδελφὰς ἢ ἀνεψιὰν ἀγαγόμενος.*

Ὁ τοιοῦτος, σὺν τῷ μὴ δύνασθαι κληρικὸς γενέσθαι, καὶ βαρυτάτοις ἐπιτιμίοις ὑπόκειται, διασπωμένου πρὸς τούτοις καὶ τοῦ ἀθέσμου γάμου.

ΚΑΝΩΝ κ'.

Κληρικὸς, ἐγγύας διδοὺς (33), *καθαιρείσθω.*

ΒΑΛΣ. Τὸ διδόναι ἐγγύας τινὲς μὲν λέγουσιν

Guill. Beveregii notæ.

(33) *Κληρικὸς ἐγγύας διδούς.* Interpretes consentiunt, quod clericis hic interdicatur, non alios pro se, sed se pro aliis, idque turpis lucri gratia fidejussores constituere. Astipulatur et scholiastes Harmenopuli, Εἰ δι' αἰσχροκέρδειαν καὶ ἐπὶ τελωνῶν τοῦτο ποιεῖ, εἰ δὲ δι' ἀνάγκην ἢ ἐπὶ κληρικῶν, ἐπαι-

Digitized by Google

εἶναι τὸ ἐγγυᾶσθαι ὑπὲρ ἑτέρου τὸν κληρικόν· τινὲς δὲ τὸ διδόναι τὸν κληρικὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἕτερον ἐγγυητήν. Τὸ γοῦν λέγειν καθαιρεῖσθαι τὸν κληρικὸν μὴ παραδεχόμενον εἰς δικαστήριον, ἢ εἰς ἐνοχὴν δι' ἀπορίαν, ἢ δι' ἕτερον τρόπον εὔλογόν τινα, καὶ διὰ τοῦτο διδόντα ἐγγυητὰς χάριν τοῦ ἀπαλλαγῆναι ὀχλήσεως, φορτικώτατόν ἐστι καὶ τῆς ἀποστολικῆς φιλανθρωπίας ἀνάξιον. Τὸ δὲ ἐγγυᾶσθαι τὸν κληρικὸν ὑπὲρ ἑτέρου ποτὲ ἴσως κολασθήσεται. Εἰ μὲν γὰρ χάριν κέρδους ἐγγυήσεταί τινα κληρικὸς, καθαιρεθήσεται διὰ τὴν αἰσχρότητα τῆς ἐγγύας. Εἰ δὲ πένητά τινα ἐγγυήσεται διὰ ἔλεον, ἢ διά τινα εὐσεβῆ αἰτίαν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἑτέρου παρεμβάλῃ, οὐ καθαιρεθήσεται. Εὕρηνται δὲ καὶ ἐν τῇ δ' οἰκουμενικῇ συνόδῳ πολλοὶ ἐπίσκοποι καὶ κληρικοὶ ἐγγύας ἀπαιτήσαντες, καὶ ἀπαιτηθέντες, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἐβλάβη. Ἑρμήνευσον οὕτω τὰ τῆς ἐγγύας. Ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὴν ρκγ' Ἰουστινιάνειον Νεαρὰν κειμένην ἐν βιβλίῳ γ' τῶν Βασιλικῶν, τίτλῳ α' ἤτοι κεφάλαιον αὐτοῦ ιγ' λέγον οὕτως ἐν μέρει· Τοὺς δὲ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους καὶ ὑποδιακόνους, τῷ δικαίῳ καὶ μόνῳ τῆς συγγενείας εἰς ἐπιτροπὴν ἢ κουρατωρείαν καλουμένους, τὴν τοιαύτην λειτουργίαν ὑποδέχεσθαι συγχωροῦμεν. Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν· Ἀλλ' οὐδὲ ἀπαιτητὴν δημοσίων συντελειῶν ἢ ἐκλήπτορα ἢ μισθωτὸν τελῶν ἢ ἀλλοτρίων κτήσεων, ἢ κουράτωρα οἴκου, ἢ ἐντόλεα δίκης, ἢ ἐγγυητὴν ὑπὲρ τούτων τῶν αἰτιῶν, ἐπίσκοπον ἢ οἰκονόμον, ἢ ἄλλον κληρικὸν οἱουδήποτε βαθμοῦ, ἢ μοναχὸν ἰδίῳ ὀνόματι, ἢ τῆς ἐκκλησίας, ἢ τοῦ μοναστηρίου, ὑπεισιέναι συγχωροῦμεν, ἵνα μὴ διὰ ταύτης προφάσεως καὶ τοῖς ἁγίοις οἴκοις ζημία γένηται, καὶ αἱ θεῖαι ὑπηρεσίαι ἐμποδίζωνται. Ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων τούτων τῆς Νεαρᾶς, τῶν λεγόντων μὴ γίνεσθαι ἱερωμένον τινὰ ἐγγυητὴν ὑπὲρ τούτων τῶν αἰτιῶν, δηλαδὴ τῶν διαληφθεισῶν, παρίσταται καλῶς ἐγγυᾶσθαι τὸν κληρικὸν ὑπὲρ ἑτέρων εὐσεβῶν αἰτιῶν, ὥσπερ καὶ παρεμβάλλειν ἑαυτόν.

A pro alio fidejubere ; nonnulli autem clericum pro seipso dare alium fidejussorem : dicere ergo deponi clericum, qui ad judicium vel ad agendum, propter paupertatem, vel aliquam aliam justam causam non admittitur, et propterea dat fidejussores ut a molestia liberetur, est gravissimum, et apostolica humanitate indignum. Si clericus autem pro alio fidejubeat, fortasse quandoque punietur. Si enim clericus lucri gratia pro aliquo fidejusserit, deponetur, propter fidejussionis torpitudinem : sin autem pro aliquo paupere fidejusserit propter misericordiam, vel propter aliquam piam causam seipsum pro alio ingesserit, non deponetur. Inventi sunt autem etiam in 4 universali synodo multi clerici et episcopi, qui fidejussores et dederunt, et acceperunt, nec tamen B ullus ideo læsus est. Fidejussionem ergo ita interpretare. Lege etiam 123 Justiniani Novellam, quæ sita est in libro III Basilic. tit. primo seu cap. ejus 13 quod sic dicit in parte : Presbyteros autem, et diaconos, et subdiaconos, qui solo jure cognationis ad tutelam vel curam vocantur, tale munus suscipere permittimus. Et paulo post iterum : Sed nec publicorum tributorum exactorem, vel receptorem, vel vectigalium aut possessionum alienarum conductorem, vel curatorem domus, vel causæ procuratorem, vel pro his causis fidejussorem, episcopum, vel œconomum, vel alium clericum cujuscunque gradus, vel monachum proprio nomine, vel ecclesiæ, aut monasterii, esse permittimus : ne C hoc prætextu sanctis quoque domibus detrimentum afferatur, et divina ministeria impediantur. Quare ex his quoque verbis Novellæ, quæ dicunt non debere fieri sacratum aliquem pro his causis fidejussorem, iis videlicet quæ comprehensæ sunt, pulchre constat posse clericum pro aliis piis causis fidejubere, sicut etiam seipsum ingerere. 14 Quære etiam titulum nonum præsentis operis, cap. 34 et 27 et quæ sunt in eis, et Chalced. syn., can. 30.

Ζήτει καὶ θ' τίτλον τοῦ παρόντος συντάγματος, κεφ. λδ' καὶ κζ' καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κανόνα λ'.

ΖΩΝΑΡ. Ἐγγύας τις δίδωσιν ἢ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἢ ὑπὲρ ἄλλου. Καὶ ὁ ὑπὲρ ἄλλου διδοὺς ἢ διὰ κέρδος ἐγγυᾶται ἢ διὰ ἀγάπην, δι' ἣν καὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν τιθέναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ἐντετάλμεθα. Τὸ μὲν οὖν ὑπὲρ ἄλλου ὑποβαλεῖν ἑαυτὸν, ἤτοι ἔνοχον ποιῆσαι, ὡς τυχὸν ὑπὲρ τελώνου, κεκώλυται· ἀρχαία δὲ κακία τὸ τελωνεῖν· τελῶναι δ' εἰσὶν οἱ τὰς ἀπαιτήσεις ὠνούμενοι τῶν δημοσίων συντελειῶν. Οἱ γοῦν τοιοῦτοι, εἰ μὴ φανερᾶς εὐποροῦσιν οὐσίας, ἐγγύας ἀπαιτοῦνται, καὶ παράγουσί τινας ὑποτιθέντας δι' ἐκείνους τὰ ἑαυτῶν· τοῦτο τοίνυν καὶ ὅσα τούτῳ

ZONAR. Fidejubet aliquis aut pro se, aut pro alio. Qui vero pro alio fidejussorem se præstat, aut propter lucrum fidejubet, aut propter charitatem, propter quam nostras ipsorum animas pro D fratribus ponere jubemur. Seipsum igitur pro alio subjicere obligationi, sive obnoxium se facere, ut forte pro publicano, vetatur. Antiquum siquidem est malum, publicanum agere. Publicani vero sunt, qui publicorum tributorum redimunt exactiones. A talibus ergo, si manifestis non abundent facultatibus, fidejussores exiguntur, et non-

Guill. Beveregii notæ.

netés. Harmenop. epit. can. sect. 3. tit. 2. Egbertus Eboracensis, *Ut nulli sacerdotum liceat fidejussorem esse, neque relicta propria lege ad sæcularia judicia accedere*, Egbert. in excerpt. Idem innuere videtur et Dionysius Exiguus, qui canonem hunc sic transfert, *Clericus fidejussionibus inserviens adjiciatur*. Sed Josephus Ægyptius canonem aliter interpretatur : *Quicunque e sacerdotibus hominem pro se fidejussorem dederit, aut ipse se dederit fidejussorem pro alio, vel hominem pignori acceperit, quemadmodum exteri faciunt, Ecclesia expellatur.* Adeo ut de clericis, qui alios pro se, æque ac iis qui se pro aliis sponsores dederint, canonem hunc exponat.

Digitized by Google

nullos adducunt, qui bona sua propter eos oppignorant. Hæc igitur, et quæ sunt huic similia, prohibentur clericis, ne se negotiorum molestiis, et actionibus interponant judicialibus. Suspicio namquè est, quod ista propter lucrum ferant, clericos autem dedecet esse turpis lucri cupidos. Propterea depositionis pœna talibus infligitur. Quod si forte clericus ab aliquo tractus ad judicium, satisdare judicio sistendi causa cogatur, istiusmodi satisdationes præstans statu suo non idcirco multabitur. Quandoquidem comperti sunt in œcumenica synodo quarta congregati divini Patres, et qui convenerant una senatores ab Ægyptiis episcopis exegisse fidejussiones judicio sistendi : vel qui satisdationibus destituebantur, his jusjurandum imperasse, dum tempus quærunt ad dilationem. Quod si clericus ad judicium comperiens aliquem protractum ob dandam sistendi se judicio cautionem, vel alio quoquo modo petitionis cujuspiam judicialis reum, qui custodiæ traditur, quia satisdare nequeat : miseratus autem illum pro illo ipse fidejubet, ipsius calamitate motus, hunc non arbitror ordine suo movendum : sed apud Deum bonosque viros acceptum fore, velut evangelici observatorem mandati. Et civilis præterea lex clericos in jus vocatos satisdare jubet. Nota quod segregatio est etiam pœnas dare quæ e divinis ejiciunt terminis, et in pœnitentium loco constituunt.

ARIST. *Clericus fidejussiones non dat, dans autem deponitur.*

Non oportet clericum in negotia se injicere, et fori judicialis molestias propter aliquod turpe lucrum. Si Paulo enim fortasse cum publico vel privato aliquo pactiones contrahente, et ei non creditur, sed fidejussiones exiguntur, clericus pro illo fidejusserit, et semet obnoxium reddiderit, talis ut contemptor proprii status et honoris propter lucrum quoddam factus, deponetur. Si clericus autem inveniens hominem oppressum et in custodia detentum, et aliter illinc non exiturum nisi aliquem dederit fidejubentem eum non confugiturum, et propter sympathiam et humanitatem talem in se receperit, et fidejusserit eum se judicio sistere quandocunque requisitus fuerit, non tantum non abjiciendus erit, sed laudandus judicabitur, ut ponens animam suam pro cognato. Clericis autem in jus vocatis exigi fidejussiones judicio se sistendi, hoc non reddit eos depositioni obnoxios. In quarta enim actione in Chalcedone actorum, sancta synodus et considentes in ea celeberrimi præfecti, statuerunt Ægyptios episcopos fidejussiones se sistendi dare, et illis destitutos jurejurando obstringi.

A ἐοίκασιν, ἀπηγόρευται τοῖς κληρικοῖς· ἵνα μὴ ἑαυτοὺς ὄχλῳ πραγμάτων καὶ ἑλκυσμοῖς παρεμβάλωσι, καὶ ἐπηρείαις σεκρετικαῖς· ὑποπτεύονται γὰρ διὰ κέρδος τούτων ἀνέχεσθαι· αἰσχροκερδεῖς δὲ τοὺς κληρικοὺς εἶναι οὐ δεῖ· δι' ὃ καὶ ἡ καθαίρεσις τούτοις ἐπάγεται. Εἰ δὲ παρά τινος ἴσως κληρικὸς ἐναγόμενος τῆς εἰς τὸ δικαστήριον προσεδρίας χάριν ἐγγύας ἀπαιτεῖται, διδοὺς ταύτας οὐ βλαβήσεται παρὰ τὴν οἰκείαν ἐπιτιμίαν. Ἐπεὶ εὑρηνται καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ οἰκουμενικῇ συνόδῳ οἱ ἐν ταύτῃ ἀθροισθέντες θεῖοι Πατέρες, καὶ οἱ συνόντες αὐτοῖς συγκλητικοὶ, τοὺς Αἰγυπτίους ἐπισκόπους ἐγγύας ἀπαιτήσαντες προσεδρίας· ἢ τούτων ἀπορουῦντας, κελεύσαντες ἐξωμοσίαν ποιήσασθαι, ζητοῦντας καιρὸν εἰς ὑπέρθεσιν. Εἰ δὲ κληρικὸς ἑλκόμενόν τινα B εὑρηκὼς, καὶ ἐγγύας ὑπὲρ παραστάσεως, ἢ ἄλλως πως ἀπαιτούμενον καὶ εἱρκτῇ παραπεμπόμενον, ὡς μὴ δυνάμενον παρασχεῖν τὰς ἐγγύας, ἐλεήσας αὐτὸν ὑπὲρ ἐκείνου ἑαυτὸν ὑποτίθεται τῇ ἐγγύῃ, ἐπικλασθεὶς τῇ τοῦ πάσχοντος συμφορᾷ, οὐκ οἶμαι τοῦτον καθαιρεθήσεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀποδεχθήσεσθαι παρὰ Θεοῦ τε καὶ εὐγνωμόνων ἀνδρῶν, ὡς εὐαγγελικὴν πληρώσαντα ἐντολήν. Καὶ ὁ πολιτικὸς δὲ νόμος τοὺς κληρικοὺς δικαζομένους διδόναι ἐγγύας παρακελεύεται. Σημείωσαι ὅτι ἀφόρισμός ἐστι καὶ τὸ ἐν ἐπιτιμίοις γενέσθαι τοῖς ἐκβάλλουσι τῶν θείων περιβόλων, καὶ πρὸς τὴν τῶν μετανοούντων καθιστῶσι χώραν.

ΑΡΙΣΤ. *Κληρικὸς ἐγγύας οὐ δίδωσι· δοὺς δὲ καθαιρεῖται.*

C Οὐ δεῖ τὸν κληρικὸν ἑαυτὸν εἰς πράγματα παρεμβάλλειν, καὶ δικαστηρίων ὀχλήσεις διά τινα αἰσχροκέρδειαν· εἰ γὰρ τοῦ Παύλου τυχὸν μετὰ τοῦ δημοσίου ἢ καὶ ἰδιώτου τινὸς συναλλάσσοντος, καὶ μὴ ἐμπιστευομένου, ἀλλ' ἀπαιτουμένου ἐγγύας, κληρικὸς ἐγγυήσεται τοῦτον, καὶ καταστήσει ἔνοχον ἑαυτόν· ὁ τοιοῦτος, ὡς καταφρονητὴς τῆς οἰκείας ἐπιτιμίας διά τι κέρδος γενόμενος, καθαιρεθήσεται. Εἰ δὲ κατὰ πόνου εὑρὼν ὁ κληρικὸς ἄνθρωπον, καὶ ἐν φυλακῇ κατεχόμενον, καὶ ἄλλως ἐκεῖθεν μὴ ἐξαγόμενον, εἰ μή τινα δοίη τὸν ἐγγυησάμενον αὐτὸν μὴ ἀποδρᾶναι· καὶ διὰ συμπάθειαν καὶ φιλανθρωπίαν ἀναδέξεται τὸν τοιοῦτον καὶ παριστᾷν ἐγγυήσεται, ὁπόταν ἂν ζητηθῇ, οὐ μόνον οὐκ ἀποβλητος D ἔσται, ἀλλὰ καὶ ἐπαινετέος κριθήσεται, ὡς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ ὁμογενοῦς θέμενος. Τὸ δὲ τοὺς κληρικοὺς δικαζομένους ἀπαιτεῖσθαι ἐγγύας παραστάσεως τοσοῦτον οὐ καθαιρέσει αὐτοὺς ἐνόχους καθίστησιν, ὅτι καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ πράξει τῶν ἐν Χαλκηδόνι πραχθέντων ἡ ἁγία σύνοδος καὶ συνεδρεύοντες αὐτῇ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, διέλαβον τοὺς Αἰγυπτίους ἐπισκόπους ἐγγύας προσεδρίας παρασχεῖν, καὶ τούτων ἀπορουῦντας ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθῆναι.

CANON XXI.

Eunuchus, si ex hominum quidem injuria factus sit,

ΚΑΝΩΝ ΚΑ'.

Εὐνοῦχος (34), *εἰ μὲν ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων*

Guill. Beveregii notæ.

(34) *Εὐνοῦχος*. Secundo a Christi natalitiis fluente sæculo, orta est Valesiorum hæresis, qui varia Scripturæ loca, præsertim Matth. xix, 12, perperam interpretati, exsectis virilibus, eunuchos

Digitized by Google

ἐγένετό τις, ἢ ἐν διωγμῷ ἀφῃρέθη τὰ τῶν ἀνδρῶν, ἢ οὕτως ἔχει, καὶ ἐστιν ἄξιος, ἐπίσκοπος γινέσθω.

vel in persecutione virilibus privatus sit, vel sic natus est, et dignus est, fiat episcopus.

ΒΑΛΣ. Οἱ τέτταρες οὗτοι κανόνες, ἡγοῦν ὁ παρὼν καὶ οἱ ἀφεξῆς, τοῖς μὲν πρὸ τοῦ κληρωθῆναι εὐνουχισθεῖσι διὰ νόσον ἢ ἐξ ἐφόδου ἐχθρῶν συγγνωμοποῦσι, καὶ τῷ κλήρῳ συγκαταλέγουσιν, ἀξίους πάντως εὑρισκομένους· τοὺς δὲ μετὰ τὴν ἱερωσύνην ἑαυτοὺς ἀκρωτηριάσαντας, κἂν ὑπὸ νόσου ἐβιάσθησαν, ὡσαύτως καὶ τοὺς πρὸ τῆς ἱερωσύνης δίχα νόσου τὰ παιδογόνα μόρια ἑαυτῶν περιελόντας κολάζουσι· τοὺς μὲν γὰρ καθαιροῦσι, τοὺς δὲ κληροῦσθαι κωλύουσι· τοὺς δὲ λαϊκοὺς τοὺς δίχα νόσου ἢ ἐπηρείας ἑαυτοὺς ἀκρωτηριάσαντας ἐπὶ ἔτη τρία ἀφορίζουσιν· ὅθεν καὶ οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων οἱ προσεκτικώτεροι, διὰ νόσον μέλλοντες εὐνουχίζειν παῖδας αὐτῶν, τῇ ἁγιωτάτῃ Ἐκκλησίᾳ προσέρχονται, καὶ δῆλην ποιοῦσι τὴν νόσον, καὶ τὴν τῶν διδύμων ἐκκοπήν. Οἱ δὲ πολιτικοὶ νόμοι μεγάλως κολάζουσι τοὺς εὐνουχίζοντας παῖδας αὐτῶν, ἢ δούλους, ἢ ἑτέρους τινὰς νόσῳ μὴ κατεχομένους. Καὶ ἀνάγνωθι τὴ ιδ' κεφ. τοῦ πρώτου τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὴν ξ' Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ. Ἐπεὶ δὲ εἰς τρία διαιροῦνται οἱ

15 BALS. Hi quatuor canones, præsens nimirum et tres quæ sequuntur, iis quidem qui antequam clerici facti essent, propter morbum, vel hostium incursionem castrati sunt, ignoscunt, et eos in clerum referunt, si omnino digni inveniantur : eos autem qui post sacerdotium seipsos mutilaverunt, etiamsi a morbo coacti sint: similiter et eos, qui ante sacerdotium absque morbo genitalia sua excindunt, puniunt. Illos enim deponunt, hos vero clericos fieri prohibent : laicos autem, qui absque morbo vel injuria seipsos mutilant, tribus annis segregant. Unde etiam plurimi homines paulo consideratiores, suos filios propter morbum castraturi, ad sanctissimam Ecclesiam accedunt, et morbum et testiculorum abscissionem aperiunt. Civiles autem leges valde puniunt eos qui suos filios, vel servos, vel alios morbo non oppressos castrant. Lege etiam 14 capit primi tituli præsentis operis, et 60 Novellam imperatoris domini Leonis Sapientis. Quia autem tria sunt eunuchorum genera : viz. thlibiæ, qui ab infantia genitales partes amiserunt, ut quæ eis a

Guill. Beveregii notæ.

se faciebant : ut testantur Epiphan hær. 58, par 1, et August. hær. 37. Eodem protinus errore imbutus Origenes suum etiam corpus evirare ausus est : ut docent Euseb. Hist. Eccles. l. 6. c. 8; Nicephor. l. 5, c. 8; Epiphan. hær. 64, par. 3. Quod Origenis facinus, Demetrius, Ecclesiæ Alexandrinæ episcopus, primo admiratus, deinde scriptis ad omnes ubique terrarum episcopos, tanquam absurdissimum proscindebat, ut tradit Eusebius loco citato. Hinc veri nobis haud dissimile videtur, aliquos saltem eorum, si non omnes, ad quos Demetrius scripserat, episcopos, in unum congregatos, hac de re deliberationem iniisse, et quatuor hos de eunuchis canones vel primo constituisse, vel ante constitutos renovasse; quod ultimum mihi magis arridet, propterea quod Demetrius Cæsariensem et Hierosolymitanum episcopos criminatus est, quod Origenem in presbyterii gradum promovissent, viz. contra can. 22 quo constituitur, ut ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν μὴ γενέσθω κληρικός. Nisi enim hujusmodi decretum antea editum fuisset, non video quare Demetrius hoc iis vitio verteret. Henricus Valesius, fateor, in annotationibus ad dictum Eusebii locum, scribit, Demetrio illatam fuisse injuriam, quod commemorati episcopi Origenem, ditionis non suæ, sed Alexandrinæ, cui præerat Demetrius, ordinassent. Verum Hieronymus Origenem Athenas per Palæstinam, ubi ordinatus est, proficiscentem, ecclesiasticam secum Epistolam attulisse refert, Hieronym. in catal. voce Orig. tom. III. fol. 96, 2. Et ipse etiam Alexander Hierosolymitanus, qui eum ordinaverat, epistolam scripsit pro Origene adversus Demetrium, eo quod juxta testimonium Demetrii eum presbyterum constituerat, ut scribit idem Hieron. in Alexandro. ibid. fol. 98. 1 Et idcirco ipsi quoque Ægypti et Alexandriæ episcopi in epistola synodica adversus Origenis doctrinam, χειροτονηθέντα αὐτὸν πρεσβύτερον ὑπὸ τῆς κανονικῆς τε καὶ μιᾶς χειρὸς ἀληθινῆς agnoscunt. Sed quid pluribus opus est, cum ipse etiam Eusebius dicto loco fateatur, Demetrium nihil aliud habuisse, quod Origeni objiceret, præter facinus istud, quod adolescens clam patraverat, cum se viz. exsecuerit. At si Origenes invito episcopo suo ordinatus fuisset, hoc ei non minus quam ordinatoribus, vitio verteretur. Ut nihil apertius esse possit, quam Demetrium hoc tantum Origeni objectasse, quod cum se emasculasset, ordinaretur, et commemoratis episcopis, quod eunuchum a se factum ordinarent, contra prius laudatum canonem. Hæc nostra sententia aliquam etiam exinde lucem mutuatur, quod Origenes ab una quidem synodo episcoporum Alexandria, ab alia demum etiam sacerdotio pulsus est, ut refert Pamphilus in Photii bibliotheca, cod. 118. At quo tandem pacto hoc fieri potuit, si nullus adhuc canon contra eos qui se eunuchos faciunt, editus fuisset? Et quidem etiamsi Demetrius istiusmodi canonis expresse non meminit, non obscure tamen indigitare videtur, cum de spontanea Origenis exsectione certior factus, primo eum θαρρεῖν αὐτίκα παρακελεύεται, *bono animo esse jubet*, Euseb. Hist. l. 6, c. 8, his enim verbis clare satis innuit, Origenem ecclesiasticam aliquam transilisse regulam; se autem eum propter ingenii promptitudinem et fidei sinceritatem defensurum, ne pœna canonica ei infligeretur; a qua et ipsum sibi timuisse Origenem manifestum est, eo quod pro virili conatus sit, ut id quod fecerat, alios omnino lateret; prout e dicto Eusebii loco constat. Quibus omnibus inter se collatis adducor ut credam, primitivæ Ecclesiæ præsules etiam ante Origenem hosce de eunuchis canones edidisse (fortasse contra hæreticam Valesiorum opinionem) eorumque auctoritate Origenem primum sacerdotio expulsum, postea vero ob summam ejus in Scripturis interpretandis, omnibusque artibus et scientiis famam, iterum receptum fuisse : præcipue postquam inconsulti sui et temerarii facti, juvenilis ætatis fervore perpetrati, eum pœnituisset : pœnituisse autem ex ipsius verbis patet, ubi ait, Ἡμεῖς δὲ Χριστὸν τὸν Λόγον Θεοῦ κατὰ σάρκα καὶ κατὰ τὸ γράμμα ποτὲ νοήσαντες, νῦν οὐκέτι γινώσκοντες, οὐκ εὐδοκοῦμεν ὡς καλῶς ἐξειληφόσι τοῖς καὶ τὸν τρίτον εὐνουχισμὸν ἑαυτοῖς προφάσει βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπάγουσι. Origen. in Matth. xix, 12.

Digitized by Google

parentibus expressæ et inutiles factæ sunt : spadones, qui a nativitate testiculos non habent : insuper et castrati, qui ferro exsecti sunt, castrum enim apud Romanos est ferrum : thlibiæ quidem et spadones sine ullo præjudicio consecrabuntur, utpote qui sibi nullius mali auctores fuerint : castrati autem, ut voluit superior constitutio, aliquando quidem ad sacros ordines admittentur, aliquando vero prohibebuntur.

A εὐνοῦχοι, ἦγουν εἰς θλιβίας τοὺς νηπιόθεν τὰ παιδογόνα μόρια ἀποβαλόντας, ὡς ὑπὸ τῶν γονέων θλιβέντα καὶ ἀχρηστεύσαντα· εἰς σπάδωνας, τοὺς ἐκ γενετῆς διδύμους μὴ ἔχοντας· πρὸς δὲ καὶ εἰς κανστράτους (35), τοὺς διὰ σιδήρου ἀκρωτηριασθέντας· κάνστρον γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ σίδηρος· οἱ μὲν θλιβίαι καὶ οἱ σπάδωνες ἀπροκριματίστως ἱερωθήσονται, ὡς μηδὲ κακοῦ τινος γεγονότες παραίτιοι ἑαυτοῖς· οἱ δὲ κανστράτοι κατὰ τὴν ἀνωτέρω διάταξιν ποτὲ μὲν ἱερωθήσονται, ποτὲ δὲ κωλυθήσονται.

CANON XXII.

Qui seipsum mutilavit, ne sit clericus : est enim sui homicida et Dei opificii hostis.

ΚΑΝΩΝ ΚΒ'.

Ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν μὴ γινέσθω κληρικός· αὐτοφονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

CANON XXIII.

Si quis cum sit clericus, seipsum mutilaverit, deponatur : est enim sui homicida.

B

ΚΑΝΩΝ ΚΓ'.

Εἴ τις, κληρικὸς ὤν, ἑαυτὸν ἂν ἀκρωτηριάσει, καθαιρείσθω· φονεὺς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ.

CANON XXIV.

Laicus qui seipsum mutilavit, tribus annis segregetur : est enim suæ ipsius vitæ insidiator.

ΚΑΝΩΝ ΚΔ'.

Λαϊκὸς, ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφοριζέσθω ἔτη τρία· ἐπίβουλος γάρ ἐστι τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς.

BALS. Interpretatio horum capitum superius scripta est; lege et orationem *De virginitate magni sancti Basilii, et sancti Epiphanii, et ex Nomocanone Nestenti De iis qui eunuchi facti sunt.*

ΒΑΛΣ. Ἡ ἑρμηνεία τῶν τοιούτων (36) κεφ. ἐγράφη ἄνωθεν· ἀνάγνωθι καὶ τὸν *Περὶ παρθενίας* λόγον *τοῦ Μεγάλου ἁγίου Βασιλείου, καὶ τὸν τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου, καὶ ἀπὸ τοῦ Νομοκάνονος τοῦ Νηστευτοῦ Περὶ τῶν εὐνουχισθέντων.*

ZONAR. Castrare quempiam, nisi propter morbum circa genitalia membra irrumpentem, civilibus etiam prohibitum legibus : usque adeo ut exsectos etiam servos in libertatem rapi jubeant; et castrantes eidem cladi, suorum quoque bonorum publicationi, pariter et exsilio subjici : sed et sacris hoc similiter canonibus vetitum. Non tamen exsectus a sacerdotio repellitur, si non se tradiderit exsectioni. Nam castratus ab aliis, velut injuria graviter affectus, miseratione magis est dignus : nec est odio prosequendus. Ideo si sacerdotio dignus ex sua vita judicetur, ad illud etiam promovebitur. Item qui natura genitalibus est partibus mutilatus (quos in Evangeliis Dominus eunuchos sic genitos nominavit) clero non inhibebitur ascribi. Qui vero castrationem sibi affectaverit, in clerum non eligetur : sed et si jam factus sit clericus, a cleri propulsabitur ordine. Si vero laicus est, qui se castrandum præbuit, in tres annos ab aliorum cœtu fidelium separabitur. Namque sui ipsorum videntur insidiatores.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ εὐνουχίζειν, εἰ μὴ διὰ πάθος ἐνσκῆψαν περὶ τὰ παιδογόνα μόρια γένοιτο, καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἀπηγόρευται νόμοις· καὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ τοὺς ἐκτομνομένους δούλους εἰς ἐλευθερίαν κελεύουσιν ἁναρπάζεσθαι· καὶ τοὺς εὐνουχίσαντας ὑποκεῖσθαι ταυτοπαθείᾳ, καὶ δημεύσει, καὶ περιορισμῷ. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσι τοῦτο κεκώλυται. Οὐ μέντοι ὁ ἐκτμηθεὶς ἱερωσύνης ἀπείργεται, εἰ μὴ αὐτὸς εἰς ἐκτομὴν παρέδωκεν ἑαυτόν· ὁ μὲν γὰρ παρ' ἑτέρων ἐκτμηθείς, ὡς ἐπηρεασθείς, ἐλεεῖσθαι μᾶλλόν ἐστιν ἄξιος, ἀλλ' οὐχὶ μισεῖσθαι· διʼ ὃ καὶ εἰ ἄξιος ἐκ τοῦ βίου αὐτοῦ κρίνοιτο ἱερωσύνης, εἰς ταύτην προβιβάζεται. Καὶ ὃς ἐκ φύσεως τὰ παιδογόνα πεπήρωται μόρια (οὓς ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος εὐνούχους οὕτω γεννηθέντας ὠνόμασε) τῷ κλήρῳ καταλεγῆναι οὐ κωλυθήσεται· ὁ δ' αὐτῷ τὴν ἐκτομὴν μνηστευσάμενος οὔτε εἰς κλῆρον καταταγήσεται· ἀλλὰ κἂν ἔφθη γενόμενος κληρικὸς, τοῦ κλήρου ἐκδιωχθήσεται. Εἰ δὲ λαϊκός ἐστιν ὁ εἰς ἐκτομὴν ἐκδοὺς ἑαυτὸν, ἐπὶ τριετίαν

Guill. Beveregii notæ.

(35) *Κανστράτους.* Hic inauditam antehac latinæ hujus vocis etymologiam profert Balsamon, viz. κανστράτοι *Castrati* à κάνστρον *Castrum ferrum.* Sed undenam miram hanc *Castri* significationem hauserit, hariolari nequeo; nisi pro *Cestrum* Græce κέστρον sumpserit, quod instrumentum, quo cavatur ebur, significatur. Quinetiam nec omnis eunuchismus ferro fit, sed et aliis nonnunquam modis, ut medicamentis exsiccativis : quomodo et Origenem se eunuchum fecisse nonnulli suspicati sunt; ut tradit Epiphanius, Ἄλλοι δὲ οὐχὶ, φησὶν, ἀλλὰ ἐπενόησέ τι φάρμακον ἐπιθεῖναι τοῖς μορίοις καὶ ἀποξηρᾶναι. Epiphan. hær. 64, par. 3. Sic Athenienses Hierophantas ad compescendum libidinis æstrum cicutam genitalibus illinere solitos ipse Origenes docet, *contra Cels.* lib. 7; et Plinius de cicuta ait, *quod certum est, lac puerperarum mammis imposita extinguit, veneremque testibus circa pubertatem illita.* Plin. l. xxv, c. 13. Idem tradit et Dioscorides, l. iv, c. 77.

(36) *Ἑρμηνεία τῶν τοιούτων.* In impressis pariter ac mss. Balsamonis codicibus hi quatuor canones viz. 21, 22, 23, 24, simul collocantur. At in uno e mss. Bodleianis, quo Zonaræ et Balsamonis scholia in apostolicos hosce canones colliguntur, Balsamonis interpretatio canonem 21 sequitur, et hæc cum sequentibus verbis nunc primo editis ad can. 24 referuntur : ac proinde hic imprimenda censuimus.

Digitized by Google

ἀφορισθήσεται· ἐπίβουλοι γὰρ ἑαυτῶν εἶναι δοκοῦσι διὰ τὸ τοῦ πράγματος ἐπικίνδυνον, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ δὲ δημιουργίᾳ ἐναντιοῦνται· εἰς φύσιν γὰρ ἀνδρὸς πλάσαντος αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ, αὐτοὶ εἰς ἑτέραν φύσιν ἀλλόκοτον ἑαυτοὺς μεταπλάττουσιν· ὥστε μήτε ἄνδρες εἶναι· οὐδὲ γὰρ τὰ τῶν ἀῤῥένων ἀποτελεῖν εἰσι δυνατοὶ, ἐπεὶ ποιεῖν οὐ δύνανται ἄνθρωπον· μήτε γυναῖκες· οὐδὲ γὰρ τίκτειν ἔχουσι φύσιν. Τὰ αὐτὰ καὶ ὁ πρῶτος κανὼν τῆς πρώτης συνόδου διατάττεται· ζήτει καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου κανόνα γ', λβ' καὶ να'.

A res esse, propter imminens facti periculum : Deique contrarium faciunt opificio. Nam, cum Deus ipsos in viri naturam formarit, in aliam naturam ab ea prorsus alienam, sese transformant : ita ut neque viri sint, nec enim quæ sunt marium præstare possunt, quoniam procreare non possunt hominem : neque sunt mulieres : non enim habent pariendi naturam. Synodi primæ canon primus eadem etiam constituit. Quære et sancti Basilii, can. 3, XXXII et II.

ΚΑΝΩΝ ΚΑ'.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἢ ἐκ φύσεως εὐνοῦχος γενόμενος, ἄξιος ὢν, ἱερᾶται· ἐκτομίας δὲ, οὔ.*

16 CANON XXI.

ARIST. *Qui ex injuria hominum, aut natura factus est eunuchus, si dignus est, consecratur; exsectus autem, nequaquam.*

ΚΑΝΩΝ ΚΒ'.

Ἑαυτὸν ἐκτεμὼν λαϊκὸς, ἀφορίζεται, καὶ κληρικὸς οὐ γίνεται.

B CANON XXII.

Laicus qui seipsum exsecuit, excommunicatur, et clericus non fit.

ΚΑΝΩΝ ΚΓ'.

Ὁ μετὰ κλῆρον ἑαυτὸν ἐκτεμὼν καθαιρεῖται.

CANON XXIII.

Qui in clerum cooptatus seipsum exsecuit, deponitur.

ΚΑΝΩΝ ΚΔ'.

Λαϊκὸς, ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφοριζέσθω ἔτη τρία, ὡς ἐπίβουλος ἑαυτοῦ.

CANON XXIV.

Laicus qui seipsum mutilavit annos tres segregatur, ut sui insidiator.

Ὁ μὲν ἀκουσίως εὐνουχισθεὶς τῷ κανόνι οὐκ ἐνέχεται· ἀλλ' εἰ ἔστιν ἄξιος τοῦ ἱερᾶσθαι, ἐκ τούτου οὐ κωλύεται. Εἰ δὲ ἑκών τις ἑαυτὸν ἐξευνούχισεν, οὐδ' ὅλως κληροῦται· ἀλλὰ καὶ κληρικὸς ὢν, καθαιρεῖται, ὡς ἐπίβουλος τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

Qui involuntarie fit eunuchus, canoni non subjicitur, sed si dignus est sacerdotio, propter hoc non prohibetur. Si quis sponte autem semetipsum fecerit eunuchum, nullo modo sit clericus. sed et si clericus sit, deponitur, ut insidiator sui ipsius vitæ, et Dei opificii hostis.

ΚΑΝΩΝ ΚΕ'.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος (37) *ἢ διάκονος, ἐπὶ πορνείᾳ ἢ ἐπιορκίᾳ ἢ ἐπὶ κλοπῇ ἁλοὺς, καθαιρείσθω, καὶ μὴ ἀφοριζέσθω· λέγει γὰρ ἡ Γραφὴ* (38) *· Οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. Ὡσαύτως καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.*

CANON XXV.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, fornicationis, vel perjurii, vel furti convictus, deponatur, et non segregetur. Dicit enim Scriptura : Non vindicabis bis in idipsum. *Similiter reliqui quoque clerici.*

Guill. Beveregii notæ.

(37) *Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος.* Hunc canonem Basilius Magnus sub ἀρχαίου κανόνος nomine laudat, can. 3 ad Amphiloch. Quinetiam rex Chilpericus eumdem contra Prætextatum Rotomagensem episcopum citat, in codice canonum, quem ad episcopos Galliæ transmittebat anno 577 de quo sic Gregorius Turinensis, *Ipse vero ad Metatum discessit, transmittens librum canonum in quo erat quaternio unus adnexus, habens canones quasi apostolicos continentes hæc; episcopus in homicidio, adulterio, et perjurio deprehensus a sacerdotio divellatur.* Greg. Turon. l. v, c. 18. Per quaternionem pristino codici adnexum, nihil aliud, quam hic Codex canonum Ecclesiæ primitivæ, qui *quasi apostolici* hic appellantur, indigitari potest, nec canon laudatus est alius a præsenti 25. At in ipso canone fit mentio *furti*; quod hic omittitur, et nulla *homicidii*, quod *furti* loco hic substituitur. Verum hæc canonis corruptio propterea tunc temporis excogitata videtur, ut Prætextatus, qui spe veniæ se homicidii reum professus est, eo perspicue magis damnaretur. Et hinc, ni fallor, evenit, ut in Egberti excerptionibus, homicidii pariter ac furti mentio fiat : sic enim hunc canonem legit, *Episcopus aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furtis, aut homicidio captus est, deponatur.* Egbert. excerpt. can. 33. Unde facile est, conjicere ; Egbertum primo Dionysianum habuisse codicem, cujus versionem exacte recitat, quæ sic se habet, *Episcopus aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur.* Cum autem in Gallicanum postea codicem inciderit, ex eo novum hoc additamentum, *aut homicidio*, Dionysianæ versioni adjunxisse. Cæterum non Dyonysianus solus, sed omnes, tam impressi, quam manu exarati, quos nobis videre contigit, codices, fornicationis, perjurii et furti meminerunt, non item homicidii. Sic etiam paraphrasis Arabica : *Quicunque episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel qui est intra eos in sacerdotii gradibus, in fornicatione, aut falso juramento, aut furto deprehensus fuerit, sacerdotio graduque suo excidat.* Porro quæ hoc canone continentur, Leo apostolicæ traditioni accepta refert, dicens, *Alienum est a consuetudine ecclesiastica, ut qui in presbyterali honore, aut diaconii gradu fuerint consecrati, ii pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi, quod sine dubio ex apostolica traditione descendit.* Leo I, epist. 92 ad rustic. c. 2., concil. tom. I, p. 994, Bin.

(38) Λέγει γὰρ ἡ Γραφὴ. viz. Nahum. I, 9, ubi verba Hebraica לֹא תָקוּם פַּעֲמַיִם עָרַד *non consurget bis angustia*, LXX seniores vertunt Οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν θλίψει. ac si pro תָקוּם legissent יָקֻם vel quid simile a radici יקם *Vindicavit, ultus est.* At in codice, quo usi sunt canonum horum conditores, pro ἐκδικήσει lectum fuisse videtur ἐκδικήσεις, prout ipsi citant;

Digitized by Google

BALS. Illud, *Non vindicabis bis in idipsum*, ne dixeris accipi de quovis quomodocunque deposito : qui enim vel magistratus potentia vel pecuniis sacerdotium assecuti sunt, et deponuntur, et segregantur; ut dicit 29 canon apostolicus, et 30. Sed dic hoc accipi de iis solis qui deponuntur, propter peccata quæ in canone præsenti continentur, et propter alia ejusmodi. Quære et sancti Basilii can. 5, 32 et 51. Nota igitur episcopos et clericos hac de causa depositos, a fidelium communione non arceri. Lege et 32 can. sancti Basilii.

ΒΑΛΣ. Τὸ, *Οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό*, μὴ εἴπῃς ἐκλαμβάνεσθαι εἰς πάντα ὁπωσδήποτε καθαιρούμενον· οἱ γὰρ διὰ προστασίας ἀρχοντικῆς ἢ διὰ χρημάτων ἱερωσύνης ἀξιούμενοι καὶ καθαιροῦνται καὶ ἀφορίζονται, ὡς φησιν ὁ κθ' ἀποστολικὸς κανών, καὶ ὁ λ'. Ἀλλ' εἰπὲ τοῦτο ἐκλαμβάνεσθαι εἰς μόνους τοὺς καθαιρουμένους διὰ ἁμαρτήματα περιέχόμενα τῷ παρόντι κανόνι, καὶ διὰ ἕτερα ὅμοια. Ζήτει καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου κανόνα γ', λβ' καὶ να'. Σημείωσαι οὖν ὅτι οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ κληρικοὶ οἱ οὕτω καθαιρούμενοι τῆς μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνίας οὐκ ἀφορίζονται. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν λβ' κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

Δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἐν τῷ προχειρίζεσθαι εἰς ἐπισκοπὴν ἀπογραφὴν ποιεῖν τῶν οἰκείων πραγμάτων, καὶ φανερὰ ταῦτα τιθέναι, ὡσαύτως καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας· ἵνα περὶ τῶν οἰκείων καὶ ζῶν καὶ μετὰ θάνατον κατὰ τὸ βουλητὸν αὐτῷ διάθηται, καὶ ἡ ἐκκλησία ἔχῃ τὰ ἑαυτῆς.

ΚΑΝΩΝ ΜΑ'.

Προστάσσομεν τὸν ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων. Εἰ γὰρ τὰς τιμίας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αὐτῷ πιστευτέον, πολλῷ ἂν δέοι περὶ τῶν χρημάτων ἐντέλλεσθαι, ὥστε κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ἐξουσίαν πάντα διοικεῖσθαι, καὶ τοῖς δεομένοις (65) διὰ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐπιχορηγεῖσθαι μετὰ φόβου Θεοῦ καὶ πάσης εὐλαβείας· μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων (εἴ γε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτοῦ χρείας καὶ τῶν ἐπιξενουμένων ἀδελφῶν, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον αὐτὸν ὑστερεῖσθαι· ὁ γὰρ νόμος τοῦ Θεοῦ διετάξατο τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου τρέφεσθαι. Ἐπείπερ οὐδὲ στρατιώτης ποτὲ ἰδίοις ὀψωνίοις ὅπλα κατὰ πολεμίων ἐπιφέρεται.

Guill. Beveregii notæ.

(65) *Καὶ τοῖς δεομένοις.* In Ecclesia recens nata usus ex D. Pauli instituto I Cor. xvi, 2, obtinuit, ut qui ad templa accedebant, stipem aliquam in *arcæ genus* (ut cum Tertulliano loquar) pro libitu apponerent. Quodcunque apponebatur, apud præsidem sive episcopum depositum, ab eodem in pauperes distributum fuit, ut ex insigni isto Justini Martyris loco discimus; Οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι, κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, ὃ βούλεται δίδωσι· καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται. Justin. Apol. p. 77, l. 36 edit. Sylburg. Eadem habes et apud Tertull. apol., c. 39, et Constit. apostol. l. II, c. 25. Episcopos autem per presbyteros et diaconos, ut hoc canone cautum est, egenis subministrasse ex Cypriano perspicue satis colligimus, utpote qui ad clerum suum scribens, hæc habet, *Et quoniam mihi interesse nunc non permittit loci conditio, peto vos pro fide et religione vestra, fungamini illic et vestris partibus et meis, ut nihil vel ad disciplinam vel ad diligentiam desit. Quantum autem ad sumptus suggerendos, sive illis, qui gloriosa voce Deum confessi, in carcere sunt constituti, sive iis, qui pauperes et indigentes laborant, et tamen in Domino perseverant, peto nihil desit: cum summa omnis, quæ reducta est, illic sit apud clericos distributa, propter ejusmodi casus, ut haberent plures, unde ad necessitates et pressuras singulorum operari possent.* Cyprian. epist. 2, l. v, ad clerum, de cura pauperum, et quiete plebis, edit. Manut.

Digitized by Google

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν ἡρμηνεύθη διὰ τῆς ἑρμηνείας τοῦ λη' κανόνος, τὰ αὐτὰ λέγοντος. Ἐνταῦθα δὲ προστίθησι φιλόπτωχον εἶναι τὸν ἀρχιερέα, καὶ τὴν πρὸς τοὺς πένητας διάδοσιν διὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων αὐτοῦ γίνεσθαι, εἰ βούλεται ἑαυτὸν διατηρεῖσθαι ἀνώτερον πάσης ὑποψίας. Ἀνάγνωθι τὸν κθ' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, καὶ τὴν πρὸς Δόμνον ἐπιστολὴν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου.

A BALS. Præsens canon expositus est per interpretationem 38 canonis, qui eadem dicit. Hic autem adjicit debere episcopum amatorem pauperum esse, et largitionem in pauperes debere fieri per suos presbyteros et diaconos, si vult se servare ab omni suspicione immunem. Lege 24, can. syn. Antioch. et epistolam sancti Cyrilli ad Domnum.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν τὴν ἐξουσίαν πᾶσαν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων τῷ ἐπισκόπῳ δίδωσι· τὴν δὲ πρὸς τοὺς πενομένους διάδοσιν διὰ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων κελεύει γίνεσθαι, ἵνα πάσης ὑποψίας διατηροίη ἑαυτὸν ὁ ἐπίσκοπος ἐκτός· δεῖ γὰρ καλὰ προνοεῖν ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ὡς φησι ὁ θεσπέσιος Παῦλος. Μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τὸν ἐπίσκοπον τῶν τῆς Ἐκκλησίας παραχωρεῖ, εἰς τὰς ἀναγκαίας μέντοι χρείας· οὐ μὴν εἰς περιττόν τι, πρὸς τρυφὴν, ἢ βλακείαν ἀνῆκον· ἀλλ' ὥστε τὰ τὴν ζωὴν συνιστῶντα τοῦτον ἔχειν ἐκεῖθεν, ἃ κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον διατροφαί εἰσι καὶ σκεπάσματα, καὶ τούτοις ἀρκεῖσθαι· ἵνα οὕτω καὶ αὐτός τε τρέφοιτο καὶ οἱ ἐπιξενούμενοι αὐτῷ ἀδελφοὶ μή τινος τῶν χρειωδῶν ὑστερῶνται. Ὅρα τοίνυν ὅτι καὶ φιλόξενον εἶναι δεῖ τὸν ἐπίσκοπον, καθὼς ὁ Ἀπόστολος Τιμοθέῳ καὶ Τίτῳ ἐπιστέλλων διετάξατο. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ὁ εἰκοστὸς τέταρτος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανὼν διατάττεται, καὶ ὁ μέγας Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Δόμνον ἐπιστολῇ.

B **29** ZONAR. Hic etiam canon omnem quoque potestatem rerum ecclesiasticarum committit episcopo. Dispensationem tamen jubet inter pauperes fieri per presbyteros et diaconos, ut immunem se servet episcopus ab omni suspicione. Honesta siquidem providere coram Deo, et hominibus oportet[7], ut divinus ait Paulus. Porro ipsum episcopum sumere de bonis Ecclesiæ permittit, ad necessarios, videlicet, usus: non in rem aliquam supervacaneam, quæ ad delicias, aut vitæ mollitiem pertineat, sed ex illis habeat ipse vitæ convenientia quæ secundum magnum apostolum, alimenta sunt, et tegumenta: et his esto contentus[8], ut sic, et ipse nutriatur, et hospitio suscepti fratres rebus necessariis minime destituantur. Ipse videas igitur, quod episcopum oportet esse hospitalem[9], quemadmodum Timotheo et Tito scribens Apostolus constituit. Eadem autem vicesimus quartus Antiochiæ synodi canon præcipit. Magnus quoque Cyrillus in epistola ad Domnum.

ΑΡΙΣΤ. *Ἐξουσιαζέτω τῶν ἐκκλησιαστικῶν ὁ ἐπίσκοπος πραγμάτων, καὶ τῶν ψυχῶν γάρ· καὶ διοικείτω πάντα κατὰ τὴν θείαν ἀρέσκειαν.* Σαφής.

C ARIST. *Potestatem habeat episcopus super res ecclesiasticas, habet enim et super animas: et administret omnia secundum divinam voluntatem.* Perspicuus.

ΚΑΝΩΝ ΜΒ'.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων καὶ μέθαις (66), ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

CANON XLII.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, aleis et ebrietatibus vacans, vel desistat, vel deponatur.

ΚΑΝΩΝ ΜΓ'.

Ὑποδιάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, τὰ ὅμοια ποιῶν, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀφοριζέσθω· ὡσαύτως καὶ λαϊκοί.

CANON XLIII.

Hypodiaconus, vel lector, vel cantor, similia faciens, vel desistat, vel segregetur. Itidem et laici.

ΒΑΛΣ. Ἄλλως κολάζονται οἱ ἐπίσκοποι, οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, κύβοις καὶ μέθαις σχολάζοντες, καὶ ἄλλως οἱ ὑποδιάκονοι, οἱ ψάλται, οἱ ἀναγνῶσται, καὶ οἱ λαϊκοί. Τοὺς μὲν γὰρ καθαιρεῖσθαί φασιν οἱ παρόντες δύο κανόνες, εἰ μὴ παύσονται, τοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι. Ζήτει καὶ τὸν θ' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρουλλῳ συνόδου, καὶ τίτλον θ' τοῦ παρόντος συντάγματος κεφ. κζ', καὶ λε', καὶ τίτλον ιγ', κεφ. κθ'.

BALS. Aliter puniuntur episcopi, presbyteri, diaconi, aleis et ebrietatibus vacantes, et aliter hypodiaconi, cantores, lectores et laici. Præsentes enim D duo canones dicunt illos quidem deponi nisi desistant, hos vero segregari. Quære et 9 canonem syn. in Trullo, et tit. 9 præsentis operis, cap. 27 et 35, et tit. 13, cap. 29.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἐπισκόπους, καὶ τοὺς τοῦ κλήρου πάντας, παράκλησιν ἅπασι πρὸς ἀρετὴν εἶναι χρὴ,

ZONAR. Episcopos, et omnes de clero, universis oportet esse incitamentum ad virtutem formamque

[7] II Cor. viii, 21. [8] I Tim. vi, 8. [9] Tit. i, 8.

Guill. Beveregii notæ.

(66) *Καὶ μέθαις.* Egbertus Eboracencis, *ut nullus ex sacerdotum numero ebrietatis vitium nutriat, nec alios cogat per suam jussionem inebriari.* Edgarus rex Saxonum. *Docemus etiam, ut sacerdotes ipsi ebrietatem arceant, aliis perhibeant studiosius cavendam.* Eadem constituunt et canones Ælfridi ad Wulfinum episcopum. Scholiastes Harmenopuli ad hunc canonem hæc notat, Ἡ δὲ ρκγ' Νεαρὰ Ἰουστινιάνειος ἀφορίζουσα τούτους καὶ μοναστηρίῳ ἐμβάλλει. Harmenop. sect 3, tit. 2.

Digitized by Google

primam, et extimulationem ad bona opera. Quoniam autem probabile est nonnullos etiam istorum ab honesto deficere, et vel alea ludere, vel inebriari; canon jubet hos vel desistere, vel episcopos quidem, presbyteros et diaconos, a gradu suo deponi : subdiaconos autem, lectores et psaltas, nisi desinant, excommunicari. Laicos etiam tesseris et ebrietatibus vacantes. Ad ebrietatem enim non bibere vinum jubet Scriptura [10] : rursusque, *Non inebriari vino in quo est luxuria* [11]. Sed nec aliquis clericus tabernæ cauponariæ præesse permittitur, secundum nonum canonem synodi in Trullo.

ARIST. Can. XLII. *Sacerdos qui aleator est aut ebriosus, si non abstinent, deponatur.*

Si presbyter aut diaconus alea ludens aut vinolentus deponitur, multo magis majoris ecclesiasticæ dignitatis participes deponuntur, alea lusitantes aut ebriosi.

Can. XLIII. *Clericus et laicus similia faciens, excommunicetur.*

CANON XLIV.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, usuras exigens a debitoribus, vel desistat, vel deponatur.

BALS. Antiqua lex dicit, *Non fenerabis fratri tuo usuram argenti tui* [12]. Hanc ergo legem secutus hic canon, **30** deponi dicit, omnem episcopum, presbyterum et diaconum, qui ad usuram dat nisi desistat; canon autem 5 synodi Carthaginensis et 17 synodi primæ, ac decimus synodi in Trullo, clericum omnem deponi dicunt, nisi ad usuram mutuari desinat. Quære etiam tit. 9, hujus operis cap. 27.

ZONAR. Hic quidem canon jubet episcopos, et presbyteros, et diaconos usuras non exigere. Quintus autem synodi Carthaginensis canon, omni clerico vetat usuras accipere. Nam si vetere lege vetitum fuit hoc dicente : *Fenori non dabis argentum tuum fratri tuo*, multo magis vetantur illis usuras capere, qui secundum Evangelium vivere pollicentur. Propterea, deponi præcepit ad usuram mutantes, nisi desinant. Et decimus septimus canon primæ synodi, et decimus in Trullo synodi hoc vetant.

ARIST. *Usuras exigens mutui sacerdos, si non desistat, deponitur.*

Misereri postulatus, si auferat et aliena per usuras, deponitur, nisi desinat hoc facere.

καὶ ἀρχέτυπον, καὶ παροξυσμὸν πρὸς ἀγαθοεργίαν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τούτων τινὰς εἰκὸς ἐστιν ἐκτρέπεσθαι τοῦ καλοῦ καὶ ἢ κυβεύειν, ἢ μεθύσκεσθαι, διατάττεται ὁ κανὼν ἢ παύεσθαι τοὺς τοιούτους, ἢ τοὺς μὲν ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους καθαιρεῖσθαι, τοὺς δέ γε ὑποδιακόνους, καὶ ἀναγνώστας, καὶ ψάλτας, εἰ μὴ παύοιντο, ἀφορίζεσθαι· ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς λαϊκοὺς κύβοις καὶ μέθαις σχολάζοντας. Μὴ πίνειν γὰρ οἶνον εἰς μέθην φησὶν ἡ Γραφή. Καὶ πάλιν, *Μὴ μεθύσκεσθαι οἴνῳ ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία.* Ἀλλὰ οὐδὲ καπηλικοῦ προΐστασθαι ἐργαστηρίου κληρικὸς συγχωρεῖται κατὰ τὸν ἐνατον κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

ΑΡΙΣΤ. *Καν.* ΜΒ'. *Ὁ κυβιστὴς καὶ πάροινος ἱερεὺς εἰ μὴ παύοιτο, καθαιρείσθω.*

Εἰ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κυβεύων, ἢ μεθύων, εἰ μὴ παύοιτο, καθαιρεῖται· πολλῷ πλέον οἱ τῆς μείζονος ἀξίας ἱερατικῆς τετυχηκότες καθαιρεθήσονται κυβεύοντες ἢ μεθύοντες.

Κανὼν ΜΓ'. *Κληρικὸς, καὶ λαϊκὸς τὰ ὅμοια πράττων ἀφορίζέσθω.*

ΚΑΝΩΝ ΜΔ'.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, τόκους ἀπαιτῶν (67) *τοὺς δανειζομένους, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.*

ΒΑΛΣ. Ὁ παλαιὸς νόμος φησίν· *Οὐκ ἐκτοκιεῖς τὸ ἀργύριόν σου τῷ ἀδελφῷ σου.* Ἀκολούθως οὖν τούτῳ, ὁ μὲν παρὼν κανὼν καθαιρεῖσθαί φησι πάντα Ἐπίσκοπον, πρεσβύτερον, καὶ διάκονον, τοκίζοντα, εἰ μὴ παύσεται. Ὁ δὲ ε' κανὼν τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, καὶ ὁ ιξ' τῆς α' συνόδου, καὶ ὁ ι' τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ, πάντα κληρικὸν λέγουσι καθαιρεῖσθαι, εἰ μὴ παύσεται τοῦ τοκίζειν. Ζήτει καὶ τὸν θ' τίτλον τοῦ παρόντος συντάγματος, κεφ. κζ'.

ΖΩΝΑΡ. Οὗτος μὲν ὁ κανὼν περὶ ἐπισκόπων, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων μὴ τόκους ἀπαιτεῖν διατάττεται. Ὁ δὲ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου πέμπτος κανὼν παντὶ κληρικῷ τόκους λαμβάνειν ἀπαγορεύει. Εἰ γὰρ τῷ παλαιῷ νόμῳ τοῦτο ἀπείρητο, λέγοντι· *Οὐκ ἐκτοκιεῖς τὸ ἀργύριόν σου τῷ ἀδελφῷ σου*, πολλῷ μᾶλλον ἂν εἴη τοῖς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπαγγελλομένοις ζῆν, ἀπηγορευμένον τὸ τόκους λαμβάνειν. Διὸ καὶ καθαιρεῖσθαι προστάττει τοὺς ἐπὶ τόκοις δανείζοντας, εἰ μὴ παύοιντο. Καὶ ὁ ιζ' κανὼν τῆς πρώτης συνόδου, καὶ ὁ δέκατος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦτο κωλύουσι.

ΑΡΙΣΤ. *Τόκους ἀπαιτῶν δανείου ἱερεὺς, εἰ οὐ παύεται, καθαιρεῖται.*

Ὁ ἀπαιτούμενος ἐλεεῖν, εἰ προσαφαιρεῖται καὶ τὰ ἀλλότρια διὰ τῶν τόκων. καθαιρεῖται, εἰ οὐ παύεται τοῦτο ποιῶν.

[10] Deut. xxviii, 39. [11] Ephes. v, 18. [12] Deut. xxiii, 19.

Guill. Beveregii notæ.

(67) *Τόκους ἀπαιτῶν.* Hoc crimen sui temporis episcopis objectat Cyprianus, eos arguens, *Esurientibus in Ecclesia fratribus (non subvenire) habere argentum largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rapere, usuris multiplicantibus fœnus augere*, Cypr. *De lapsis*, p. 180, l. xxxiii. edit. Mauut. Concilium Eliberitanum, *Si quis clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit eum degradari et abstineri.* Concil. Eliber., can. 20, v. concil. Nic. I can. 17.

Digitized by Google

ΚΑΝΩΝ ΜΕ'.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος αἱρετικοῖς συνευξάμενος (68) μόνον, ἀφοριζέσθω. Εἰ δὲ καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς ὡς κληρικοῖς ἐνεργῆσαί τι καθαιρείσθω.

ΒΑΛΣ. Ἐρωτήσειέ τις διὰ τί δὲ συνευξάμενοι αἱρετικοῖς ἐπίσκοποι, πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι οὐ καθαιροῦνται, ἀλλὰ μόνον ἀφορίζονται, καθὼς καὶ ὁ συνευξάμενος ἀφωρισμένῳ τινὶ, κατὰ τὸν ἀποστολικὸν ι' κανόνα. *Λύσις.* Ἐνταῦθα μὴ εἴπῃς ἐν ναῷ τὸν ἐπίσκοπον καὶ τοὺς λοιποὺς συνεύξασθαι μετὰ αἱρετικῶν· οἱ τοιοῦτοι γὰρ καθαιρεθήσονται κατὰ τὸν μς' κανόνα, καθὼς καὶ ὁ ἐπιτρέψας αὐτοῖς ὡς κληρικοῖς ἐνεργῆσαί τι. Ἀλλ' ἐκλαβοῦ τὸ *συνεύξασθαι* εἰς τὸ ἁπλῶς κοινωνῆσαι, καὶ ἡμερώτερον διατεθῆναι ἐπὶ τῇ εὐχῇ τοῦ αἱρετικοῦ. Τοὺς γὰρ τοιούτους ὡς μύσῃ βδελύττεσθαι, οὐ μὴν οἰκειοῦσθαι ὀφείλομεν. Ὅθεν καὶ ἀρκοῦσα ἔδοξεν ἡ τοῦ ἀφορισμοῦ τιμωρία.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ περὶ τούτων ἐν προγεγραμμένοις κανόσι προείρηται.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ συνευχόμενος αἱρετικοῖς ἀφορίζεται· καθαιρεῖται δὲ ὁ καὶ κληρικοὺς τούτους ἡγούμενος.*

Ὁ συνευξάμενος μόνον αἱρετικοῖς ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἀφορίζεται· ὁ δὲ ἐπιτρέψας αὐτοῖς ἐνεργῆσαί τι, ὡς ἱερωμένοις καὶ κληρικοῖς, καθαιρεῖται.

CANON XLV.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, qui cum hæreticis solum comprecatus est, segregatur. Sin autem eis tanquam clericis aliquid operari permiserit, deponatur.

BALS. Rogaverit quispiam, cur episcopi una cum hæreticis comprecati, et etiam presbyteri, et diaconi non deponuntur, sed solum segregantur, quemadmodum et qui cum aliquo segregato comprecatus, ut vult apostolicus canon 10. *Solutio.* Ne hic dixeris episcopum et reliquos una cum hæreticis in templo orare. Hi enim deponentur, ut vult 46 canon : sicut et qui eis permisit tanquam clericis aliquid operari. Sed accipe illud, *comprecari* pro eo quod est simpliciter communicare, et in hæretici preces mitius affectum esse : eos enim tanquam exsecrabiles abhorrere, non autem eis familiariter uti debemus. Unde et sufficere visa est segregationis pœna.

ZONAR. Huc attinentia superius dicta fuerunt in antescriptis canonibus.

ARIST. *Qui comprecatur cum hæreticis excommunicatur; deponitur autem qui eos clericos existimat.*

Presbyter aut diaconus cum hæreticis tantum comprecatus, excommunicatur. Qui permittit autem eis tanquam consecratis et clericis aliquid agere, deponitur.

ΚΑΝΩΝ ΜϚ'.

Ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον αἱρετικῶν δεξαμένους βάπτισμα ἢ θυσίαν καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν; Τίς γὰρ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου;

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν παρὼν κανὼν τοὺς δεχομένους τὰ τῶν αἱρετικῶν βαπτίσματα καὶ τὰς θυσίας ἐπισκόπους καὶ ἱερεῖς διορίζεται καθαιρεῖσθαι· ἡ δὲ μεγάλη Κωνσταντινουπόλεως σύνοδος διαφόρους ἱερωμένους ἰδόντας μόνον τὰ τοῦ αἱρετικοῦ ἐκείνου Εἰρηνικοῦ συγγράμματα, καὶ μὴ θριαμβεύσαντας; αὐτὰ μηδὲ καταπτύσαντας, καθεῖλεν ἐννομώτατα.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς αἱρετικοὺς καὶ τὰς ἐκείνων τελετὰς, ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων βδελύττεσθαι χρὴ· μᾶλλον δὲ ἐλέγχεσθαι, καὶ νουθετεῖσθαι παρὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων, μήποτε συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσιν. Εἰ δέ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν ὑπ' ἐκείνων βαπτισθέντα δέξοιτο, ἢ προσαγωγήν τινα παρ' ἐκείνων εἰς θυσίαν προσαγομένην λάβοι, καθαιρεθήσεται, ὡς ὑπόνοιαν διδοὺς ἢ τὰ ὅμοια ἐκείνοις φρονεῖν, ἢ τέως μὴ σπεύδειν πρὸς διόρθωσιν τῆς

CANON XLVI.

Episcopum, vel presbyterum, qui hæreticorum Baptisma, vel sacrificium admiserit, deponi jubemus. « Quæ est enim conventio Christi cum Belial? vel quæ pars est fideli cum infideli [13] ? »

BALS. Præsens quidem canon eos qui hæreticorum baptismata vel sacrificia admittunt, episcopos vel sacerdotes deponi decernit. Magna autem Constantinopolis synodus sacratos quosdam, qui eiremici illius hæretici scripta tantum viderant, et non eis insultaverant, nec ea despuerant, justissime deposuit.

ZONAR. Hæreticos illorumque ritus oportet ut orthodoxi detestentur : quin potius illos oportet argui, et ab episcopis et presbyteris admoneri, si forte intelligant, et convertantur. Si vero quis episcopus aut presbyter ab ipsis baptizatum exceperit, aut oblatum quid ab eis ad sacrificium acceperit ordine suo movendus est, utpote, qui suspicionem præbeat, aut similia se **31** sentire cum ipsis, aut non eniti ad illorum opinionis perversæ correctio-

[13] II Cor. VI, 15.

Guill. Beveregii notæ.

(68) *Αἱρετικοις συνευξάμενος.* Eousque hæreticos primitivi vitarunt Christiani, ut iis ad istos vel accedere religioni esset et omnino prohibitum. Tertullianus, *Apud hæreticos, ubi omnia extranea et adversaria nostræ veritati, ad quos vetamur accedere.* Tertullian. *De præscr.* hær. c. 42, Cyprianus, *Procul ab hujusmodi hominum contagione discedite, et sermones eorum velut cancrum et pestem fugiendo vitate.* Cyprian. epist. 8. ad plebem de quinque presbyteris schismaticis l. I *Epist.* p. 26, l. VIII, edit. Manut. Et S. Joannes apostolus cum Cerintho apostolo nec una lavari voluit; cum enim Ephesi lotum se contulisset, videns intus Cerinthum, de balneo protinus exsiluit non lotus, dicens, *quod timeat, ne balneum concidat, cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis*, ut tradit Irenæus l. III, c. 3.

Digitized by Google

nem. Comprobans enim illorum ritus, quomodo reprehendere istos possit, ac hortari, ut eos deserant?

ARIST. *Baptisma et sacrificium hæreticorum recipiens sacerdos, sacerdotio privatur.*

Episcopus vel presbyter qui non damnat baptisma ab hæreticis factum, sed probat istud, aut oblata ab eis in sacrificium admittit, deponitur. Quia nulla est concordia Christo cum Belial, nec pars ulla fideli cum infideli.

CANON XLVII.

Episcopus vel presbyter, eum qui vere habet baptisma, si de integro baptizaverit, vel si eum qui ab impiis pollutus est, non baptizaverit, deponatur, ut qui irrideat crucem Domini et mortem, et non discernat sacerdotes a falsis sacerdotibus.

BALS. Vere baptizatur quis, quando convenienter voci Domini semel baptizatus fuerit, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Si quis ergo episcopus, vel presbyter eum qui sic baptizatus est, tanquam de integro nulla ejus cura habita rebaptizaverit, deponetur. Similiter deponetur et qui non rebaptizaverit eos qui ab hæreticis baptizati sunt. Id autem quod hic quæritur est ejusmodi; Quidam a Persis forte captus est, et coactus est exsecrabilia eorum dogmata audire, et immolatis vesci. Post captivitatem autem, confessus quod sibi factum fuerat, non alias ad communionem admissus est ab illius regionis episcopo vel presbytero, quam si baptisma quoque suscepisset. Eum ergo qui sic fecit, et hominem rebaptizavit, deponit canon. Dic

ἐκείνων κακοδοξίας· ὁ γὰρ συνευδοκῶν ταῖς ἐκείνων τελεταῖς πῶς ἂν δύναιτο διαβάλλειν αὐτούς; καὶ ἀποστῆναι τούτων συμβούλειν αὐτοῖς;

ΑΡΙΣΤ. *Βάπτισμα καὶ θυσίαν αἱρετικῶν ἐξάμενος ἱερεὺς ἀνίερος.*

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ὁ μὴ κακίζων τὸ παρὰ τῶν αἱρετικῶν γινόμενον βάπτισμα, ἀλλὰ καταδεχόμενος τοῦτο, ἢ τὰ προσαγόμενα παρ' αὐτῶν εἰς θυσίαν παραδεχόμενος, καθαιρεῖται· διὰ τὸ μὴ ὑπεῖναι συμφώνησιν Χριστῷ πρὸς Βελίαρ, ἢ μερίδα τινὰ πιστῷ μετὰ ἀπίστου.

ΚΑΝΩΝ ΜΖ'.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος τὸν κατὰ ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα ἐὰν ἀνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἐὰν μὴ βαπτίσῃ (69), καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σταυρὸν τοῦ Κυρίου καὶ τὸν θάνατον, καὶ μὴ διακρίνων ἱερέας ψευδιερέων.

ΒΑΛΣ. Κατὰ ἀλήθειαν βαπτίζεταί τις, ὅταν κατὰ τὴν Κυρίου φωνὴν ἅπαξ βαπτισθῇ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἴ τις γοῦν ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος τὸν οὕτω βαπτισθέντα ὡς ἐξ ὑπαρχῆς ἀμερίμνως ἀναβαπτίσῃ, καθαιρεθήσεται. Ὡσαύτως καθαιρεθήσεται καὶ ὁ μὴ ἀναβαπτίσας τοὺς παρὰ τῶν αἱρετικῶν βαπτισθέντας· Τὸ δὲ ζητούμενον ἐνταῦθα τοιοῦτόν ἐστιν. Ἡχμαλωτίσθη τις τυχὸν παρὰ Πέρσαις, καὶ ἠναγκάσθη τῶν μυσαρῶν διδαγμάτων τούτων ἀκροάσασθαι, καὶ μιαροφαγῆσαι· μετὰ δὲ τὴν αἰχμάλωσίαν, ἐξομολογησάμενος τὸ γεγονὸς εἰς αὐτὸν, οὐ πάρεδέχθη ἄλλου εἰς κοινωνίαν παρὰ τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου ἢ τοῦ πρεσβυτέρου, εἰ μὴ καὶ βάπτισμα ἐδέξατο. Τὸν γοῦν τοῦτο ποιήσαντα, καὶ ἀναβαπτίσαντα τὸν

Guill. Beveregii notæ.

(69) Ἐὰν μὴ βαπτίσῃ. Hoc loco observatu dignissima sunt D. Cypriani verba: *Apud nos autem*, inquit, *non nova aut repentina res est, ut baptizandos censeamus eos, qui ab hæreticis ad Ecclesiam veniunt, quando multi jam anni sunt et longa ætas, ex quo sub Agrippino, bonæ memoriæ viro, convenientes in unum episcopi plurimi hoc statuerint, atque exinde in hodiernum tot millia hæreticorum in provinciis nostris ad Ecclesiam conversi, non aspernati sint, neque cunctati, imo et rationabiliter et libenter amplexi sint, ut lavacri vitalis et salutaris baptismi gratiam consequerentur.* Cyprian. ad Jubaian. *De hæreticis baptizandis*, p. 259, l. xxxix, edit. Manut. Ex his verbis abunde constat in concilio sub Agrippino multis annis longa ante Cyprianum ætate, celebrato, si non verba, sensum tamen præsentis canonis constitutum esse, et ab omnibus Carthaginensis Ecclesiæ filiis libenter admissum. Quod etiam ex Tertulliano patet, qui hæreticos ad Ecclesiam conversos suis etiam diebus baptizatos asserit, *De baptismo*, cap. 15, et *De pudicitia* c. 12, et *De præscript.* hæret. c. 12, rationem reddit, *Nemo inde strui potest, unde destruitur; nemo ab eo illuminatur, a quo contenebratur*, ut hanc constantem fuisse Cypriani sententiam ex Epistolis ipsius ad Januarium, Quintum, Stephanum, Jubaianum, aliosque, luculenter patet. Hic autem videndum est, quales pro hæreticis, in Ecclesiam catholicam per baptismum admittendis, antiquitus habiti fuerint: quibus viz. *omnia sunt extranea et adversaria nostræ veritati*, ut loquitur Tertullianus *De præscript.* hær. c. 12 *et quibus non idem est ac nobis Deus, nec unus Christus.* Id. *De baptismo* cap. 15, quippe proinde non eamdem fidei regulam nec præscriptam baptismi formam amplexi sunt. Cujusmodi fuerunt Hermogeniani, Praxeani, Cataphrygæ, Valentiniani, Marcionistæ, Quintillianistæ et Apelletiani, contra quos Tertullianus scripsit; item qui, teste Irenæo, in nomen ignoti Patris universorum, in veritatem omnium matrem, in eum qui in Jesum descendit, in unionem et redemptionem et communicationem virtutum baptizarunt; item qui inter baptizandum horrenda nescio quæ nomina Βασεμὰ, χαμουσσὴ, βαραινορὰ, μισταδία ῥουαδὰ, κουστὰ, βαβοφὸς, χαλαχθεῖ pronuntiabant, Iren. l. i, c. 18. Cum hi enim et hujusmodi *baptismum rite non habeant, sine dubio non habent*, ut recte Tertullianus *De baptismo* cap. 15. Quocirca doctissimi Ecclesiæ primitivæ præsules prudenter hoc canone constituerunt, hæreticos ad Ecclesiam accedentes baptizandos esse, utpote quos utcunque ablutos, nullo tamen modo juxta Christi præscriptum baptizatos, nec in Ecclesia adhuc constitutos judicabant. Qui autem rite semel baptizati sunt, denuo baptizari præsenti quoque canone prohibentur. Siquidem *denuo aliqui non licet.* Tertull. *De pudicitia* c. 16, p. 734, l. A, edit. Rigalt. *Semel ergo lavacrum inimus, delicta diluuntur, quia ea iterari non oportet.* Id. *De baptismo* cap. 15, *quo et ipso baptisma salutaris aquæ significatur, quod semel scilicet sumitur, nec rursus iteratur*, Cyprian. epist. 3, l. ii, ad Cæcilium, p. 41, l. viii, edit. Manut.

Digitized by Google

ἄνθρωπον, καθαιρεῖ ὁ κανών. Εἰπὲ δὲ καὶ τὸ ἐφεξῆς ὑπὸ τοῦ κανόνος διοριζόμενον· Τὶς ἐβαπτίσθη παρὰ ἀσεβοῦς· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μολυνθῆναι· καὶ θέλων αὖθις βαπτισθῆναι καὶ συγκοινωνῆσαι τοῖς Χριστωνύμοις, οὐ προσεδέχθη παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἢ τοῦ πρεσβυτέρου, λέγοντος μὴ ὀφείλειν καὶ αὖθις βαπτίζεσθαι τὸν ἅπαξ βαπτισθέντα. Φησὶ τοίνυν ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι τὸν ἐπίσκοπον ἢ τὸν πρεσβύτερον τὸν μὴ εὐθὺς βαπτίζοντα τὸν τοιοῦτον, ἀλλὰ δεχόμενον αὐτὸν μετὰ ἀκαθάρτου βαπτίσματος.

A autem et quod deinceps a canone definitur, baptizatus est quispiam ab impio : id enim est pollutum esse : et cum vellet rursus baptizari, et Christianis communicare, ab episcopo seu presbytero non est admissus, dicente non debere eum rebaptizari, qui semel baptizatus est. Dicit ergo canon, deponi debere episcopum seu presbyterum, qui talem statim non baptizat, sed eum suscipit cum impuro baptismate.

ΖΩΝΑΡ. Ἕν βάπτισμα τοῖς Χριστιανοῖς παραδέδοται· τὸ γοῦν κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διαταγὴν καὶ τὴν τῶν θείων ἀποστόλων καὶ Πατέρων παράδοσιν (τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *κατὰ ἀλήθειαν*) ἔχοντα βάπτισμα ἀναβαπτίζεσθαι ἄνωθεν, ἤγουν ἐξ ἀρχῆς καὶ τελείως, ὡς τοὺς μήπω βαπτισθέντας, ἀσεβές ἐστι· καὶ τὸ μὴ ἀναβαπτίζειν δὲ τοὺς παρὰ αἱρετικῶν βαπτισθέντας, οὓς μεμολυσμένους ὠνόμασεν ὁ κανὼν διὰ τὸ τοῦ αἱρετικοῦ βαπτίσματος βδέλυρὸν καὶ τοῦτο ὑπὸ μεγάλην αἰτίασιν. Διὸ καὶ καθαιρεῖσθαι τοὺς τοιούτους ἐκέλευσε· τὸν μὲν ὡς δύο βαπτίσματα παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν ποιησάμενον· τὸν δὲ ὡς μὴ τὸν μεμολυσμένον διὰ τοῦ ἀϊδίου βαπτίσματος, καθάραντα τῷ θείῳ λουτρῷ, καὶ διαπαίζοντα τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου, ὃν ὑπέμεινε διὰ τοῦ σταυροῦ· οἱ γὰρ εἰς Χριστὸν βαπτιζόμενοι κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ βαπτίζονται. Ἀλλὰ καὶ ὁ σταυρὸς, κατὰ τὸν Χρυσόστομον, βάπτισμα λέγεται. *Τὸ γὰρ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βάπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε*, φησὶν ὁ Κύριος· καὶ πάλιν· *Βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, ὃ ὑμεῖς οὐκ οἴδατε*· ἀλλὰ καὶ ὅτι ἀδιαφορίαν ἔχουσι τῶν εὐσεβῶν ἱερέων καὶ τῶν ψευδιερέων, τῶν αἱρέσεσι δηλονότι ὑποκειμένων, ἄξιοι κρίνονται καθαιρέσεως. Τελείως μὲν οὖν βαπτίζειν τοὺς ἤδη βαπτισθέντας ἀπηγόρευται πάντη· μύρῳ δὲ χρίειν αὐτοὺς μολυνθέντας ἔξεστιν· εἰ καὶ τοῦτο μέρος δοκεῖ τοῦ θείου βαπτίσματος.

ZONAR. Unum baptisma Christianis traditum fuit. Igitur habentem baptisma secundum Domini mandatum, et apostolorum divinorum, Patrumque traditionem (Hoc enim significant illa in canone verba secundum veritatem rebaptizari ἄνωθεν, id est, ab integro, perfecteque, tanquam nondum baptizatos, impium est. Ac etiam non rebaptizare ab hæreticis baptizatos, quos canon pollutos nominat, ob hæretici baptismatis abominationem, magnæ hoc etiam obnoxium est reprehensioni. Quamobrem, deponi tales mandavit : Alterum quidem, tanquam qui duo baptismata contra Ecclesiæ traditionem faciat : Alterum vero, tanquam qui pollutum per illegitimum baptisma non abluat divino lavacro : Dominique mortem, quam toleravit per crucem, illudat. Qui enim in Christum baptizantur, secundum magnum Apostolum, in ejus mortem baptizantur. Sed et crux, secundum Chrysostomum, baptisma dicitur. Nam, *baptismate, quo ego baptizor, baptizabimini* [14], dicit Dominus. Rursusque, *Baptisma habeo, quo baptizari debeo, quod vos non novistis* [15]. Sed etiam quod illi delectum non habeant priorum sacerdotum, falsorumque sacerdotum hæresibus scilicet subjectorum, digni depositione judicantur. Perfecte igitur baptizare prius baptizatos omnino vetatur; unguento autem ipsos pollutos ungere licet : etsi hoc quoque divini baptismatis pars esse videtur.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἀναβαπτίζων τὸν ὀρθῶς βεβαπτισμένον, καὶ μὴ ἀναβαπτίζων τὸν μεμολυσμένον ἀσεβόθεν, ἀνίερος.*

32 ARIST. *Qui rebaptizat vere baptizatum, et non rebaptizat ab impiis pollutum, a sacerdotio deponitur.*

Δὶς οὐ συγχεχώρηταί τις βαπτίζεσθαι, καὶ ὁ ἀναβαπτίζων αὐτὸν ἄνωθεν ἤτοι ἐξ ἀρχῆς καὶ κατὰ τὸ ὁλόκληρον καθαιρεῖται. Μύρῳ δέ τινες κατὰ πολλοὺς τρόπους τῶν εὐσεβῶς βαπτισθέντων ἁγιάζονται. Καὶ ὁ μὴ ἀναβαπτίζων τὸν δεξάμενον βάπτισμα ἀσεβῶν, ἀλλὰ παραδεχόμενος αὐτὸν ὡς πιστὸν, καθαιρεῖται.

Bis baptizari nemini permittitur, et qui denuo rebaptizat eum, vel a principio et de integro, deponitur. Unguento autem quidam juxta multos modos pie baptizatorum sanctificantur. Et qui non rebaptizat eum qui impiorum baptisma recepit, sed admittit eum ut fidelem, deponitur.

ΚΑΝΩΝ ΜΗ'.

Εἴ τις λαϊκὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβαλὼν, ἢ ἑτέραν λάβοι, ἢ παρὰ ἄλλου ἀπολελυμένην ἀφοριζέσθω.

CANON XLVIII.

Si quis laicus sua ejecta uxore vel aliam acceperit, vel ab alio solutam, segregetur.

ΒΑΛΣ. Ὁ ἐκβαλὼν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα παραλόγως οὐ δύναται λαβεῖν ἑτέραν· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀφορισθήσεται. Καὶ ὁ ἐλευθέραν δὲ μὴ λαβὼν, ἀλλὰ καὶ ἀπολελυμένην (ἔστι δὲ ἀπολελυμένη ἡ μὴ κατὰ νόμους διαζυγεῖσα τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς) κἂν ὡς μοιχὸς

BALS. Qui suam uxorem præter rationem ejicit, aliam accipere non potest; potius autem segregabitur; etiam qui liberam non accepit, sed solutam (est autem soluta, quæ non ex lege a suo marito est separata), etsi ut adulter condemnatur, conve-

[14] Marc. x, 39. [15] Luc. xii, 50.

Digitized by Google

nienter ei quod dixit Dominus : *Et qui solutam duxerit, mœchatur* [a], segregatur. Quare apud canones adulteri et fornicatoris ecclesiastica pœna est segregatio, sicut dicunt nonnulli : sed mihi non videtur. Lege etiam canones sancti Basilii, qui inter fornicatorem et adulterum differentiam introducunt. Scias autem, quod vir quidem, si adhuc constante matrimonio cum aliqua muliere libera rem habeat, fornicationem, non adulterium committit : non ita autem si cum ea quæ viro conjuncta est : tunc enim ut adulter punitur. Mulier autem, si cum alio quocunque, constante matrimonio coeat, ut adultera punitur. Et hæc quidem ita se habent. Justiniani autem Novella, quæ sita est in libro Basilic. xxviii, tit. 7, dicit, quod etsi ante poterat uterque conjux quando volebat, mittere libellum divortii, vir enim dicebat, Mulier, habe tibi res tuas, et mulier, Vir, age res tuas : deinceps autem ût divortium ex certis causis. Hæ autem in Novella quoque causæ scriptæ sunt. Sed antiquitus quoque non fiebat libere divortium nisi cum cognitione judicis. Qui eam ergo uxorem duxit, quæ non sic dimissa est, adulterium commisit.

ZONAR. Verum, si quis suam non ejiciat uxorem : sed hanc apud se retinens, cum alia corrumpatur : secundum quidem exactam rationem, committit adulterium, (similiter et mulier si cum viro vivens alteri misceatur) : secundum vero similem legem, tanquam fornicans judicatur. Quod etiam magnus Basilius insequens, hoc dicit. Si vir uxori cohabitans, cum altera fuerit, fornicatorem talem judicamus : et magis ipsum extendimus in pœnis. Non tamen habemus canonem, quo adulterii crimini subjiciatur, si sit in non nuptam peccatum. Uxor itaque a fornicatione redeuntem maritum suum recipiet ; maritus vero pollutam ab ædibus suis excludet. Horum certe ratio non est expedita. Consuetudo autem sic obtinuit. Sed a viro sine causa dimissam, qui domum introducit, mœchus est manifeste secundum Domini sententiam dicentem, et qui repudiatam duxerit, mœchatur.

ARIST. *Laicus suam ejiciens uxorem, et aliam, vel dimissam ducens, excommunicandus est.*

Sine aliqua causarum legibus sancitarum si quis uxorem suam ejiciet et aliam ducet. excommunicatur.

33 CANON XLIX.

Si quis episcopus, vel presbyter, ex Domini ordinatione non baptizaverit in Patrem, Filium et Spiritum sanctum, sed in tres principii expertes, vel tres Filios vel tres paracletos, deponatur.

[a] Matth. v, 19.

A καταχρίνηται, κατὰ τὸν Κυρίου λόγον, τὸν φάσκοντα, *Καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας μοιχᾶται*, ἀφορίζεται. Ὥστε παρὰ τοῖς κανόσι μοιχοῦ καὶ πόρνου ἐκκλησιαστικὸν ἐπιτίμιον ὁ ἀφορισμός ἐστι, καθά τινες λέγουσιν· ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ. Καὶ ἀνάγνωθι τοὺς κανόνας τοῦ ἁγίου Βασιλείου, διαφορὰν εἰσάγοντας πόρνου καὶ μοιχοῦ. Ἔσο δὲ εἰδὼς ὅτι ὁ μὲν ἀνὴρ, ἔτι τῷ συνοικεσίου συνισταμένου, συμφθειρόμενος μεθ' ἑτέρας γυναικὸς ἐλευθέρας, πορνείαν, οὐ μοιχείαν, ἁμαρτάνει· οὐ μὴν καὶ μετὰ ὑπάνδρου· τότε γὰρ ὡς μοιχὸς τιμωρεῖται· ἡ δὲ γυνὴ, ἑτέρῳ οἱωδήτινι συμφθαρεῖσα συνεστῶτος τοῦ γάμου, ὡς μοιχαλὶς τιμωρεῖται. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. Ἡ δὲ Ἰουστινιάνειος Νεαρὰ ἡ κειμένη ἐν βιβλίῳ τῶν Βασιλικῶν κη'., τίτλῳ ζ', φησὶν ὡς εἰ καὶ ἠδύνατο πρώην ἕκαστος

B τῶν ὁμοζύγων καθ' ὃν ἠβούλετο τρόπον διαζύγιον στέλλειν· ἔλεγε γὰρ ὁ ἀνὴρ, Γύναι, πρᾶττε τὰ σὰ, καὶ ἡ γυνὴ, Ἄνερ, πρᾶττε τὰ σά· ἀλλ' ἐφεξῆς ἀπὸ ῥητῶν αἰτιῶν διαζύγιον γίνεται· Ἐγράφησαν δὲ καὶ ἐν τῇ νεαρᾷ αἱ τοιαῦται αἰτίαι. Πλὴν καὶ τὸ παλαιὸν οὐκ ἐγίνετο αὐτονόμως τὸ διαζύγιον, ἀλλὰ μετὰ δικαστικῆς διαγνώσεως. Ὁ γοῦν γαμήσας τὴν μὴ οὕτως ἀπολυθεῖσαν ἐμοιχᾶτο.

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν δὲ μὴ ἐκβάλῃ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκά τις, ἔχων δὲ ταύτην παρ' ἑαυτῷ, ἑτέρα συμφθείροιτο, κατὰ μὲν τὸν ἀκριβῆ λόγον μοιχείαν τολμᾷ· ὥσπερ καὶ ἡ γυνὴ, ἐὰν ἀνδρὶ συζῶσα, ἑτέρῳ μιγῇ· κατὰ δὲ τὸν πολιτικὸν νόμον ὡς ὁ πορνεύων κρίνεται. Ὃ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἑπόμενος ταῦτά φησιν· Εἰ ἀνὴρ,

C γυναικὶ συνοικῶν, μεθ' ἑτέρας γένηται, πόρνον κρίνομεν τὸν τοιοῦτον, καὶ πλέον αὐτὸν παρατείνομεν ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις. Οὐ μέντοι ἔχομεν κανόνα τῷ τῆς μοιχείας αὐτὸν ὑπάγειν ἐγκλήματι, ἐὰν εἰς ἐλευθέραν γάμου ἡ ἁμαρτία γένηται. Ὥστε ἡ μὲν γυνὴ ἀπὸ πορνείας ἐπανιόντα τὸν ἄνδρα αὐτῆς παραδέξεται. Ὁ δὲ ἀνὴρ τὴν μιανθεῖσαν τῶν οἴκων αὐτοῦ ἀποπέμψει. Τούτων δὲ ὁ λόγος οὐ ῥᾴδιος. Ἡ δὲ συνήθεια οὕτω κεκράτηκεν. Ὁ δὲ τὴν ἐξ ἀνδρὸς ἀναιτίως ἀπολελυμένην εἰσοικιζόμενος μοιχός ἐστιν ἀντικρυς κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν τὴν λέγουσαν· *Καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας μοιχᾶται.*

ΑΡΙΣΤ. *Τὴν οἰκείαν ἐκβάλλων ὁ κοσμικὸς, καὶ ἄγων ἑτέραν, ἢ ἀπολελυμένην, ἀφοριστέος.*

D Ἄνευ τινὸς τῶν νενομοθετημένων αἰτιῶν εἴ τις τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβάλλῃ καὶ ἑτέραν ἀγάγῃται, ἀφορίζεται.

ΚΑΝΩΝ ΜΘ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν μὴ βαπτίσῃ εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα (70), *ἀλλ' εἰς τρεῖς Ἀνάρχους, ἢ τρεῖς Υἱοὺς, ἢ τρεῖς Παρακλήτους, καθαιρείσθω.*

Guill. Beveregii notæ

(70) Εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Ab ipsis etiam Ecclesiæ primordiis baptismum juxta Domini præceptum Matth. xxviii, 19, nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, celebratum fuisse, ex Justino Martyre liquet, dicente : Ἐπ' ὀνόματος γὰρ τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότου Θεοῦ καὶ

Digitized by Google

ΒΑΛΣ. Τὸν μὴ βαπτίζοντα ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀλλ' εἰς τρεῖς Ἀνάρχους ἢ τρεῖς Υἱοὺς ἢ τρεῖς Παρακλήτους, καθαιρεῖσθαι φησιν ὁ κανών. Ἦσαν γάρ τινες αἱρετικοὶ τοιαῦτα βλασφημοῦντες, καὶ οὕτω βαπτίζοντες· ὑμεῖς δὲ, μίαν θεότητα πιστεύοντες ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, ἐν βαπτιζόμεθα βάπτισμα δι' ἐπικλήσεως Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Διὰ τοῦτο δὲ ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων μόνον ἐμνήσθη ὁ κανὼν, διότι ἑτέρῳ τινὶ οὐκ ἐφεῖται βαπτίζειν. A

BALS. Episcopum, vel presbyterum, qui non baptizat secundum Domini constitutionem, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, sed in tres principii expertes, vel tres Filios, vel tres Paracletos, dicit canon esse deponendos. Erant enim quidam hæretici, qui hæc blaspheme dicebant, et sic baptizabant : nos autem unam Deitatem credentes in tribus personis, baptizamur in uno baptismate, per invocationem Patris, Filii et Spiritus sancti. Ideo autem episcoporum et presbyterorum tantum meminit canon, eo quod alicui alii non permittitur baptizare.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ Κύριος, εἰς τὸ κήρυγμα τοὺς μαθητὰς ἀποστέλλων, *Πορευθέντες μαθητεύσατε*, ἔφη, *πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*. Πάντα τοίνυν ὀρθόδοξον κατὰ τὴν τοιαύτην ἐπιταγὴν βαπτίζειν χρεὼν, ἀλλὰ μὴ εἰς τρεῖς Ἀνάρχους, ἢ τρεῖς Υἱοὺς ἢ τρεῖς Παρακλήτους. Τοῦτο γὰρ παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσίν ἐστι καὶ συνήθειαν. Ἕνα γὰρ Ἀναρχον ἡ Ἐκκλησία παρέλαβε, τὸν Πατέρα, διὰ τὸ ἀναίτιον· καὶ ἕνα Υἱὸν διὰ τὴν ἄῤῥητον γέννησιν· καὶ ἕνα Παράκλητον, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὴν ἐκπόρευσιν. B

ZONAR. Dominus ad prædicationem mittens discipulos ait : *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [17]. Necesse est igitur orthodoxum quemque baptizare secundum tale præceptum, et non in tres qui principio careant, vel tres Filios, vel tres Paracletos. Id enim est contra ecclesiasticam traditionem et consuetudinem. Unum enim principii expertem Ecclesia sumpsit adorandum, Patrem, quia sine causa est, et unum Filium, propter ineffabilem generationem, et unum Paracletum Spiritum sanctum, propter processionem.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ μὴ βαπτίζων εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλὰ παρεκβαίνων, ἀνίερος.*

ARIST. *Qui non baptizat in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, sed transgreditur, a sacerdotio deponitur.*

ΚΑΝΩΝ Ν'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος μὴ τρία βαπτίσματα (71) *μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλὰ* C

CANON L.

Si quis episcopus, vel presbyter non tria unius mysterii baptismata perfeceri, sed unum baptisma,

[17] Matth. xxviii, 19.

Guill. Beveregii notæ

τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου τὸ ἐν τῷ ὕδατι τότε λουτρὸν ποιοῦνται. Justin. Apol. 2, p. 73, l. xxxv, edit. Sylbur. v ; et Tertul. *Adv. Praxeam.*, c. 26, in fine, et constit. apostol., l. viii, c. 16, et notas ad proximum canonem. C

(71) *Μὴ τρία βαπτίσματα.* Trinam in baptismo peragendo immersionem antiquitus usitatam fuisse, locupletes habemus testes. Tertullianus enim, *Nec semel*, inquit, *sed ter ad singula nomina in singulas personas tingimur*, Tertul. *Adv. Prax.* c. 26, ult. verbis. *Dehinc ter mergitamur.* Id. *De corona milit.* c. 3. Athanasius, Τὸ γὰρ καταδύσαι τὸ παιδίον ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ τρίτον, καὶ ἀναδύσαι, τοῦτο δηλοῖ τὸν θάνατον καὶ τὴν τριήμερον ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ, Athan. quæst. 94, *De parabolis Evang.* p. 345, t. II, edit. Commel. Cyrillus Hierosolymitanus, καὶ κατεδύσατε τρίτον εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀνεδύσατε, Cyril. *Catech. mystag.*, c. 2, p. 252, B. edit. Prevot. Paris. 1631. S. Basilius, τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον ad apostolicam traditionem refert, lib. *De Spiritu sancto*, c. 27, mox ab initio : Ἐν τρισὶν οὖν καταδύσεσι καὶ ἰσαρίθμοις ταῖς ἐπικλήσεσι τὸ μέγα μυστήριον τοῦ βαπτίσματος τελειοῦται, ibid., c. 15, circa medium. Sozomenus scribit nonnullos dixisse, Πρῶτον τοῦτον Εὐνόμιον τολμῆσαι εἰσηγήσασθαι ἐν μιᾷ καταδύσει χρῆναι ἐπιτελεῖν τὴν θείαν βάπτισιν, καὶ παραχαράξαι τὴν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων εἰσέτι νῦν ἐν πᾶσι φυλαττομένην παράδοσιν. Sozom. *Hist. Eccles.* l. vi, c. 26. Et propter hunc quidem errorem Eunomiani a concilio primo CP., can. 7, ut alii hæretici et ethnici in Ecclesiam recepti sunt. V. Dionys. Areopag. *De Eccles. Hier.* c. 2 ; sect. 2 ; Ambros. *De Sacrament.* l. II, c. 5 et 7, tom. IV, p. 433, 434 ; Oper. Bas. 1567 ; Isidor. Hispal. *De offic. Eccles* l. II, c. 25 ; Didymum *De Spiritu sancto.* l. II, Bibl. Patrum Lat. tom. VIII, p. 106, etc. Porro Severus, patriarcha Alexandrinus, in rituum baptismi rubrica hæc habet : *Et dimittit eum in baptisterium, respiciens ad orientem, et ponit dextram suam super caput ejus qui baptizatur, et sinistra sua ter attollit aquas, ex aquis a fronte, a tergo, et ab altera laterum ejus, atque in hunc modum ait* (tunc protinus occurrunt ipsa verba, quæ ab eo qui baptizat pronuntiantur) : *Baptizatur N. in nomine Patris, amen, et Filii, amen, et Spiritus sancti ad vitam sæculi sæculorum.* Idem baptizandi ritus a Græcis etiamnum observatur, apud quos qui baptizat hæc verba pronuntiat, Βαπτίζεται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ ὁ δεῖνα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, Ἀμὴν, καὶ τοῦ Υἱοῦ, Ἀμὴν, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Ἀμὴν, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Eucholog., p. 355, edit. Jac. Goar. v, et notas ad edit. loc., p. 365. Et in rubrica, ἑκάστῃ προσρήσει κατάγων αὐτὸν καὶ ἀνάγων. Sic habetur in quibusdam impressis codicibus ; in quibus tamen non desunt e Græcis, qui mirati sunt, quo tandem pacto τὸ Ἀμὴν post cujusque Trinitatis personæ pronuntiationem interseratur, ac proinde in plurimis omittitur. Sed fortasse ex prædicto Severi rituali in Græcum amanuensis alicujus incuria translatum est, vel potius, siquidem diaconi astantes post singulas Trinitatis personas enuntiatas, dicere soliti fuerunt, Ἀμὴν, hinc tandem evenit, ut ipsis a sacerdote pronuntiatis verbis insereretur, v. notas ad diet. loc. Eu- D

Digitized by Google

quod datur in mortem Domini, deponatur. Non enim dixit Dominus, In mortem meam baptizate, sed, « Euntes, docete omnes gentes, baptizantes ipsos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. »

BALS. Hic quoque canon est ejusdem potestatis : statuit enim per tres immersiones peragi oportere mysterium sacri baptismatis, scilicet in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti : semel autem baptizare propter unitatem Deitatis, et trinitatem personarum : vel propter mortem Christi in cruce, et ejus triduanam resurrectionem. Dicit enim etiam Apostolus : *In mortem ejus baptizati sumus* [18]. Baptismata autem hic pro immersionibus accipi mihi videntur : eum igitur qui per unam immersionem in mortem Domini baptizat, canon dicit deponendum, ut qui præter Domini doctrinam faciat, et aperte sit impius.

ἓν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω. Οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος (72), *Εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε· ἀλλὰ, « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος* (73). »

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν τῆς αὐτῆς δυνάμεώς ἐστι· διορίζεται γὰρ διὰ τριῶν μὲν καταδύσεων τὴν μύησιν ἐπιτελεῖσθαι τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, ἤγουν εἰς ὄνομα Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος· ἅπαξ δὲ βαπτίζειν διὰ τὸ ἑνιαῖον τῆς θεότητος, καὶ τὸ τρίτον τῶν ὑποστάσεων, ἢ διὰ τὸν ἐν τῷ σταυρῷ θάνατον τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν τριήμερον τούτου ἀνάστασιν. Φησὶ γὰρ καὶ ὁ Ἀπόστολος· *Εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν.* Τὰ δὲ βαπτίσματα ἐν ταὐτὸν ἀντὶ καταδύσεων ὑπολαπτέον μοι· τὸν μέντοι διὰ μιᾶς καταδύσεως εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου βαπτίζοντα καθαιρεῖσθαι φησιν ὁ κανὼν, ὡς παρὰ τὴν τοῦ Κυρίου διδαχὴν ποιοῦντα, καὶ προφανῶς ἀσεβοῦντα.

[18] Rom. vi, 3.

Guill. Beveregii notæ.

chologii p. 365. Hic autem non omittendum est mersionis in baptismo antiquitus usurpari solitæ loco, aspersionem sive profusionem aquæ, in Occidentali præsertim Ecclesia, plusquam mille abhinc annis, Gregorii viz. primi ætate, substitutam esse, per quam baptismum legitime perfici, ipse quoque Cyprianus, non agnovit tantummodo, sed et multis comprobavit; idque ex ipsis etiam Scripturis, e quibus colligit, *Aspersionem quoque aquæ instar salutaris lavacri obtinere, et quando hæc in Ecclesia fiunt, ubi sit et dantis et accipientis fides integra, stare omnia et consummari ac perfici posse majestate Domini et fidei veritate*, Cyprian. epist. 76, ad Magnum de iis qui in lecto gratiam consequuntur, p. 101, l. 49, 4; ep. edit. Manut. Quin etiam ipse quoque Tertullianus huc alludere videtur, ubi ait, *Quis enim tibi tam infidæ pœnitentiæ viro usperginem unam cujustibet aquæ commodabit?* Tertull *De pœnitentia*, cap. 6, p. 144 A edit. Rigalt.

(72) *Οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος.* Sic præter ms. Bodleianum hic impressum, etiam vulgati Balsamonis, Zonaræ, aliique canonum Græcorum codices legunt, ut et Ivo Carnutensis decret. part. I, c. 128. At in Joannis Antiocheni collectione, ut a Justello edita tit. 136, legitur οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος ἡμῶν. In eadem autem collectione manuscripta in Bibliotheca Bodleiana est, οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος ἡμῶν, quomodo legit et codex Seguinerii a Justello citatus, et Dionysius etiam Exiguus, qui vertit, *Non enim dixit nobis Dominus* : quam lectionem retinet et Crisconius episcopus Africanus in collect. ca., tit. 52. E tribus hisce lectionibus quænam sit præferenda, non adeo facile est conjectura persequi, nobis autem pronomen ἡμῖν vel loco ἡμῶν substitutum videtur, vel de novo interjectum, idque ab interpolatore aliquo, qui vel ipse credidit, vel aliis credendum obtruderet, antiquos hosce canones ab ipsis etiam apostolis constitutos esse.

(73) *Καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.* Ad calcem quinquagesimi hujusce canonis, ubi Dionysiana versio desinit, in Joan. Antiocheni collectione hæc sine interstitio adjiciuntur : Διδασκέσθω μὲν ὁ βαπτιζόμενος, ὅτι ὁ Πατὴρ οὐκ ἐσταυρώθη, οὔτε γέννησιν ἀνθρώπου ὑπέμεινεν, οὔτε δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἄνθρωπος ἐγένετο· ἀλλ' οὔτε τὸ πάθος ὑπέστη. Οὐ γὰρ ἐσαρκώθη, ἐλυτρώσατο δὲ τὸν κόσμον τῆς ἐπικειμένης ὀργῆς ὁ μονογενὴς Υἱός· ἐνηνθρώπησε γὰρ διὰ φιλανθρωπίαν ἑαυτῷ ἐκ Παρθένου σῶμα διαπλάσας· ἡ σοφία γὰρ ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, ὡς δημιουργός· σταυρὸν δὲ ὑπέμεινεν ἑκών, ἐξείλετο δὲ τὸν κόσμον τῆς ἐπικειμένης ὀργῆς, βαπτιζομένους εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οἱ δὲ μὴ οὕτως βαπτίζοντες, ὡς ἀγνοοῦντες τὸ μυστήριον τῆς εὐσεβείας καθαιρείσθωσαν. Postea in edita ejusdem Joannis collectione alius sub canonis 512 nomine hisce verbis exprimitur. Ὁ τὸν Πατέρα πεπονθέναι λέγων ἀσεβεῖ Ἰουδαίων βαρύτερον, μετὰ Χριστοῦ καὶ τὸν Πατέρα προσηλῶν· ὁ δὲ τὸν Υἱὸν ἀρνούμενος τὸν μονογενῆ δι' ἡμᾶς σαρκωθῆναι, καὶ τὸν σταυρὸν ὑπομεῖναι, θεομάχος ἐστὶ, καὶ τῶν ἁγίων πολέμιος. Ὁ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὀνομάζων Πατέρα ἢ Υἱὸν, ἀνεπιστήμων ἐστὶ καὶ ἀνόητος· ὁ γὰρ Υἱὸς συνδημιουργὸς τῷ Πατρὶ καὶ σύνθρονος, καὶ συννομοθέτης, καὶ κριτὴς, καὶ τῆς ἀναστάσεως αἴτιος, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμοούσιον· τρεῖς γὰρ ὑποστάσεις εἰσὶν ὁμοούσιοι τῇ θεότητι, ἐφ' ἡμῶν γὰρ Σίμων ὁ Μάγος ἐξηρεύξατο, σπάσας τὸ ἄλαλον, πλάνον, καὶ ἄστατον καὶ πονηρὸν εἰς ἑαυτὸν Πνεῦμα, καὶ ἕνα τριώνυμον εἶναι φλυαρήσας τὸν Θεόν· ποτὲ δὲ καὶ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν γέννησιν περικόψας· ὑμεῖς οὖν, ὦ ποθεινότατοι, εἰς ἕνα Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα τρίτον βαπτίζετε, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου γνώμην καὶ τὴν ἡμετέραν ἐν Πνεύματι διάταξιν. Joan. Antioch. coll. can. tit. 36. Verum in codice nostro Oxomensi et Græca Turriani editione hæc etiam appendix est ad canonem 50, quamvis revera nec ad canonem 50, nec ad 51 pertinet : non ad 51, ut ex ipsa Joannis Antiocheni collectione patet, apud quam in tit. 29 alius, isque idem qui hic ordine suo imprimitur, quinquagesimus primus canon laudatur; nec ad 50 ideirco quod nec Balsamon, nec Zonaras, in codicibus vel impressis vel mss. nec Dionysius Exiguus, nec Crisconius Afer talem ad dictum canonem appendicem agnoscit; et quod hæc appendix, non disciplinam, quæ his canonibus sola traditur, sed Ecclesiæ doctrinam contineat, eamque quæ longe post hos canones synodice constituta est; quod tres viz. Trinitatis personæ sunt ὁμοούσιοι; ut Christophoro Justello, ex epistola ad Philippenses B. Ignatio falso attributa, desumpta non immerito videatur.

Digitized by Google

ΖΩΝΑΡ. Τρία βαπτίσματα ἐνταῦθα τὰς τρεῖς καταδύσεις φησὶν ὁ κανὼν ἐν μιᾷ μυήσει, ἤτοι ἐν ἑνὶ βαπτίσματι· ὥστε τὸν βαπτίζοντα ἑκάστῃ τῶν καταδύσεων ἓν τῆς ἁγίας Τριάδος ἐπιλέγειν ὄνομα. Τὸ γὰρ ἅπαξ καταδύειν τὸν βαπτιζόμενον εἰς τὴν ἱερὰν κολυμβήθραν, καὶ εἰς τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου τὴν μίαν ἐπιφημίζειν κατάδυσιν, ἀσεβές ἐστι. Καὶ ὁ οὕτω βαπτίζων καθαιρεθήσεται.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ μὴ τρισὶ μυῶν καταδύσεσιν, ἀλλὰ μιᾷ, εἰς τὸν τοῦ Κυρίου θάνατον, [ὃ μὴ εἶπεν ὁ Κύριος] ἀνίερος.*

Τοῦ Κυρίου εἰπόντος βαπτίζειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος; ἐναντιωθῇ τῷ Δεσποτικῷ προστάγματι, καὶ εἰς μίαν κατάδυσιν βαπτίσει, ὡς τοῦ βαπτίσματος τοῦ Κυρίου καταγγέλλοντος θάνατον, καθαιρεθήσεται.

ZONAR. Hic per tria baptismata canon tres immersiones intelligit in uno mysterio, videlicet, in uno baptismate: sic ut ad unamquamque immersionem baptizans addat unum sanctæ Trinitatis nomen. Nam, semel eum, qui baptizatur, in sacrum lavacrum demergere, et in mortem Domini duntaxat unam celebrare immersionem, impium est. Atque sic baptizans ordine movebitur.

ARIST. *Qui non tribus initiat immersionibus, sed una, in mortem Domini (quod Dominus non dixit) a sacerdotio deponitur.*

Domino mandante baptizare in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti, si quis episcopus aut presbyter contrarium faciet Dominico mandato, et una immersione baptizabit, quia baptisma Domini indicat mortem, deponetur.

ΚΑΝΩΝ ΝΑ'

34 CANON LI

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμου καὶ κρεῶν καὶ οἴνου (74) οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλαθόμενος ὅτι πάντα καλὰ λίαν, καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν, ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω. Ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex sacerdotali numero, a nuptiis, carnibus et vino, non propter exercitationem, sed propter abominationem abstinet, oblitus quod omnia valde bona, et quod masculinum et femininum fecit Deus hominem: sed blasphemans calumniatur opificium, vel corrigatur, vel deponatur, et ex Ecclesia ejiciatur. Similiter et laicus.

ΒΑΛΣ. Τὸν ἔννομον γάμον ἡ Ἐκκλησία οὐκ ἀποσείεται· ὅτι διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν· οὐδὲ τοὺς κρεωφαγοῦντας καὶ οἴνῳ χρωμένους βδελύττεται, εὐκαίρως πάντα ποιοῦντας, καὶ καθὼς τὰ ἱερὰ παραδιδόασι Λόγια. Οὐδὲν γὰρ, φησὶ, τῶν παρὰ Θεοῦ γενομένων κακόν· ἀλλὰ πάντα καλὰ ἐν καιρῷ αὐτῶν. Ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἀπεχομένους τούτων ἀθρόως δι' ἄσκησιν κολάζει. Διὸ προσεκτέον τίνι τρόπῳ τούτων ἀπέχεταί τις· καὶ εἰ μὲν, ὡς οἱ ἀθεώτατοι Βογόμιλοι (75) διὰ βδελυρίαν, καὶ διὰ τὸ γενέσθαι παραίτια κακοῦ τοῖς κακῶς παραχρωμένοις αὐτοῖς, καθαιρεθήσεται, μετὰ παραγγελίαν μὴ διορθούμενος, μᾶλλον δὲ καὶ τῆς Ἐκκλησίας γενήσεται ἐκκήρυκτος, ὡς βλασφημῶν κατὰ τῶν τοῦ Θεοῦ κτισμάτων· εἰ δὲ διὰ ἄσκησιν καὶ εὐλάβειαν ἀπέχεται τούτων, οὐ κατακριθήσεται. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ

BALS. Legitimas nuptias Ecclesia non rejicit: quia ob hanc causam Deus masculum et feminam creavit: nec eos qui carnibus vescuntur, et vino utuntur, abhorret, si omnia opportune faciant, et sicut sacra tradunt Oracula. Nihil enim eorum, inquit, quæ a Deo creata sunt, malum est: sed bona omnia sunt suo tempore. Sed nec eos rursus, qui ab his propter exercitationem abstinent, punit. Ideo animadvertendum est quomodo quis ab eis abstinet: et si quidem, ut vel maxime impii Bogomili, propter eorum odium, et quod mali causa sint iis qui eis abutuntur, deponetur, si post denuntiationem non corrigatur, vel quod magis est, etiam ex Ecclesia exterminabitur, ut qui adversus Dei creaturas blasphemet. Si autem propter exercitationem, et quamdam religionem ab iis abstinet,

Guill. Beveregii notæ.

(74) *Καὶ κρεῶν καὶ οἴνου.* In Joannis Antiocheni collectione tit. 29, Καὶ οἴνου omittitur. Sed Josephus Ægyptius in Arabica paraphrasi legit, vertit enim, *A nuptiis, et esu carnis, et potu vini*, Balsamonem quoque, Zonaram et Aristenum legisse, ex eorum scholiis et hujus epitome constat.

A metu aliquid facere adactus est: jus tamen ecclesiasticum vult omnes orthodoxos esse fidei confessores. Ergo clericus qui propter metum pœnæ negaverit nomen Christi, non solum deponetur, sed etium tanquam membrum putridum, ex pulchro Ecclesiæ corpore abscindetur: sin autem se esse clericum negaverit, deponetur: sed et qui in utrisque egit pure pœnitentiam, ut laicus admittetur. Nota ex hoc, quod qui tonsuræ characterem acceperunt, et deinde in lectorum ordine constituti sunt, si sacras vestes projecerint, et instar laicorum conversati fuerint, non possunt quidquam tanquam lectores agere; si rursus ad clerici habitum redierint, vel etiam monachi facti fuerint: sed ut laici vitam agent. Si enim qui propter metum B clericatum suum negavit, deponitur, et tanquam laicus solum post pœnitentiam admittitur: multo magis qui talem sua sponte abnegationem admisit, et sanctum amictum illusit, dignus priori clericatu non censebitur.

41 ZONAR. Qui metu supplicii negaverunt Christi nomen, ab Ecclesia canon præsens omnino rejicit. At eos, qui clerici nomen abnegaverunt, deponi præcipit; facti vero pœnitentes, ut laicos recipi. In Ancyra vero synodus, eos, qui vere timuerunt (non autem qui consulto cogitatoque se metuisse tormenta simularunt) sacrificantes etiam presbyteros, atque diaconos, honoris quidem et cathedræ participes esse definit: sed agere quidquam sacri non C permittit.

ARIST. *Qui negat Christum, et excommunicatus est: qui autem clerum contempserit, rediens pro laico recipiendus est.*

Qui propter humanum timorem Christum negaverit, excommunicatus est. Qui autem non Christum sed nomen clerici negaverit, si sit clericus deponitur, resipiscens autem ut laicus recipitur.

Guill Beveregii notæ.

collectione legitur, λαϊκὸς δεχθήσεται, tit. 39. Pœna autem hac phrasi clericis delinquentibus intentata, nihil minus est, nec aliud quam depositio, sive a fungendis clericorum muneribus prohibitio, et in pristinum laicorum ordinem reductio. Hoc ex canone apost. 15, patet, quo clericus in alia parochia præter sui episcopi sententiam manens, sacra in posterum celebrare prohibetur: hoc tamen adjecto, ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω, hoc est non amplius inter clericos recensitus, sed inter laicos, cum iis communicet. Sic Josephus Ægyptius dicta præsentis canonis verba explicat, *una cum fidelibus recipiatur*, viz, ad communionem. Eodem sensu Cyprianus dixit, *ut communicent laici, et satis habeant, quod admittantur ad pacem, qui hostes pacis exstiterint, nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis et honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint.* Cyprian. epist. 1, lib. II, ad Steph. et alibi, *Sic tamen admissus est Trophimus, ut laicus communicet, non secundum quod ad te malignorum litteræ pertulerunt, quasi locum sacerdotis usurpet.* Id. epist. 2, ad Antonian. lib. IV, *Epist.* p. 86, l. 44. Ubi *ut laicum communicare, et sacerdotis locum usurpare*, sibi invicem opponi videmus. Sic et concilium Toletanum primum, de subdiacono loquens, ait, *Abstentus*, inquit, *biennio, postea inter laicos, reconciliatus per pœnitentiam, communicet*, concil. Tolet. 1, can. 4. Et Aimonius refert Carlomannum Caroli Calvi filium, Senonensisque Ecclesiæ diaconum, perduellionis in patrem convictum, *secundum sacras regulas ab omni gradu ecclesiastico, laica sibi communione servata, depositum esse.* Aimon. *De gest. Franc.* l. v, cap. 29. E quibus omnibus veterum testimoniis luce meridiana clarius est, hanc phrasim. ὡς λαϊκὸν δεχθῆναι, sive *ut laicum communicare*, depositionem perpetuo indigitare, sine excommunicatione inflictam: ac proinde qui huic pœnæ subjicitur, ut *tanquam laicus recipiatur*, deponitur quidem, sed communionis nihilo secius particeps erit, æque ac fidelis laicus. V. S. Basil. epist. ad Amphiloch. can. 3. Et hinc est, quod hanc pœnam clericis solis inflictam legimus, non item laicis; nec ob alia unquam crimina, quam quibus depositio aliis canonibus inuritur, et talis quidem depositio quam excommunicatio non concomitatur.

Digitized by Google

CANON LXIII.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex sacerdotali catalogo, comederit carnes in sanguine animæ suæ, vel quid a feris captum, vel morticinum, deponatur: hoc enim lex prohibuit: si autem sit laicus, segregetur.

BALS. Illud, *Ne comedatis carnes in sanguine animæ suæ* [28], in libro Genesis constitutum est. Hæc autem sunt suffocata. Sed nec a fera captum, vel morticinum licet comedere. Qui autem præter hæc facit, si est quidem clericus, deponatur: si vero sit laicus, segregetur. Quæ autem a venatoriis avibus vel canibus vel pantheris capiuntur, et suffocantur, quomodo ab aliquibus comeduntur, nescio. Nota ergo canonem, propter Latinos, qui suffocata indiscriminatim comedunt.

ZONAR. Hoc etiam prohibitum fuit in libro Geneseos. Nam cum Deus hominibus omnia, velut olera, comedere post diluvium permisisset, addidit, Verum carnes in sanguine animæ non comedite: qualia sunt, quæ a nonnullis comeduntur, suffocata. Nam sanguis est animalibus animæ vice. Sed neque fas est, a fera captum, vel morticinum comedere.

ARIST. *Sacerdos qui suffocatum, aut a fera captum, aut morticinum gustaverit, deponitur. Laicus autem excommunicatur.*

CANON LXIV.

Si quis clericus aut laicus in Synagogam Judæorum vel hæreticorum introierit ad orandum, et deponatur, et segregetur.

[28] Gen. IX, 4.

ΚΑΝΩΝ ΞΓ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, φάγῃ κρέα ἐν αἵματι (90) ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω· τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπεῖπεν· εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ΒΑΛΣ. Τὸ, *Οὐ φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ*, ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Γενέσεως νενομοθέτηται. Ταῦτα δέ εἰσι τὰ πνικτά. Ἀλλ' οὐδὲ θηριάλωτον ἢ θνησιμαῖον ἐσθίειν ἔξεστιν. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν, εἰ μέν ἐστι κληρικὸς, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Τὰ δὲ ὑπὸ ὀρνέων θηρευτῶν ἢ κυνῶν ἢ παρδάλεων θηρευόμενα καὶ πνιγόμενα πῶς παρά τινων ἐσθίονται, ἀγνοῶ. Σημείωσαι οὖν τὸν κανόνα διὰ τοὺς Λατίνους τὰ πνικτὰ ἀδιαφόρως ἐσθίοντας.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτο καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Γενέσεως ἀπηγόρευται. Ὁ γὰρ Θεὸς, τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τὸν κατακλυσμὸν πάντα ἐσθίειν ὡς λάχανα ἐπιτρέψας, ἐπήγαγε· «Πλὴν κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε·» οἷά εἰσι τὰ παρά τινων ἐσθιόμενα πνικτά. Τοῖς γὰρ ζώοις ἀντὶ ψυχῆς τὸ αἷμά ἐστιν. Ἀλλ' οὐδὲ θηριάλωτον ἢ θνησιμαῖον ἐσθίειν ἔξεστιν.

ΑΡΙΣΤ. *Γευόμενος θύτης πνικτοῦ, ἢ θηριαλώτου, ἢ θνησιμαίου, καθαιρεῖται· ὁ δὲ λαϊκὸς ἀφορίζεται.*

ΚΑΝΩΝ ΞΔ'.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς εἰσέλθῃ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν προσεύξασθαι, καὶ καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω (91).

Guill. Beveregii notæ.

(90) *Φάγῃ κρέα ἐν αἵματι.* Ut veteri lege Judaïs, sic et ab ipsis apostolis, Judæorum infirmitati tunc temporis consulentibus, Act. xv, gentilibus conversis præcipitur, ut ab immolatis, suffocatis, et sanguine abstinerent: quod apostolorum decretum hoc canone renovatum videtur, adjecta insuper certa transgressoribus pœna, clericis quidem depositione; excommunicatione laicis. Et Ecclesiam quidem primitivam, tam Occidentalem, quam Orientalem, hoc inviolatum diu observasse, e veterum testimoniis luculenter patet. Tertullianus, *Erubescat*, inquit, *error vester Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus, qui propterea quoque suffocatis et morticinis abstinemus, ne quo modo sanguine contaminemur, vel intra viscera sepulto.* Tertul. Apol. c. 9. Origenes, Τὰ δὲ πνικτὰ, τοῦ αἵματος μὴ ἐκκριθέντος (ὅπερ φασὶν εἶναι τροφὴν δαιμόνων τρεφομένων ταῖς ἀπ' αὐτοῦ ἀναθυμιάσεσιν), ἀπαγορεύει ὁ λόγος, ἵνα μὴ τραφῶμεν τροφῇ δαιμόνων, τάχα τινῶν τοιούτων πνευμάτων συντραφησομένων ἡμῖν, ἐὰν μεταλαμβάνωμεν τῶν πνικτῶν. ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων περὶ τῶν πνικτῶν σαφὲς εἶναι δύναται τὸ περὶ τῆς ἀποχῆς τοῦ αἵματος. Orig. *Cont. Cels.* l. VIII, circa medium. Minutius Felix, *Nobis homicidium nec videre fas est, nec audire, tantumque ab humano sanguine cavemus, ut nec edulium pecorum in cibis sanguinem noverimus.* Minut. Fel. Octav. p. 55 e tom. VIII Biblioth. Patr. Lat. Clemens Alexandrinus, Οὐδὲ γὰρ θίγειν αἵματα τοῖς ἀνθρώποις θέμις, οἷς τὸ σῶμα οὐδὲν ἄλλ' ἢ σάρξ ἐστιν αἵματι γεωρκουμένη. Clem. Alex. pedag. l. III, c. 3, prope finem. Sic Biblias Martyr, Antonio vero imperante, inter cruciatus dicebat, Πῶς ἂν παιδία φάγοιεν οἱ τοιοῦτοι, οἷς μηδὲ ἀλόγων ζώων αἷμα φαγεῖν ἐξόν; Euseb. *Hist. Eccles.* l. v, c. 1, p. 159. A. edit. Vales. Ut alia vero taceam veterum testimonia, Ecclesia Orientalis (non ipsis exceptis Æthiopibus, ut testatur Jos. Scaliger. *De emend. temp.* l. VII), ut est horum canonum tenacissima, quod hic constituitur perpetuo observavit, et etiamnum observat: usque adeo ut in publico eorum Euchologio p. 670, oratio exstet, ἐπὶ τῶν μιαραφαγησάντων, ab iis viz. repetenda qui vetitos cibos comederunt. Hinc Balsamon in sua hujus canonis interpretatione, vitio Latinis vertit, quod suffocata indiscriminatim edunt. Et quidem non adeo diu est, quod Ecclesia Occidentalis cibis hic prohibitis vesci ubique permisit. Nam Gregorius tertius, qui sedem Romanam anno circiter 731 occupabat, inter canones pœnitentiales constituit, *ut qui morticina comederit inscius 20 dies pœniteat, sciens* 40. Greg. 3, can. pœnit. c. 50. Quinetiam Beda presbyter, et Rabanus in Pœnitentiario, et quotquot de eodem argumento plusquam 400 abhinc annis scripserunt, certum pœnitentiæ tempus hujus canonis transgressoribus decernunt. D. Augustinum, aliosque ejusdem ætatis Christianos, in contraria fuisse opinione, ex his ipsius verbis palam est, *Et ubi Ecclesia gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israelita carnalis appareat, quis jam hoc Christianus observat, ut turdos vel minutiores aviculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est? Aut leporem non edat, si manu a cervice percussus, nullo cruento vulnere occisus est? Et qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, a cæteris irridentur,* Aug. *Contra Faust. Manich.* l. XXXII, c. 13.

(91) *Καὶ καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω.* Prius

Digitized by Google

ΒΑΛΣ. Ἐν μὲν τῷ με' ἀποστολικῷ κανόνι ἡρμηνεύθη παρ' ἡμῶν ὅπως νοεῖται τὸ συνεύξασθαι μετὰ αἱρετικῶν· ἐνταῦθα δὲ διορίζεται ὁ κανὼν τὸν ἐπὶ συναγωγῇ Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν προσευξάμενον, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι· οὕτω γὰρ διαιρετέον τὰ τῆς κολάσεως, ὅτι μηδὲ πέφυκε καθαιρεῖσθαι καὶ ἀφορίζεσθαι εἰπῇς τὸν τοιαῦτα ποιοῦντα κληρικὸν, οὐχ ἁμάρτῃς τοῦ δέοντος. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ια' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, διοριζόμενον πόρρω ἀπέχειν τῶν Ἰουδαίων πάντας τοὺς Χριστωνύμους, ἱερωμένους δηλαδὴ καὶ λαϊκούς, καὶ μηδὲ μέχρι ἰατρείας ἢ ἄλλης τινὸς αἰτίας τούτοις συγκοινωνεῖν· ἢ μὴν, τοὺς μὲν καθαιρεῖσθαι, τοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι. A

BALS. In 45 canone apostolico a nobis interpretatum est, quomodo intelligitur illud: Una cum hæreticis orare. Hic autem canon constituit, ut qui in Judæorum vel hæreticorum synagoga oraverit, si sit quidem clericus, deponatur: si vero laicus, segregetur. Ita enim pœnam dividit, quod nec possit deponi laicus. Si autem deponi et segregari dixeris clericum qui hæc facit, minime aberraveris. Lege et 11 can. syn. in Trullo, qui decernit ut omnes Christiani nomen sortiti, et sacrati et laici, a Judæis longe sint remoti: et nec usque ad medicinam, vel ullam aliam causam, cum eis communicent: vel hi quidem deponantur, illi vero segregentur.

ΖΩΝΑΡ. Μέγα ἁμάρτημα ὁ κανὼν ἡγεῖται, τὸ Χριστιανὸν εἰς Ἰουδαίων συναγωγὴν ἢ αἱρετικῶν χάριν προσευχῆς, εἰσιέναι. *Τίς γὰρ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; Ἢ, Τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον;* Ἡ γὰρ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ οὐδ' αὐτοῖς ἐκείνοις εἰς θυσίαν ἀρκοῦσά ἐστιν. Ἀπηγόρευται γὰρ αὐτοῖς ἔξω τῆς Ἱερουσαλὴμ (92) θυσίαν προσάγειν. Εἰ δ' ἐκεῖνοι εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν εἰσιόντες παρανομοῦσι, πολλῷ πλέον Χριστιανὸς τοῖς τοῦ Χριστοῦ ἀναιρέταις συνευχόμενος, κριθείη παρανομῶν. Ἡ δὲ τῶν αἱρετικῶν σύναξις, ἐναντία τοῖς ὀρθοδόξοις πρεσβευόντων, κἀκείνη οὐ τιμητέα ὀρθοδόξοις, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀποβλητέα. Τινὲς μὲν οὖν ὡς μεγάλα ἁμαρτάνοντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὰς τοιαύτας συναγωγὰς δι' εὐχὴν, διπλῇ φασι τιμωρίᾳ τὸν κανόνα τοῦτον ὑπάγειν, καθαιρέσει (δηλαδὴ) καὶ ἀφορισμῷ· ἄλλοι δὲ μερίζειν λέγουσι τὸν κανόνα τὰς τιμωρίας πρὸς κληρικούς τε καὶ λαϊκούς· καὶ τὴν μὲν καθαίρεσιν κατὰ τῶν ἱερωμένων ψηφίζεσθαι, κατὰ δέ γε τῶν λαϊκῶν τὸν ἀφορισμόν. Καὶ ὁ χρυσοῦς δὲ τὴν γλῶτταν Ἰωάννης ἐν τοῖς κατὰ Ἰουδαίων λόγοις πάνυ καθάπτεται τῶν Ἀντιοχέων, B C

ZONAR. Magnum peccatum canon existimat, Christianum in Judæorum synagogam vel hæreticorum, orationis gratia, ingredi. Nam, *quæ consonantia* 42 *Christo cum Belial?* aut, *quæ pars fideli cum infideli* [26]? secundum magnum illum apostolum, siquidem Judæorum synagoga ne ipsis quidem sufficit ad sacrificium. Illis enim vetitum est extra Jerusalem hostiam offerre. Quod si legem transgrediantur illi, cum suas intrant synagogas, quanto magis Christianus orans cum Christi interfectoribus, legis transgressor est judicandus! Hæreticorum vero coitio, qui deprædicant orthodoxis contraria, non est ab orthodoxis honoranda, imo multo magis illa est abhorrenda. Propterea, nonnulli dicunt hunc canonem duplici subjicere pœnæ, tanquam graviter peccantes, eos, qui tales introgrediuntur synagogas ad orationem, depositioni (videlicet) et excommunicationi. Sed alii canonem dicunt partiri pœnas in clericos et in laicos, et depositionem quidem contra sacratos decerni, contra laicos excommunicationem. Et ille quidem lingua præditus aurea Joannes in sermonibus contra Judæos valde

[26] II Cor. VI, 15.

Guill. Beveregii notæ.

καὶ tam in impressis antehac Balsamonis codicibus, quam in Joan. Antiocheni collectione canonum tit. 57 desideratur; nec immerito. Juxta hanc enim lectionem καὶ καθαιρεῖσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, utraque pœna tam clerico quam laico intentata videtur; at laico depositio infligi nequit, ut recte observat Balsamon; qui proinde pœnam partitur. καθαιρείσθω ad clericos, et ἀφοριζέσθω ad laicos referens. Zonaras suam non profert sententiam, sed tantum aliorum, quorum, ut ait, nonnulli canonis transgressores duplici pœnæ subjiciunt, depositioni (cui tamen laici subesse nequeunt) et excommunicationi. Alii pœnas inter clericos et laicos partiuntur; et sic quidem non Balsamon solus postea, sed et Aristenus ante Zonaram canonem hunc interpretatus est: quibus astipulatur et Josephus Ægyptius, canonem hunc sic explicans: *Quicunque e sacerdotibus aut laicis ingreditur ecclesiam Judæorum, aut ecclesiam hæreticorum, ad orandum in ea vel deprecandum, si sit sacerdos, gradu suo deponatur, sin laicus, sancta Ecclesia expellatur.* Cæterum Balsamon præterea notat, quod qui clericum ex canonis præscripto prius deponi dixerit, et postea segregari, non aberrabit; et sic quidem Harmenopulus in titulo, quo docet, quænam sacerdoti facienda sunt, et quæ non facienda, hunc canonem, ac si de clericis solis intelligendus esset, his verbis citat, ὁ συνευχόμενος Ἰουδαίοις ἢ αἱρετικοῖς καθαιρείσθω τε καὶ ἀφοριζέσθω. Harmenop. epist. can. sect. 2, tit. 3, ubi utramque pœnam clericis, de quibus solis hic loquitur, intentatam videmus.

(92) *Ἔξω τῆς Ἱερουσαλήμ.* Justinus Martyr ad Tryphonem, καὶ ὅτι ἡ τῶν δύο τράγων, τῶν νηστείᾳ κελευσθέντων προσφέρεσθαι, προσφορὰ οὐδαμοῦ ὁμοίως συγκεχώρηται γίνεσθαι, εἰ μὴ ἐν Ἱεροσολύμοις, Justin. *Dial. cum Tryph.* p. 201, l. XVIII, edit. Sylburg. et ipse Trypho, Γνωρίζομεν γὰρ ἔτι, ὡς ἔφης, οὔτε πρόβατον τοῦ Πάσχα ἀλλοχόσε θύειν δύνατον, οὔτε τοὺς τῇ νηστείᾳ κελευσθέντας προσφέρεσθαι χιμάρους, οὔτε τὰς ἄλλας ἁπλῶς ἁπάσας προσφοράς. Id. p. 205, l. XVI. Hinc cum Julianus Judæos cohortabatur, ut Mosem audirent, et pristinum Dei colendi ritum iis in memoriam revocabat, ab ipsis responsum est, κατερριμμένου τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ, μὴ θεμιτὸν μηδὲ πάτριον εἶναι ἐκπεπτωκόσι τῆς μητροπόλεως; ἑτέρωθι τοῦτο ποιεῖν. Sozom. *Hist. Eccles.* l. V, c. 21. At D. Chrysostomus eos respondisse refert: Ὅτι τῆς πόλεως ἔξω θύειν οὐκ ἐνι, ἀλλὰ παρανομοῦσι πᾶν ὁτιοῦν ἐπιτελοῦντες ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας. Chrysost. κατὰ Ἰουδαίων λόγ. β', tom. VI, p. 551, l. VIII, edit. Savil. D

Digitized by Google

increpat Antiochenos, quod festa celebrarent una cum Judæis. Undecimus autem in Trullo synodi canon vetat omnibus, quæ sunt apud Judæos, fazymis vesci et cum ipsis cohabitare : vel in morbis ipsos accersere, ab eisdemque medelas capere : vel una cum ipsis lavare. Canonem vero non observantes, consecratos quidem ministros a gradu dejicit, laicos autem a communione rejicit.

ARIST. *Qui cum Judæis orat, excommunicatur.*

Qui ingreditur synagogam Judæorum, aut hæreticorum, et cum iis orat, si clericus quidem est, deponitur, ut ea quæ Judæorum sunt sapiens, si laicus autem excommunicatur. Episcopus vero, aut presbyter, aut diaconus qui in domo tantum cum hæreticis orat, excommunicatur, juxta canonem 45.

ὡς συνεορταζόντων τοῖς Ἰουδαίοις. Ὁ δὲ ἑνδέκατος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου κανὼν πᾶσιν ἀπαγορεύει τὸ ἑσθίειν τὰ παρὰ Ἰουδαίοις ἄζυμα, καὶ τὸ τούτοις προσοικειοῦσθαι, ἢ ἐν νόσοις αὐτοὺς προσκαλεῖσθαι, καὶ ἰατρείας παρ' αὐτῶν λαμβάνειν, ἢ συλλούεσθαι αὐτοῖς. Καὶ τοὺς μὴ φυλάσσοντας τὸν κανόνα ἱερωμένους μὲν καθαιρεῖ, λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζει

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ Ἰουδαίοις συνευχόμενος ἀφορίζεται.*

Ὁ εἰσελθὼν εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν, καὶ προσευξάμενος μετ' αὐτῶν, εἰ μὲν κληρικός ἐστι, καθαιρεῖται, ὡς φρονῶν τὰ τῶν Ἰουδαίων· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφορίζεται. Ὁ δὲ ἐν οἴκῳ συνευξάμενος μόνον αἱρετικοῖς ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἀφορίζεται κατὰ τὸν με' κανόνα.

CANON LXV.

Si quis clericus in jurgio quempiam pulsaverit, et uno ictu interemerit, ob impotentis animi sui effrænationem, deponatur; laicus vero si fuerit, segregetur.

BALS. Sacri mysterii ministri jussi sunt iram comprimere, sicut ex 27 canone apostolico declaratur. Hic autem decernit canon, ut deponatur clericus qui ab ira victus fuerit, et tempore concertationis aliquem percussum occiderit. Perinde autem ac si dixisset quispiam, non debere eum deponi, si ab una pulsatione mortuus sit qui vulnus acceperit, quod forte non fuerit cædes voluntaria, infert canon eum etiam deponi oportere qui uno ictu interfecerit. Diversi autem sancti Basilii canones clericum, qui quomodocunque interfecerit, deponunt. Lege etiam lib. LX, tit. 39, cap. 1, decretum 3 et cap. 5, decretum 2, et cap. 26, 9 tit. præsentis operis. Illic enim sitæ sunt dictæ leges. Similiter lege et sancti Basilii can. 8, 11, 43, 54, 55, 56, 57, et ea magis considera quæ ad animam pertinent. Animæ enim vulnera magis ecclesiastica quam civili curatione indigent.

ZONAR. Cum Dominus omnibus imperet, ut etiam obvertant sinistram verberanti maxillam dextram [27], et non obsistant : clericus, qui quempiam percusserit in pugna, si percussus interierit, etiamsi uno ictu, tanquam temerarius, ordine movetur. Laicus autem hoc faciens, excommunicatur. Pugnam vero contentionem, sed nihil amplius putes oportet.

ARIST. *Clericus homicida deponitur, laicus excommunicatur.*

[27] Luc. VI, 29.

ΚΑΝΩΝ ΞΕ'.

Εἴ τις κληρικὸς (93), ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, ἀπὸ τοῦ ἑνὸς κρούσματος ἀποκτείνῃ, καθαιρείσθω διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφοριζέσθω.

ΒΑΛΣ. Οἱ τῆς ἱερᾶς ἁγιστείας διακονηταὶ, τοῦ θυμοῦ κρατεῖν ἐκελεύσθησαν, καθὼς δηλοῦται καὶ ἀπὸ τοῦ κζ' ἀποστολικοῦ κανόνος. Ἐνταῦθα δὲ διορίζεται ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι τὸν ὑπὸ θυμοῦ νικηθέντα κληρικὸν, καὶ διὰ πληγῆς φονεύσαντά τινα ἐν καιρῷ φιλονεικίας. Ὡς τινος δὲ εἰπόντος μὴ ὀφείλειν τοῦτον καθαιρεῖσθαι, ἐὰν ἀπὸ κρούσματος ἑνὸς ἐτελεύτησεν ὁ δεξάμενος τὴν πληγὴν, διὰ τὸ μὴ ἑκούσιον εἶναι τάχα τὸν φόνον, ἐπάγει ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι καὶ τὸν διὰ μιᾶς πληγῆς φονεύσαντα. Διάφοροι δὲ κανόνες τοῦ ἁγίου Βασιλείου τὸν ὁπωσδήποτε φονεύσαντα κληρικὸν καθαιροῦσιν. Ἀνάγνωθι καὶ βιβλίου ξ', τίτλου λθ', κεφ. α', θέμα γ', καὶ κεφ. ε', θέμα β', καὶ κεφ. κς', τοῦ θ', τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Ἐκεῖ γὰρ κατεστρώθησαν οἱ ῥηθέντες νόμοι. Ὡσαύτως ἀνάγνωθι καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου κανόνας η', ια', μγ', νδ', νε', νς', νζ', καὶ πρόσσχες τούτοις μᾶλλον ὅσον τὰ εἰς ψυχήν. Τὰ γὰρ ψυχικὰ τραύματα πλέον δέονται θεραπείας ἐκκλησιαστικῆς ἢ πολιτικῆς.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦ Κυρίου τῷ τύπτοντι τὴν δεξιὰν σιαγόνα στρέφειν καὶ τὴν ἀριστερὰν κελεύοντος πᾶσι, καὶ μὴ ἀνταμύνεσθαι ὁ ἐν μάχῃ πλήξας τινὰ κληρικὸς, ἐὰν ὁ πληγεὶς ἀποθάνῃ, κἂν ἐκ μιᾶς πληγῆς, ὡς προπετὴς καθαιρεῖται. Λαϊκὸς δὲ τοῦτο ποιήσας, ἀφορίζεται. Μάχην δὲ φιλονεικίαν οἰητέον, ἀλλ' οὐχὶ πλέον.

ΑΡΙΣΤ. *Φονεὺς κληρικὸς καθαιρεῖται· λαϊκὸς ἀφορίζεται.*

Guill. Beveregii notæ.

(93) *Εἴ τις κληρικός.* In Joan. Antiocheni Collectione canonum tit. 40, hic ita legitur, Εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, καὶ ἀπὸ κρούσματος ἀποθάνῃ, καθαιρείσθω, ubi, ut videmus, nec laici homicidæ excommunicandi mentio occurrit. At Balsamonem et Zonaram utrumque legisse ex ipsorum scholiis elucescit, et tam Harmenopuli quam Aristeni Epitome de laico, paraphrasis Arabica de utroque meminit.

Digitized by Google

ΚΑΝΩΝ ΞϚ'.

Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν Κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων (94) *ἢ τὸ Σάββατον* (95) *(πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου* (96), *καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφοριζέσθω* (97),

ΒΑΛΣ. Τὸ Σάββατον οὐ νηστεύομεν, ἵνα μὴ δόξωμεν Ἰουδαΐζοντες· τὴν Κυριακὴν πανηγυρίζομεν

A

43 CANON LXVI.

Si quis clericus deprehendatur die Dominico jejunans aut Sabbato, præter unum solum, deponatur. Si vero laicus, segregetur.

BALS. Sabbato non jejunamus, ne Judæos imitari videamur : diem Dominicum celebramus pro-

Guill. Beveregii notæ.

(94) *Κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων.* Joan. Antiochenus legit τὴν ἁγίαν Κυριακήν. Coll. can. tit. 32. Veteres autem a jejuniis die Dominico peragendis religiose admodum abstinuisse, Tertullianus testatur, dicens : *Die Dominico jejunium nefas ducimus.* Tertull. *De corona milit.*, c. 4, Et Epiphanius : Τὰς δὲ κυριακὰς ἁπάσας τροφερὰς ἡγεῖται ἡ ἁγία αὕτη καθολικὴ Ἐκκλησία. καὶ συνάξεις ἀφ' ἑωθεν ἐπιτελεῖ, οὐ νηστεύει· ἀνακόλουθον γάρ ἐστιν ἐν κυριακῇ νηστεύειν. Epiph. Expos. fidei. v. et Hieron. *Adver. Luciferes.*

(95) *Ἢ τὸ Σάββατον.* Hisce simillima habes in Epistola ad Philippenses B. Ignatio ascripta, *Εἴ* τις Κυριακὴν ἢ Σάββατον νηστεύει (πλὴν ἑνὸς σαββάτου τοῦ Πάσχα), οὗτος χριστοκτόνος ἐστίν. Ignat. epist. p. 186, edit. Usser. Et hæc inter Constitutiones apostolicas recensetur, τὸ Σάββατον μέντοι καὶ τὴν Κυριακὴν ἑορτάζετε. Constit. apost. l. vii, c. 24. Tertullianus, *Quanquam vos etiam Sabbatum, si quando continuatis, nunquam nisi in Pascha jejunandum secundum rationem alibi redditam*, Tertull. *De jejun. adv. Psych.* c. 14, et mox : *Duas in anno hebdomadas Xerophagiarum, nec totas, exceptis scilicet Sabbatis et Dominicis, offerimus Deo, abstinentes ab iis quæ non rejicimus, sed differimus*, ibid. c. 15, ubi Sabbata, ut videmus, non minus quam Dominici, a jejuniis excipiuntur. Hoc propter Marcionistarum aliorumque tunc temporis exortas hæreses institutum videtur, utpote qui Sabbato jejunium propterea sanxerant, ne Deo a Judæis culto, qui eo die requievit, honorem exhibere, vel ritibus illius uti viderentur ; ut observat Epiphan. hær. 42, par. III, p. 304. B. tom. I, edit. Petav. Hinc Ecclesia Orientalis a jejuniis Sabbato, nisi magno, celebrandis perpetuo abhorruit. Post exstinctam autem prædictorum hæresim, Sabbatum etiam jejuniis, ab Occidentalibus præsertim Ecclesiis, dedicatum est. Socrates enim suis temporibus observabat, quod ἐν Ῥώμῃ πᾶν σάββατον νηστεύουσι, Hist. eccl. l. v, cap. 21. Et concilio Eliberitano anno Domini 305 habito, *Errorem placuit corrigi, ut omni Sabbati die jejuniorum superpositionem celebremus*, concil. Eliber. can. 26, et concil. Agath. c. 12. D. autem Augustinus optime monet de hujusmodi rebus nihil vel Scripturæ auctoritate vel universalis Ecclesiæ traditione determinatum esse, ac proinde nec disciplinam ullam esse in his meliorem gravi prudentique Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam, ad quamcunque forte devenerit. Aug. epist. 118 ad Jan. cap. 2, p. 556, tom. II oper. Cumque idem Augustinus D. Ambrosium Mediolanensem de hac re consuluisset, tanto viro dignum hoc responsum accipiebat, cui, faxit Deus, omnes ubique terrarum Christiani, ut par est, auscultarent : *Cum Romam venio, jejuno Sabbato, cum hic sum, non jejuno. Sic etiam tu, ad quam forte Ecclesiam veneris ejus morem serva, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi*, ibid. p. 557, et epist. 86 ad Casulanum p. 393. B.

(96) *Πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου.* Unum hic a reliquis exceptum Sabbatum Balsamon et Aristenus τὸ μέγα σάββατον appellant, et sic Josephus Ægyptius *magnum Sabbatum*. Sic a Judæis olim denominatum est Sabbatum, quod paschalem celebritatem proxime antecedit ; ut observat, et rationem ejus reddit Joan. Buxtorfius *Synag. Jud.* c. 12. Et in libro שלחן ערוך inscripto dicitur שבת מלפני הפסח קרוים אותו שבת הגדול *Sabbatum ante Pascha vocant magnum Sabbatum*. Hinc eidem Sabbato Christiani quoque eamdem appellationem attribuerunt, ut tam ii, qui Pascha juxta Patrum Nicenorum decretum Dominico die semper agerent, diem immediate præcedentem *Sabbatum magnum* nuncupaverunt ; quam qui cum Judæis Pascha celebrarent, in quamcunque hebdomadis feriam inciderit, Sabbatum proxime præcedens, etiamsi diebus aliquot nonnunquam interjectis, *magni* titulo cohonestarint. Sic in Smyrnensis Ecclesiæ de Polycarpi martyrio epistola, ille comprehensus et in civitatem ductus dicitur ὄντος σαββάτου μεγάλου. Euseb. Hist. eccles. l. iv, c. 15, p. 131, A. edit. Vales. Hic enim τὸ μέγα σάββατον istud fuisse Sabbatum, quod paschalem isto anno festivitatem proxime antecedebat, doctissimus Jac. Usserius non sine summa ratione asseruit, de anno Maced. cap. 3. At Henricus Valesius in annot. ad prædictum Eusebii locum, alium aliquem diem per *magnum Sabbatum* ibi indigitari contendit ; quisnam autem iste esset dies ipse nondum determinavit, sed potius obscurum sibi esse atque incompertum, quodnam fuerit magnum illud Sabbatum, cujus a Smyrnensibus facta est mentio, tum in Epistola ad Philomelienses de martyrio Polycarpi, tum in Actis Pionii, confessus est. Verum etiamsi non necessarium, nobis tamen plus quam verisimile videtur, Smyrnenses, qui Pascha cum Judæis celebrabant, eumdem etiam titulum præcedenti Sabbato cum iis attribuisse. Quin etiam ii, qui Pascha aliter ac Judæi, viz. ex Patrum Nicænorum decreto celebrarunt, Sabbatum immediate præcedens *magnum* denominasse, ex hoc ipso canone in scholiis in eumdem perspicue satis colligatur. Istud enim Sabbatum, quo canon jejunare permittit, Balsamon, ut supra dictum est, et Aristenus τὸ μέγα σάββατον appellant ; at hoc idem esse Sabbatum, quod paschalem celebritatem immediate præcedit, Balsamon ipse docet his verbis, κατὰ δὲ μόνον τὸ μέγα σάββατον, καθ' ὃ τὸ κυριακὸν σῶμα ἐν τῷ τάφῳ ἄπνουν ἔκειτο. Nec ille solus, sed ipsæ etiam Constitutiones apostolicæ, quarum appendices habiti sunt hi canones, idem confirmant, dicentes, ἓν δὲ μόνον σάββατον ἡμῖν φυλακτέον, ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ τῆς τοῦ Κυρίου ταφῆς, ὅπερ νηστεύειν προσῆκεν, ἀλλ' οὐχ ἑορτάζειν, Constit. apost. l. vii. c. 24, et alibi, Αὐτὸ δὲ νηστεῦσαι τὸ σάββατον, οὐχ ὅτι δεῖ τὸ σάββατον νηστεύειν, κατάπαυσιν δημιουργίας ὑπάρχον, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνο μόνον χρὴ νηστεύειν, τοῦ δημιουργοῦ ἐν αὐτῷ ἔτι ὑπὸ γῆν ὄντος. ibid. l. v c. 14. Concludimus igitur, per Sabbatum, istud, quod a reliquis hoc canone eximitur, et quod τὸ μέγα σάββατον a scholiastis nuncupatur, indigitari illud Sabbatum, quod paschalem festivitatem proxime antecedit, jejuniis idcirco consecratum, quod Servator noster eo labente in sepulcro sub terra manebat.

(97) *Εἰ δὲ λαϊκός, ἀφοριζέσθω.* Hæc verba in Joan. Antiocheni collectione tit. 32 omittuntur ; leguntur autem in omnibus aliis, quos videre contigit, tam mss. quam impressis canonum codicibus,

Digitized by Google

pter Domini et Servatoris nostri Jesu Christi, quæ est in universo mundo, lætitiam et resurrectionem : et quoniam illud quidem mundi opificii est commemoratio, hæc vero resurrectionis, vel potius reformationis. Uno autem magno Sabbato, quo Domini corpus exanime in sepulcro jacebat, jejunare jussi sumus : juxta vocem Domini dicentem, *quando ablatus ab eis fuerit sponsus, tunc jejunabunt.* Qui ergo præter hæc facit, si est quidem clericus, deponatur : sin autem laicus, segregetur. Excipe autem mihi divinos Patres, qui propter exercitationem nonnunquam jejunant etiam his diebus : hi enim non condemnabuntur. Quære etiam sanctorum apostolorum can. 51 et 53.

ZONAR. Bona quidem res est jejunium. Bona vero bene fiant. Si quis autem sanctiones apostolicas, aut sanctorum Patrum transgrediens jejunet, audiet, quod bonum sit non bonum, eo quod non bene fiat. Cum statuat igitur canon in Sabbato vel Dominica non esse jejunandum, clericus quidem jejunans depositionis pœnæ obnoxius est, et laicus, excommunicationis. Nisi per dies certos jejunet aliquis, per decem (verbi gratia) vel octo exercitii causa (sicut ante jam fuit dictum) illisque determinatis jejunii diebus incidant et Sabbata, et Dominici dies. Quod et multi sanctorum Patrum fecisse comperiuntur, ad quadragesimum usque diem jejunantes.

ARIST. *Qui Dominica aut Sabbato jejunat, excepto uno, ejicitur.*

Deponitur qui præter magnum Sabbatum, aliud Sabbatum aut Dominicam jejunat. Si autem laicus est talis, excommunicatur.

CANON LXVII.

Si quis virginem non desponsam vi allata habet, segregetur : ei autem aliam accipere non liceat : sed illam retinere quam elegit etiamsi pauper sit.

BALS. Hic præsens canon segregari dicit, eum, qui non desponsam alicui alteri virginem violaverit, et cogi cum ea habitare, quamvis pauper sit, et genere illius indigna, neque ab illa sejungi, atque alteram sumere. Atque hæc quidem hoc canone sancita sunt : nam qui desponsæ vim attulit, ut adultor punitur : quære et 93 can, 6 syn. De eo autem, quod qui vim attulit, eam quam violavit, habeat, etiamsi sit pauper, et alii non jungatur, quærendum est. Quare enim concederetur ei qui vi peccavit, et deinceps habere violatam et alteram non accipere,

διὰ τὴν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παγκόσμιον χαρὰν καὶ ἀνάστασιν· καὶ ὅτι τὸ μὲν δημιουργίας (98) ἐστὶν ὑπόμνησις, ἡ δὲ ἀναστάσεως, μᾶλλον δὲ ἀναπλάσεως. Κατὰ δὲ μόνην τὸ μέγα Σάββατον, καθ' ὃ τὸ Κυριακὸν σῶμα ἐν τῷ τάφῳ ἄπνουν ἔκειτο, νηστεύειν κατὰ τὴν (93) τοῦ Κυρίου φωνὴν τὴν λέγουσαν, *Ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν*, προσετάχθημεν. Ὁ γοῦν παρὰ ταῦτα ποιῶν, εἰ μέν ἐστι κληρικὸς, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Ὑπέξελέ μοι τοὺς θείους Πατέρας τοὺς δι' ἄσκησιν ἔστιν ὅτε νηστεύοντας καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας· οὗτοι γὰρ οὐ κατακριθήσονται. Ζήτει καὶ τῶν ἁγίων (1) ἀποστόλων κανόνα να' καὶ νγ'.

ΖΩΝΑΡ. Καλὸν μὲν ἡ νηστεία. Τὰ δὲ καλὰ καλῶς γινέσθω· εἰ δέ τις θεσμοὺς ἀποστολικοὺς ἢ Πατέρων ἁγίων παραιβαίνων νηστεύει, ἀκούσεται ὅτι οὐ καλὸν τὸ καλὸν, ὅταν μὴ καλῶς γίνηται. Τοῦ κανόνος τοίνυν ἐν Σαββάτῳ καὶ Κυριακῇ μὴ νηστεύειν θεσπίζοντος, ὁ μὲν κληρικὸς, νηστεύων, ὑπὸ καθαίρεσιν γίνεται, ὑπὸ ἀφορισμὸν δὲ ὁ λαϊκός· εἰ μή που δι' ὡρισμένων (2) ἡμερῶν νηστεύοντός τινος, διὰ δέκα τυχὸν ἢ ὀκτὼ, δι' ἄσκησιν (ὡς ἤδη προείρηται) συνεισάγονται ταῖς ὡρισμέναις ἡμέραις καὶ Σάββατα καὶ Κυριακαί. Ὃ καὶ πολλοὶ τῶν ἁγίων Πατέρων πεπυιηκότες εὑρίσκονται, καὶ μέχρι τεσσαρακοντάδος ἡμερῶν νηστεύοντες.

ΑΡΙΣΤ. *Κυριακὴν ἢ Σάββατον ὁ νηστεύων, πλὴν ἑνὸς, ἀποκήρυκτος.*

Καθαιρεῖται ὁ ἐκτὸς τοῦ μεγάλου Σάββατον ἕτερον ἢ Κυριακὴν νηστεύων· εἰ δὲ λαϊκός ἐστιν ὁ τοιοῦτος, ἀφορίζεται.

ΚΑΝΩΝ ΞΖ'.

Εἴ τις παρθένον ἀμνήστευτον βιασάμενος ἔχοι, ἀφοριζέσθω· μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκείνην κατέχειν ἣν ᾑρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν φησιν ἀφορίζεσθαι τὸν βιασάμενον παρθένον μὴ μνηστευθεῖσαν ἑτέρῳ τινὶ, καὶ ἀναγκάζεσθαι ταύτῃ συνοικεῖν, κἂν πενιχρά ἐστι, κἂν ἀναξία τῷ γένει αὐτοῦ, καὶ μὴ ταύτης ἀποδιίσταθαι, καὶ λαμβάνειν ἑτέραν. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα ἐθέσπισεν· ὁ γὰρ μεμνηστευμένην βιασάμενος ὡς μοιχὸς τιμωρεῖται. Καὶ ζήτει τὸν ιγ' κανόνα τῆς ς' συνόδου. Περὶ δὲ τοῦ ἔχειν τὸν τὴν βίαν ποιήσαντα τὴν βιασθεῖσαν, κἂν πενιχρά ἐστι, καὶ μὴ συνάπτεσθαι ἑτέρᾳ, ζητητέον. Ἵνα τι γὰρ ἐξεχωρήθη ὁ τὴν βίαν πλημμελήσας καὶ ἐφεξῆς

Guill. Beveregii notæ.

ut et ab Harmenopulo in epitome, et a Josepho in Arabica paraphrasi; Balsamonem autem, Zonaram et Aristenum eadem legisse e scholiis ipsorum patet.

(98) *Καὶ ὅτι τὸ μὲν δημιουργίας.* Hæc usque ad ἀναπλάσεως inclusive, ex ms. Bodleiano restituimus. In Græcis enim editis desiderantur; sed Gentianus Hervetus legit, et Latine vertit.

(99) *Νηστεύειν κατὰ τήν.* In impressis antehac libris hæc et sequentia sic leguntur, νηστεύειν προσετάχθημεν, περὶ γὰρ τούτου φησὶ Κύριος, ὅταν ἀπαρθῇ ὑπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν· ὁ γοῦν, etc.

(1) *Ζήτει καὶ τῶν* usque ad finem hujus interpretationis e ms. Bodleiano nunc primum edimus.

(2) *Εἰ μή που δι' ὡρισμένων.* Eamdem exceptionem admittit et scholiastes Harmenopuli, his verbis, εἰ μήπου τινὸς δι' ἄσκησιν ὀκτὼ τυχὸν ἡμέρας ἢ δέκα νηστεύοντος συνεισαχθῇ ταύταις ἐξ ἀνάγκης καὶ Σάββατον καὶ Κυριακή. Harmen. epist. can. sect. 3, tit. 3.

Digitized by Google

ἔχειν τὴν βιασθεῖσαν, καὶ μὴ λαμβάνειν ἑτέραν, καὶ ταῦτα τοῦ νόμου λέγοντος ἐν βιβλίῳ ξ', τίτλ. λζ', κεφ. πα'. Ὁ βιασάμενος κόρην καὶ φθείρας αὐτὴν, ῥινοκοπείσθω, διδοὺς αὐτῇ καὶ τὸ τρίτον τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Ἔοικε τοίνυν ὡς ἀκολούθως τῷ τρίτῳ κεφ. τοῦ λζ', τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου, τῷ διοριζομένῳ ἀναγκάζεσθαι τὸν μετὰ σώφρονος γυναικὸς παλλακευόμενον καὶ εἰς γάμου κοινωνίαν λαμβάνειν αὐτὴν, καὶ τὸν παρόντα κανόνα νοεῖσθαι καὶ διὰ τὴν βίαν μὲν ἀφορίζεσθαι τὸν ταύτην πλημμελήσαντα, διὰ δὲ τὴν σωτηρίαν τῆς παρθένου ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν νομικῶς ταύτῃ συνάπτεσθαι. Ἀνάγνωθι καὶ τοῦ παρόντος συντάγματος τίτλον θ', κεφ. λ' καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. Καὶ βιβλίου τῶν Βασιλικῶν ξ', τίτλον νη', κεφ. γ' λέγον· Μὴ γαμείσθω ἡ ἁρπαγεῖσα τῷ ἁρπάζοντι αὐτὴν· ἀλλὰ καὶ εἰ συναινέσουσι τῷ συνοικεσίῳ οἱ γονεῖς αὐτῆς, περιορίζονται. Καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι. Ἄλλως γὰρ κολάζεται ὁ ἁρπάσας κόρην, καὶ ἄλλως ὁ κατὰ βίαν φθείρας παρθένον. Καὶ ἡ μὲν ἁρπαγὴ διὰ τὴν ἀναίδειαν τοῦ ἁρπάσαντος οὐ συγγινώσκεται· ἡ δὲ κατὰ βίαν γενομένη φθορὰ, ἐὰν ὑπὸ τῆς βιασθείσης καταδέχηται, συγγινώσκεται. Ὁ μέντοι παρθένῳ συναφθεὶς κατὰ γνώμην ἐκείνης ἑτεροίως τιμωρεῖται. Φησὶ γὰρ ὁ νόμος ἐν βιβλίῳ ξ', τίτλῳ λζ', κεφ. π'· Ὁ παρθένῳ κόρῃ μιγνύμενος ἐκείνης μὲν προαιρέσει, ἀγνοούντων δὲ τῶν γονέων, τῆς πράξεως διαγινωσκομένης, εἰ μὲν θέλει αὐτὴν λαβεῖν εἰς γυναῖκα, καὶ συναινοῦσι καὶ οἱ γονεῖς, γινέσθω τὸ συνάλλαγμα· εἰ δὲ ἓν μέρος τῶν γονέων, τουτέστιν ἑκατέρου προσώπου, οὐ θελήσει, εἰ μὲν εὔπορός ἐστιν ὁ φθορεὺς, τῇ φθαρείσῃ διδότω χρυσίου λίτραν μίαν· εἰ δὲ ἐνδεέστερος εἴη, τὸ ἥμισυ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Εἰ δὲ παντελῶς εἴη ἀνεύπορος, τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος, ἐξοριζέσθω.

A idque cum lex dicat in libro LX, tit. 37, cap. 81. Qui puellæ vim affert, et eam corrumpit, ei nares abscindantur, et det ei etiam tertiam partem suarum facultatum. Videtur ergo hic quoque canon intelligi convenienter 3 capiti 37 tit. 60 libri, decernenti, eum qui cum continente muliere rem habet, eam in matrimonii societatem accipere : et propter vim quidem, segregari eum qui in istam peccavit, propter virginis autem salutem cogi ipsum ei legitime copulari. Lege et præsentis operis tit. 9, cap. 30, et quæ in eo sunt, et librum Basilic. LX, tit. 58, cap. 3 dicentem : Ne nubat rapta ei qui eam rapuit : sed si tali matrimonii copulæ consenserint ejus parents, 44 exterminantur. Et ne contraria existimaveris. Aliter enim punitur qui puellam rapuit, aliter qui vi virgini vitium attulit. Et raptus quidem propter ejus qui rapuit impudentiam, non condonatur. Per vim autem stupratio, si ab ea cui vis allata est, suscipiatur, remittitur. Sed qui illius voluntate cum virgine congressus est, alio modo punitur. Ait enim lex in libro LX, tit. 37, cap. 80 : Qui cum virgine puella coiit, illius quidem voluntate, parentibus autem ignorantibus, re cognita, si eam quidem in uxorem habere voluerit, et parentes consentiant, fiat contractus. Si autem una pars parentum, id est utriusvis personæ, non velit, si dives quidem est qui vitium attulit, violatæ puellæ det unam auri libram. Sin autem sit egentior, suarum facultatum dimidium : sed si in extrema sit paupertate, verberatus et tonsus exterminetur.

B

C

ΖΩΝΑΡ. Ὁ παρθένον φθείρας βίᾳ, εἰ μὲν μεμνηστευμένην τινὶ, ὡς μοιχὸς τιμωρεῖται· εἰ δὲ ἀμνήστευτον, παρὰ μὲν τοῦ κανόνος ἔχειν αὐτὴν, καὶ μὴ ἀποπέμπειν ὁρίζεται, κἂν πενιχρὰ εἴη, καὶ ἀναξία ἴσως ἐκείνου. Παρὰ δὲ τοῦ πολιτικοῦ νόμου ἄλλως τιμωρεῖται.

ZONAR. Qui virginem vi corrupit, si quidem jam alicui desponsam, veluti mœchus punitur : sin non desponsam, canon definit hunc habere illam debere, nec eam rejicere posse, tametsi paupercula foret, illoque fortassis indigna. Civili autem lege aliter punitur.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ βιασάμενος κόρην ἀφοριζόμενος κατεχέτω, καὶ ἄπορον αὐτὴν ὑπάρχουσαν.*

Ὁ βιασάμενος παρθένον ἀμνήστευτον, καὶ συμφθαρεὶς αὐτῇ, ἀφοριζέσθω, μὴ ἐξέστω δὲ αὐτῷ ἑτέραν λαβεῖν, ἀλλ' ἐκείνην κατέχειν ἣν ᾑρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ. Ἡ δὲ ὀγδόη διάταξις ἡ ἐν τῷ οη' κεφαλαίῳ τοῦ λζ' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν κειμένη προστάττει τὸν τοιοῦτον ῥινοκοπεῖσθαι, καὶ τὸ τρίτον τῆς οὐσίας αὐτοῦ διδόναι τῇ παρ' αὐτοῦ βιασθείσῃ καὶ φθαρείσῃ κόρῃ.

ARIST. *Qui puellæ vim attulerit, excommunicatus, habeat et eam licet pauperem.*

Qui virgini non desponsæ vim attulerit, eamque violaverit, excommunicetur, ne liceat autem ei aliam accipere, sed eam habere quam elegit, quamvis paupercula sit. Octava autem constitutio in 78 capite, 37 tit. LX lib. Basilicorum posita, statuit tali nasum esse amputandum, et tertiam partem substantiæ ejus dandam puellæ ab ipso violatæ et corruptæ.

D

ΚΑΝΩΝ ΞΗ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος δευτέραν χειροτονίαν δέξεται (3) *παρά τινος,*

CANON LXVIII.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus secundam ordinationem ab aliquo susceperit, deponatur,

Guill. Beveregii notæ.

(3) *Δευτέραν χειροτονίαν δέξεται.* Cyprianus, *Num baptismum repeti ecclesiasticæ prohibent regulæ, et semel sanctificatis nulla deinceps manus iterum consecrans præsumit accedere. Nemo sacros ordines semel datos iterum renovat.* Cyprian. *De abl. ped.*, p. 220, l. XXVII, edit. Manut. *Sicut semel baptizatus iterum baptizari non debet, sic et semel consecratus iterum consecrari non potest.* Greg. apud Gratian. distinct. 68, cap. 1. Hæc autem ita intelligenda sunt, ut is denuo ad eumdem ordinem consecrari non debeat, qui ab aliquo consecratus est, quem jus consecrandi habuisse certum est; qui

Digitized by Google

et ipse, et qui ordinavit, nisi utique constiterit quod ab hæreticis ordinationem habeat. Qui enim ab eis baptizati, vel ordinati sunt, ut fideles vel clerici sint, fieri non potest.

BALS. Is qui bis quovis modo ordinatus unum et eumdem gradum sacerdotalem suscepit, deponitur, nec ipse tantum, sed et qui sciens ipsum ordinavit. Videntur enim aut priorem ordinationem damnare, aut post defectionem a priore, fieri posteriorem, quod perfici nequit. Qui enim semel datæ sibi ordinationis gratiæ renuntiavit, non amplius potest aliquod sacerdotale munus obire. Quoniam autem ordinatio et baptisma hæreticorum neque clericos, neque fideles facit, decretum est sine periculo ordinari et baptizari eos, qui ab hæreticis ordinati sunt, aut baptizati, quod quæ facta sint ab eis perinde habeantur, ac si facta non essent.

ZONAR. Quempiam bis ordinari varie quis intelligere poterit. Aut enim tanquam despiciens eum, qui prius ordinavit, ordinationem secundam quærit : aut etiam tanquam se putans majorem Spiritus gratiam suscepturum, magisque sanctificatum iri per eum, qui secundo ordinaverit, ut fidem in eum habens : vel quia fortassis a sacerdotio defecerit, iterum velut de integro ordinatur : vel etiam propter alias forsitan causas. Quocunque autem modo hoc fecerit, et qui bis fuit ordinatus, et quisquis ordinavit eum, depositionis pœnæ subditur, nisi forte prior ordinatio facta fuisset ab hæreticis. Nec enim baptisma hæreticorum potest quempiam facere Christianum : nec ordinatio eorum efficere clericum potest. Ab hæreticis igitur ordinatos rursus ordinari, sine periculo est.

45 ARIST. *Qui bis ordinatur, simul cum ordinatore deponitur, nisi manus prior fuerit hæretica.*

Episcopus aut presbyter qui secundam ordinationem susceperit, ut visus primam detestari, simul cum ordinatore deponitur; nisi prima facta fuit ab hæretico.

CANON LXIX.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector, vel cantor, sanctam Paschæ Quadragesimam non jejunat, vel quartum diem, vel Parasceven, præterquam si propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur : si sit autem laicus, segregetur.

καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας· εἰ μή γε ἄρα συσταίη ὅτι παρὰ αἱρετικῶν ἔχει τὴν χειροτονίαν. Τοὺς γὰρ παρὰ τῶν τοιούτων βαπτισθέντας (4) ἢ χειροτονηθέντας οὔτε πιστοὺς οὔτε κληρικοὺς εἶναι δυνατόν.

ΒΑΛΣ. Ὁ καθ' οἱονδήτινα τρόπον δὶς χειροτονηθεὶς ἐπὶ τῷ αὐτῷ καὶ ἑνὶ ἱερατικῷ ἀξιώματι καθαιρεῖται, καὶ οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν εἰδήσει τοῦτον χειροτονήσας. Ἔοικασι γὰρ ἢ τῆς προτέρας χειροτονίας καταγινώσκειν, ἢ κατὰ ἀπόστασιν τῆς προτέρας γίνεσθαι τὴν δευτέραν, ὅπερ τελεσθῆναι ἀδύνατον. Ὁ γὰρ ἅπαξ παραιτησάμενος τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ χειροτονίας χάριν οὐκέτι δύναται ἱερατικόν τι ἐνεργῆσαι. Ὅτι δὲ ἡ χειροτονία καὶ τὸ βάπτισμα τῶν αἱρετικῶν, οὔτε κληρικοὺς οὔτε πιστοὺς ποιεῖ, ὡρίσθη ἀκινδύνως χειροτονεῖσθαι καὶ βαπτίζεσθαι τοὺς παρὰ τῶν αἱρετικῶν χειροτονηθέντας ἢ βαπτισθέντας, ὡς τῶν γινομένων παρὰ τούτων ἀντὶ μηδὲ γενομένων λογιζομένων.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ δίς τινα χειροτονηθῆναι διαφόρως ἄν τις νοήσῃ. Ἢ γὰρ ὡς τοῦ πρότερον αὐτὸν χειροτονήσαντος καταγινώσκων, δευτέραν χειροτονίαν ἐπιζητεῖ. Ἢ ὡς παρὰ τοῦ δεύτερον αὐτὸν χειροτονήσαντος πλείονά τινα χάριν τοῦ Πνεύματος δέξεσθαι οἰόμενος, καὶ ἁγιασθήσεσθαι, ὡς πίστιν εἰς ἐκεῖνον ἔχων· ἢ ἀποστὰς τῆς ἱερωσύνης τυχὸν, αὖθις ὡς ἐξ ἄλλης ἀρχῆς χειροτονεῖται· ἢ καὶ δι' ἑτέρας; ἴσως αἰτίας. Ὅς ἂν δὲ τοῦτο ποιήσῃ, καὶ ὁ δὶς χειροτονηθεὶς καὶ ὁ χειροτονήσας αὐτὸν καθαιρέσει ὑπόκεινται εἰ μή που ἡ προτέρα χειροτονία παρὰ αἱρετικῶν ἐγένετο. Οὔτε γὰρ βάπτισμα αἱρετικῶν δύναταί τινα ποιῆσαι Χριστιανὸν, οὔτε χειροτονία τούτων κληρικὸν ἐργάσαιτο ἄν. Τοὺς οὖν παρὰ τῶν αἱρετικῶν χειροτονηθέντας αὖθις χειροτονεῖσθαι ἀκίνδυνον.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ δισχειροτόνητος μετὰ τοῦ χειροτονοῦντος καθαιρεῖται, εἰ μὴ αἱρετικὴ χεὶρ ἡ προτέρα.*

Ὁ δευτέραν χειροτονίαν δεξάμενος ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ὡς δοκῶν τὴν πρώτην βδελύσσεσθαι, μετὰ τοῦ χειροτονοῦντος καθαιρεῖται, εἰ μὴ παρ' αἱρετικοῦ ἡ προτέρα γέγονε.

ΚΑΝΩΝ ΞΘ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα οὐ νηστεύει, ἢ Τετράδα, ἢ Παρασκευὴν, καθαιρείσθω· ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο· εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

Guill. Beveregii notæ.

autem ab illo consecratur, quem non constat jus consecrandi habuisse, iterum consecrandus est, juxta Gloss. ad Gratian. distinct. 68, cap. 2.

(4) *Βαπτισθέντας*. Hæc vox in Joan. Antiocheni collect. tit. 25 omittitur. At Balsamonem legisse, ipsius scholia palam faciunt. Legit et Josephus Ægyptius in paraphrasi Arabica, utpote qui hunc canonem sic vertit : *Qui ordinationem bis accipit, gradu suo dejiciatur, nisi manifestum fuerit, quod, qui eum primo constituit sacerdotem, hæreticus erat. Qui enim sacerdotium aut baptismum accipit ab hæreticis, nec sacerdos est, nec fidelis. Nam hæreticorum nobis sacerdotium non reputatur.* Quin etiam sequentia verba, οὔτε πιστοὺς, hanc vocem βαπτισθέντας necessario requirunt, ad quam solam referri possunt.

Digitized by Google

ΒΑΛΣ. Ὑπέξελε τὴν Τετράδα (5) καὶ τὴν Παρασκευὴν τὰς πρὸ τῆς Ἀπόκρεω, ἐν αἷς νηστεύουσιν οἱ Ἀρμένιοι διὰ τοὺς Νινευΐτας, καὶ τὰς τῆς Τυροφάγου διὰ τοὺς Τετραδίτας, καὶ τὰς τῆς Διακινησίμου· πᾶσα γὰρ ἡ ἑβδομὰς αὕτη ὡς ἡ μεγάλη Κυριακὴ λογίζεται. Ἡ τεσσαρακονθήμερος νηστεία τοῦ Πάσχα πρῶτα μὲν παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Κυρίου, νηστεύσαντος ἐπὶ τοσαυταρίθμοις ἡμέραις, εἶτα καὶ διὰ τοῦ παρόντος κανόνος ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Φησὶ γάρ, εἴ τις πιστὸς οὐ νηστεύει κατὰ τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα καὶ κατὰ πᾶσαν Τετράδα καὶ Παρασκευὴν (καὶ ἐν ταύταις γὰρ παρομοίως τῇ ἁγίᾳ Τεσσαρακοστῇ ξηροφαγεῖν ὡρίσθημεν, ἄνευ ὧν εἰρήκαμεν τὰς πρὸ τῆς Ἀπόκρεω, ἐν αἷς νηστεύουσιν οἱ Ἀρμένιοι, καὶ τὰς τῆς Τυροφάγου καὶ τῆς Διακινησίμου), εἰ μέν ἐστι κληρικὸς, καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Ὑπέξελέ μοι τοὺς νοσοῦντας· οὗτοι γὰρ καταλύσαντες διὰ ἰχθύων, συγγνωσθήσονται. Διὰ κρέατος γὰρ οὐ καταλύσει τις καθ' οἱανδήτινα Τετράδα καὶ Παρα-

BALS. Excipe feriam quartam et sextam quæ sunt ante apocreon sive carnisprivium, quibus jejunant Armenii propter Ninevitas; item feriam quartam et sextam tyrophagi propter Tetraditas, ut et Diacinesimi; tota enim illa hebdomas tanquam magna Dominica reputatur. Quadragesimalo Paschæ jejunium, primum quidem a Domino traditum est, qui tot diebus jejunavit. Deinde per præsentem canonem a sanctis apostolis. Dicit enim, si quis fidelis non jejunat in sancta Quadragesima Paschæ, et in omni quarto die, et Parasceve (nam et in iis similiter ac in Quadragesima aridis vesci jussi sumus, exceptis iis de quibus locuti sumus, nempe feria quarta et sexta ante carnisprivium, quibus jejunant Armenii, item tyrophagi et Diacinesimi) si est quidem clericus, deponatur: si verolaicus, segregetur. Excipe mihi eos qui ægrotant. Hi enim si per pisces jejunium non solvant, eis venia datur. Per carnem autem non solvet quis quemcunque quartum diem, et Parasceven (ex-

Guill. Beveregii notæ.

(5) *Ὑπέξελε τὴν τετράδα.* Hæc usque ad Κυριακὴ λογίζεται inclusive ex ms. Bodleiano restituimus: ut et ea, quæ nonnullis interjectis sequuntur, viz. ἄνευ ὧν εἰρήκαμεν, usque ad καὶ τῆς διακινησίμου. Porro hic tres quotannis excipiuntur septimanæ, quibus feriæ quartæ et sextæ jejunia præ-termittere licet, vel potius, quibus jejunare Græcis non licet. Dictæ tres septimanæ sunt, primo quæ Apocreon præcedit, deinde quæ τυροφάγος, et tertio quæ διακινήσιμος appellatur. Primo autem, Græcorum κυριακὴ ἀπόκρεως nostræ Dominicæ Sexagesimæ respondet. Septimana, quæ dictam Dominicam antecedit, ἑβδομὰς τῆς ἀπόκρεω nuncupatur. Hebdomadis igitur, quæ hanc præcedit, et προσφωνήσιμος dicitur, feria quarta et sexta non jejunandum esse, Balsamon hic tradit, idque propterea, quod Armenii tunc temporis propter Ninevitas jejunant. Alii autem tradunt, Armenios dictam hebdomadem προσφωνήσιμον, sive προφωνήσιμον (ut nonnunquam scribitur), jejuniis deputasse propter Artziburium: (unde et ipsa hebdomadas Ἀρτζιβούριος etiam appellatur) nimirum Sergius Armeniorum hæreseos auctor canem habuit Ἀρτζιβούριον vocatum, quem a feris devoratum Armenii cum Sergio lugebant, διὰ τοῦτο καὶ νηστείαν τῷ πένθει προσέθηκαν, ut in typico Sabæ traditur: ubi etiam aliæ hujus jejunii causæ commemorantur, inter quas et hæc a Balsamone tradita, nimirum propter Ninevitas, recensetur. At idem Balsamon in responsis ad Marcum Alexandrinum, Armenios hebdomadem πρὸ τῆς ἀπόκρεως propter Ninevitas, et δωδεκαήμερον propter Artziburium, jejunasse scribit, ὅτι καὶ τὸ δωδεκαήμερον νηστεύουσιν οἱ Ἀρμένιοι διὰ τὸν Ἀρτζιβούριον, Bals. ad interrog. 52. Ut ut est, cum Armenii hæretici ludicrum hoc et ridiculum hebdomadæ πρὸ τῆς ἀπόκρεως instituissent jejunium Græcis orthodoxis visum est, nec quarta nec sexta ejusdem septimanæ feria jejunare, ne cum Armeniis consentire viderentur. De his jejuniis a Græcis prætermissis, sic Nicolaus patriarcha ad Anastasium abbatem scribit,

Τὴν ἑβδομάδα οὖν λαλῶ πρὸ τῆς ἀποκρεου,
Ἣν καὶ ἐπονομάζομεν τὴν τοῦ Ἀρτζιβουρίου,
Οἱ πλεῖστοι ἔθος ἔλαβον ἀδεῶς καταλύειν,
Τετράδα καὶ παρασκευὴν, οἱ κοσμικοὶ τὸ κρέας,
Ὡσαύτως καὶ οἱ μοναχοὶ τυροῦ μεταλαμβάνειν,
Καλῶς νοοῦντες, ἀληθῶς καὶ πράττοντες ὁμοίως,
Εἰ μὲν φυλῆς κατάγονται ἐκ τῆς τῶν Ἀρμενίων,
Καὶ εἶχον καὶ τὴν αἵρεσιν τοῦ Ἀρτζιβουρίου,
Καλῶς ποιοῦσι λύοντες ἅπασαν ὑποψίαν·
Εἰ δὲ πιστοὶ ὀρθόδοξοί εἰσι καὶ ἐκ προγόνων
Εἰς μάτην προφασίζονται λύοντες τὴν νηστείαν.

Proxima hebdomas, cujus quarta sextaque feriæ jejuniis hic eximuntur, est ἡ τῆς τυροφάγου. At Dominica τῆς τυροφάγου eadem est ac nostra Quinquagesima, ac proinde septimana præcedens, quæ ab ea ἑβδομὰς τῆς τυροφάγου denominatur, hic intelligenda est. Hujus enim hebdomadis quarta et sexta feria non jejunant. Nicephorus quidem patriarcha, qui et ὁμολογητὴς dicitur, monachis solis, non item aliis istis diebus jejunare præcepit: et ipsis quoque monachis post Missam præsanctificatam, caseum et ova comedere permisit, ὅτι δεῖ, inquit, νηστεύειν τοὺς μοναχοὺς τῇ Τετράδι τῆς τυροφάγου, καὶ τῇ Παρασκευῇ, καὶ μετὰ τὴν τῶν προηγιασμένων ἀπόλυσιν ἐσθίειν τυρὸν καὶ ὠά. Ἀνατρέπει δὲ ὁ κανὼν οὗτος τοῦ Ἰακώβου τὸ δόγμα καὶ τὴν τῶν τετραδιτῶν αἵρεσιν. Exstat hic Nicephori canon in Juris Græco-Romani l. III, ubi pro καὶ ὠὰ legitur, ὅπως ἂν εὑρεθῶσιν. Sed Anastasius Cæsariensis canonem hunc citans καὶ ὠὰ legit: quæ etiam verior haud dubie est lectio. Joannes Leunclavius loco citato τῆς τυροφάγου *Septuagesimæ* male vertit, pro *Quinquagesimæ*. Nam Dominica Septuagesimæ Græcis κυριακὴ τοῦ ἀσώτου vocatur. Ultima hebdomas, cujus hic fit mentio, est διακινήσιμος vel ut nonnunquam scribitur, διακαινήσιμος et διακαινίσιμος. Sic vocatur tota illa septimana, quæ festum Paschatis sequitur. Hujus autem quartam sextamque ferias jejuniis exceptas esse, typicum quoque docet, ἐξαιροῦνται δὲ τῶν νησίμων αἵ τε τετράδες καὶ παρασκευαὶ, αἵ τε δηλαδὴ τῆς διακαινησίμου. At quare hac quoque septimana non sit jejunandum? Respondet Balsamon hoc loco, propterea quod tota hæc septimana ὡς μεγάλη Κυριακὴ, hoc est, *tanquam magna dies Paschatis*, reputatur. Consentit typicum, Ἡ μὲν διακαινησίμου πᾶσα, ὡς μία ἡμέρα λογίζεται, ἡ ὡς αὕτη ἡ μεγάλη Κυριακή. Et ipse rursus Balsamon in responsis ad Marcum Alexandrinum, κατὰ δὲ τὴν ἑβδομάδα τῆς διακινησίμου ἀκινδύνως κρεωφαγήσομεν κατὰ τὴν αὐτῆς τετράδα καὶ παρασκευὴν· ὡς μία γὰρ λογίζεται κυριώνυμος τὸ ἑπταήμερον τοῦτο διάστημα. Bals. ad Marc. interrog. 52.

Digitized by Google

ceptis iis de quibus verba ante fecimus) etiamsi extremum spiritum agat. Similiter excipe mihi et ex Quadragesima, Sabbata, et dies Dominicos. Nam et in his etiam jejunium solvimus, ut vult apostolicus canon 66. Nota et ex hoc præsenti canone proprie unum esse jejunium quadragesimale Paschæ. Si enim essent et alia, eorum canon quoque meminisset. Sed et si in aliis jejunii diebus, scilicet sanctorum apostolorum, Dormitionis sanctissimæ Deiparæ, et Natalis Christi, jejunaverimus, pudore non afficiemur. Lege et quæ a nobis scripta sunt in tertiam interrogationem responsionum synodalium factarum in diebus patriarchæ domini Nicolai.

A σκευὴν, ἄνευ ὧν εἰρήκαμεν ἔμπροσθεν, κἂν τὰ λοίσθια πνέῃ. Ὡσαύτως ὑπέξελέ μοι καὶ ἀπὸ τῆς Τεσσαρακονθημέρου τὰ Σάββατα καὶ τὰς Κυριακάς. Καταλύομεν γὰρ ὁμοίως καὶ εἰς ταύτας κατὰ τὸν ξς' ἀποστολικὸν κανόνα. Σημείωσαι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι κυρίως μία ἐστὶν νηστεία ἡ Τεσσαρακονθήμερος ἡ τοῦ Πάσχα· εἰ γὰρ ἦσαν καὶ ἄλλαι, ἐμνήσθη ἂν καὶ τούτων ὁ κανὼν, πλὴν καὶ κατὰ τὰς ἄλλας νηστίμους, ἤγουν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ τῆς Κοιμήσεως τῆς ἁγίας Θεοτόκου, καὶ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ, νηστεύοντες, οὐκ αἰσχυνόμεθα. Ἀνάγνωσον καὶ τὰ (6) παρ' ἡμῶν γραφέντα εἰς τὴν γ' ἐρώτησιν τῶν γενομένων συνοδικῶν ἀποκρίσεων ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ πατριάρχου κυροῦ Νικολάου.

ZONAR. Omni modo canon requirit, ut fideles agant in jejunio sanctam Paschæ Quadragesimam, et uniuscujusque cæterarum hebdomadarum diem quartum, atque Parasceven : nisi quis ob imbecillitatem corporis jejunare non possit. Nam jejunium fuit introductum, ad humiliationem carnis. Quod si caro morbo, vel aliqua alia infirmitate laboret, illa ex jejunio humiliatio non est necessaria. Hunc autem canonem non observantes, consecratos quidem deponi canon jubet, laicos autem excommunicari. Notandum igitur quod eodem in ordine canon ponit, sanctam Paschæ Quadragesimam, et quartam feriam, et Parasceven.

B ΖΩΝΑΡ. Ἐκ παντὸς τρόπου ὁ κανὼν ἀπαιτεῖ τοὺς πιστοὺς τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα, καὶ Τετράδα καὶ Παρασκευὴν ἑκάστης τῶν ἄλλων ἑβδομάδων ἐν νηστείᾳ διάγειν, εἰ μή τις διὰ σωματικὴν ἀσθένειαν νηστεύειν οὐ δύναται· ἡ γὰρ νηστεία διὰ ταπείνωσιν ἐπινενόηται τῆς σαρκός. Εἰ δ' ἐκ νόσου ἢ ἀσθενείας ἄλλης τινὸς καταπονοῖτο ἡ σὰρξ, ἡ ἐκ τῆς νηστείας ταπείνωσις ἐκείνη οὐκ ἀναγκαία. Τοὺς δὲ μὴ τὸν κανόνα τοῦτον φυλάττοντας ἱερωμένους μὲν καθαιρεῖσθαι προστάττει ὁ κανὼν, λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι. Σημειωτέον οὖν ὅτι ἐν ἴσῃ τάξει τίθησιν ὁ κανὼν τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα, καὶ Τετράδα καὶ Παρασκευήν.

ARIST. *Clericum non jejunantem Quadragesimam, vel quartum diem, vel Parasceven depones, laicum autem excommunicabis, nisi per infirmitatem impeditur.* Perspicuus.

C ΑΡΙΣΤ. *Τὸν μὴ νηστεύοντα τὴν Τεσσαρακοστὴν ἢ Τετράδα καὶ Παρασκευὴν κληρικὸν καθαιρήσεις, τὸν δὲ λαϊκὸν ἀφορίσεις, εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν ἐμποδίζεται.* Σαφής.

46 CANON LXX.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, jejunat cum Judæis, vel cum ipsis festos dies agit, vel ab ipsis festi xenia accipit (ut verbi gratia azyma, aut quid tale) deponatur. Si vero sit laicus, segregetur.

ΚΑΝΩΝ Ο'

Εἴ τις ἐπίσκοπος (7), *ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν, νηστεύει μετὰ Ἰουδαίων, ἢ ἑορτάζει μετὰ αὐτῶν ἢ δέχεται, παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια* (8) *(οἷον, ἄζυμα ἤ τι τοιοῦτον), καθαιρείσθω. Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.*

BALS. Cum præcepissent per alios canones apostoli, quid fieri debeat in eos qui cum hæreticis precantur aut cum excommunicatis, jam decernunt, aut qui cum Judæis jejunant, aut azyma festivitatum ipsorum recipiunt, aut aliud ejusmodi aliquod munus, si quidem clerici sint, deponi, sin laici, excommunicari : ne dixeris autem eos judaizare, tanquam idem cum Judæis sentiant : omnino enim non depositioni vel segregationi solum subji-

D ΒΑΛΣ. Ὑροθετήσαντες οἱ ἀπόστολοι διὰ ἑτέρων κανόνων τί ὀφείλει γίνεσθαι εἰς τοὺς συνευχομένους μετὰ αἱρετικῶν ἢ ἀφωρισμένων, ἄρτι παρακελεύονται τοὺς μετὰ Ἰουδαίων νηστεύοντας ἢ δεχομένους τὰ τῶν ἑορτῶν αὐτῶν ἄζυμα, ἢ ἕτερον ξένιον, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζεσθαι. Μὴ εἴπῃς δὲ τούτους ἰουδαΐζειν, ὡς καὶ ταῖς Ἰουδαίοις ὁμόφρονας ὄντας· πάντως γὰρ οὐ καθαιρέσει μόνῃ ἢ ἀφορισμῷ καθυποβληθήσονται, ἀλλὰ

Guill. Beveregii notæ.

(6) *Ἀνάγνωσον καὶ τά.* Hæc usque ad finem interpretationis ex ms. Bodleiano nunc primum edimus. Exstant autem, quæ hic Balsamone commemorantur, ad calcem scholiorum ipsius in Nomocanonem Photii in editione Gentiani Herveti.

(7) *Εἴ τις ἐπίσκοπος.* Joannes Antiochenus hunc canonem sic legit, Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς νηστεύει μετὰ Ἰουδαίων, ἢ συνεορτάζει μετ' αὐτῶν, ἢ δέχεται αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷα ἄζυμα ἢ τοιοῦτον, καθαιρείσθω· εἰ λαϊκὸς, ἀφορίζέσθω. Joan. Antioch. collect. can. tit. 37.

(8) *Τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια.* Cum solemne Purim celebrarent Judæi, sibi invicem partes de convivio mittere solebant (*Esth.* ix, 19.) Et sic in aliis quoque festivitatibus, Christianos olim inter Judæos versantes, hujusmodi ab iis portiones accipere non puduit. De hoc Ecclesiæ primitivæ præsules certiores facti, hoc canone id interdicunt : et pœnas ab accipientibus exigunt, idque ne Christiani cum Judæis jejunia vel festa peragere viderentur.

Digitized by Google

καὶ παντελεῖ ἀκοινωνησίᾳ, καθὼς καὶ ὁ κθ' κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου παρακελεύεται. Ἀλλ' εἰπὲ τούτους ὀρθοδόξους μὲν εἶναι, καταφρονητὰς δὲ τῶν ἐκκλησιαστικῶν παραδόσεων, καὶ ἀδιαφόρως ζῶντας· κἀντεῦθεν μετριωτέρως αὐτοὺς ὡς σκανδαλοποιοὺς κολάζεσθαι. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, τἀναντία τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς ἄλλοις αἱρετικοῖς φρονοῦντες καὶ πράττοντες, καταλύομεν ἀνενδοιάστως, ὅταν ἐκεῖνοι νηστεύωσι, τυχὸν διὰ τὴν κατὰ τῆς Νινευῒ ἀπειλήν, ἢ καὶ δι' ἑτέρας αἰτίας δοκούσας αὐτοῖς· ἀπὸ μέντοι τοῦ καθαιρεῖσθαι καὶ ἀφορίζεσθαι τοὺς λαμβάνοντας ἐξ Ἰουδαίων τὰ τῆς ἑορτῆς αὐτῶν ξένια, τὰ ἄζυμα δηλαδὴ, καὶ τὰ λοιπὰ, λέγουσιν οἱ πολλοὶ ἁλίσκεσθαι τοὺς ποιουμένους διὰ ἀζύμων τὴν μυστικὴν θυσίαν. Εἰ γὰρ τὸ ἁπλῶς, φησὶ, φαγεῖν ἄζυμα Ἰουδαϊκῆς καθαίρεσιν ἐπάγει καὶ ἀφορισμὸν, τὸ μεταλαμβάνειν αὐτῶν, ὡς Κυριακοῦ σώματος, καὶ παρομοίως ἐκείνοις διὰ τούτων τὸ Πάσχα ποιεῖν, ποίαν οὐχ ἕξει κατάγνωσιν καὶ κόλασιν ; Σημείωσαι οὖν τοιοῦτον κανόνα, καὶ ζήτει τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα ξ'.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ ὁ ἀκοινωνήτῳ συνευξάμενος ἢ καθηρημένῳ, διὰ τοὺς ἤδη γεγραμμένους κανόνας ὑπὸ ἐπιτίμιον ἐστὶν, ὁ μετὰ Ἰουδαίων ἑορτάζων, ἢ συννηστεύων αὐτοῖς, ἢ μερίδας τινὰς ἑορτῆς αὐτῶν ἐξ ἐκείνων δεχόμενος (ἀνθρώπων οὐκ ἀφωρισμένων, οὐδὲ ἀκοινωνήτων, ἀλλὰ Χριστοκτόνων, καὶ πόρρω τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, ἢ μᾶλλον καταράτων) πῶς οὐκ ἂν εἴη ἄξιος, ἱερωμένος ὤν, καθαιρέσεως, ἢ λαϊκὸς ὤν, ἀφορισμοῦ; Κἂν γὰρ μὴ τὰ ἐκείνων φρονῇ, ἀλλά γε πολλοῖς σκανδάλου δίδωσιν ἀφορμὴν καὶ ὑπόνοιαν καθ' ἑαυτοῦ ὡς τὰς Ἰουδαϊκὰς τιμῶν τελετάς. Ἅμα δὲ καὶ μιαίνεσθαι πιστεύεται τῇ ἐκείνων συναναστροφῇ· πρὸς οὓς ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου καὶ πρὸ τῆς Χριστοκτονίας εὑρίσκεται εἰρηκώς· *Νηστείαν, καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου.* Καὶ ὁ κθ' τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κανὼν Χριστιανὸν ἐν Σαββάτῳ μὴ σχολάζειν ὁρίζει. Οἱ δὲ Ἰουδαΐσται ἀνάθεμα ἔστωσαν, φησί. Καὶ ὁ ξ' κανὼν τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κωλύει τὸ συνεορτάζειν καὶ συμποσιάζειν Ἕλλησι.

ΚΑΝΩΝ ΟΑ'.

Εἴ τις Χριστιανὸς ἔλαιον ἀπενέγκοι εἰς ἱερὸν ἐθνῶν, ἢ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅπτει, ἀφοριζέσθω.

ΒΑΛΣ. Διαφόρως εἴρηται ὅτι οὐδεμία κοινωνία πιστῷ μετὰ ἀπίστου· ὅθεν καὶ ὁ παρὼν κανὼν ἀφορίζεσθαί φησι τὸν Χριστιανὸν τὸν μετὰ οἱουδήτινος ἀπίστου συνεορτάζοντα, ἢ ἔλαιον ἢ λύχνον ἀνάπτοντα εἰς ψευδοτελετὴν αὐτοῦ, διὰ τὸ λογίζεσθαι τοῦτον τοῖς ἀπίστοις ὁμόφρονα. Καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ παρόντος ἐλαφρότερον ὁ τοιοῦτος κολάζεται, ἐξ ἑτέρων δὲ μεγάλως τιμωρεῖται.

ΖΩΝΑΡ. Ὡς γὰρ τιμῶν τὰ τῶν Ἰουδαίων, ἢ ἐθνικῶν, τὴν τοῦ ἐλαίου ποιεῖται προσαγωγὴν, καὶ τὴν λυχναψίαν· εἰ δὲ τιμᾷ τὰ ἐκείνων ὄργια, καὶ τὰ αὐτὰ ἐκείνοις φρονεῖν λογισθήσεται.

[28] Amos v, 28. [29] II Cor. vi, 15.

cientur, sed etiam absolutæ et omni ex parte perfectæ excommunicationi, uti etiam jubet 29 canon Laodic. syn. Sed dic hos quidem recte sentire et orthodoxos esse, sed ecclesiasticarum traditionum contemptores, et indiscriminatim viventes : et ideo ipsos mitius, ut qui offendiculum generent, puniri. Propterea namque et nos qui Judæis aliisque hæreticis contraria et sentimus et agimus, solvimus citra dubitationem, quando illi jejunant, forte propter minas Ninives, vel alias quæ eis videntur causas. Ac ex hoc quidem quod deponuntur vel segregantur ii qui a Judæis festorum ipsorum xenia accipiunt, azyma et cætera, dicunt multi eos argui qui per azyma mysticum sacrificium faciunt. Si enim simpliciter azymum comesse Judaici festi, depositionem et segregationem inducit, eorum tanquam Dominici corporis esse participes, et similiter ac illi Pascha facere, quam non habebit condemnationem et animadversionem? Nota ergo hunc canonem, et quære Carthaginen. synodi canonem 60.

ZONAR. Si qui simul orat cum excommunicato, vel deposito, per jam scriptos canones, pœnæ reus est, cum Judæis agens festum vel cum ipsis jejunans, vel aliquas eorumdem festi partes ab illis accipiens (hominibus non separatis et excommunicatis, sed Christi occisoribus et procul exclusis a fidelium cœtu vel potius maledictis), quomodo non etiam dignus fuerit, sacratus quidem, depositione, vel laicus, excommunicatione? Nam tametsi non sentiat, quod illi : multis tamen occasionem scandali præbet, in seque ipsum suspicionem, quasi Judaicos habeat in honore ritus, simul et illorum conversatione contaminari creditur : ad quos Deus per prophetam, prius etiam quam Christum trucidassent, invenitur dixisse, Jejunium, et ferias, et festivitates vestras odit anima mea[28]. Vicesimus autem nonus in Laodicea synodi canon definit Christianos in Sabbatis ab operibus suis non debere vacare. Judaistæ vero sint anathema, dicit. Et sexagesimus in Carthagine synodi canon prohibet agere festa, convivarique cum gentilibus.

CANON LXXI.

Si quis Christianus oleum deferat in templum gentium, vel in synagogam Judæorum, in eorum festis, vel lucernam accendit, segregetur.

BALS. Alio modo dictum est nullam esse societatem fideli cum infideli[29], unde et præsens canon segregari dicit Christianum qui cum infideli quovis festa celebret, vel oleum aut lucernam ad ejus falsa sacrificia accendat, eo quod iste cum infidelibus consentire censeatur. Atque ex hoc quidem canone levius castigatur talis, ex aliis autem graviter punitur.

47 ZONAR. Nam velut honorans ea, quæ Judæorum sunt, aut gentilium, oleum offert, et lampadem accendit. Quod si defert illorum festis honorem, jam eadem, quæ et illi, sentire censebitur.

Digitized by Google

ARIST. CAN. LXX. *Laicum Judaizantem aut gentilia sapientem excommunicabis.*

CAN. LXXI. *Clericum autem depones.*

Qui quæ Judæorum sunt sapit, aut cum iis jejunat vel festum agit, si clericus quidem sit, deponitur, si laicus autem, excommunicatur.

CANON LXII.

Si quis clericus vel laicus a sancta Ecclesia ceram vel oleum auferat, segregetur.

BALS. Segregari dicit canon fidelem omnem, qui ab ecclesia ceram vel oleum abstulerit. Auferre autem, ne de furto intelligas (qui enim ceram aut oleum ecclesiasticum hoc consilio furatur, ut sacrilegus punitur), sed hic puniri dicas eum qui quovis modo auferat, et quod Deo dicatum est, commune faciat, sive imperii dominium in tempo habeat, sive ejus sit minister.

ARIST. *Excommunicatur qui ceram aut oleum ecclesiæ aufert, illudque cum quintuplo persolvet.*

Latitudo canonum non vult quintuplicatum reddi ablatum, sed illum ipsum quod aufertur et illius sesquiquintum.

CANON LXXIII.

Vas aureum, vel argenteum, vel velum sanctificatum nemo amplius in suum usum convertat : hoc fit enim præter jus et contra leges. Si quis autem deprehensus fuerit, multetur segregatione.

A ΑΡΙΣΤ. ΚΑΝ. Ο'. *Λαϊκὸν ἀφορίσεις* (9) *Ἰουδαΐζοντα ἢ τὰ τῶν ἐθνῶν φρονοῦντα.*

ΚΑΝ. ΟΑ'. *Τὸν δὲ κληρικὸν καθαιρήσεις.*

Ὁ τὰ Ἰουδαίων φρονῶν, καὶ μετ' αὐτῶν συννηστεύων, ἢ ἑορτάζων, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρεῖται, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεται.

ΚΑΝΩΝ ΟΒ'.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαικὸς ἀπὸ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας ἀφέληται κηρὸν ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω (10)

B ΒΑΛΣ. Ἀφορίζεσθαί φησιν ὁ κανὼν πάντα πιστὸν ἀφελόμενον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας κηρὸν ἢ ἔλαιον. Τὸ ἀφελέσθαι δὲ μὴ νοήσῃς ἐπὶ κλοπῆς· ὁ γὰρ διαθέσει τοιαύτῃ κηρὸν ἢ ἔλαιον ἐκκλησιαστικὸν ἀφελόμενος ὡς ἱερόσυλος κολασθήσεται· ἀλλ' εἰπὲ κολάζεσθαι ἐνταῦθα τὸ ἁπλῶς ἀφελέσθαι, καὶ κοινῶσαί τινα τὸ προσενεχθὲν τῷ Θεῷ, κἂν κυριαρχικὸν δίκαιον ἔχῃ ἐπὶ τῷ ναῷ κἂν διακονητὴς αὐτοῦ ἐστι.

ΑΡΙΣΤ. *Ἀφορίζεται ὁ κηρὸν ἢ ἔλαιον τῆς ἐκκλησίας συλῶν· μετὰ τοῦ πενταπλοῦ τοῦτο κατατιθέναι.*

Τὸ πλάτος τῶν κανόνων οὐ πενταπλοῦν βούλεται (11) ἀποδίδοσθαι τὸ ἀποσυλώμενον, ἀλλ' αὐτό τε ἀποσυληθὲν καὶ τὸ τούτου ἐπίπεμπτον.

ΚΑΝΩΝ ΟΓ'.

Σκεῦος χρυσοῦν (12) *ἢ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν, ἢ ὀθόνην, μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετερίζέσθω· παράνομον γάρ· εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.*

Guill. Beveregii notæ.

(9) *Λαϊκὸν ἀφορίσεις.* In Aristeni epitome a Justello edita nihil de iis, qui gentilia sapiunt, exprimitur, nec quidquam aliud loco canonis 70 et 71 occurrit quam, Λαϊκὸν ἀφορίσεις τὸν Ἰουδαΐζοντα· τὸν δὲ κληρικὸν καθαιρήσεις.

(10) *Ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω.* Post ista verba in Joan. Antiocheni collectione tit. 46, hæc adduntur, καὶ τὸ ἐπίπεμπτον προστιθέτω μεθ' οὗ ἔλαβεν. Quæ etiam in Gracis Balsamonis codicibus antehac editis leguntur. Legit et Aristenus, ut tam ex epitome, quam interpretatione ipsius patet; uti et Josephus Ægyptius in paraphrasi Arabica qui hunc canonem sic interpretatur : *Quicunque sacerdos aut laicus oleum vel ceram ex Ecclesia furtim acceperit, expellatur Ecclesia; vel loco ejus rei, quam accepit, quintuplum restituat, et puniatur insuper, prout præfecto ipsius visum fuerit, et eum recipiat : sin contradixerit, eadem pœna multetur, et prorsus excommunicetur.* At in codice Bodleiano quem nunc edimus, hæc verba non habentur; uti nec in Harmenopuli canonum epitome sect. 3, tit. 2 omittuntur et in Latina Gentiani Herveti translatione : et quod præcipuum est, nec Balsamon in hujus, ut nec Zonaras in proximi canonis (quo hunc etiam tractat) interpretatione, horum verborum meminit; et idcirco nec eos in suis codicibus ista legisse non immerito suspicemur.

(11) *Οὐ πενταπλοῦν βούλεται.* Ad finem integri præsentis canonis, ut ante observatum est, in nonnullis codicibus additur, καὶ τὸ ἐπίπεμπτον προστιθέτω μεθ' οὗ ἔλαβεν. Qui epitomen canonis fecit, ἐπίπεμπτον per πενταπλοῦν interpretatus est, ut et Josephus Ægyptius per *quintuplum*, sic enim et חמש LXX πενταπλασίως, Arabice vertitur, Gen. XLIII, 34, quomodo et Avicenna ait, *loco ejus* (viz. opii) *triplum seminis hyoscyami usurpatur.* Avicen. p. 133. Verum recte hic notat Aristenus, ἐπίπεμπτον non tantumdem esse ac πενταπλοῦν, nec canonem velle πενταπλοῦν ἀποδίδοσθαι, sed αὐτὸ τὸ ἀποσυληθὲν, *illud ipsum quod aufertur*, et insuper τούτου ἐπίπεμπτον. Quid autem per ἐπίπεμπτον intelligendum sit, ex Macrobii definitione τοῦ ἐπιτρίτου (nam eadem est utriusque ratio) optime dignoscamus, *et est* ἐπίτριτος inquit, *cum de duobus numeris major habet totum minorem, et insuper ejus tertiam partem; ut sunt quatuor ad tria; nam in quatuor sunt tria, et tertia pars trium, id est unum; et is numerus vocatur* ἐπίτριτος, *deque eo nascitur symphonia, quæ appellatur* διὰ τεσσάρων. Macrob. in *Somn. Scipion.* l. II, c. 1. Eadem itaque ratione ἐπίπεμπτον hoc in loco *sesquiquintum*, hoc est, semel rei ablatæ pretium et quintam insuper ipsius partem continet; adeo ut canon latissimo sensu τὸ πενταπλοῦν non exigat, quemadmodum Aristenus recte monet.

(12) *Σκεῦος χρυσοῦν.* Basilica, ὁ δὲ πεκουλάτους κινεῖται κατὰ τοῦ ὑφελομένου ἐκ τῶν ἱερῶν ἢ μνημείων ἢ δημοσίων χρημάτων ἢ στρέψαντος εἰς ἰδίας χρείας. Basil. l. 60, tit. 45, cap. 2, τῷ δὲ πεκουλάτους ὑπόκειται καὶ ὁ ἱερὰ ἢ ἐκ μνημείων χρήματα λαμβάνων, ἢ τὸ ζωρηθὲν τῷ Θεῷ, ibid. cap. 5. Joannes Antiochenus ex prima constitutione tit. 29, IX libri codicis, Κἴ τε ἀγνοῶν τις ἱερὰ πράγματα, εἴ τε εἰδὼς καὶ περιφρονῶν ὑποκλέψει αὐτὰ, ὡς ἱερόσυλος τιμωρεῖσθω. Joan. Antioch. Nomocan. tit. 46, Egbertus archiepiscopus Eboracensis : *Si quis episcoporum, vel presbyterorum, vel ministrorum ex rebus Ecclesiæ, quæ in quibuscunque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, et male rapta cum confusione restituet, et excommunicationis annuæ sententiam subibit.* Egbert. in excerpt. can. 71, vide et Alexii Comneni Novellam περὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ περὶ τοῦ μὴ ἄλλοτε ποτὲ ταῦτα κοινωθῆναι, in Juris Græco-Rom. l. II, p. 124.

Digitized by Google

ΒΑΛΣ. Τὰ αὐτὰ τῷ οβ' κανόνι καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται χάριν τοῦ μὴ κοινοῦσθαι τὰ τῷ Θεῷ προσαγόμενα καὶ ναοῖς ἀφιερούμενα· οἱαδήτινα σκεύη καὶ ἔπιπλα. Τῷ γὰρ ὀνόματι τῆς ὀθόνης πᾶν ὕφασμα δηλοῦται. Ὁ Ἄχαρ δὲ ἐκεῖνος ἰδιωσάμενος γλῶτταν χρυσῆν ἀπὸ τῶν ἐπαγγελθέντων τῷ Θεῷ χρυσῶν λαφύρων, καὶ μήπω ἀφιερωθέντων, ἐλιθοβολήθη παγγενῆ. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ι' κανόνα τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων α' καὶ β' συνόδου.

A

ΖΩΝΑΡ. Τὰ τῷ Θεῷ ἀφορισθέντα κοινοῦσθαι οὐ χρή. Ἡγίασται γάρ, κἂν σκεῦος ᾖ οἱονδήτι, κἂν ὕφασμα· διὰ γὰρ τῆς ὀθόνης ἐδήλωσεν ἅπαν ὕφασμα, κἂν ἔλαιον εἴη, κἂν κηρός. Ἡ γὰρ πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ ναὸν προσαγωγὴ τούτων ἁγιάζει αὐτά. Οὐ χρὴ οὖν οὔτε κηρὸν, οὔτε ἔλαιον ἀφαιρεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας, οὔτε τι σκεῦος, ἀλλ' οὐδὲ ὕφασμα ἀνατεθὲν τῷ Θεῷ, καὶ εἰς οἰκείαν χρῆσίν τινα λαμβάνειν αὐτά. Ἀφορισμῷ γὰρ τοῦτο ὑπόκειται. Ὁ δὲ Ἄχαρ οὐδὲ προσαχθέντα, καὶ ἁγιασθέντα ὤφειλετο τῷ Θεῷ, ἀλλὰ μόνον ἐπαγγελθέντα· καὶ ὅμως ἔδωκε δίκην παγγενῆ λιθοβοληθείς.

B

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἱερὰ σκεύη εἰς χρῆσιν σφετεριζόμενος, ἀφορίζεται.*

Ὁ εἰς χρῆσιν οἰκείαν τὰ ἱερὰ οἰκειούμενος, σκεῦος ἢ ὀθόνην, ἁγιασθέντα, ὡς παρανομῶν ἀφορισθήσεται.

BALS. Eadem quæ can. 72. præsens etiam canon decernit, quæcunque Deo fuerunt dedicata, et templis consecrata, non fieri communia et profana; qualia sunt vasa et supellex. Veli enim nomine, quidquid est textile, significatur. Achaz autem ille, cum linguam auream ex aureis spoliis Deo quidem votis ac promissis, sed nondum consecratis, sibi ut propriam attribuisset, generatim ab omnibus, lapidibus obrutus est. Lege et can. 1 et 2 synodi quæ fuit in templo SS. Apostolorum.

ZONAR. Ea quæ Deo separata sunt, usu communi pollui non oportet. Sunt enim sanctificata, seu vas aliquod tale sit, seu pannus. (Nam per velum significat omne textum) sive sit oleum, sive cera. In Dei nempe templo facta hujuscemodi rerum oblatio sanctificat eas. Auferri non oportet igitur ab ecclesia, nec ceram, nec oleum, nec vas aliquod sed neque pannum, qui Deo sit oblatus, et ista sumere in aliquem privatum usum. Propter hoc enim subjicinntur excommunicationi. Certe Achaz nec oblata Deo, nec sanctificata subtraxit, sed solum promissa. Nihilominus pœnas dedit ab universo populo lapidibus obrutus.

ARIST. *Qui sacra vasa in usum proprium transfert, excommunicatur*

Qui in proprium usum sacra vertit, vas aut linteum, sanctificata; ut legem transgrediens, excommunicabitur.

ΚΑΝΩΝ ΟΔ'.

Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί τινι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνθρώπων καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων· κἂν μὲν ἀπαντήσῃ, καὶ ὁμολογήσῃ, ἢ ἐλεγχθείη, ὁρίζεσθαι τὸ ἐπιτίμιον. Ἐὰν δὲ καλούμενος μὴ ὑπακούσῃ, καλείσθω καὶ δεύτερον, ἀποστελλομένων ἐπ' αὐτὸν δύο ἐπισκόπων. Ἐὰν δὲ καὶ οὕτω μὴ ὑπακούσῃ, καλείσθω καὶ τρίτον δύο πάλιν ἐπισκόπων ἀποστελλομένων πρὸς αὐτόν. Ἐὰν δὲ καὶ οὕτως καταφρονήσας μὴ ἀπαντήσῃ, ἡ σύνοδος ἀποφαινέσθω κατ' αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα, ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνειν φυγοδικῶν.

C

48 CANON LXXIV.

Episcopum a viris fide dignis ob aliquid accusatum, ipsum ab episcopis vocari necesse est : et si se quidem stiterit, et confessus, vel convictus sit statuatur pœna. Si autem vocatus non parueril, secundo etiam vocetur, missis ad ipsum episcopis duobus. Si autem etiam sic non obedierit, vocetur et tertio, duobus ad eam rursus missis episcopis. Si autem vel sic aspernans et contumax se non stiterit, synodus ea quæ videntur adversus eum pronuntiet, ne lucrifacere videatur dum judicium subterfugit.

ΒΑΛΣ. Περὶ τοῦ, τίνες δύνανται κατηγορεῖν ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν, καὶ τίνες καταμαρτυροῦσιν αὐτῶν, ἀνάγνωθι τοῦ παρόντος συντάγματος τίτλον θ' κεφαλαίου α', καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ κεφάλαιον β', καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν θεσπίζει τὸν κατηγορηθέντα ἐπίσκοπον χάριν ἐγκληματικῆς αἰτιάσεως μεταλαλεῖσθαι κατὰ νόμους ὑπὸ ἐπισκόπων· ἀπόντα γὰρ τοῦτον καταδικάζεσθαι ἄδικον ἔδοξε· καὶ παρουσιάζοντα μὲν, καὶ ἐξ ἀναντιῤῥήτων ἐλέγχων ἢ ἀπὸ οἰκείας ὁμολογίας καταδικαζόμενον, κανονικῶς ἐπιτιμᾶσθαι· μὴ παραγενόμενον δὲ, καλεῖσθαι καὶ αὖθις παρὰ ἐπισκόπων δύο· ἀλλὰ μὴν καὶ ἐκ τρίτου, ὡς ἂν, εἰ μηδὲ οὕτως παραγένηται, ἀποφήνηται κατ' αὐτοῦ ἡ σύνοδος καὶ μονομερῶς τὰ δοκοῦντα αὐτῇ· Ὅπως, φησὶ, μὴ κερδήσῃ ὁ καταφρονητὴς ἐκ τῆς ἀναιδοῦς ὑπερθέσεως. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου, ἐξητήθη πολλάκις εἴπερ

D

BALS. Quinam possint episcopos et clericos accusare, et quinam adversus eos testimonium ferant, lege præsentis operis tit. 9, cap. 1, et quæ in eo sunt : et cap. 2, et quæ sunt in ipso. Præsens autem canon statuit, accusatum episcopum, ut ei crimen intendatur, legitime ab episcopis vocari : eum enim absentem condemnari, iniquum visum est : et præsentem quidem, et vel ex non refellendis probationibus, vel ex propria confessione, in judicio convictum, canonice multari. Si autem non accesserit, a duobus rursus episcopis vocari. Atqui et tertio quoque, ut si ne sic quidem se sti terit, synodus adversus eum pronuntiet, etiamsi pars una tantum adsit, ea quæ sibi videbuntur : Ne comtemptor, inquit, seu contumax, ex impudenti dilatione lucretur. Hæc cum decernat canon, sæpe quæsitum est an per præsentem canonem

Digitized by Google

synodo permissum sit, inobedientem ac contumacem episcopum depositioni subjicere. Dixerunt autem aliqui, a misericordia nimis alienum esse, ut ob inobedientiam sive contumaciam deponatur episcopus : sed aliter debere illum puniri. Si enim ea esset, inquiunt, apostolorum sententia, ut deponeretur episcopus, depositionis in hoc canone meminissent. Alii autem dixerunt, quod ex proxime edita a Deo coronati et sancti imperatoris nostri veneranda Novella, quicunque is sit adversus quem actio intenditur, si in judicium vocetur, et post tres denuntiationes per tres scriptas citationes accersitus, et non veniens, condemnatur vel una tantum parte præsente. Si ergo etiam episcopus cum datione libelli ac scriptis legitimis accusatus fuerit, et in jus vocatus, primum quidem per denuntiationes, deinde etiam per tria scriptis mandata edicta, et se judicio non obtulerit, damnabitur vel una tantum parte præsente. Hic ergo vocari, legitime intelligitur, scilicet per 30 dierum edicta, et non ut nonnulli dixerunt per paucorum dierum scriptis mandatas denuntiationes. Hoc autem alio modo dictum est in tribunali imperiali, et magis in causa episcopi Besænæ, et judicatum est, per tria legitima edicta debere vocari episcopum, adversus quem actio intenditur, et ita propter contumaciam condemnari. Condemnari quidem episcopum contumacem juxta illustris imperatoris domini Manuelis Comneni Novellam, extra omnem est controversiam. Sic enim ut dictum est, judicatum fuit apud regium et divinum tribunal. A duobus autem antistitibus et non aliter vocationem ejus fieri, ut nonnulli dixerunt, non est secundum legem nec e sententia præsentis canonis. Cum hic enim scriptus fuit nec judicibus et notariis patriarchalibus per se fidem haberi in usu fuit, et ideo determinatum fuit, antistitum vocationes a duobus fieri episcopis. Hodie autem cum judicibus et notariis patriarchalibus per se habeatur fides, necessario et quæ ab eis fiunt edicta, reprobari non possunt. Recte itaque condemnabitur qui per ea evocatus fuerit et in judicio non stiterit, quandoquidem edicta non sunt ex eo labefactata quia ab antistitibus non fiunt.

ZONAR. Et in sexagesimo primo canone dictum fuit a nobis, quod episcopum non quivis accusare potest, sed inculpati, et orthodoxi homines : quod et significat **49** hic canon, dum dicit, *ab hominibus fide dignis*. A talibus igitur si accusetur episcopus, in absentem non oportet sententiam ferre, sed eum citare : cumque venerit, ea, quæ dicuntur in ipsum, audire. Postquam audierit autem vel objecta sibi crimina fatebitur, vel inficians convince-

A ἐνεδόθη διὰ τοῦ τοιούτου κανόνος τῇ συνόδῳ καὶ καθαιρέσει καθυποβάλλειν τὸν ἀπειθῆ ἐπίσκοπον. Καὶ εἶπόν τινες ὡς ἀσυμπαθές ἐστιν ἐξ ἀπειθείας καθαιρεῖσθαι ἐπίσκοπον· ἄλλως δέ πως ὀφείλειν ἐπιτιμᾶσθαι αὐτόν. Εἰ γὰρ ἦν θελητὸν, φασὶ, καὶ τοῖς ἀποστόλοις καθαιρεῖσθαι τὸν ἐπίσκοπον, ἐμνήσθησαν ἂν ἐν τῷ κανόνι καὶ καθαιρέσεως. Ἄλλοι δὲ εἶπον ὡς καὶ ἀπὸ τῆς συνεχῶς ἐξενεχθείσης προσκυνητῆς νεαρᾶς τοῦ θεοστεφοῦς κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐτοκράτορος, ἅπας ἐναγόμενος μετακαλούμενος εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ μετὰ μέτρια μηνύματα διὰ τριῶν ἐπιφωνημάτων ἐγγράφων ἐλθεῖν παρεγγυώμενος, καὶ μὴ ἐρχόμενος, καταδικάζεται καὶ μονομερῶς. Εἰ γοῦν καὶ ἐπίσκοπος μετὰ δόσεως λιβέλλων καὶ νομίμων ἐγγράφων B κατηγορηθῇ, καὶ μετακληθῇ, πρῶτον μὲν διὰ μηνυμάτων, εἶτα καὶ διὰ τριῶν ἐγγράφων ἐπιφωνημάτων, καὶ οὐκ ἀπαντήσει εἰς τὸ δικαστήριον, κἂν μονομερῶς καταδικασθήσεται. Τὸ γὰρ καλεῖσθαι ἐνταῦθα μετὰ νόμους νοεῖται, ἤγουν δι' ἐπιφωνημάτων τριακονθημέρων, καὶ μὴ, ὥς τινες εἶπον, διὰ μηνυμάτων ἐγγράφων ὀλιγοημέρων. Τοῦτο δὲ ἐλαλήθη διαφόρως ἐπὶ βήματος βασιλικοῦ, καὶ μᾶλλον ἐν τῇ ὑποθέσει τοῦ ἐπισκόπου Βεσαίνης· καὶ ἐκρίθη διὰ τριῶν νομίμων ἐπιφωνημάτων, ὀφείλειν μετακαλεῖσθαι τὸν ἐναγόμενον ἐπίσκοπον, καὶ οὕτως ἐξ ἀπειθείας καταδικάζεσθαι. Τὸ μὲν καταδικάζεσθαι (13) τὸν ἀπειθῆ ἐπίσκοπον κατὰ τὴν νεαρὰν τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ ἄμαχόν ἐστι. Κέκριται γὰρ οὕτω, καθὼς εἴρηται, C παρὰ τῷ βασιλικῷ καὶ θείῳ βήματι. Τὸ δὲ μετὰ δύο ἀρχιερέων καὶ μὴ ἄλλως πως τὴν τούτου μετάκλησιν γίνεσθαι, ὥς τινες εἶπον, οὐκ ἔστι νόμιμον οὐδὲ τῆς ἐννοίας τοῦ παρόντος κανόνος. Ὅτε γὰρ οὗτος ἐγράφη οὔτε δικαστῶν οὔτε πατριαρχικῶν νοταρίων ἐνήργει αὐτοπιστία, καὶ διὰ τοῦτο προβαίνειν ὡρίσθη τὰς τῶν ἀρχιερέων μετακλήσεις ἐπὶ ἐπισκόπων δύο. Σήμερον δὲ τῆς τῶν δικαστῶν καὶ τῶν πατριαρχικῶν νοταρίων αὐτοπιστίας ἐνεργούσης, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰ δι' αὐτῶν γινόμενα ἐπιφωνήματα ἔξουσι τὸ ἀπαρεγχείρητον. Καλῶς οὖν καταδικασθήσεται ὁ δι' αὐτῶν ἐπιφωνηθεὶς καὶ μὴ ἀπαντήσας εἰς τὸ δικαστήριον, ὡς τῶν ἐπιφωνημάτων μὴ κατασειομένων ἐκ τοῦ μὴ γενέσθαι παρὰ D ἀρχιερέων.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ἐν τῷ ξα' κανόνι εἴρηται ἡμῖν ὡς οὐ πᾶς τις κατηγορεῖν ἐπισκόπου δύναται, ἀλλ' ἀνεπίληπτοι ἄνθρωποι καὶ ὀρθόδοξοι· τοῦτο οὖν καὶ ὁ κανὼν οὗτος δηλοῖ διὰ τοῦ λέγειν, *παρὰ ἀξιοπίστων ἀνθρώπων*. Κἂν οὖν παρὰ τοιούτων κατηγορεῖται ἐπίσκοπος, οὐ χρὴ αὐτοῦ ἀπόντος καταψηφίζεσθαι· ἀλλὰ μετακαλεῖσθαι αὐτὸν, καὶ ἐρχόμενον, τῶν κατ' αὐτοῦ λεγομένων ἀκούειν. Ἀκούσας δὲ, ἢ ὁμολογήσει τὰ ἐπαγόμενα αὐτῷ αἰτιάματα, ἢ ἀρ-

Guill. Beveregii notæ

(13) *Τὸ μὲν καταδικάζεσθαι.* Hæc usque ad absoluta in hunc canonem Balsamonis scholia in impressis codicibus Græcis desiderantur. Sed Gentianus Hervetus legit, et Latine vertit. Nos Græcum textum ex ms. Bodleiano nunc primum in lucem proferimus.

Digitized by Google

νούμενος ἐλεγχθήσεται, καὶ οὕτως ἡ ψῆφος ἐξενεχθήσεται· εἰ δὲ κληθεὶς ἅπαξ οὐ παραγένηται, καὶ δευτέραν ὁ κανὼν πρὸς αὐτὸν ὁρίζει γίνεσθαι διαλαλιὰν διὰ δύο ἐπισκόπων· καὶ ταύτης δὲ καταφρονοῦντα, καὶ τρίτον κελεύει καλεῖσθαι πρὸς τὴν ἐξέτασιν ὁμοίως παρὰ ἐπισκόπων δύο. Καὶ εἰ μηδὲ οὕτως παραγένοιτο, ἀπόφασιν γίνεσθαι κατ' αὐτοῦ παρὰ τῆς συνόδου, καὶ ἐκ μοίρας μιᾶς· ἵνα μὴ ἐξ ἀναιδείας φυγοδικῶν ὠφελοῖτο, ὑπερτιθεμένης τὴν ζητήσεώς τε καὶ ἀποφάσεως.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ κατηγορούμενος ἐπίσκοπος, καὶ καλούμενος, καὶ οὐκ ἀκούων, καὶ δὶς καλεῖσθω, καὶ τρίς· εἰ δ' ἐπιμένοι, τὸ δόξαν ἡ σύνοδος ἀποφαινέτω.*

Τὸν κατηγορούμενον ἐπί τινι πταισματι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνδρῶν ἐπίσκοπον, καὶ καλούμενον εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ μὴ ὑπακούοντα, οὐκ ἀπεντεῦθεν ὀφείλει καταδικάζειν ἡ σύνοδος· ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ τρὶς μετακαλεῖσθαι, στελλομένων εἰς αὐτὸν ἐφ' ἑκάστῃ προσκλήσει δύο ἐπισκόπων. Εἰ δὲ ἐπιμένει καταφρονῶν, καὶ μὴ ἀπαντῶν εἰς τὸ δικαστήριον, δοκιμάσει τὰ τῆς αἰτιάσεως καὶ κατὰ μίαν μοῖραν ἡ σύνοδος, καὶ τὰ δοκοῦντα αὐτῇ κατ' αὐτὸν ψηφίσεται.

A tur, atque sic sententia proferetur : Quod si semel vocatus non adfuerit, etiam canon definit a duobus episcopis secundam fieri conventionem : quam si contemnat, a duobus similiter episcopis tertio vocari præcipit ad examen. Et si nec sic quidem adfuerit a synodo ferri sententiam jubet in ipsum, ex una etiam parte, ne per impudentiam fugiens judicium consequatur commodum, protelata inquisitione atque sententia.

ARIST. *Episcopus accusatus, et vocatus, et non parens, vocetur et ter. Si perseveret autem, quod sibi visum fuerit synodus pronuntiet.*

B Episcopum de aliquo crimine accusatum a viris fide dignis, et ad tribunal vocatum, et non parentem non ideo debet synodus condemnare; sed debet bis terque vocari, missis ad eum singula vocatione, duobus episcopis. Si perseverat autem contemnens, et non se sistens tribunali, examinabit ea quorum accusatur, et jam ex una tantum parte synodus, et quæ sibi visa sunt in eum decernet.

ΚΑΝΩΝ ΟΕ'.

Εἰς μαρτυρίαν τὴν κατὰ ἐπισκόπου αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ πιστὸν ἕνα μόνον (14). *Ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.*

CANON LXXV.

In testimonium adversus episcopum hæreticus ne admittatur, sed nec unus solus fidelis. In ore enim duorum vel trium stabit omne verbum.

C ΒΑΛΣ. Καὶ, ὡς ἄνωθεν εἶπον, εἰ θέλεις μαθεῖν πόσοι καὶ τίνες καταμαρτυροῦσιν ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν, ἀνάγνωθι τίτλον θ' τοῦ παρόντος συντάγματος κεφ. β'. Ἐκ τοῦ παρόντος δὲ κανόνος μανθάνεις μήτε αἱρετικὸν μήτε ἕνα πιστὸν παραδέχεσθαι καταμαρτυροῦντα ἐπισκόπου. *Ἐπὶ γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων*, φησὶ, *πᾶν ῥῆμα σταθήσεται.* Πλὴν τοῦτο μὴ ἀδιαστίκτως νοήσεις. Ἀλλ' εἰπὲ κατὰ νομικὴν ἀκρίβειαν ὡς, εἰ μὲν χρηματική ἐστιν αἰτίασις καὶ μέχρι λίτρας μιᾶς, δύο μάρτυρες πιστοὶ ἔντιμοι κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ἐνωμότως μαρτυροῦντες ἀρκέσουσιν· εἰ δὲ μέχρι πεντήκοντα λιτρῶν, τρεῖς· εἰ δὲ τούτων ἐπέκεινα, πέντε. Εἰ δ' οὐκ ἔστι χρηματικὴ αἰτίασις, ἀλλ' ἐγκληματική, διὰ πέντε μαρτύρων πιστῶν καὶ ἐντίμων ὁμνυόντων ἡ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου αἰτίασις ἀποδείκνυται· καὶ D ἀνάγνωθι περὶ τούτων τὸν α' τίτλον τοῦ κα' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, πολλὰ τοιαῦτα διδάσκοντα.

BALS. Jam ut ante dixi, si scire velis quot et quinam adversus episcopos vel clericos testimonium dicant, lege titulum 9 præsentis operis cap. 2. Ex hoc autem canone discis neque hæreticum, neque unum fidelem ad testimonium dicendum adversus episcopum admitti. *In duobus enim aut tribus testibus*, inquit, *stabit omne verbum* [30]. Hoc autem sine distinctione ne intelligas. Sed dicas secundum juris rigorem quod si est causa pecuniaria, et usque ad libram unam, duo testes, fide digni, bonæ existimationis adversus episcopum jurati testificantes sufficiant. Sin autem usque ad quinquaginta libras, tres, si autem ultra hæc, quinque. Si autem non est pecuniaria causa, sed criminalis, per quinque fide dignos testes et jurantes, qui sunt et ipsi bonæ famæ, adversus episcopum accusatio probatur. Et de hoc lege 1, tit. lib. xxi Basil. constit. qui hæc hujusmodi multa docet.

ΖΩΝΑΡ. Οὐ μόνον εἰς κατηγορίαν αἱρετικὸς οὐκ ἔστι δεκτός, ἀλλ' οὐδὲ εἰς μαρτυρίαν. Εἷς δὲ κατα-

ZONAR. Hæreticus, non solum ad accusationem, sed nec ad testimonium venit admittendus. Nec

[30] Matth. xviii 16.

Guill. Beveregii notæ.

(14) *Ἀλλὰ μηδὲ πιστὸν ἕνα μόνον. Accusatio episcoporum non est facile recipienda, dicente Domino, Non suscipies vocem mendacii; et Apostolus inquit, adversus presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris vel cæteris fidelibus sunt præcavenda, quanto magis de episcopis?* Sixtus pap. 2. apud Gratian. decret. part. II, caus. 2. quæst. 7. c. 19 : Ἑνὸς δὲ μαρτυρία οὐκ ἐστὶ δεκτὴ ἐν οἱαδήποτε δίκῃ, κἂν συγκλητικὸς εἴη. Basil. lib. xxi, tit. 1, c. 32. Εἷς μόνος μάρτυς οὐ πιστεύεται κἂν ἀξιώματικὸς εἴη. Gloss. ibid.

Digitized by Google

unus in alium dicens testimonium, quamvis etiam sit fidelis, admittitur. Magnus enim Paulus ad Timotheum scribens sic dicit : Adversus presbyterum ne recipias accusationem, nisi sub duobus, aut tribus testibus [31]. Arbitror vero nunc in accusationibus, per quas consecratis ministris casus proprii gradus infertur, non sufficere duos testes, et si fideles, et irreprehensibiles sint.

ARIST. *Hæreticus non accusat episcopum, nec unus fidelis.*

Qui synopsin præsentis canonis fecit, non bene eum intellexit. Illud enim quod hæreticus non potest accusare episcopum, nec in eum testimonium dicere verum est; hoc autem quod unus fidelis non potest in episcopum accusationem ferre, falsum : testimonium enim unius contra quempiam non admittitur : accusatio autem fit et per unum et per plures.

50 CANON LXXVI.

Quod non oportet episcopum fratri, vel filio, vel alii cognato gratificantem, ad episcopatus dignitatem quem vult eligere. Episcopatus enim hæredes facere justum non est, ea quæ Dei sunt, humano affectu largientem; non enim licet Ecclesiam Dei in hæredes conferre. Si quis autem hoc fecerit, irrita quidem electio maneat, ipse autem segregatione multetur.

BALS. Præsens quidem canon statuit non licere episcopo cognatum loco suo in episcopatu constituere, nec Spiritus gratiam ut humanam aliquam hæreditatem transmittere. Infirmat autem et irritam decernit hujusmodi electionem, et etiam episcopum segregat. Tu autem dic, quod etiam si non ad suum cognatum episcopus episcopatum transmiserit; sed ad alienum, idem erit. Episcopos enim a synodis fieri decretum est. Et ideo etiam vita functus ille urbis Philippi metropolitanus maximus, suæ metropoli sub hac conditione renuntians, si ejus œconomum urbis Philippi metropolitanum pro se ipso sancta synodus constitueret, non est exauditus, sed audiit quod si res, quas post electionem ex ecclesiæ reditibus acquirit, non potest dare, vel

[31] I Tim. v, 19.

μαρτυρῶν, κἂν πιστὸς εἴη, οὐ προσδεχθήσεται· καὶ Τιμοθέῳ γὰρ ὁ μέγας Παῦλος γράφων οὕτω φησί· Κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων. Οἶμαι δὲ νῦν ἐπὶ κατηγορίαις, ἐξ ὧν ἔκπτωσις τοῦ οἰκείου βαθμοῦ τοῖς ἱερωμένοις ἐπάγεται, μὴ τοὺς δύο ἀρκεῖν μάρτυρας, κἂν πιστοὶ ὦσι καὶ ἀνεπίληπτοι.

ΑΡΙΣΤ. *Αἱρετικὸς οὐ κατηγορεῖ ἐπισκόπου, οὐδὲ πιστὸς εἷς.*

Ὁ τὸν παρόντα συναψίσας κανόνα οὐ καλῶς τοῦτον ἐνόησε. Τὸ μὲν γὰρ μὴ κατηγορεῖν αἱρετικὸν ἐπισκόπου, ἢ μαρτυρεῖν κατ' αὐτοῦ, ἀληθές ἐστι· τὸ δὲ μὴ δύνασθαι πιστὸν ἕνα συνιστᾷν κατ' ἐπισκόπου κατηγορίαν ψευδές· μαρτυρία γὰρ ἑνὸς κατά τινος οὐ προσδέχεται· κατηγορία δὲ καὶ παρ' ἑνὸς καὶ παρὰ πλειόνων γίνεται.

ΚΑΝΩΝ ΟϚ'.

Ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον (15) *τῷ ἀδελφῷ, ἢ τῷ υἱῷ, ἢ ἑτέρῳ συγγενεῖ χαριζόμενον, εἰς τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονεῖν ὃν βούλεται* (16). *Κληρονόμους γὰρ τῆς ἐπισκοπῆς ποιεῖσθαι οὐ δίκαιον, τὰ τοῦ Θεοῦ χαριζόμενον πάθει ἀνθρωπίνῳ· οὐ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονόμους* (17) *ὀφείλει τιθέναι. Εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει, ἄκυρος μὲν ἔστω ἡ χειροτονία· αὐτὸς δὲ ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.*

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν παρὼν κανὼν διορίζεται μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸν ἐπίσκοπον ἀντὶ ἑαυτοῦ προσγενῆ οἰκεῖον εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκαθιστᾷν, μηδὲ παραπέμπειν τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος ὥς τινα κλῆρον ἀνθρώπινον. Ἄκυροι δὲ καὶ τὴν οὕτως γενομένην χειροτονίαν, καὶ ἀφορίζει τὸν ἐπίσκοπον. Σὺ δὲ εἰπὲ ὅτι, κἂν μὴ εἰς προσγενῆ αὐτοῦ παραπέμψῃ ὁ ἐπίσκοπος τὴν ἐπισκοπὴν, ἀλλὰ πρὸς ἀλλότριον, τὸ αὐτὸ γενήσεται. Τοὺς γὰρ ἐπισκόπους ὑπὸ τῶν συνόδων γίνεσθαι διατέτακται. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ ἀποδεδιωκὼς μητροπολίτης Φιλιππουπόλεως ὁ μέγιστος, παραιτούμενος τὴν κατ' αὐτοῦ μητρόπολιν ὑπὸ αἵρεσιν ταύτην, ἐὰν τὸν οἰκονόμον αὐτοῦ ἡ ἁγία σύνοδος καταστήσῃ μητροπολίτην Φιλιππουπόλεως ἀντ' αὐτοῦ, οὐκ εἰσηκούσθη, ἀλλ' ἤκουσεν ὡς,

Guill. Beveregii notæ.

(15) *Ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον.* Paulinus episcopus Antiochiæ, e vita jam decessurus, Evagrium sui loco ordinabat. Hinc Theodoretus observat, παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν provectum fuisse Evagrium, et multos simul canones violatos, οὔτε γὰρ ἀνθ' ἑαυτοῦ τῷ τελευτῶντι χειροτονεῖν ἐπιτρέπουσι. Theodoret. Hist. eccles. lib. v, cap. 23, quibus verbis ad hunc canonem respexisse videtur, quo cautum est, ne quis alium sui loco ordinaret. Etiamsi enim ipse canon cognatorum solummodo mentionem faciat, et Evagrium Paulini cognatum fuisse non constet; canon tamen violatus est, eo quod Paulinus decessurus alium sui loco constituerit : de alienis enim æque ac cognatis illum intelligendum esse, recte observat Balsamon.

(16) *Χειροτονεῖν ὃν βούλεται.* Joannes Antiochenus legit χειροτονεῖν ὃν ἂν αὐτὸς βούληται. Coll. can. tit. 6, ms. Bodl. ὃν βούλεται χειροτονεῖν. At hæc verbis; εἰς τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς ὃν βούλεται χειροτονεῖν, in Holoandri exemplari desiderantur.

(17) *Ὑπὸ κληρονόμους.* Joan. Antiochenus collect. can. tit. 6, et impressi codices legunt ὑπὸ κληρονομίαν. Aristenus ὑπὸ κληρονόμον. At omnia hæc πάθει ἀνθρωπίνῳ· οὐ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονόμους ὀφείλει τιθέναι. Gentianus Hervetus non legit, vel saltem Latine non vertit : legenda vero esse, ex scholiis non minus, quam ex Joan. Antiocheni collectione patet.

Digitized by Google

εἰ τὰ πράγματα ἄτινα ἐπικτᾶται ὁ ἐπίσκοπος μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐκ τῶν τῆς Ἐκκλησίας εἰσόδων, οὐ δύναται δωρεῖσθαι ἢ παραπέμπειν πρὸς οὓς βούλεται, πολλῷ μᾶλλον τὴν ἐπισκοπήν. Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα κβ' καὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ κανόνα κγ' λέγοντα μὴ ἐξεῖναι ἐπισκόπῳ, κἂν τελευτᾷ, ἕτερον καθιστᾶν διάδοχον ἑαυτοῦ.

ZΩNAP. Τὴν ἀρχιερατικὴν ἐξουσίαν τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτος δῶρον νομίζεσθαι χρή. Πῶς οὖν τις τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος ὡς κλῆρον μεταβιβάσει πρὸς ἕτερον, αὐτῷ χαριζόμενος; Διὰ τοῦτο οὐ συγχεχώρηται τοῖς ἐπισκόποις ἀνθ' ἑαυτῶν ἑτέρους, οὓς βούλονται, εἰς τὰς κατ' αὐτοὺς ἐκκλησίας ἐγκαθιστᾶν. Οἵτινες γὰρ ἃ ἐκτήσαντο πράγματα ἐν τῷ τῆς ἐπισκοπῆς καιρῷ οὐκ ἔχουσιν ἄδειαν καταλιμπάνειν οἷς βούλονται (εἰ μὴ τὰ ἐκ διαδοχῆς συγγενῶν περιελθόντα αὐτοῖς, ὡς ὁ τριακοστὸς δεύτερος κανὼν τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου φησί), πῶς αὐτὴν τὴν ἐπισκοπὴν εἰς ἑτέρους μεταβιβάσουσιν, ὥσπερ κληρονόμους αὐτοὺς τῆς ποιμαντικῆς ἐξουσίας, καὶ τῆς οἰκονομίας τῶν πτωχικῶν πραγμάτων καταλιμπάνοντες, καὶ διὰ πάθος ἀνθρώπινον (φιλίαν δηλαδὴ ἢ σχέσιν συγγενικὴν) τὰ τῷ Θεῷ ἀφιερωθέντα, οἷς βούλονται χαριζόμενοι; Εἰ οὖν παρά τινος τοιοῦτόν τι γένηται, καὶ τὸ γινόμενον ἄκυρον εἶναι φησὶν ὁ κανών, καὶ τὸν τοῦτο ποιήσαντα ἀφορίζεσθαι. Τοὺς γὰρ ἐπισκόπους ὑπὸ τῶν συνόδων γίνεσθαι διατέτακται· καὶ ὁ εἰκοστὸς τρίτος κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου λέγει μὴ ἐξεῖναι ἐπισκόπῳ, κἂν τελευτᾷ, ἕτερον καθιστᾶν διάδοχον ἑαυτοῦ. Τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἀπηγόρευται. Τῷ γὰρ Μωϋσεῖ ὡς αἰτίαμα ἐπενεκαλεῖτο, ὅτι τὸν Ἀαρὼν καὶ τοὺς αὐτοῦ παῖδας εἰς ἱερωσύνην προήνεγκε. Καὶ εἰ μὴ διὰ σημείων ὁ Θεὸς αὐτοῖς τὴν ἱερωσύνην ἐβεβαίωσε, τάχ' ἂν καὶ ἐξωθοῦντο αὐτῆς.

ARIST. *Ἐπίσκοπος ἀντ' αὐτοῦ ἐπίσκοπον ἀποθιῶν οὐ καθίστησι.*

Τὸν μέλλοντα εἰς ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι, παρὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων καθίστασθαι κεκανόνισται. Τὸ δὲ τὸν ἐπίσκοπον τελευτῶντα ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ καθιστᾶν κληρονομίας εἰσάγει δίκαιον· τὴν δὲ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονόμον οὐδεὶς ὀφείλει τιθέναι.

KANΩN OZ'.

Εἴ τις ἀνάπηρος ᾖ τὸν ὀφθαλμόν, ἢ τὸ σκέλος πεπληγμένος, ἄξιος δέ ἐστιν ἐπισκοπῆς, γινέσθω· οὐ γὰρ λώβη σώματος αὐτὸν μιαίνει, ἀλλὰ ψυχῆς μολυσμός.

KANΩN OH'.

Κωφὸς δὲ ὢν καὶ τυφλὸς μὴ γινέσθω ἐπίσκοπος· οὐχ ὡς μεμιασμένος, ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ παρεμποδίζοιτο.

BAAΣ. Ἀπὸ μὲν τοῦ παλαιοῦ νόμου οὐδεὶς λελωβημένος κατά τι μέρος τοῦ σώματος εἰς ἱερωσύνην προεβιβάζετο· μᾶλλον μὲν οὖν, ἐὰν μετὰ ἱερωσύνην ἔσχεν ἐκ πάθους λώβην τινά, ἐπαύετο τοῦ ἱερουργεῖν· οἱ δὲ θεῖοι ἀπόστολοι τοὺς μὲν ἐμποδιζομένους τὰ τῆς ἱερωσύνης ἐνεργεῖν μὴ προσίεσθαι

ad quos vult transmittere, multo magis episcopatum. Lege Carth. syn., can. 32 et Antioch. syn., can. 23, dicentes non licere episcopo, etiamsi moriatur, alium successorem suum episcopum constituere.

ZONAR. Pontificiam potentiam, sancti Spiritus gratiæ donum convenit existimari. Gratiam Spiritus igitur, velut hæreditatem, quomodo quis in alterum transferet, ipsi gratificans? Propterea, non est episcopis permissum, loco sui, quos volunt, alios in ecclesias sibi subjectas inducere. Nam qui libertatem non habent relinquendi, quibus volunt, res, quas episcopatus sui tempore possederunt (nisi, quæ cognatorum successione ipsis obvenerunt, ut tricesimus secundus in Carthagine synodi canon dicit) quomodo ipsum episcopatum transferent in alios, eos ut pastoralis potestatis hæredes, et distributionis earum rerum, quæ sunt pauperum relinquentes, et humana incitati affectione (videlicet, amore, vel respectu solo propinquorum) Deo dedicata, iis, quibus volunt, gratis donantes? Igitur si tale quid ab aliquo fiat, et irritum esse, quod fit, et qui fecerit, excommunicari, canon mandat. Episcopos enim statutum est a synodo creari. Synodi quoque in Antiochia vicesimus tertius canon dicit, episcopo non licere, tametsi vita defungatur, alterum instituere successorem suum. Hoc et his, qui sunt ex Israel, vetatur. Nam Moysi tanquam crimen objiciebatur, quod Aaron et ejus filios ad sacerdotium promovisset. Ac nisi Deus per signa confirmasset ipsis sacerdotium, forte fuissent ab illo depulsi.

ARIST. *Episcopus vita discedens in suo loco episcopum non constituit.*

Eum qui in episcopatum deligendus est, ab omnibus provinciæ episcopis constitui decretum est. Morientem autem episcopum alium suo loco constituere, jus hæreditatis introducit: Ecclesiam autem Dei nemo debet in hæredem conferre.

CANON LXXVII.

Si quis vel oculo orbatus, vel femore oblæsus, episcopatu autem dignus sit, fiat: non enim corporis damnum eum polluit, sed animæ inquinatio.

51 CANON LXXVIII.

Qui autem est surdus et cæcus, ne sit episcopus; non ut pollutus, sed ne ecclesiastica impediantur.

BALS. Antiqua quidem lege nullus ulla corporis parte mutilatus ad sacerdotium promovebatur: imo potius si post sacerdotium ex morbo vel casu aliquo læsus ac mutilatus esset, a sacrificio cessabat. Divini autem apostoli, eos quidem, qui quo minus quæ sunt sacerdotii exsequantur, impediti sunt.

Digitized by Google

non admitti statuerunt : eos autem qui possunt, A etiam si uno oculo careant, et claudi sint, qui eligantur, dignos haberi jussere. Animam enim puram et integram volunt omnes habere, non autem corpus. Numquid autem si post sacerdotium fiat aliquis surdus vel cæcus, vel aliquo alio corporis vitio affectus, et non potest sacerdotalia exsequi, sacerdotio movebitur juxta veterem legem? Solutio. Nequaquam : est enim a commiseratione disjunctum, et a recto apostolico judicio alienum, ut qui misericordia potius dignus sit, propter id quod ei accidit, indignus judicetur. Ac multi quidem antistites, et sacerdotes, et diaconi excæcati, et alioqui in summam imbecillitatem adducti, et qui nec sacerdotale quidpiam agere poterant, ad eorum usque vitæ finem non moti sunt. Etiam et B lex dicit in lib. VIII, tit. 1, cap. 1, them. 4. Excæcatus etiam judex esse potest, et senatu non movebitur, novum autem magistratum non suscipit : sed quem ante morbum habebat, habere perseverat.

διωρίσαντο· τοὺς δὲ δυναμένους ἐνεργεῖν, κἂν ἑτερόφθαλμοι ὦσι, κἂν χωλοὶ, τῆς χειροτονίας ἀξιοῦσθαι ἐκέλευσαν. Τὴν γὰρ ψυχὴν θέλουσιν ἔχειν πάντας καθαρὰν καὶ ἀλώβητον, οὐ μὴν τὸ σῶμα. Ἆρα δὲ εἰ μετὰ τὴν ἱερωσύνην (18) γένηταί τις κωφὸς ἢ τυφλὸς, ἢ ἄλλως ἐμπαθὴς τὸ σῶμα, καὶ οὐ δύναται ἱερατικὰ ἐνεργεῖν, μετακινηθήσεται ἐκ τῆς ἱερωσύνης κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον; Λύσις. Οὐδαμῶς· ἔστι γὰρ ἀσυμπαθὲς καὶ τῆς ἀποστολικῆς εὐθυδικίας ἀλλότριον τὸν ἄξιον μᾶλλον ἐλέους διὰ τὸ πάθος κατακρίνεσθαι ὡς ἀνάξιον. Καὶ πολλοὶ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς καὶ διάκονοι, τυφλωθέντες, καὶ ἄλλως ἐσχάτως ἀῤῥωστήσαντες, καὶ μὴ δυνάμενοι ἐνεργεῖν ἀρχιερατικόν τι μέχρι τέλους ζωῆς αὐτῶν, οὐ μετεκινήθησαν. Καὶ ὁ νόμος δέ φησιν ἐν βιβλίῳ ηʹ, τίτλῳ αʹ, κεφ. αʹ, θέματι δʹ· Ὁ τυφλὸς καὶ δικάζειν δύναται, καὶ οὐκ ἀποκινεῖται τῆς συγκλήτου. Ἀρχὴν δὲ νέαν οὐκ ἐγχειρίζεται· ἣν μέντοι πρὸ τοῦ πάθους εἶχε, μένει ἔχων.

ZONAR. Lex quidem per Mosen data Israelitis exigebat consecratos ipsorum ministros, integros esse corpore, notamque nullam habentes : ac nemo parte corporis aliqua deformatus, aut mutilatus admittebatur ad sacerdotium. Sed etiam post sacerdotium si cui sacerdotum membri vel particulæ cujuspiam mutilatio contigisset, sacerdotio multabatur. At iis, qui consecrandi sunt apud nos, mutilatio corporis impedimento non annumeratur. C Animam nempe requiritur habere puram, sine vitio et sorde. Quod si quis uno forte est oculo, vel strabos habet oculos, aut claudus est, aut aliam quam naturæ imperfectionem habet, ad episcopale munus obeundum sibi non obstantem, dignus vero judicatur episcopatu, non prohibetur ordinari. Si vero quis ambobus fuerit orbatus oculis, vel auribus obsurduerit, aut aliam quam mutilationem patitur, per quam sit prohibitus episcopale munus implere, ad episcopatum non promovebitur. Qui enim nihil videt, quive nihil audit, aut dextram

ΖΩΝΑΡ. Ἡ μὲν διὰ Μωσέως δοθεῖσα τοῖς Ἰσραηλίταις διαταγὴ, ὁλοκλήρους τὸ σῶμα, καὶ μή τινα μῶμον ἔχοντας, τοὺς παρ' ἐκείνοις ἱερωμένους εἶναι ἀπῄτει· καὶ οὐδεὶς λελωβημένος κατά τι μέρος τοῦ σώματος εἰς ἱερωσύνην προσίετο. Ἀλλὰ κἂν μετὰ τὴν ἱερωσύνην πήρωσις μέλους ἢ μορίου τινὸς τῶν ἱερωμένων συνέβη τινὶ, τῆς ἱερωσύνης μετεκινεῖτο. Τοῖς δὲ παρ' ἡμῖν ἱεράσθαι μέλλουσι κολόβωσις σώματος εἰς κώλυμα οὐ λελόγισται· τὴν ψυχὴν γὰρ ἔχειν ἀπαιτεῖται καθαρὰν, καὶ ἀλώβητον, καὶ ῥύπου ἀπηλλαγμένην. Εἰ δ' ἑτερόφθαλμος εἴη τυχὸν, ἢ χωλός ἐστιν, ἢ ἕτερόν τι πήρωμα ἔχει, μὴ προστάμενον αὐτῷ πρὸς τὴν ἀρχιερατικὴν ἐνέργειαν, ἄξιος μέντοι κρίνεται πρὸς ἐπισκοπὴν, χειροτονηθῆναι οὐ κωλυθήσεται. Εἰ δέ τινι καὶ ἄμφω πεπήρωται τὰ ὄμματα, ἢ τὰ ὦτα κεκώφωται, ἢ ἄλλο τι πήρωμα ἔχει, δι' οὗ τὰς ἀρχιερατικὰς ἐνεργείας πληροῦν κεκώλυται, εἰς ἐπισκοπὴν οὐ προβιβασθήσεται. Ὁ γὰρ μὴ βλέπων, ἢ μὴ ἀκούων, ἢ τὴν δεξιὰν χεῖρα ἴσως ἔχων ἀργὴν, πῶς ἂν ἱερουργήσῃ,

Guill. Beveregii notæ.

(18) *Ἆρα δὲ εἰ μετὰ τὴν ἱερωσύνην.* Similem huic quæstionem Marcus Alexandrinus Theodoro Balsamoni proposuit, his verbis conceptam, Ἀλωβήμενος ἢ ἑτερόφθαλμος ἀξιωθείη βαθμοῦ ἀρχιερατικοῦ· ἢ ὁ μετὰ τὴν ἱερωσύνην καταπαθὴς γεγονὼς ἐσεῖται καὶ μετὰ τὸ πάθος ἱερουργῶν ἢ οὔ; id est, *Mancus aut monoculus habeviturne gradu sacerdotali dignus? Aut qui post sacerdotium mutilatus est, permitteturne post vitium sacra facere, annon?* Ad hanc solvendam quæstionem Balsamon præsentes duos canones citat, et mox hæc subjungit; (quæ, ad pleniorem hujus quæstionis solutionem et canonum horum interpretationem conducentia, digna sunt tam Græce quam Latine apponi) Ὅσαι τοίνυν ἐκ πάθους ἀῤῥωστημάτων τινῶν ἱερατικῶν βαθμῶν ἐνεργεῖν κεκώλυνται δίκαια, χειροτονίας οὐκ ἀξιωθήσονται· εἰ δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν οὕτω παθόντες κακῶς, οὐκ ἐμποδίζονται διὰ τὴν νόσον ἱερουργεῖν, καὶ οὕτως ἀῤῥώστως ἔχοντες ἀκωλύτως ἱερουργήσουσι· τοῖς γὰρ θεοκήρυξιν ἔδοξε διὰ λώβην σώματος τῆς ἱερουργίας τιμὰ μὴ κωλύεσθαι. Εἰ δὲ τῆς ἱερατείας τὸ σπούδασμα ἐμποδίζει τῆς νόσου τὸ ὄφλημα, τῆς ἐνεργείας παυθήσεται ὁ νοσῶν, τοῦ δὲ ἀξιώματος οὐκ ἀλλοτριωθήσεται, ἀλλὰ μᾶλλον οἰκτειρηθήσεται, καὶ ἀπολαύσει μὲν τῆς προτέρας τιμῆς, ἕξει δὲ καὶ τὰ πρὸς ζωάρκειαν, καὶ τὰ λοιπὰ, κατὰ τὴν προτέραν συνήθειαν. *Quicumque igitur morborum aliquorum vitio prohibiti fuerint sacerdotalium graduum jura exsequi, ordinatione digni non habebuntur. Qui autem post ordinationem sic male affecti, sacra facere morbo non impediuntur, et sic etiam imbecillia constituti valetudine, libere celebrabunt. Nam Dei præconibus placuit neminem a sacrorum celebratione propter corporis mutilationem prohiberi. Quod si morbi debitum officio sacerdotis sit impedimento, illud exercere desinet ægrotus, a dignitate autem non alienabitur : quin potius miserandum erit, et priore quidem honore fruetur, quin et quæ ad vitam sustentandam sufficiunt, habebit, et reliqua, juxta priorem consuetudinem.* Balsam. ad Marci Alexand. interrog. 23.

Digitized by Google

ἢ μεταχειρίσηται τὰ ἅγια, καὶ μεταδώσῃ ἑτέροις τούτων; ἢ ἄλλο τι ἀρχιερατικὸν ἐνεργήσῃ λειτούργημα;

A manum fortassis habet, qua nihil agere possit, quomodo sacra peragere, sanctave manibus tractare queat, et aliis ea tradere, vel aliquod aliud episcopale ministerium exercere?

ΑΡΙΣΤ. ΚΑΝ. ΟΖ'. *Γίνεται χωλὸς καὶ ἑτερόφθαλμος, ἄξιος ὑπάρχων, ἐπίσκοπος.*

Ἡ γὰρ τοῦ σώματος λώβη, τὸν βίον ἔχοντα ἀνεπίληπτον, εἰς ἐπισκοπῆς ἀξίωμα προβιβασθῆναι οὐκ ἐμποδίζει, εἰ μή που κωφὸς ἢ τυφλός ἐστιν ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι· ὁ τοιοῦτος γὰρ, οὐχ ὡς μεμιασμένος κωλύεται, ἀλλ' ὡς μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ δυνάμενος ἀπροσκόπτως ἐνεργεῖν.

ARIST. CAN. LXXVII. *Claudus, et altero oculo captus, si dignus sit, fit episcopus.*

Læsio enim corporis eum qui inculpatam agit vitam in episcopatus dignitatem promoveri non impedit, nisi forte surdus aut cæcus sit, qui ordinationem est susceptarus. Talis enim non tanquam pollutus prohibetur, sed quia ecclesiastica non potest sine offendiculo peragere.

ΚΑΝ. ΟΗ'. *Ὁ μέντοι τυφλὸς καὶ κωφὸς οὐ γενήσεται.*

CAN. LXXVIII. *Cæcus autem et surdus non fiet.*

ΚΑΝΩΝ ΟΘ'

CANON LXXIX.

Ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνευχέσθω. Καθαρθεὶς δὲ, προσδεχέσθω· καὶ ἐὰν ᾖ ἄξιος, γινέσθω.

B *Si quis dæmonem habeat, ne fiat clericus, sed neque cum fidelibus precetur. Purgatus autem recipiatur, et si sit dignus, fiat.*

ΒΑΛΣ. Ὁ δαιμονιζόμενος ἐστέρηται λογισμοῦ καὶ διαθέσεως, κἀντεῦθεν ὑπὸ τοῦ κανόνος κεκώλυται ἢ τῷ κλήρῳ συγκαταλέγεσθαι, ἢ τοῖς πιστοῖς συνεύχεσθαι, ἵνα μή φαῦλά τινα καὶ ἄσεμνα διαπραττόμενος, καὶ δαιμονιώδεις ἐκβοήσεις ποιούμενος, τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν συνταράττῃ, καὶ τὴν δοξολογίαν τοῦ ναοῦ ἀχρειοῖ. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάνηψιν, εἰ εὑρεθῇ ἄξιος, γενήσεται καὶ κληρικός· ὁ μέντοι γ' κανὼν τοῦ πατριάρχου Ἀλεξανδρείας Τιμοθέου φησίν· Ἐὰν πιστὸς δαιμονίζηται, ὀφείλει μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων μυστηρίων· καὶ οὐκ ἐναντιοῦνται τῷ C παρόντι κανόνι. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐξελήφθη χάριν τοῦ ἐκ διαλείμματος μαινομένου, καὶ εἰδότος κατὰ τὸν καιρὸν τῆς νήψεως τῶν θείων ἁγιασμάτων τὸ μυστήριον· ὁ δὲ παρὼν κανὼν περὶ τοῦ διηνεκῶς μαινομένου· εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ ἐκ διαλείμματος μαινομένου εἴπῃς τὸν κανόνα τοῦτον διαλέγεσθαι, καὶ οὕτως οὐκ ἔσται σοί τι ἐμποδών· οὐδὲ γὰρ παραχωρηθήσεται ὁ ἐκ διαλείμματος μαινόμενος κληρωθῆναι· ἵνα μὴ περιυβρίζηται ἡ ἱερωσύνη κατὰ τὸν καιρὸν τῆς μανίας αὐτοῦ, καὶ βλασφημῆται τὸ Θεῖον.

BALS. Qui a dæmone correptus est, ratione ac mente privatus est, atque idcirco vel in clerum cooptari, vel cum fidelibus precari, hoc canone prohibetur, ne forte si quid mali aut inhonesti egerit, ac dæmoniacas voces emiserit, populum Dei conturbet, atque officium **52** divinum impediat. Postquam autem ad se redierit, si dignus fuerit inventus, etiam clericus fiet. Tertius quidem certe canon patriarchæ Alexandrini Timothei dicit, Si sit fidelis dæmone percitus, debet esse sanctorum mysteriorum particeps: et præsenti canoni non adversatur. Ille enim de eo loquitur, qui per dilucida intervalla furore corripitur, et scit eo tempore quo resipuit, divinorum sacramentorum mysterium: præsens autem canon de eo loquitur, qui est perpetuo furiosus. Si autem etiam de eo qui per dilucida furit intervalla, canonem loqui dixeris, nec sic quidem ullum tibi erit impedimentum. Neque enim concedetur ei qui per dilucida intervalla furore corripitur, in clerum cooptari, ne sacerdotium furoris tempore contumelia afficiatur, probrisque et blasphemiis numen appetatur.

ΖΩΝΑΡ. Ἀκάθαρτος ὥσπερ ὁ δαιμονιζόμενος κρίνεται· καὶ ἅμα ὑπόνοια δίδοται, ὡς, εἰ μὴ ἄξιον ἑαυτοῦ κατοικητήριον τὸν ἄνθρωπον ὁ δαίμων εὗρηκε διὰ βίου φαυλότητα, οὐκ ἂν εἰσέδυ αὐτόν. Πῶς D οὖν ὁ τοιοῦτος εἰς χειροτονίαν τινὰ προαχθήσεται; Εἰ γὰρ μύρον δοχεῖον σαπρὸν οὐ πιστεύεται, κατὰ τὸν μέγαν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον, πῶς τῷ τοῦ δαίμονος δοχείῳ ἡ χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος πιστευθήσεται; Ἀλλὰ μηδὲ συνεύχεσθαι τοῖς πιστοῖς τὸν τοιοῦτον, ὁ παρὼν κανὼν διατάττεται. Ὁ δὲ τρίτος τοῦ πατριάρχου Ἀλεξανδρείας Τιμοθέου κανὼν, ἀπόκρισις ὢν πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα, Ἐὰν πιστὸς δαιμονίζηται, εἰ ὀφείλει μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων μυστηρίων; φησίν· Ἐὰν μὴ ἐξαγορεύῃ τὸ μυστήριον, μήτε ἄλλως πως βλασφημῇ, μεταλαμβανέτω. Ἔοικεν οὖν ἐναντιοῦσθαι τῷ παρόντι κανόνι. Οὐκ οἶμαι δέ. Ἀλλ' ὁ μὲν ἀποστολικὸς κανὼν περὶ τοῦ

ZONAR. Quisquis est immundus, tanquam vexatus a dæmone judicatur: simul etiam suspicio præbetur, quod nisi dignum se habitaculum, hunc hominem dæmon invenisset, ob vitæ nequitiam, nunquam fuisset ingressus in eum. Talis igitur quonam modo ad ordinationem quamlibet provehetur? Nam si vasi putri non creditur unguentum (secundum magnum in theologia Gregorium) quomodo receptaculo dæmonis gratia Spiritus sancti credetur? Sed et fidelibus nec simul orare quidem cum tali, præsens canon præcipit. Atqui, tertius Alexandrini patriarchæ Timothei canon, responsionem continens ad eum qui interrogaverat: Si fidelis a dæmonio correptus fuerit, an debeat sanctorum mysteriorum particeps esse? dicit: Nisi enuntiet mysterium, et nisi quo alio modo blasphemet, particeps esto. Igitur, præsenti canoni

Digitized by Google

contrariari videtur. At ego non puto. Sed apostolicus quidem canon de prorsus insano loqui judicabitur, et qui furoris non habet intervallum. Nam quomodo talis assumetur ad officium? Timothei vero responsio, de eo, qui per intervalla afficitur. Hic enim, dum non affligitur, sanctis sacramentis dignus judicabitur. Agitatione vero dæmoniaca liberatus, si dignus fuerit judicatus, in clerum deligetur.

ARIST. *Dæmoniacus non fit clericus, nec cum aliis orat: post purgationem autem, si dignus sit, fit.*

Non fit clericus qui dæmonem habet, donec dæmone liberatur : sed nec cum fidelibus orat. Morbo autem liberatus et ad preces admittitur, et ad clerum, si dignus est, promovetur.

A διόλου μαινομένου λέγειν κριθήσεται, καὶ μὴ διάλειμμα ἔχοντος. Πῶς οὖν ὁ τοιοῦτος παραληφθήσεται εἰς εὐχήν; ἡ δὲ τοῦ Τιμοθέου ἀπόκρισις περὶ τοῦ ἐκ διαλειμμάτων πάσχοντος. Ὁ γὰρ τοιοῦτος, ὅτε μὴ πάσχει, τῶν ἁγιασμάτων ἀξιωθήσεται. Ἀπαλλαγεὶς δὲ τῆς δαιμονικῆς ἐνεργείας, εἰ ἄξιος κριθείη, κληρωθήσεται.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ δαιμονῶν οὐ κληροῦται οὐδὲ συνεύχεται· μετὰ δὲ τὸν καθαρμόν, εἰ ἄξιός ἐστι, γίνεται.*

Οὐ γίνεται κληρικὸς ὁ δαιμονῶν, μέχρις ἂν ἀπαλλαγῇ τοῦ δαίμονος· ἀλλ' οὐδὲ συνεύχεται τοῖς πιστοῖς. Ἀπαλλαγεὶς δὲ τοῦ πάθους, καὶ εἰς εὐχὴν B προσδέχεται, καὶ εἰς κλῆρον, εἰ ἄξιός ἐστι, προβιβάζεται.

CANON LXXX.

Eum qui ex vita gentili accesserit et baptizatus fuerit, vel ex improba vivendi ratione, non est æquum protinus episcopum fieri. Iniquum est enim, ut qui sui nondum experientiam ostenderit, sit aliorum magister, nisi forte hoc divina gratia fiat.

BALS. Scire debes ex can. 10 Sardic. syn. et

ΚΑΝΩΝ Π'.

Τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου (19) *προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα, ἢ ἐκ φαύλης διαγωγῆς, οὐ δίκαιόν ἐστι παρ' αὐτὰ προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον. Ἄδικον γὰρ τὸν μηδέπω πεῖραν ἑαυτοῦ δεδειχότα ἕτερον εἶναι διδάσκαλον, εἰ μήπω κατὰ θείαν χάριν, τοῦτο γένηται.*

ΒΑΛΣ. Μαθεῖν ὀφείλεις ἀπὸ τοῦ ι' κανόνος τῆς

Guill. Beveregii notæ.

(19) *Τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου.* Joan. Antiochenus legit τὸν ἐξ ἐθνῶν collect. can. tit. 36. At synodus Nicæna prima canonem hunc citans ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου legit. Enimvero secundus istius synodi canon incipit, Ἐπειδὴ πολλὰ ἦτοι ὑπὸ ἀνάγκης, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων εἰγένετο παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικὸν, ὥστε ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου, ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει, etc., e quibus etiam verbis clarissime elucescit κανόνα ἐκκλησιαστικὸν ante hanc synodum exstitisse, eos, qui a vita gentili ad Christianam fidem nuper conversi sunt, episcopos protinus fieri prohibentem : qui alius haud dubie non fuit, quam præsens apostolicus, quem sæpe neglectum et violatum, synodus Nicæna dicto canone reparat, et sua tandem auctoritate confirmat. Josephus Ægyptius in Arabica canon. collectione hæc verba τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου vertit, *Quicunque vir fuit ethnicus vel idololatra :* non me fugit *hanifia* posse nonnunquam significare, *Muslimum*, sive *Muhammedicæ religionis sectatorem.* Sic enim *haniph* sæpe significat ab *Abu hanifa*, qui auctor fuit unius e quatuor muslimismi sectis, circa religionis istius ramos versatis, quas Abulpharagius sic enumerat, *Secta maleci Ebn Anasi, secta Muhammedis Ebn Edris Asshafiensis, secta Ahmedis Ebn Hanbeli, et secta Haniſæ Alnooman Ebn Thabet.* Abulph. Dynast. 9. At Abu hanifæ præ cæteris exstructum est oratorium, vocatum *Oratorium antistitis Abu haniſæ*, cujus meminerunt Abulpharagius dynast. 9, p. 366 et Elmacinus Hist. Saracen. l. III, pag. 287. De eodem Abu hanifa vide plura in doctissimi nostri Edvardi Pocockii notis in specimen historiæ Arabum, pag. 297, et Henrici Hottingeri Hist. Orient. l. II, c. 7. Ab hoc *Abu hanifa* non sua tantum ipsius secta, sed totus muslimismus vocatur *Alhanifiah* et muslimus *Hanifi*. Et hæc quidem ordinaria est hujus vocabuli significatio; quæ huic tamen loco quadrare non videatur, siquidem canones hi longe ante Muslimiticæ religionis exortum conscripti sunt. Quapropter aliunde petatur vera ipsius significatio : e lingua nimirum Syriaca, cujus vocabula in hac præcipue canonum collectione sæpissime Arabica fiunt, ut alibi ostensuri sumus. At vox Syriaca *hanpho* ut et *hanpholo*, est *gentilis ethnicus.* Unde vocabulum hoc Arabicum formatum videtur; quod propterea *ethnicus* transtuli. Sed non diffiteor alterum etiam sensum admitti posse, modo dicamus Christianos orientales, qui inter Muslimos C sive Muhammedanos versantur, hunc canonem de iis (ut par est) æque ac de ethnicis interpretatos esse, ut Muhammedanus etiam pariter ac ethnicus ad Christianam conversus fidem, illico non fiat episcopus. Quod autem nec laicus quispiam Christianus protinus evadat episcopus, nisi inferioribus prius susceptis gradibus, a concilio Sardicensi cautum est, can. 10.

(20) *Εἰ μήπω κατὰ θείαν χάριν.* Anxentio Ecclesiæ Mediolanensis episcopo vita defuncto, orta gravissima inter cives controversia de futuro episcopo eligendo; usque adeo ut tumultuari cœperint. Sed commode accidit, ut vir pietate ac doctrina insignis, nomine Ambrosius, urbi tunc temporis præfectus esset. Hic veritus, ne mali aliquid ex tanto tumultu nasceretur, pro loco atque officio suo (ut cum Rufino loquar) ad ecclesiam illic contendit, seditionem populi repressurus. Cum autem longa ac eleganti oratione vesanos multitudinis tumultos compescuis- D set, omnes in unam protinus sententiam conspirantes, ipsum Ambrosium sibi episcopum ordinari uno ore flagitabant. Hic autem adhuc catechumenus erat, ac proinde nondum baptizatus. Valentinianus vero imperator, de populi consensu certior factus, Ambrosium etiamsi reluctantem, baptizari simul, ac episcopum protinus ordinari jubet, vel, ut ait Theodoretus : Ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς προσέταξε παραυτίκα καὶ μυηθῆναι καὶ χειροτονηθῆναι τὸν ἀξιέπαινον ἄνδρα. Hist. eccles. l. IV, cap. 6, *moxque Dei gratiam consecutus, et initiatus sacris, et sacerdos effectus est;* ut scribit Ruffinus Hist. eccl. l. II, cap. 11. Hac tumultuaria Ambrosii ordinatione, qua e catechumeno ad episcopum illico provectus est, serio perpensa, dicat aliquis eamdem minime canonicam fuisse, nec a præsenti canone apostolico admissam; utpote quo eum, qui a gentili vita nuper accessit, et baptizatus est, episcopum protinus fieri prohibetur. Sed absit ut tanti Patris ordinatio-

Digitized by Google

ἐν Σαρδικῇ συνόδου καὶ τοῦ ιζ', κανόνος τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συνόδου τῆς λεγομένης α' καὶ β', ὅτι οὐδὲ πιστὸς λαϊκὸς ἀπεντεῦθεν εἰς ἐπισκοπικὴν ἀξίωμα προβιβάζεται, εἰ μὴ τοὺς νενομισμένους καιροὺς διὰ τῶν ἑτέρων πληρώσει βαθμῶν. Εἰ δὲ πιστὸς λαϊκὸς οὐ γίνεται ἄλλως πως ἐπίσκοπος, πολλῷ μᾶλλον οὐ προχειρισθήσεται εἰς ἐπισκοπὴν νεοφώτιστος ἢ σκηνικός, εἰ μὴ τοὺς νενομισμένους διέλθῃ βαθμοὺς διὰ τοῦ ἀρκοῦντος καιροῦ· οὐδὲ διδάσκειν ἐκχωρηθήσεται, μήπω διδαχθεὶς τὸ μυστήριον. Χρὴ οὖν διὰ τοῦ ἀρκοῦντος καιροῦ δοκιμάζεσθαι τοῦτον, καὶ ἄξιον ἴσως εὑρισκόμενον προχειρίζεσθαι. Ζήτει καὶ τὸν β' κανόνα τῆς α' συνόδου, διοριζόμενον καθαιρεῖσθαι τὸν παρὰ ταῦτα ποιοῦντα. Καὶ ὁ μέγας δὲ Παῦλος οὐ τὸν νέον ἀπαγορεύει, ἀλλὰ τὸν ἐκ νέου φυτευθέντα. Τὸ μέντοι « εἰ μήπω κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γένηται » νόησον ῥηθῆναι περὶ ἀποκαλύψεως. Τῷ γὰρ ἀποστόλῳ Ἀνανίᾳ ἀπεκαλύφθη περὶ τοῦ μεγάλου Παύλου Ὅτι σκεῦός μοί ἐστιν ἐκλογῆς.

A can. 17 syn. habitæ in æde Sanctorum Apostolorum, quæ prima et secunda dicitur, quod neque fidelis laicus illico ad episcopalem dignitatem provehitur, nisi præstituta tempora per alios gradus impleverit. Si autem fidelis laicus non aliter fit episcopus, multo magis nec ad episcopatum provehetur qui recens est illuminatus, aut minus, nisi præstitutos gradus pervaserit tempore sufficienti : nec ei docere permittetur, nisi prius fuerit edoctus mysterium : oportet ergo eum sufficienti tempore probari, et si dignus forte inventus fuerit, provehi. Quære et secundum can. primæ syn. quæ eum deponi statuit qui præter hoc fecerit. Jam vero et magnus Paulus non juvenem prohibet, fieri episcopum, sed recens plantatum, quod vocat νεόφυτον. Illud autem, « nisi hoc forte divina **53** gratia fiat, » de revelatione dici intellige. Apostolo enim Ananiæ revelatum est de magno Paulo, eum esse vas electionis.

ZΩΝΑΡ. Ὁ ἄρτι τῇ πίστει προσελθὼν, καὶ ἀξιωθεὶς τοῦ Θεοῦ βαπτίσματος, οὐκ αὐτίκα εἰς ἐπίσκοπον χειροτονηθήσεται. Δεῖ γὰρ πρῶτον δοκίμιον ἑαυτοῦ δοῦναι ὅτι τε περὶ τὴν πίστιν ἐστὶν ὑγιὴς καὶ περὶ τὴν διαγωγὴν ἀνεπίληπτος. Ταῦτα δὲ καιροῦ δέονται· οὐ γὰρ δι' ὀλίγου δυνατὸν τὰ τοιαῦτα διαγινώσκεσθαι. Τὸν δὲ μήπω πεῖραν ἑαυτοῦ δεδωκότα διδάσκαλον ἑτέρων καθίστασθαι ἄδικόν τε καὶ σφαλερόν. Καὶ ὁ δεύτερος κανὼν τῆς οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου τοῦτο ἀπαγορεύει· καὶ τὸν τοῦτο ποιοῦντα καθαιρεῖσθαι κελεύει. Καὶ Τιμοθέῳ δὲ ἐπιστέλλων ὁ μέγας Παῦλος, καὶ ὑπογράφων τῷ λόγῳ τὸν ἐπισκοπῆς προστησόμενον, καὶ τοῦτό φησι, ***Μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέ-***

ZONAR. Qui nuper ad fidem accessit, et baptismo Dei dignus est judicatus, non mox in episcopum deligetur. Etenim prius oportet experimentum sui dare, quod et circa fidem sit integer, et circa vitæ suæ institutionem irreprehensus. Isthæc autem indigent tempore. Nec enim brevi momento dignosci talia possunt. Eum vero, qui nondum sui specimen ediderit, aliorum doctorem consitui, et iniquum est, et fallax. Secundus œcumenicæ primæ synodi canon hoc etiam vetat : ac jubet eum deponi, qui hoc fecerit. Magnus quoque Paulus Timotheo scribens, et oratione depingens episcopatui præponendum, hoc etiam dicit, *non neophytum, ne in superbiam elatus in judicium incidat diaboli* [39] : Verba

[39] I Tim. III, 6.

Guill. Beveregii notæ.

nem irregularem fuisse suspicemur. Etiamsi enim a prima canonis hujus parte condemnari videatur, ultimis tamen hisce verbis, εἰ μήπω κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γένηται, necessario non minus, quam prudenter annexis, plane admittitur. Enimvero repentina D. Ambrosii electio, et consequenter ordinatio, Deo potius quam hominibus ascribenda est ; Deo, inquam, qui dissidentem inter sese multitudinem primo tanti viri intuitu in unam sententiam revocabat. Unde et ipse quoque imperator D. Ambrosium divinitus electum agnoscebat, ut antiqui ecclesiasticæ Historiæ scriptores tradiderunt. Socrates : Ὁ δὲ βασιλεὺς, θαυμάσας τὴν τοῦ λαοῦ ὁμόνοιαν, Θεοῦ τε ἔργον εἶναι γνοὺς τὸ γενόμενον, ἐδήλου τοῖς ἐπισκόποις ὑπουργεῖν τῷ Θεῷ κελεύοντι χειροτονεῖν· Θεοῦ γὰρ μᾶλλον ἢ ἀνθρώπων εἶναι τὴν ψῆφον τὴν ἐπ' αὐτῷ, *Imperator consensionem populi admiratus, Deique opus esse agnoscens quod evenerat, rescripsit episcopis, ut obsequerentur Deo qui illum ordinari jusserat. Dei namque potius quam hominum suffragio illum esse designatum*, Socrat. *Hist. eccl.* l. IV, c. 30. Val. Theodoretus, Ὑπέλαβε δὲ καὶ θείαν εἶναι τὴν ψῆφον, ἐκ τῆς τῶν τἀναντία φρονούντων τεχναιρούμενος συμφωνίας. Theodor. *Hist. eccl.* l. IV, c. 6. Ruffinus, *Dei enim ait* (imperator) *esse, quod discordantem populi fidem et animos dissidentes conversio subita in unum consensum atque in unam sententiam revocaret.* Ruffinus Hist. l. II, c. 11. Sozomenus, Συνέβαλεν ἐπὶ ὁμονοίᾳ τῆς ἐν Μεδιολάνῳ ἐκκλησίας ταῦτα βραβεύειν τὸν Θεόν. Sozom. l. VI, c. 24. Et hinc est quod imperator Deo gratias agebat, quod eum ad sacerdotii munus obeundum elegerat, quem ipse rogendis provinciis præfecerat; ut ibidem docet Sozomenus. Ex eo autem quod imperator, et ipse illum ordinari jussit, et ad episcopos rescripsit, ut illi obsequerentur, propterea quod divinitus electus fuisset, facile est conjicere, tam imperatori quam episcopis probe satis constitisse, repentinam D. Ambrosii post baptismum ordinationem nequaquam admittendam fuisse ut canonicam, nisi ab ipso Deo instituta esset. Sed simul ac hoc iis ex subitaneo populi consensu innotuit, divino non ausi refragari suffragio, eum protinus ordinarunt, idque ex hujus canonis præscripto, quo talis ordinatio sub hac cautione prohibetur, εἰ μήπω κατὰ θείαν χάριν γένηται. Et quamvis hæc conditio in secundo concilii Nicæni canone non exprimitur, necessario tamen supponenda est. Canones enim hominibus observandi fiunt, non Deo, qui iis obligari non potest. Et idcirco ubicunque Deus suam interponit auctoritatem, ut in hac D. Ambrosii electione, universi canones silere debent, vel saltem hanc admittere exceptionem, εἰ μήπω κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γένηται.

Digitized by Google

autem illa, Nisi alicubi per divinam fieret gratiam, sic intelligenda : Si non alicubi de eo revelatum foret, quod oporteat ipsum ad episcopatum promoveri. Quemadmodum de Paulo fuit Ananiæ revelatum, ad illum per visionem dicente Domino, *Quoniam vas electionis hic mihi est, ad portandum nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israel* [33].

ARIST. *Recens illuminatus non fit episcopus, neque qui nuper a malo vitæ genere recessit.*

Eum qui nuper advenit et baptizatus est, vel qui malo vivendi genere occupatus fuit, qui scenicus fortasse fuit aut apparitor, non oportet statim creare episcopum, sed primum experimentum illius accipere, et sic per omnes sacros gradus pervadere, et postea inoffense debet ad episcopatum designari.

CANON LXXXI.

Diximus non oportere episcopum vel presbyterum seipsum ad publicas administrationes demittere, sed in ecclesiasticis negotiis versari. Vel ergo ita non facere persuadeatur, vel deponatur. « *Nemo enim potest duobus dominis servire* [34], » *secundum Domini præceptum.*

BALS. Sextus canon apostolicus sacris initiatos indistincte deponi jubet, qui mundanas in se curas suscipiunt. Præsens autem canon in eos paulo clementius animadvertit. Dicit enim, vel cessent, vel deponantur. Trahe ergo canones in unam intelligentiam ad id quod est humanius, et dic etiam sextum canonem huic convenienter intelligi. Quære et 16 canonem Carth. syn. et quartum quartæ.

ZONAR. Sextus canon præsentis libri deponi jubet consecratos ministros, qui mundanas curas suscipiunt. Ilic autem canon illius est expositivus. Sic enim convenit et eum intelligere, quod nisi pareat et abstineat a sæcularibus negotiis, tunc deponetur. Ab illis enim si abstinuerit, ut non amplius publicas aggrediatur administrationes eorum, quibus antea fuerat occupatus, venia dabitur. Ilic ideo canon meminit etiam de priori canone. Quærendus est etiam decimus sextus canon synodi in Carthagine, tertiusque quartæ synodi.

[33] Act. IX, 15. [34] Matth. VI, 24.

σοι τοῦ διαβόλου. Τὸ δὲ, Εἰ μήπου κατὰ θείαν γένηται χάριν, οὕτω νοητέον · Εἰ μήπου ἀποκαλυφθείη περὶ αὐτοῦ ὡς χρὴ προβιβασθῆναι αὐτὸν εἰς ἐπισκοπήν · ὥσπερ περὶ τοῦ Παύλου τῷ Ἀνανίᾳ ἀπεκαλύφθη, εἰπόντος πρὸς αὐτὸν ἐν ὁράματι τοῦ Κυρίου · *Ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν, καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ.*

ΑΡΙΣΤ. *Οὐκ ἐπισκοπεῖ νεοφώτιστος, οὐδὲ διὰ ταχέων ὁ ἐκ φαύλης διαγωγῆς προσιών.*

Τὸν νεωστὶ προσελθόντα, καὶ βαπτισθέντα, ἢ φαύλην ἔχοντα διαγωγὴν, σκηνικὸν τυχὸν ὄντα, ἢ ταξεώτην (21), οὐ δεῖ εὐθὺς προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον, ἀλλὰ πρότερον πεῖραν αὐτοῦ λαμβάνειν, καὶ οὕτω μετὰ τοὺς ἱερατικοὺς ἅπαντας βαθμοὺς ἀπροσκόπτως διελθεῖν, καὶ εἰς ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι.

ΚΑΝΩΝ ΠΑ'.

Εἴπομεν ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον καθιέναι ἑαυτὸν εἰς δημοσίας διοικήσεις, ἀλλὰ προσευκαιρεῖν (22) *ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις. Ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω* (23). « *Οὐδεὶς γὰρ δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν* » *κατὰ τὴν Κυριακὴν παρακέλευσιν.*

ΒΑΛΣ. Ὁ ς' ἀποστολικὸς κανὼν ἀδιαστίκτως καθαιρεῖσθαι κελεύει τοὺς ἱερωμένους κοσμικὰς φροντίδας ἀναλαμβανομένους. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν συμπαθέστερον τούτους κολάζει. Φησὶ γὰρ, Ἢ παυσάσθωσαν, ἢ καθαιρείσθωσαν. Ἔλκυσον γοῦν εἰς μίαν ἔννοιαν τοὺς κανόνας πρὸς τὸ φιλανθρωπότερον, καὶ εἰπὲ καὶ τὸν ς' κανόνα κατὰ τοῦτον νοεῖσθαι. Ζήτει καὶ τὸν ς' κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, καὶ τὸν δ' τῆς τετάρτης.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἕκτος κανὼν τοῦ παρόντος συντάγματος καθαιρεῖσθαι κελεύει τοὺς κοσμικὰς φροντίδας ἀναδεχομένους ἱερωμένους. Οὗτος δὲ ὁ κανὼν σαφηνιστικὸς ἐκείνου ἐστίν. Οὕτω γὰρ χρὴ νοεῖν κἀκεῖνον, ὅτι, εἰ μὴ πείθοιτο, καὶ ἀφίσταται τῶν κοσμικῶν πραγμάτων, τότε καθαιρεθήσεται. Εἰ γὰρ ἀπέχεται τούτων, ὡς μηκέτι μετιέναι δημοσίας διοικήσεις, ἐπὶ τοῖς φθάσασι συγγνωσθήσεται. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ προτέρου κανόνος μέμνηται ὁ κανὼν οὗτος. Ζητητέον δὲ καὶ τὸν ις' κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, καὶ τὸν τρίτον τῆς τετάρτης συνόδου.

Guill. Beveregii notæ.

(21) *Ἢ ταξεώτην.* Glossæ Græco-Latinæ ταξεώτης *Apparitor officialis.* Macarius, οἱ διάκονοι τοῦ ἄρχοντος, ἢ ταξεῶται. Mac. hom. 15. Hujusmodi viros episcopos protinus fieri leges quoque civiles vetant. Βουλευτὴς ἢ ταξεώτης μὴ γενέσθω ἐπίσκοπος, μὴ πρότερον ιε' ἔτη μονάσας. Ἀλλ' εἰ παρὰ ταῦτα γένηται, τῇ ἰδίᾳ ἀποδιδόσθω τύχῃ. Eccles. constit. l. III, tit. 1, par. 2, sed alibi, Ὁ βουλευτὴς καὶ ὁ ταξεώτης, ἐὰν ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος γένηται, ἐκπίπτει, κἂν ἦν πρὸ τούτου κληρικός. ibid. l. I, tit. 3, const, 53. Ἀλλὰ μηδὲ ταξεώτας κληρικοὺς γίνεσθαι, ἵνα μὴ ἐκ τούτου τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ ὕβρις προσγένηται. Basilic. l. III, tit. 1, c. 27

(22) *Προσευκαιρεῖν.* Joan. Antiochenus προσκαρτερεῖν, collect. can. tit. 14.

(23) *Ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω.* Joan. Antiochenus εἰ δὲ μὴ βούληται, ἀποτιθέσθω, *Si autem non velit, deponatur.* Sic enim vertenda sunt hæc verba, non ut in impressis Justelli codicibus, *vel ergo ait facere persuadeatur, vel deponatur :* hæc enim versio nostræ lectioni, non isti convenit. Sed observandum est, dictæ canonum collectioni Græcæ antiquam Gentiani Herveti versionem appositam esse, quo fit, ut propter varias lectiones translatio textui sæpe non accommodetur : quod satis mirari nequeo : præcipue cum a tam eruditis viris Bibliotheca ista in lucem emissa fuerit.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤ. *Ἐπίσκοπος ἀνεπίσκοπος ὁ δημόσια χειριζόμενος* (24).

Ὁ εἰς δημοσίας διοικήσεις ἑαυτὸν ἐκδιδοὺς, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐπίσκοπος, ἢ παυσάσθω, ἢ μὴ πειθόμενος, καθαιρείσθω.

ΚΑΝΩΝ ΠΒ'.

Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν συγγνώμης οὐκ ἐπιτρέπομεν ἐπὶ λύπῃ τῶν κεκτημένων· οἴκων γὰρ ἀνατροπὴν τὸ τοιοῦτον ἐργάζεται. Εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη ὁ οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος (25) *ἐφάνη, καὶ συγχωρήσουσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερώσουσι, καὶ τοῦ οἴκου ἐξαποστείλωσι, γινέσθω.*

ΒΑΛΣ. Περὶ δούλων κληρουμένων ἀνάγνωθι καὶ τὸ λς' κεφάλαιον τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Ἐνταῦθα δὲ ὁ κανὼν, μὴ θέλων σκανδαλίζεσθαι ὑφ' ἡμῶν τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν, οὐ παραχωρεῖ εἰς κλῆρον προάγεσθαι δοῦλον ἀλλότριον, κἂν φρονιμώτατός ἐστι καὶ ἄξιος, εἰ μὴ καὶ ὁ δεσπότης πρὸς τοῦτο συναινέσῃ, καὶ πρότερον ἐλευθερίας αὐτὸν ἀξιώσῃ. Ἐγράφη δὲ πρὸς παράδειγμα καὶ τὸ γεγονὸς ἐπὶ τῷ Ὀνησίμῳ. Γέγραπται γὰρ ὡς τὸν τοιοῦτον Ὀνήσιμον δοῦλον ὄντα Φιλήμονος ὁ μέγας Παῦλος ἀντέστρεψε πρὸς τὸν Φιλήμονα, κἂν χρησιμώτατος πρὸς διακονίαν ἔδοξεν αὐτῷ, εἰπὼν μὴ δίκαιον εἶναι ἄνευ γνώμης τοῦ Φιλήμονος τοῦτον διακονεῖν ἐν τῷ τῆς πίστεως κηρύγματι. Ὥστε οὐδὲ ἐλευθερία, οὐδὲ ἱερωσύνη, οὐδ' ἄλλο τι ἀποξενοῦσι τὸν ἀγνοοῦντα δεσπότην, ἐκ τῆς κυριότητος τοῦ δούλου αὐτοῦ. Καὶ τὸ νόμιμον δὲ τὸ διοριζόμενον, κατὰ ἐλευθερίαν οὐ δίδοται ἀποκατάστασις, οὐ νοεῖται περὶ τοιούτων, ἀλλὰ περὶ δούλου ἐλευθερωθέντος κατὰ γνώμην δεσπότου ἀτελοῦς.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ ἐμποιοῦντα σκάνδαλά τισι φεύγειν δεῖ τοὺς πιστούς. Αἴτιον δὲ σκανδάλου καὶ λύπης τὸ τὸν ἀλλότριον δοῦλον παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου κληροῦσθαι. Διὸ καὶ κωλύει τοῦτο ὁ κανὼν, ὡς οἴκους ὅλους ἀνατρέπον. Ἴσως γὰρ διοικητὴς ἂν εἴη τοῦ οἴκου τοῦ δεσπότου αὐτοῦ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ἢ ἐργαστηρίου δεσποτικοῦ προϊστάμενος, ἢ χρήματα ἐμπεπιστευμένος δι' ἐμπορίαν, καὶ ἡ χειροτονία αὐτοῦ διὰ ταῦτα εἰς λύπην ἔσται τῷ δεσπότῃ αὐτοῦ. Εἰ δὲ ἄξιος ἱερατικοῦ βαθμοῦ κριθείη ὁ οἰκέτης, χρὴ τὸν ἐπίσκοπον κοινοῦσθαι τὰ περὶ αὐτοῦ τῷ δεσπότῃ· καὶ εἰ κἀκεῖνος συνευδοκεῖ, χειροτονηθήσεται. Καὶ ὁ μέγας γὰρ Παῦλος Ὀνήσιμον δοῦλον ὄντα Φιλήμονος

A ARIST. *Episcopus de episcopatu deponitur qui negotia publica tractat.*

Qui ad publicas administrationes se dejicit sive presbyter, sive diaconus, sive episcopus, aut cesset, aut non persuasus, deponatur.

54 CANON LXXXII.

Servos in clerum provehi sine venia dominorum non permittimus ad possessorum molestiam. Domorum enim eversionem illud efficit, si quando autem etiam dignus servus visus sit qui ad gradum eligatur, qualis noster quoque Onesimus visus est, et domini concesserint ac liberaverint, et ædibus emiserint, fiat.

BALS. De servis qui in clerum cooptantur, lege B etiam 36 cap. primi tit., præsentis operis. Hic autem canon nolens nostris fratribus aliquid a nobis offendiculi afferri, non permittit ut alienus servus in clerum promoveatur, etiamsi sit prudentissimus et dignus, nisi et dominus ei rei consenserit, et eum prius libertate dignum existimaverit. Ad exemplum autem scriptum est et quod factum est in Onesimo. Scriptum est enim quod hunc Onesimum Philemonis servum magnus Paulus ad Philemonem remisit, etiamsi ei visus esset ad ministerium utilissimus, dicens, non esse justum eum sine Philemonis voluntate in fidei prædicatione servire. Quare nec libertas, nec sacerdotium, nec aliquid aliud dominum ignorantem a servi sui dominio abalienant. Et lex quæ statuit adversus libertatem C non dari restitutionem, de his non intelligitur, sed de servo liberato ex voluntate imperfecti domini.

ZONAR. Fideles decet ea fugere, quæ scandala generent aliquibus. Alienum vero servum contra domini sententiam clericum fieri, causa est scandali, atque molestiæ. Quam ob rem, prohibet hoc canon, ut rem, quæ domos totas evertit. Fortassis enim servus ille procurator sit domus domini sui, vel tabernæ dominicæ præpositus, vel cujus fidei creditæ sint pecuniæ ad negotiationem, et propterea domino suo molestiæ foret ejus ordinatio. Quod si servus gradu sacro dignus existimetur, episcopum D de eo negotio cum domino communicare oportet. Et si is quoque consenserit, ordinetur. Magnus etenim Paulus Onesimum Philemonis servum, cujus mi-

Guill. Beveregii notæ.

(24) *Χειριζόμενος.* In Simeonis Logothetæ Epitome legitur μεταχειριζόμενος.

(25) *Ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος.* Pronomen ἡμέτερος non secus ac ἐμοῦ in canone 29 ab interpolatore, nescio quo, adjectum videtur, ut canones hi ab apostolis conditi fuisse crederentur. Nec Balsamon autem nec Zonaras istius mentionem faciunt, etiamsi de Onesimo loquantur. Joannes Antiochenus in sua collectione totum hunc canonem omisit, ut de vera istius lectione nihil ex eo constet; uti nec ex Harmenopuli epitome, quæ ipsius Onesimi etiam non meminit, sed totum canonem breviter sic exprimit, Οἰκέτης οὐ κληροῦται παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου. Harmen. can. epit. sect. 3, tit. 1. Sed in Arabica collectione, et omisso pronomine, et nomine corrupto legitur, *sicut Onesiphorus;* hujusmodi autem propriorum præcipue nominum e Græcis deductorum corruptionibus nihil in lingua Arabica frequentius occurrit: hinc nihilominus plane satis apparet, pronomen ἡμέτερος in codice, quo usus est Josephus Ægyptius, desideratum fuisse. Et quidem non immerito, cum nihil enim certius esse potest, quam hosce canones ab ipsis apostolis non constitutos esse, vel tota sententia οἷος καὶ ἡμέτερος Ὀνήσιμος ἐφάνη, vel saltem pronomen ἡμέτερος expungatur necesse est.

Digitized by Google

nisterium ei judicabat utile, sine domini voluntate non decrevit eum retinere, sed ipsum remisit ad Philemonem. Lex vero civilis ad servi libertatem sufficere dicit, hunc, ipsius domino sciente et non contradicente, in clerum deligi.

ARIST. *Servus non fit clericus, nisi consensu domini : qui autem dignus est, libertate donatus promovetur.*

Sine voluntate domini non oportet servum in clerum recipere. Libertate autem donatus, si dignus qui in clerum recipiatur visus sit, admittitur.

CANON LXXXIII.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, exercitui vacans, et utraque obtinere volens, Romanum scilicet magistratum, et sacerdotalem administrationem, deponatur : « Quæ sunt enim Cæsaris, Cæsari; et quæ sunt Dei, Deo [35]. »

BALS. Diversi canones apostolici prohibuerunt sacris initiatos publica negotia administrare. Præsens autem canon jubet eos deponi qui exercitui vacant vel hujusmodi militares commeatus administrant, et expeditionis militaris curam habent. Talis enim hic militia existimanda est, et non ea quæ fit armis. Illa enim omnino prohibita est. Et lege 7 can. Chalced. syn. tales anathemate feriendos. Quinetiam ipsa canonis ratio ultimis hisce verbis reddita, Τὰ γὰρ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ, eumdem hunc sensum exigit : ut sacerdotes nimirum, qui Deo toto consecrantur, politicis administrationibus nequaquam vacent. Sacerdotales enim et civiles administrationes tanto a se invicem interstitio distant, ut idem utrisque deservire nequeat : vel ut Nicephorus Gregoras ait, Οὐ γὰρ θεωρία πνευματικὴ καὶ πρᾶξις πολιτικὴ ὡς τὰ πολλὰ συνεῖναι πεφύκασιν, εὐκτὸν δ' ἂν εἰ μὴ μαχόμενα τὸ πλέον πρὸς ἄλληλα φαίνοιντο, καὶ ἅπερ σῶμα καὶ πνεῦμα καὶ αὖ ὅσα τῶν αἰσθητῶν πρός γε τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν. Niceph. Greg. *Hist. rom.* lib. III. Et hoc quidem inter alios canone fretus Constantinus Mesopotamitanus, qui res publicas sub Alexio Comneno aliquandiu administraverat, cum ab imperatore obtinuisset, ut diaconus crearetur, se relicturum palatium, et imperatori non amplius operam navaturum simulabat, propterea quod canones hoc ei interdicerent, vel, ut verba ejus refert Nicetas Choniates, Τοὺς γὰρ κανόνας μὴ ἐνδιδόναι οἱοπωστιοῦν καὶ Θεῷ ἱεράσθαι, καὶ κοσμικαῖς προσπλέκεσθαι πραγματείαις. Ἀποδιεστάναι γὰρ ἄμφω καὶ μηδαμῶς συναλείφεσθαι, ὥσπερ καὶ δουλεύειν Θεῷ τε καὶ μαμμωνᾷ κατὰ διάμετρόν εἰσιν ἀντικείμενα. Nicet. Choniat. in Alex. Comn. l. II. Postea autem imperatoris jussu privilegium ei a patriarcha Xiphilino concessum est, ut Deo simul et imperatori, templo et palatio, inserviret, idque despectui habitis canonibus, qui, ut subjungit Nicetas, Τοῖς ἀμφιβίοις τούτοις δριμύσσονται δυσκολαίνοντες, *acerbas pœnas in istiusmodi ambidextros statuunt*, Nicet. ibid.

A καὶ εὔχρηστον αὐτῷ κριθέντα εἰς διακονίαν ἄνευ γνώμης τοῦ δεσπότου κατέχειν οὐκ ἔκρινεν, ἀλλ' ἀνέπεμψεν αὐτὸν πρὸς Φιλήμονα. Ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος (26) ἀρκεῖν εἰς ἐλευθερίαν φησὶ τοῦ δούλου τὸ εἰδότος τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, καὶ μὴ ἀντιλέγοντος, τῷ κλήρῳ καταλεγῆναι αὐτόν.

ΑΡΙΣΤ. *Οἰκέτης ἀκλήρωτος πλὴν εἰ μὴ γνώμῃ δεσπότου. Ὁ δὲ ἐπάξιος, ἐλευθερωθείς, προβιβάζεται* (27).

Ἄνευ γνώμης δεσπότου οὐ δεῖ οἰκέτην εἰς κλῆρον προσδέχεσθαι. Ἐλευθερωθεὶς δὲ ἄξιος τοῦ κληροῦσθαι φανεὶς, παραδέχεται.

ΚΑΝΩΝ ΠΓ'.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, στρατείᾳ σχολάζων (28), *καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. « Τὰ γὰρ Καίσαρος* (29) *Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. »*

B

ΒΑΛΣ. Διάφοροι κανόνες ἀποστολικοὶ ἐκώλυσαν τοὺς ἱερωμένους δημοσιακὰ πράγματα διοικεῖν. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν καθαιρεῖσθαι θεσπίζει τοὺς στρατείᾳ σχολάζοντας, ἤτοι τοὺς διοικητὰς τῶν στρατιωτικῶν σιτηρεσίων, πραγμάτων καὶ στρατολογιῶν. Τοιαύτην γὰρ εἶναι τὴν στρατείαν ὑπολαπτέον μοι, καὶ μὴ τὴν διὰ ὅπλων. Ἐκείνη γὰρ πάντη ἀπηγόρευται. Καὶ ἀνάγνωθι τὸν ζ' κανόνα

[35] Luc. xx, 25.

Guill. Beveregii notæ.

(26) *Ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος.* Basilica : Ἐὰν δοῦλος, εἰδότος καὶ οὐκ ἀντιλέγοντος τοῦ δεσπότου ἐν κλήρῳ καταλεγῇ, ἐξ αὐτοῦ τοῦ καταλεγῆναι ἐλεύθερος καὶ εὐγενὴς ἔστω, Basil. l. III, tit. 1, c. 31. Δοῦλος, εἰδότος καὶ οὐκ ἀντιλέγοντος τοῦ δεσπότου εἰς κλῆρον καταλεγείς, ἐλεύθερος οὗτος. Constit. Eccl. coll. I. III, tit. 1, par. 2. Michael Attaliata, Δοῦλος, γινώσκοντος τοῦ δεσπότου, καὶ σιωπῶντος χειροτονούμενος κληρικὸς, ἐλεύθερος οὗτος. Attal. Synop. tit. 3.

(27) *Ἐλευθερωθεὶς προβιβάζεται.* Quod servus prius libertate donandus est, quam in clerum cooptatur, concilium quoque Aurelianense quintum decrevit, dicens, *Ut servum qui libertatem a dominis propriis non acceperit, aut etiam jam libertum, nullus episcoporum, ab ejus tantum voluntate, cujus servus est, et eum absolvisse dignoscitur, clericum audeat ordinare.* Concil. Aurel. 5, c. 6. Et Balsamon in constitutionum ecclesiasticarum Collectione ex codice ait, Δοῦλος δὲ οὔτε κατὰ γνώμην δεσπότου κληροῦται, εἰ μὴ πρῶτον ἐλευθερωθῇ. Constit. ecclesiast. coll. I. I, tit. 3, c. 36.

(28) *Στρατείᾳ σχολάζων.* Balsamon et Zonaras per στρατείᾳ σχολάζοντας hic intelligendos contendunt, non eos qui arma gestant, sed τῶν στρατιωτικῶν πραγμάτων διοικητάς, qui quovis nimirum modo res militares administrant. Sic et Harmenopulus, qui sensum canonis sic breviter exprimit : Καὶ στρατεύων ἱερεὺς καθαιρείσθω, et ad στρατεύων in margine notat, ἀντὶ τοῦ Στρατιωτικὰ πράγματα διοικῶν. Nobis autem στρατείᾳ civilem quamlibet administrationem, magistratum, aut dignitatem, hic indigitare videtur; propterea quod per Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν proximis verbis explicatur, et τῇ ἱερατικῇ διοικήσει opponitur : unde et in epitome tam Logothetæ quam Aristeni, pro στρατείᾳ σχολάζων, nihil substituitur præter ἄρχων, vis enim canonis in ea his solis verbis exhibetur, ἱερεὺς ἄρχων ἀνίερος. Quinetiam ipsa canonis ratio ultimis hisce verbis reddita, Τὰ γὰρ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ, eumdem hunc sensum exigit : ut sacerdotes nimirum, qui Deo toto consecrantur, politicis administrationibus nequaquam vacent. Sacerdotales enim et civiles administrationes tanto a se invicem interstitio distant, ut idem utrisque deservire nequeat : vel ut Nicephorus Gregoras ait, Οὐ γὰρ θεωρία πνευματικὴ καὶ πρᾶξις πολιτικὴ ὡς τὰ πολλὰ συνεῖναι πεφύκασιν, εὐκτὸν δ' ἂν εἰ μὴ μαχόμενα τὸ πλέον πρὸς ἄλληλα φαίνοιντο, καὶ ἅπερ σῶμα καὶ πνεῦμα καὶ αὖ ὅσα τῶν αἰσθητῶν πρός γε τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν. Niceph. Greg. *Hist. rom.* lib. III. Et hoc quidem inter alios canone fretus Constantinus Mesopotamitanus, qui res publicas sub Alexio Comneno aliquandiu administraverat, cum ab imperatore obtinuisset, ut diaconus crearetur, se relicturum palatium, et imperatori non amplius operam navaturum simulabat, propterea quod canones hoc ei interdicerent, vel, ut verba ejus refert Nicetas Choniates, Τοὺς γὰρ κανόνας μὴ ἐνδιδόναι οἱοπωστιοῦν καὶ Θεῷ ἱεράσθαι, καὶ κοσμικαῖς προσπλέκεσθαι πραγματείαις. Ἀποδιεστάναι γὰρ ἄμφω καὶ μηδαμῶς συναλείφεσθαι, ὥσπερ καὶ δουλεύειν Θεῷ τε καὶ μαμμωνᾷ κατὰ διάμετρόν εἰσιν ἀντικείμενα. Nicet. Choniat. in Alex. Comn. l. II. Postea autem imperatoris jussu privilegium ei a patriarcha Xiphilino concessum est, ut Deo simul et imperatori, templo et palatio, inserviret, idque despectui habitis canonibus, qui, ut subjungit Nicetas, Τοῖς ἀμφιβίοις τούτοις δριμύσσονται δυσκολαίνοντες, *acerbas pœnas in istiusmodi ambidextros statuunt*, Nicet. ibid.

(29) *Τὰ γὰρ Καίσαρος.* Hæc verba, Τὰ γὰρ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ, in Aristeni, necnon in Logothetæ epitome a Justello edita, omittuntur.

Digitized by Google

τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἀναθεματίζοντα τοὺς τοιούτους, εἰ μὴ μεταμεληθῶσιν. Ἐρωτήσει δέ τις, Ἆρα καὶ ἐνταῦθα τὸ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω ἕξει χώραν, καθὼς ἐν τῷ πα' κανόνι ἐδιδάχθημεν· ἢ καὶ πρὸ ἐπιφωνημάτων ὁ τὴν στρατείαν μεταχειριζόμενος ἱερωμένος ἀπεντεῦθεν καθαιρεθήσεται; Λύσις. Οἶμαι ὅτι καὶ ἐνταῦθα, μετὰ ἐπιφώνησιν ὁ στρατολογῶν, εἰ μὴ παύσεται, καθαιρεθήσεται. Πάντα γὰρ τὰ δημοσιακὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἔχουσιν. Ἀνάγνωθι καὶ κεφ. λϐ' τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. A

ZΩNAP. Στρατείαν ἐνταῦθα οὐχ *ὅπλων μεταχείρησιν ἢ προστασίαν στρατιωτῶν* οἶμαι τὸν κανόνα λέγειν, ἀλλὰ στρατιωτικῶν πραγμάτων διοίκησιν, οἷον σιτηρεσίων στρατιωτικῶν διανέμησιν, ἢ τροφῶν στρατιώταις ἀφωρισμένων ὑποδοχὴν, ἢ στρατολογίαν, ἢ καὶ διοικήσεις ἄλλας τινὰς, ἃς καὶ οἱ πολιτικοὶ νόμοι στρατείας εὑρίσκονται ὀνομάζοντες. Τοὺς γοῦν τοιούτοις τισὶ σχολάζοντας ἱερωμένους ὁ κανὼν ὑπὸ καθαίρεσιν τίθησι πάντως, εἰ μὴ τούτων ἀφίστανται. Οὐ γὰρ δεῖ μιγνύειν τὰ ἄμικτα· τὰ Καίσαρος φησὶ καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἕβδομος κανὼν καὶ ἀναθεματίζεσθαι τοὺς τοιούτους μὴ μεταμελομένους ὁρίζει. B

ARIST. *Ἱερεὺς ἄρχων ἀνίερος· « Τὰ γὰρ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. »*

Ὁ Ῥωμαϊκὴν στρατείαν ἐθέλων κατέχειν, καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. *Τὰ γὰρ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ.* C

ΚΑΝΩΝ ΠΔ'.

Ὅστις ὑβρίσει βασιλέα (30) *ἢ ἄρχοντα παρὰ τὸ δίκαιον, τιμωρίαν τινύτω· καὶ εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.*

ΒΑΛΣ. Ὁ Μωσαϊκὸς νόμος φησίν· *Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.* Ἀκολούθως οὖν αὐτῷ διορίζεται καὶ ὁ παρὼν κανὼν, τὸν ὑβρίζοντα βασιλέα ἢ ἄρχοντα, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι. Καὶ τοῦτο μὲν ὅσον ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως· οἱ δὲ πολιτικοὶ νόμοι ἄλλως διευλυτοῦσι τὰ τῆς βασιλικῆς ὕβρεως. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ λϛ' κεφ. τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Τινὲς ἑρμηνεύοντες τὸ, Εἴ τις ὑβρίσει βασιλέα ἢ ἄρχοντα παρὰ τὸ δίκαιον, εἶπον πολλάκις ἐκλαμβάνεσθαι καὶ τὸν δίκαιον ἔλεγχον ἀντὶ ὕβρεως. Νομίζω δὲ τοῦτο ἑρμηνεύεσθαι ἀπὸ τοῦ ιδ' κεφ. τοῦ λϛ' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, ὅπερ κατεστρώθη εἰς τὸ λϛ' κεφάλαιον τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. D

ZONAR. Canonem non arbitror hic appellare στρατείαν, *Armorum tractationem, vel militum præfecturam*, sed militarium rerum procurationem; veluti militarium stipendiorum distributionem, vel annonæ nutriendis militibus sepositæ curam, vel militum descriptionem, vel etiam quas alias procurationes : quas quidem civiles leges inveniuntur etiam nominare στρατείας. Consecratos igitur istis qualibuscunque vacantes canon depositioni omnino subjicit : si non ab his abstineant. Nec enim decet non miscenda miscere : ea (dicit) quæ sunt Cæsaris, et ea quæ sunt Dei. Septimus autem in Chalcedone synodi canon tales quos non pœniteat, anathematizari decernit.

ARIST. *Sacerdos magistratum obiens; deponitur. « Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari, et quæ Dei, Deo. »*

Qui Romanam militiam retinere vellet, ac etiam sacerdotalem administrationem, deponatur. *Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari, et quæ, Dei, Deo.*

CANON LXXXIV.

Quisquis regem vel principem præter jus contumelia affecerit, pœnas luat : et si sit quidem clericus, deponatur : si vero laicus, segregetur.

BALS. Lex Mosaica dicit : *Principi populi tui non maledices*[16]. Ei ergo consequenter statuit et præsens canon, eum qui imperatorem vel principem injuria afficit, si sit quidem clericus, deponi : si vero laicus, segregari; et hoc quidem quantum ad ecclesiasticam traditionem attinet. Civiles autem leges imp., factam injuriam aliter vindicant, lege autem 36, cap. noni tit. præsentis operis. Nonnulli autem illud interpretantes, Si quis regem vel principem præter jus contumelia afficit, dixerunt sæpe etiam justam reprehensionem pro injuria accipi. Existimo autem hoc explicari a 14 cap. 36, tit. 60 lib. Basil. quod situm est in 36 cap. 9, tit., præsentis operis.

[16] Exod. xxii, 28.

Guill. Beveregii notæ.

(30) *Ὅστις ὑβρίσει βασιλέα.* Recte hic observat Harmenopulus, quod hoc canone, Βασιλέα μὲν ὑβρίζειν κεκώλυται, ἐλέγχειν δὲ οὐδαμῶς. *Contumelia quidem afficere imperatorem prohibitum est, reprehendere autem nequaquam.* Harmen. epit. can. sect. 3, tit. 3, cui suffragatur et Zonaras. Et sic quidem D. Ambrosius imperatorem Valentinianum reprehendit, Theodoret. *Hist. eccles.* lib. iv, cap. 7, et Theodosium, ibid. l. v, c. 17. Joan. Chrysostomus multos optimatum et magistratuum, Socrat. l. vi, c. 5. Arsenius Palæologum reprehendit simul et sacris interdixit, Niceph. Greg. Hist. Rom. lib. iv, alii alios, ut ecclesiasticæ Historiæ scriptores abunde testantur. Ut extra dubium sit hunc canonem, non de justa imperatorum reprehensione, si delinquerint, sed de contumelia intelligendum esse.

Digitized by Google

ZONAR. Mosaica lex dicit : *Principi populi tui non maledices.* Et coryphæus apostolorum Petrus ait, *Regem honorate*[37]. Et magnus Paulus, orare jubet pro regibus et omnibus qui sunt in dignitate, etiam si sint infideles[38]. Igitur et reges et magistratus afficere contumelia quisque prohibitus est. At hos reprehendere aliquid agentes contra quam deccat, non prohibetur ; etiamsi reprehensionum verba, forte acerbiora exsistentia, ad reprehensorum contumeliam spectare existimentur. Non permittit enim canon contra jus contumeliam facere; ut ex contraria distinctione intelligitur, quod et reges et primates juste increpans non est punitione dignus. Trigesimus sextus titulus libri Basilicorum sexagesimi in capite decimo tertio, hæc, dicit : Si quis male mentionem regis fecerit, non subjacet pœnæ, sed quæ de illo sunt, regi significari oportet. Nam si per levitatem excessit, contemnendus est. Quod si per insaniam, miseratione dignus est. Quod si velut injuria affectus, ei remittendum est.

ARIST. *Qui magistratum et regem contra jus contumelia afficit, clericus deponitur, laicus excommunicatur.*

Qui regem aut magistratum pie viventes contumelia afficit, si clericus est deponatur, si vero laicus excommunicetur.

56 CANON LXXXV.

Sint nobis omnibus clericis et laicis libri venerandi et sancti Veteris quidem Testamenti, Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Jesu filii Nave unus. Judicum unus. Ruth unus. Regnorum quatuor. Paralipomenon, id est, derelictorum libri dierum, duo. Esdræ duo. Esther unus. Maccabæorum tres. Job unus. Psalterii unus. Salomonis tres. Proverbia. Ecclesiastices. Cantica canticorum. Prophetarum duodecim. Isaiæ unus. Jeremiæ unus, Ezechielis unus. Danielis unus. Extrinsecus autem a vobis intelligatur, debere vestros adolescentes discere sapientiam eruditissimi Sirach. Nostra autem id est, Novi Testamenti. Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis. Pauli Epistolæ quatuordecim. Petri Epistolæ duæ, Joannis tres. Jacobi una. Clementis Epistolæ duæ, et Constitutiones vobis episcopis per me Clementem in octo libris editæ, quæ non sunt omnibus divulgandæ, propter ea quæ sunt in eis mystica : et Actus nostri apostolorum.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ Μωσαϊκὸς νόμος, Ἄρχοντα, φησὶ, τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. Καὶ ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων Πέτρος, Τὸν βασιλέα τιμᾶτε, φησί. Καὶ ὁ μέγας Παῦλος ὑπερεύχεσθαι κελεύει τῶν βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ, καὶ ταῦτα ἀπίστων. Ὑβρίζειν μὲν οὖν κεκώλυται πᾶς τις καὶ βασιλέας καὶ ἄρχοντας· ἐλέγχειν δὲ παρὰ τὸ πρόσηκον ποιοῦντάς τι οὐ κωλύεται, κἂν οἱ τῶν ἐλέγχων λόγοι, δριμύτεροι ὄντες ἴσως, εἰς ὕβριν τοῖς ἐλεγχομένοις λογίζωνται. Παρὰ τὸ δίκαιον γὰρ ὑβρίζειν οὐ παραχωρεῖ ὁ κανὼν, ὡς ἐξ ἀντιδιαστολῆς νοεῖσθαι ὅτι ὁ δικαίως καὶ βασιλέων καὶ μεγιστάνων καθαπτόμενος οὐ κολάσεως ἄξιος. Ὁ δὲ ις' τίτλος τοῦ ξ' τῶν Βασιλικῶν βιβλίου ἐν κεφαλαίῳ ιγ' ταῦτά φησιν· Ἐάν τις κακῶς μνημονεύσῃ τοῦ βασιλέως, οὐχ ὑπόκειται τιμωρίᾳ· ἀλλὰ χρὴ τὰ περὶ αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ μηνυθῆναι. Εἰ γὰρ ἀπὸ κουφότητος ἐξῆλθε, καταφρονητέος· εἰ δὲ ἀπὸ μανίας, ἐλεημοσύνης ἄξιος· εἰ δὲ ὡς ἀδικούμενος, συγχωρητέος.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἄρχοντα καὶ βασιλέα παρὰ θέμιν ὑβρίζων, κληρικὸς, καθαιρεῖται· λαϊκὸς, ἀφορίζεται.*

Ὁ βασιλέα ἢ ἄρχοντα εὐσεβῶς ζῶντας ὑβρίζων, εἰ μὲν κληρικός ἐστι, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

ΚΑΝΩΝ ΠΕ'.

Ἔστω ἡμῖν πᾶσι κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια τῆς μὲν παλαιᾶς Διαθήκης Μωσέως πέντε, Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον· Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ ἕν· Κριτῶν ἕν· Ῥοὺθ ἕν· Βασιλειῶν τέσσαρα· Παραλειπομένων τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν δύο· Ἔσδρα δύο· Ἐσθὴρ ἕν· Μακκαβαίων τρία· Ἰὼβ ἕν· Ψαλτηρίου ἕν· Σολομῶντος τρία· Παροιμίαι· Ἐκκλησιαστής· Ἆσμα ᾀσμάτων· Προφητῶν δεκαδύο· Ἡσαΐου ἕν· Ἱερεμίου ἕν· Ἰεζεκιὴλ ἕν· Ἐν Δανιὴλ. Ἔξωθεν δὲ ὑμῖν προσιστορεῖσθω μανθάνειν ὑμῶν τοὺς νέους τὴν σοφίαν τοῦ πολυμαθοῦς Σιράχ. Ἡμέτερα δὲ (τοῦτ' ἔστι τῆς καινῆς Διαθήκης) Εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου· Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες· Πέτρου ἐπιστολαὶ δύο· Ἰωάννου τρεῖς· Ἰακώβου μία· Ἰούδα μία· Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο· Καὶ αἱ Διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι, ἃς οὐ χρὴ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά· καὶ αἱ Πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων (31).

[37] I Petr. II, 17. [38] I Tim. II, 2.

Guill. Beveregii notæ.

(31) *Ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.* Post hæc ultima ultimi canonis hujus verba, in Græcis plerisque codicibus, quibus præsertim canones sine scholiis continentur, hujusmodi appendix adjecta est, idque sub nomine Apostolorum, Ταῦτα δὲ περὶ κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ' ἡμῶν, ὦ ἐπίσκοποι. Ὑμεῖς ἓξ ἐμμένοντες αὐτοῖς σωθήσεσθε, καὶ εἰρήνην ἕξετε· ἀπειθοῦντες δὲ κολασθήσεσθε, καὶ πόλεμον μετ' ἀλλήλων ἄδιον ἕξετε, δίκην τῆς ἀνηκοΐας τὴν προσήκουσαν τινύντες. Ὁ Θεὸς δὲ, ὁ μόνος ἀγέννητος καὶ τῶν ὅλων ποιητὴς, ἅπαντας ἡμᾶς διὰ τῆς εἰρήνης ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ἑνώσει, καταρτίσει εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· καταξιώσει τε τῆς μεσιτείας τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς

Digitized by Google

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ μὲν τοῦ ξ' κανόνος ἐμάθομεν μὴ ἀναγινώσκειν ψευδεπίγραφα βιβλία ἀσεβῶν ὡς ἁγιαρτίως δὲ μανθάνομεν ποῖα βιβλία ἀναγινώσκειν ὀφείλομεν ἐκ τῆς παλαιᾶς Διαθήκης καὶ τῆς Νέας. Σὺ δὲ γίνωσκε ὡς, εἰ καὶ γέγραπται ἐνταυθοῖ ἀναγινώσκειν ἡμᾶς τὰς διαταγὰς τοῦ Κλήμεντος, πλὴν μὴ δημοσιεύειν αὐτὰς, ἀλλ' ὁ ϛ' κανὼν τῆς ς' συνόδου ἀπηγόρευσε τὴν τούτων ἀνάγνωσιν, διὰ τὸ γενέσθαι παραποίησιν ἐν αὐταῖς. Καὶ ἀνάγνωθι τὸν αὐτὸν β' κανόνα, διοριζόμενον μετὰ καὶ ἄλλων τινῶν μόνους τοὺς πε' κανόνας τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀναγινώσκειν ἡμᾶς, καὶ ἑτέρου τινὸς μὴ ἐπισκοπεῖσθαι, κἂν λέγηται εἶναι τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανών. Τὰ δὲ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ ὁμολογητῶν συγγραφέντα καὶ ἀναγινώσκειν καὶ κατασπάζεσθαι ὀφείλομεν, ὡς εἰς τὴν ἀληθῆ καὶ ὀρθόδοξον πίστιν ἡμᾶς ἀνάγοντα. A B

BALS. A 60 quidem canone didicimus non legere falso inscriptos impiorum libros, tanquam sanctos: nunc autem, discimus quosnam libros legere debeamus ex Veteri Testamento et Novo. Tu autem intelligas, quod etsi hic scriptum est, Constitutiones Clementis legi a nobis, sed non divulgari debere, secundus tamen sextæ synodi canon earum lectionem prohibuit, quod in eis adulteratio facta sit. Et lege eumdem secundum canonem statuentem cum aliis quibusdam solos 85. Canones sanctorum apostolorum legere nos oportere, alium autem nullum curare, etiamsi esse dicatur sanctorum apostolorum canon. Quæ autem a sanctis Patribus et confessoribus scripta sunt, et legere et amplecti debemus, ut quæ nos ad veram et orthodoxam fidem deducant.

ΖΩΝΑΡ. Διαταξάμενοι οἱ πιστοὶ ἀπόστολοι πῶς χρὴ τοὺς πιστοὺς βιοῦν, ἐπήγαγον τελευταῖον καὶ τίνα δεῖ αὐτοὺς ἀναγινώσκειν βιβλία, καὶ ταῦτα ἀπηρίθμησαν. Ὡς δὲ ἄνω που εἴρηται, καὶ διαφόρων ἁγίων Πατέρων ἀπαριθμήσεις τῶν ἀναγνωστέων βιβλίων εὑρίσκονται. Τοῦτο δὲ πεποιήκασιν, ὅτι διά-

ZONAR. Cum fideles apostoli præscripsissent, quomodo fideles Christi oporteat vivere, tandem subjunxerunt etiam quos libros deceat ipsos legere: illosque recensuerunt. Ut autem superius alicubi dictum fuit, etiam librorum legendorum dinumerationes a variis sanctis factæ Patribus compe-

Guill. Beveregii notæ.

αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, μεθ' οὗ ἡ δόξα αὐτῷ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι τῷ Παρακλήτῳ, νῦν τε καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. *Hæc vero vobis, o episcopi, a nobis constituta sunt. Vos autem in iis permanentes, salvi eritis, et pace fruemini: inobedientes autem si fueritis, puniemini, et bellum perpetuum vobiscum invicem geretis, debitas contumaciæ pœnas solventes. Deus autem, qui solus est ingenitus, universorum creator, vos omnes vinculo pacis in Spiritu sancto copulabit, consummabit in omne opus bonum immutabiles, a querela et crimine liberos, et vita æterna nobiscum dignabitur, per mediationem dilecti sui Filii Jesu Christi, Dei, et servatoris nostri cum quo gloria ipsi super omnia et Deo patri in Spiritu sancto paracleto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.* In Joan. Antiocheni collectione a Justello edita loco horum verborum μεθ' οὗ ἡ δόξα, etc. usque ad finem, hæc substituuntur, πρεσβείαις τῆς ἀσπόρως τεκούσης ἁγνῆς Θεομήτερος καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν. Verum prior lectio in aliis omnibus codicibus tam mss., quam impressis retinetur, atque etiam in Arabica paraphrasi, qua totus hic canonum epilogus vocatur. *Mandatum sanctorum purorumque apostolorum:* ac ultima istius pars, viz. a verbis, ὁ Θεὸς δὲ μόνος, etc. usque ad finem, ac si ipsorum esset apostolorum oratio pro iis, quibus data sunt hæc præcepta, παραφραστικῶς explicatur, *Et oremus Deum patrem, qui solus est ingenitus, universorum creator per Verbum suum ab ipso ante omnia sæcula genitum, qui est Christus incarnatus, ut confirmet vos præstanda ipsi obedientia per sanctum ipsius Spiritum, Dominum vivificantem, vivum et purum; cujus processio ab ipso fuit ante omnia sæcula, et omnes creaturas, ac omnia tempora; qui est Spiritus sanctus Paracletus, quem demisit super discipulos suos in summo Sionis, eosque spirituali ista sapientia inspiravit; eodem quoque modo super vos eam perpetuo demittit, et ut adjuvet vos ad bona opera perficienda, atque vos immaculatos reddat, vobisque largiator sempiternam vitam, quæ usque ad sæcula sæculorum manet, quæque nunquam finietur nec desinet, per mediationem Domini nostri Jesu Christi dilecti Filii Dei Servatoris, qui a Spiritu sancto et Maria Virgine incarnatus est, et homo factus, et crucifixus, et die tertio resurrexit, quemadmodum prophetæ de eo prædixerunt, cui sit laus et majestas, et gloria, et reverentia una cum sapiente et omnisciente Patre, et Spiritu sancto, viro et vivificante, nunc et perpetuo, et in sæcula omnium sæculorum. Amen.* Hic, ut videre est, nulla posteriores lectionis vestigia exstant: sed omnia priori sive communi respondent. Verum non omittendum est, hanc non propriam esse canonum horum appendicem, sed iis cum Constitutionibus apostolicis vulgo dictis communem; his enim non minus quam in epilogi loco adjicitur. Enimvero non in vulgatis tantum Constitutionum editionibus, sed et iis etiam codicibus, qui Photii diebus exstabat, canones eodem, quo Constitutiones volumine compingebantur, ut ex ipso Photio constat, dicente, Ἀνεγνώσθη Κλήμεντος τοῦ Ῥώμης τεύχη βιβλίων δύο, ὧν τὸ μὲν ἐπιγράφεται Διαταγαὶ τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος, ἐν ᾧ καὶ οἱ τῶν συνοδικῶν κανόνων τῷ ἀθροίσματι τῶν ἀποστόλων κανόνες ἐπιγραφόμενοι περιέχονται. *Lecta sunt Clementis Romani duo librorum volumina, quorum alteri hic est titulus, Constitutiones apostolorum per Clementem, in quo etiam illi e synodicis canonibus continentur, qui apostolorum cœtui ascribuntur.* Phot. Bibl. num. 112. In quibus verbis obiter observetur velim, Photium nostræ in Præfatione expositæ de apostolicis canonibus sententiæ suffragari, utpote qui eos e synodicis fuisse canonibus nobiscum asserat. Et hinc, ni fallor, evenit, quod Διαταγαὶ τῶν ἀποστόλων etiam *canones apostolorum* appellentur, ab auctore operis imperfecti in Matthæum, in homil. 53 dicente, *Quomodo autem quidam sacerdotes ex hominibus ordinantur, manifeste in libro octavo canonum apostolorum dicitur.* Iis enim verbis liber octavus Constitutionum aperte indicatur. Utrum ipse canonum et constitutionum collector, quicunque demum ille fuit, eos hisce primus adjecit, necne, alii viderint. Nobis quidem nefarius aliquis βιβλιογράφος canones hosce Constitutionum calci primo subjunxisse, et sic hanc appendicem, sive epilogum utrisque communem, quæstus gratia, effecisse videtur: et eidem forsitan non immerito ascribantur, quæcunque corruptiones in iisdem nunc dierum inveniuntur. C D

Digitized by Google

riuntur. Hoc autem fecerunt, quoniam varii nothi, et falso inscripti libri erant, vel etiamnum sunt, et adulterati quidam : quales etiam quæ per Clementem promulgatæ fuerunt Constitutiones. Ab hæreticis enim quibusdam et adulteratæ et corruptæ fuerunt. Quapropter istas omnino legi vetuit œcumenica sexta synodus in secundo capite canonum ab ea statutorum. Aliæ vero quædam dinumerationes, alios præter hic enumeratos libros, permittunt etiam legi, et Sapientiam Salomonis, et Judith, et Tobiam, et Apocalypsin Theologi.

Hi quidem sunt igitur venerandissimorum apostolorum octoginta quinque canones. Quibusdam tamen in libris canones habentibus inveniuntur et alii canones, uniuscujusque celebratissimorum apostolorum nomine inscripti. Sed in Trullo congregata synodus ducentorum viginti septem sanctorum Patrum, sub regno imperatoris Justiniani Rhinotmeti, quæ dicta est sexta, sanctos recensens canones, sic ait : Huic sanctæ synodo visum fuit, ut rati, et firmi maneant canones a sanctis et beatis Patribus nostris præcessoribus recepti et approbati. Traditique nobis etiam nomine sanctorum et gloriosissimorum apostolorum canones octoginta quinque. Mox conscriptas a sancto Clemente Constitutiones, cum dixisset has legi non oportere, et eas rejecisset, ob id quod adulterina quædam, et aliena a pietate sint ipsis ad Ecclesiæ perniciem inserta ab hæreticis, meminit synodicorum canonum, et œcumenicarum synodorum, localium quoque, et a divinis Patribus extra synodos factorum **57** canonum, deinceps his subjecit, Nemini fas esse supradictos canones adulterare, vel improbare, vel alios præter propositos recipere canones falso inscriptos, quos quidam veritatem camponari conati, composuerunt. Cum secundus sextæ synodi canon hæc ordinet, nec usquam memoriam faciat aliorum apostolicorum canonum præter istos octoginta quinque, non oportet alios ullos, qui dicantur apostolorum, canones approbari, sed magis reprobari, obeloque transfigi, et rejici : tanquam falso inscriptos et non legitimos, et extra numerum eorum quos divini sanctique Patres judicio suo comprobarunt.

ARIST. *Sexaginta librorum canon tantum est venerandus.*

Isti soli libri clericis et laicis venerandi sanctique judicare debent, scilicet Veteris quidem Testamenti, Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Jesu filii Nave unus. Judicum et Ruth unus. Regum quatuor. Derelictorum ex libro dierum duo. Esdræ duo. Esther unus. Maccabæorum tres. Job unus. Psalterium, unus. Salomonis tres. Proverbia. Ecclesiastes. Canticum canticorum. Prophetarum duodecim. Insuper et extra hos et Sapientiæ eruditissimi Sirach. Novi autem Testamenti Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis. Pauli Epistolæ quatuordecim.

φορα νόθα συγγράμματα καὶ ψευδεπίγραφα ἦταν, ἢ καί εἰσι· τὰ δὲ καὶ νενοθευμένα, οἷαι καὶ αἱ διὰ τοῦ Κλήμεντος ἐκπεφωνημέναι διαταγαί. Καὶ αὗται καὶ παρὰ κακοδόξων τινῶν ἐνοθεύθησάν τε καὶ παρεφθάρησαν. Διὸ καὶ ἀναγινώσκεσθαι ὅλως αὐτὰς ἀπηγόρευσεν ἡ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος ἐν κεφαλαίῳ δευτέρῳ τῶν παρ' αὐτῆς τεθέντων κανόνων. Τινὲς δὲ τῶν ἄλλων ἀπαριθμήσεων παραχωροῦσιν ἀναγινώσκεσθαι πρὸς τοῖς ἐνταῦθα ἀπηριθμημένοις, καὶ τὴν Σοφίαν Σολομῶντος, καὶ Ἰουδήθ, καὶ Τωβίαν, καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν τοῦ Θεολόγου.

Οὗτοι μὲν οὖν εἰσιν οἱ τῶν πανσέπτων ἀποστόλων πε' κανόνες. Εὑρίσκονται δὲ ἔν τισι τῶν τοὺς κανόνας ἐχόντων βιβλίων καὶ ἕτεροι κανόνες ἐπ' ὀνόματι ἑκάστου τῶν πανευφήμων ἀποστόλων ἐπιγεγραμμένοι. Ἀλλ' ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ συναθροισθεῖσα σύνοδος τῶν σκζ' ἁγίων Πατέρων ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοκράτορος Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου, ἡ λεγομένη ἕκτη, ἀπαριθμησιν ποιησαμένη τῶν ἱερῶν κανόνων, οὕτω φησίν· Ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ μένειν βεβαίους καὶ ἀσφαλεῖς τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων δεχθέντας καὶ κυρωθέντας, ἀλλὰ μὴν καὶ παραδοθέντας ἡμῖν ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ ἐνδοξοτάτων ἀποστόλων πε' κανόνας. Εἶτα περὶ τῶν παρὰ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος συγγραφεισῶν Διατάξεων, εἰποῦσα μὴ χρῆναι ταύτας ἀναγινώσκεσθαι, καὶ ἀποβαλλομένη αὐτάς, ὡς αἱρετικῶν νόθα τινὰ καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας ἐπὶ λύμῃ τῆς Ἐκκλησίας αὐταῖς παρενειράντων, μέμνηται τῶν συνοδικῶν κανόνων, τῶν τε οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τῶν τοπικῶν, καὶ τῶν παρὰ θείων Πατέρων ἐκτὸς συνόδων γενομένων κανόνων. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπάγει μηδενὶ ἐξεῖναι τοὺς προδηλωθέντας παραχαράττειν κανόνας, ἢ ἀθετεῖν, ἢ ἑτέρους παρὰ τοὺς προκειμένους παραδέχεσθαι κανόνας ψευδεπιγράφους ὑπό τινων συντεθέντας τῶν τὴν ἀλήθειαν καπηλεύειν ἐπιχειρησάντων. Ταῦτα τοῦ δευτέρου κανόνος τῆς ἕκτης συνόδου διατεττομένου, καὶ μηδαμοῦ μνείαν ποιησαμένου ἑτέρων ἀποστολικῶν κανόνων, παρὰ τοὺς πε' οὐκ ἐγκρίνεσθαι δεῖ τοὺς λεγομένους ἄλλους τῶν ἀποστόλων κανόνας, ἀλλ' ἀποκρίνεσθαι μᾶλλον, ὀβελίζεσθαί τε καὶ ἀποβάλλεσθαι· ὡς ψευδεπιγράφους, καὶ νόθους καὶ τῶν ἀπηριθμημένων, καὶ τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς Πατράσιν ἐγκεκριμένων ἐκτός.

ΑΡΙΣΤ. *Σεβάσμιος ἡ ἑξηκοντάβιβλος μόνον.*

Ταῦτα μόνα πᾶσι κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια ὀφείλουσι κρίνεσθαι· ἤγουν τῆς μὲν παλαιᾶς Διαθήκης πέντε· Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον· Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ ἕν· Κριτῶν καὶ Ῥοὺθ ἕν· Βασιλειῶν τέσσαρα· Παραλειπομένων τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν δύο· Ἔσδρα δύο· Ἐσθὴρ ἕν· Μακκαβαίων γ'· Ἰὼβ ἕν· ψαλτήριον ἕν· Σολομῶντος τρία· Παροιμίαι· Ἐκκλησιαστής· Ἆσμα ᾀσμάτων· προφητῶν δεκαδύο· ἔξωθεν δὲ τούτων καὶ αἱ Σοφίαι τοῦ πολυμαθοῦς Σιράχ· τῆς δὲ καινῆς Διαθήκης Εὐαγγέλια τέσσαρα· Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου· Παύλου ἐπι-

Digitized by Google

στολαὶ δεκατέσσαρες· Πέτρου ἐπιστολαὶ δύο· Ἰωάννου τρεῖς· Ἰακώβου μία· Ἰούδα μία· Κλήμεντος αἱ ἐπιστολαὶ δύο· καὶ αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων· καὶ αἱ Διαταγαὶ αἱ διὰ τοῦ αὐτοῦ Κλήμεντος τοῖς ἐπισκόποις ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι· ἃς οὐδὲ χρὴ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά· μᾶλλον δὲ ὁ δεύτερος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ γενομένης ἕκτης συνόδου παντελῶς ἀποβάλλεται τὰς τοιαύτας διατάξεις, διὰ τὸ ἐν αὐταῖς ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων προστεθῆναί τινα νόθα καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας.

A Petri Epistolæ duæ. Joannis tres. Jacobi una. Judæ una. Clementis epistolæ duæ, et Acta apostolorum. Et Constitutiones per eumdem Clementem episcopis in octo libris nuncupatæ, quas non oportet omnibus divulgare propter mystica quædam quæ in iis sunt. Potius autem secundus canon sextæ synodi in Trullo factæ, omnino rejicit istas Constitutiones, quia spuria quædam a pietate aliena in iis a sectariis adduntur.

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΗΣ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ ΠΡΩΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ (52).

—

58 CANONES

NICÆNÆ PRIMÆ SANCTÆ ET ŒCUMENICÆ SYNODI.

—

ΒΑΛΣ. Ἡ ἁγία αὕτη σύνοδος καὶ οἰκουμενικὴ γέγονε βασιλεύοντος (τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας

B BALS. Sancta hæc et œcumenica synodus habita fuit, imperante (decimo anno imperii ipsius) Magno

Guill. Beveregii notæ.

(52) *Κανόνες τῆς ἐν Νικαίᾳ.* Œcumenicarum prima, omnium post apostolicas celebratissima synodus, Nicææ habita fuit, quæ Bithyniæ metropolis est (quod propterea addendum est, ut ab aliis ejusdem nominis civitatibus distinguatur) de qua Plinius, *Deinde Nicæa in ultimo Ascanio sinu, quæ prius Olbia.* Plin. Hist. nat. l. v, c. 32. At scholiastes in Leonis Philosophi διατύπωσιν de ordine Ecclesiarum, quæ patriarchæ CP. subjectæ sunt, eam Ἑλικόρην prius dictam asserit; additque, quod cum a Mysis capta fuisset, ac eversa, Lysimachus post Alexandri obitum, eam instauravit, et de filiæ Antipatri nomine, *Nicæam* vocavit, Μετὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἐκτίσθη ὑπὸ Λυσιμάχου, καὶ ὠνομάσθη Νίκαια ἀπὸ τῆς Ἀντιπάτρου θυγατρός. Jur. Græc. Rom. l. II, p. 29. Strabo autem eam ab Antigono conditam, et *Antigoniam* primo nominatam esse, et postea a Lysimacho instauratam scribit, his verbis, Καὶ Νίκαια ἡ μητρόπολις τῆς Βιθυνίας ἐπὶ τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ. Περίκειται δὲ κύκλῳ πεδίον μέγα, καὶ σφόδρα εὔδαιμον, οὐ πάνυ δὲ ὑγιεινὸν τοῦ θέρους, κτίσμα Ἀντιγόνου μὲν πρῶτον τοῦ Φιλίππου, ὃς αὐτὴν Ἀντιγονίαν προσεῖπεν, εἶτα Λυσιμάχου, ὃς αὐτὴν ἀπὸ τῆς γυναικὸς ὠνόμασε Νίκαιαν. Ἦν δὲ αὐτὴ θυγάτηρ Ἀντιπάτρου. Strab. Geogr. l. XII. Sic et Suidas eam Ἀντιγονίαν dictam fuisse observat, mox subjiciens, Παρωνόμασται δὲ Νίκη τῇ τοῦ Λυσιμάχου γυναικί. Suid. in Νίκαια. Memnon autem de urbis hujus origine et nominis ratione longe aliter disserit: affirmat enim, nomen eam habuisse ἀπὸ Ναΐδος νύμφης ὄνομα λαχούσης τὴν Νίκαιαν. Reliqua ejus verba, quam plurimis referta fabulis, ac proinde indigna prorsus quæ recitentur, videsis apud Phot. Biblioth. tmem. 224, cap. 43. Hanc urbem Nicetas Choniates προκαθεμένην τῶν Βιθυνῶν μεγίστην πόλιν appellat, in Alex. Manuelis filio. Et alibi mœnia ejus ex cocto latere exstructa fuisse tradit, ut nunquam, vel saltem difficulter capi potuit, Νίκαια αὐχεῖ μὲν καὶ τὸ ἐκ κραταιῶν τειχῶν ἀνάλωτον ἢ δυσάλωτον γοῦν, πλίνθου ὠκοδομημένη πᾶσα ὀπτῆς. Id. in Andronico. l. I. Et hinc est, quod post captum a Latinis Byzantium, hæc urbis Romanorum sive Græcorum regni sedes fuit, sic Nicephorus Gregoras, Ἐντεῦθεν ἐς Νίκαιαν αὖθις ὑποστρέφει· αὕτη γὰρ ἐγεγόνει Ῥωμαίων βασίλειον μετὰ τὴν τῆς Βυζαντίδος πόρθησιν. Niceph. Greg. l. IV. Et Laonicus Chalcocondyla, Ἀφικομένους δὲ ἀποδεικνύναι σφίσι Νίκαιαν τὴν Ἑλληνίδα πόλιν, τὰ βασίλεια ἐν αὐτῇ ποιουμένους, Chalco. *De reb. Turc.* l. I. Verum nihil est quod hujus urbis memoriam ad immortalitatem magis consecravit, quam celeberrimus ille omnium piissimorum Ecclesiæ Christianæ præsulum in ea conventus. Enimvero ad dirimendas gravissimas istas quæ Constantini vere Magni temporibus Ecclesiam miserrime dilacerabant, controversias, omnes ubique constituti episcopi dicti imperatoris jussu, in hac urbe, eo nomine celeberrima, conveniebant (vel saltem convenire poterant). Congregati autem non tantum dictas controversias determinabant, verum et sacros nonnullos ad Ecclesiasticam disciplinam pertinentes constituebant canones numero viginti; quos antiquitas usque adeo venerata est, ut eos a nulla alia synodo, etiamsi plurium episcoporum conventu celebrata violandos censeret, aut infringendos: ut cum Leone papa Romano jure merito loquamur, *Nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur, neque trecentis illis decem et octo, quantumlibet copiosior numerus sacerdotum, vel comparare se audeat, vel præferre, cum tanto divinitus privilegio Nicæna sit synodus consecrata, ut sive per pauciores sive plures ecclesiastica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuum, quidquid ab illorum fuerit constitutione diversum. Nimis ergo hæc improba, nimis sunt prava, quæ sacratissimis canonibus inveniuntur esse contraria.* Leo. epist., ad Anatol. ep. CP. vide et ejusdem epistolam ad Marcianum August.

Digitized by Google

Constantino, coactis Niceæ, quæ est in Bithynia, 318 sanctis Patribus adversus Arium presbyterum Alexandrinæ Ecclesiæ, qui blasphemabat adversus Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum, dicens eum non esse Deo et Patri consubstantialem, sed creaturam, et quod erat quando non erat : quem deposuit hæc sancta synodus, et una cum ei consentientibus anathemate percussit ; decrevit autem esse Filium Patri consubstantialem, et Deum verum ac Possessorem ac Dominum et Creatorem rerum omnium creatarum ; non autem creaturam, nec quippiam factum. Hæc autem quæ Niceæ fuit synodus, prima dicitur, si ad œcumenicas referatur. Ante eam enim synodi diversæ locales fuere. Sed hæc cum œcumenicarum prima sit, reliquis quoque præponitur quæ ante ipsam fuerunt, Antiochenæ scilicet, quæ adversus Paulum Samosatenum congregata est sub Aureliano imperatore, Ancyranæ et Neocæsarianæ.

ZONAR. Sancta et œcumenica prima synodus, Magno Constantino imperante habita fuit, cum Niceæ in Bithynia octodecim supra trecentos sancti Patres convenissent, adversus Arium Alexandrinæ Ecclesiæ presbyterum, qui in Dei Filium Dominum nostrum Jesum Christum blasphemabat, dicens eum Deo Patrique, non consubstantialem, sed creaturam esse, et quod erat quando non erat : hunc sancta hæc synodus deposuit, et una cum ei consentientibus anathemate percussit : ab eademque synodo Patri consubstantialem Filium, Deum verum, ac Dominum, ac Possessorem et rerum creatarum omnium Conditorem, non creatum aliquid, vel factitium esse defluitum fuit. Dicitur vero synodus hæc Nicæna prima, ad œcumenicas videlicet comparata, siquidem ante illam locales synodi complures celebratæ sunt : sed cum inter œcumenicas hæc sit antiquissima, idcirco ante alias etiam vetustiores, Antiochenam videlicet, contra Paulum Samosatenum Aureliano imperante congregatam, Ancyranam, in qua de illorum hominum, qui sæviente hostium Christiani nominis furore a religione defecerant, si errati pœnituisset, excipiendorum ratione deliberatum est ; et Neocæsariensem, in qua canones ad ecclesiasticæ rei constitutionem spectantes editi sunt, priore loco collocata fuit.

CANON I.

Si quis a medicis in morbo excisus, vel a Barbaris exsectus est, is in clero maneat. Si quis autem cum

A αὐτοῦ) τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἀθροισθέντων ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων κατὰ Ἀρείου γεγονότος πρεσβυτέρου τῆς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν Ἐκκλησίας, ὃς ἐβλασφήμει κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, λέγων μὴ ὁμοούσιον εἶναι αὐτὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, κτίσμα δὲ, καὶ ὅτι ἦν ὅτε οὐκ ἦν, ὃν καθεῖλεν ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη, καὶ ἀνεθεμάτισε μετὰ τῶν ὁμοφρόνων αὐτῷ· ἐδογμάτισε δὲ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν καὶ Δεσπότην καὶ Κύριον καὶ Κτίστην τῶν κτιστῶν ἁπάντων· ἀλλ' οὐ κτίσμα, οὐδὲ μέντοιγε ποίημα. Πρώτη δὲ σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ αὕτη λέγεται πρὸς τὰς οἰκουμενικὰς ἀριθμουμένη. Ἐπείπερ πρὸ αὐτῆς διάφοροι γεγόνασι σύνοδοι τοπικαί. Ἀλλὰ τῶν οἰκουμενικῶν αὕτη οὖσα
B πρώτη, προτέτακται καὶ τῶν λοιπῶν τῶν πρὸ αὐτῆς γενομένων, τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ δηλαδὴ κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως συγκριθείσης ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ βασιλέως, τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ καὶ τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ.

ΖΩΝΑΡ. Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος γέγονε βασιλεύοντος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἀθροισθέντων ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων κατὰ Ἀρείου, γεγονότος πρεσβυτέρου τῆς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν Ἐκκλησίας, ὃς ἐβλασφήμει κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, λέγων μὴ ὁμοούσιον εἶναι αὐτὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, κτίσμα δὲ, καὶ ὅτι ἦν ὅτε οὐκ ἦν, ὃν καὶ καθεῖλεν ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη, καὶ ἀνεθεμάτισε μετὰ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ·
C ἐδογμάτισε δὲ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν καὶ Δεσπότην καὶ Κύριον, καὶ Κτίστην τῶν κτιστῶν ἁπάντων· ἀλλ' οὐ κτίσμα, οὐδὲ μέντοι γε ποίημα. Πρώτη δὲ σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ αὕτη λέγεται πρὸς τὰς οἰκουμενικὰς ἀριθμουμένη. Ἐπεί τοί γε πρὸ αὐτῆς διάφοροι γεγόνασι σύνοδοι τοπικαί· ἀλλὰ τῶν οἰκουμενικῶν αὕτη οὖσα πρώτη, προτέτακται καὶ τῶν λοιπῶν τῶν πρὸ αὐτῆς γενομένων, τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ δηλαδὴ κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, συγκροτηθείσης ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ βασιλέως, τῆς τε ἐν Ἀγκύρᾳ, ἐν ᾗ ζήτησις γέγονε παρὰ τῶν ἐν καιροῖς διωγμῶν τὴν πίστιν ἀρνησαμένων καὶ μεταμελομένων, ὅπως δεῖ τούτους προσδέχεσθαι· καὶ τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ, ἐν ᾗ περὶ ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως κανόνες ἐξεφωνήθησαν.
D

ΚΑΝΩΝ Α'.

Εἴ τις ἐν νόσῳ (33) *ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, ἢ ὑπὸ βαρβάρων ἐξετμήθη, οὗτος μενέτω ἐν τῷ*

Guill. Beveregii notæ.

(33) *Εἴ τις ἐν νόσῳ.* Nihil hoc canone continetur, quod non prius in apostolicis 21, 22, 23, 24 constitutum fuerat ; ac proinde Patres Nicæni hic dictos apostolicos canones, plus nimio violatos forsitan ac neglectos, renovasse tantum et sua denuo auctoritate confirmasse videntur. Quænam hujus canonis de novo constituendi ratio huic synodo se obtulerit, non facile est conjecturis assequi ; ipsum tamen Leontium inter alios causam dedisse suspicor. Illic enim iisdem, quibus conditi sunt hi canones, temporibus cum presbyter esset, et crimini ei verteretur, quod cum adolescentula quadam, nomine Eustolia (alias Eustochio) versaretur, genitalia sibi membra præcidebat, quo dictæ juvenculæ consortio liberius uteretur, ut ex ipso Athanasio discimus, dicente, Ὁ μὲν γὰρ Λεόντιος διαβαλλόμενος μετὰ γυναικός τινος νεωτέρας, λεγομένης Εὐστολίας, καὶ κωλυόμενος συνοικεῖν αὐτῇ, δι' αὐτὴν ἑαυτὸν ἀπέκοψεν, ἵν' ἐπ' ἀδείας ἔχῃ διατρίβειν μετ' αὐτῆς. Athanas. Ad imper. Constant. Apol. 1, non procul a fine. Vide et Theodoret. Hist. Eccles. l. 1, c. 24. Post constitutum hunc canonem Leontius tale in se facinus perpetrare procul dubio non ausus esset, et propterea

Digitized by Google

κλήρῳ. Εἰ δέ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμε, τοῦτον καὶ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον πεπαῦσθαι προσήκει· καὶ ἐκ τοῦ δεῦρο μηδένα τῶν τοιούτων χρῆναι προάγεσθαι. Ὥσπερ δὲ τοῦτο πρόδηλον, ὅτι περὶ τῶν ἐπιτηδευόντων τὸ πρᾶγμα καὶ τολμώντων ἑαυτοὺς ἐκτέμνειν, εἴρηται· οὕτως εἴ τινες ὑπὸ βαρβάρων ἢ δεσποτῶν εὐνουχίσθησαν, εὑρίσκοιντο δὲ ἄλλως ἄξιοι, τοὺς τοιούτους εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών (34).

esset sanus, seipsum exsecuit, eum etiam in clero recensitum cessare convenit, et deinceps nullum talem oportet promoveri. Quemadmodum autem hoc manifestum est, quod de iis qui de industria hoc agunt, et seipsos audent exscindere, dictum est : ita si aliqui a Barbaris vel dominis castrati sint, inveniantur autem et ii alioqui digni, tales in clerum admittit canon.

ΒΑΛΣ. Οἱ ἀποστολικοὶ θεῖοι κανόνες, ὁ κα', ὁ κβ', ὁ κγ', καὶ ὁ κδ' ἱκανῶς ἡμᾶς ἐδίδαξαν τί ὀφείλει γίνεσθαι εἰς τοὺς ἀκρωτηριαζομένους τοὺς διδύμους. Ἀκολούθως οὖν τούτοις καὶ ὁ παρὼν κανὼν διατάττεται μήτε τοὺς ἑαυτοὺς ἐκδόντας εἰς ἐκτομὴν ἢ αὐτόχειρας γενομένους κληροῦσθαι, ἢ εἰς ἱερωσύνην προάγεσθαι, ἀλλὰ κἂν προέφθασαν ἐν κλήρῳ ταχθῆναι, ἐκβάλλεσθαι τούτους· μήτε τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἐπηρεασθέντας, καὶ τῶν παιδογόνων στερηθέντας μορίων, ἐὰν ἄξιοι κρίνωνται, ἱερωσύνης κωλύεσθαι διὰ τοῦτο. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν η' κανόνα τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συστάσης συνόδου τῆς λεγομένης πρώτης καὶ δευτέρας. Ἐπεὶ δὲ, τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας ἑρμηνεύοντες, ἐγράψαμεν κολάζεσθαι τὸν μετὰ τὴν χειροτονίαν διὰ πάθος ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσαντα· ἀπὸ δὲ τοῦ παρόντος κανόνος λέγοντος, Εἴ τις ἐν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, οὗτος μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ· καὶ αὖθις, Εἰ δέ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμε, τοῦτον καὶ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον πεπαῦσθαι προσήκει· εἶπόν τινες μὴ κολάζεσθαι τὸν μετὰ τὴν κλήρωσιν διὰ πάθος ἀκρωτηριασθέντα· φαμὲν ὡς ὁ τοιοῦτος κανὼν οὐ διαλέγεται περὶ τῶν ἀκρωτηριασθέντων μετὰ τὴν ἱερωσύνην, ἀλλὰ πρὸ τῆς ἱερωσύνης, μετὰ δὲ ταύτην εἰς ἀμφιβολίαν ἐμπεσόντων. Εἰ δὲ καὶ πλέον ἀνθίσταταί τις καὶ θέλει συγγνωμονηθῆναι τὸν διὰ πάθος μετὰ τὴν ἱερωσύνην ἀκρωτηριασθέντα, ἀκουσάτω ὡς ἡ ρμβ' Ἰουστινιάνειος Νεαρὰ ἡ κειμένη ἐν βίβλῳ ξ', τίτλῳ να', κεφαλαίῳ τελευταίῳ, ἥτις καὶ κατεστρώθη ἐν κεφαλαίῳ ιδ' τοῦ πρώτου τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, ἐπιστομίζει αὐτόν. Ταῦτα δὲ λέγομεν, ἐὰν χωρὶς εἰδήσεως τῆς Ἐκκλησίας μετὰ

BALS. Divini canones apostolici 21, 22, 23 et 24 satis nos docuerunt, quid fieri debeat in eos qui seipsos castrarunt : Consequenter igitur istis et hic præsens canon decernit, eos qui seipsos exsecandos tradiderunt, vel ipsi suis sibi manibus virilia amputaverunt, in clerum non cooptari, nec ad sacerdotium promoveri, **59** sed et si prius in clericorum numerum sunt cooptati, eos ejici, nec eos qui ab aliis exsecti membrisque genitalibus privati sunt, si digni sacerdotio judicentur, propterea prohiberi. Lege etiam canonem octavum synodi in templo Sanctorum Apostolorum habitæ, quæ prima et secunda dicitur. Quoniam autem et apostolicos canones interpretantes, scripsimus eum quoque qui post ordinationem seipsum propter morbum mutilavit, puniendum esse : ex hoc autem præsenti canone dicente, Si quis a medicis in morbo excisus est, is in clero maneat : et rursus, Si quis autem cum esset sanus, seipsum exsecuit, eum etiam in clero recensitum cessare convenit : dixerunt quidam eum non puniri, qui propter morbum, postquam in clerum receptus est, mutilatus fuerit : dicimus hunc canonem non loqui de iis qui post sacerdotium mutilati sunt, sed qui ante sacerdotium, iis autem postea controversia mota est. Sin autem magis etiam insistit aliquis, et ei vult ignosci, qui propter morbum post sacerdotium mutilatus est, audiat quod Justiniani Novella 142 quæ in LX libro tit. 51, cap. ultimo, sita est, quæ etiam collocata in cap. 14 primi tituli præsentis operis, isti os occludit. Hæc autem ita habere dicimus, si sine Ecclesiæ notitia post sacerdotium quis mutilatus

Guill. Beveregii notæ.

ante coactam hanc synodum nobis perpetrasse videtur, et Patribus in ea convocatis hujus canonis de novo sanciendi occasionem præbuisse : ex cujus etiam instituto Leontius illico deponebatur ; ut testatur Athanasius, qui post verba ante laudata immediate subjungit hæc. Καὶ τὴν μὲν ὑποψίαν οὐκ ἀπενίψατο· διὰ τοῦτο μᾶλλον πρεσβύτερος ὢν καθηρέθη. Athan. ibid. Et Socrates, de eodem Leontio loquens, ait, Ὅστις, ἡνίκα πρεσβύτερος ἦν, ἁφῃρέθη τῆς ἀξίας, ὅτι γυναικὶ συνδιημερεύων, Εὐστολίᾳ ὄνομα, καὶ τὴν εἰς αὐτὴν αἰσχρὰν ὑπόνοιαν ἐπικρύψαι σπουδάσας, τῶν γεννητικῶν ἐξέτεμεν ἑαυτόν. Socrat. *Hist. eccles.* l. II, c. 26. Idem autem Leontius ad Antiochenum thronum postea promotus est, sed contra concilii hujus Nicæni decreta, ut ipse quoque Theodoretus observat, dicens, Ἐν Ἀντιοχείᾳ μετὰ Στέφανον Λεόντιος τὴν προεδρίαν ἐδέξατο παρὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ γραφέντας ὅρους ταύτην λαβών· ἐκτομίας γὰρ ἦν, αὐτουργὸς γενόμενος τῆς τόλμης. Theodor. *Hist. eccles.* l. II, c. 24. Nimirum hoc canone cautum est, ut qui, cum sanus esset, seipsum exsecuit clericus deponatur ; ac proinde Leontius sacerdotio merito deponebatur. Et decretum est præterea, ut talis non promoveretur ; sed promotus est Leontius, atque ideo canon violatus.

(34) *Εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών.* Quod ante notavimus, Nicænos videlicet Patres hoc canone nihil de novo constituisse, sed apostolicos tantum canones œcumenicæ synodi auctoritate confirmasse, ex hisce verbis manifestum evadit. Nemini enim dubium esse potest, quin ad antiquiorem aliquem canonem hic respectum habuerunt, eumque citarunt, dicentes, τοὺς τοιούτους εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών. Non, οὗτος ὁ κανών, sed, ὁ κανών, ac si dixissent, canon antehac editus, et cuique notus, tales in clerum admittit. Nullus autem alius tunc temporis exstabat canon, quo hoc constitutum fuerat, præter apostolicum 21, quem igitur hic laudari jure merito judicamus

Digitized by Google

fuerit. Si enim ex permissione ecclesiastica quis castratus fuerit, etiam postquam clericus sit, hoc ei nullum præjudicium afferet, ut mihi quidem videtur, etsi nullum vidi sacris initiatum, cui propter morbum permissum fuerit ut castraretur, idque cum hoc multi synodice petierint, et cum chartophylacis officium exercerem; sed et postquam patriarcha essem.

A τὴν ἱερωσύνην ἀκρωτηριασθῇ τις· εἰ γὰρ κατ' ἐπιτροπὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐνουχίσθη τις, καὶ μετὰ τὴν κλήρωσιν, οὐ προκριματισθήσεται, ὡς ἐμοὶ τέως δοκεῖ, κἂν οὐκ εἶδόν τινα ἱερωμένον ἐκχωρηθέντα διὰ νόσον εὐνουχισθῆναι, πολλῶν τοῦτο ζητησάντων συνοδικῶς, καὶ ὅτε τὸ χαρτοφυλακικὸν ἐνήργουν (35) ὀφφίκιον· ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ πατριαρχεῦσαι.

ZONAR. Compluribus sanctorum apostolorum canonibus, et civilium quoque legum decretis, eadem quæ hoc canone constituuntur; verum etiam post canones editos rem hanc totam neglectam fuisse, ac rursum aliquos qui se ipsi mutilaverant, in clerum receptos, et qui ab aliis per injuriam excisi fuerant, exclusos fuisse facile apparet. Hunc igitur canonem propterea synodi hujus Patres promulgavere, eadem quæ apostolicis canonibus, quæque legum sanctionibus definita fuerant, decernentes; ut nec eos, videlicet qui se sponte exsecandos præbuissent, quive se ipsi eunuchos fecissent, in clerum admitti, aut ad sacerdotium evehi fas sit, quinimo etiam in clerum antea receptos, eodem ejici. Nec vero qui ab aliis injuria affecti, genitalibusque privati fuissent, si digni sacerdotio judicentur, ea de causa, quo minus in sacerdotium cooptari liceat, excludantur. Ac sui quidem exsector ille dicendus est, non qui modo sibi ipse virilia evellit, sed et quicunque volens nulla necessitatis excusatione se exsecandum tradit. Verum hæc vicesimo primo, secundo, tertio et quarto apostolorum canone, fusius explicantur.

ΖΩΝΑΡ. Διάφοροι κανόνες τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὰ αὐτὰ τῷ παρόντι κανόνι διατάττονται, καὶ οἱ τῆς πολιτείας δὲ νόμοι (36). Ἔοικε δὲ καταφρονηθῆναι τὸ πρᾶγμα καὶ μετὰ τοὺς κανόνας, καὶ αὖθίς τινας ἑαυτοὺς ἀκρωτηριάζοντας προάγεσθαι εἰς κλῆρον· καὶ τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἐκτμηθέντας κατ' ἐπήρειαν μὴ προάγεσθαι. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ οἱ τῆς συνόδου ταύτης τὸν παρόντα κανόνα ἐξέθεντο, διατάττόμενοι τὰ αὐτὰ τοῖς ἀποστολικοῖς κανόσι καὶ τοῖς νόμοις· ὥστε μήτε τοὺς ἑαυτοὺς ἐκδόντας εἰς ἐκτομὴν, ἢ αὐτόχειρας γενομένους κληροῦσθαι, ἢ εἰς ἱερωσύνην ἀνάγεσθαι, ἀλλὰ κἂν προέφθασαν ἐν κλήρῳ ταχθῆναι, ἐκβάλλεσθαι τούτου· μήτε τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἐπηρεασθέντας, καὶ τῶν παιδογόνων στερηθέντας μορίων, ἐὰν ἄξιοι κρίνωνται ἱερωσύνης, κωλύεσθαι διὰ τοῦτο προαχθῆναι εἰς ἱερωσύνην. Ἑαυτὸν δ' ἐκτεμὼν οὐχ ὁ χερσὶν οἰκείαις ἀποκόψας τὸ μόριον λέγεται μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ ἄλλῳ ἑκὼν καὶ χωρὶς ἀνάγκης ἑαυτὸν εἰς ἐκτομὴν ἐπιδούς. Πλατύτερον δὲ τὰ περὶ τούτου ἐξήγηται ἐν τῷ κα', καὶ β', καὶ γ', καὶ δ', τῶν ἀποστολικῶν κανόνων.

ARIST. *Eunuchi in clerum recipiantur. Qui autem seipsos exsecant non recipiantur.*

Dicitur in canonibus apostolicis nempe 22, 23 et 24 sacerdotio dignum non prohiberi in clerum promoveri, si involuntarie fiat eunuchus. Spontanee vero seipsum mutilantem, ut propriæ cædis auctorem in clerum prorsus non admittendum esse: sed et si sit clericus deponendum. Ejusdem itaque notionis est et præsens canon.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ εὐνοῦχοι εἰς κλῆρον δεχέσθωσαν. Οἱ δὲ ἑκτέμνοντες ἑαυτοὺς μὴ δεχέσθωσαν.*

Εἴρηται καὶ ἐν τοῖς ἀποστολικοῖς κανόσιν, ἤτοι τῷ κβ', κγ' καὶ κδ', ἄξιον ἱερωσύνης μὴ κωλύεσθαι εἰς κλῆρον προβιβάζεσθαι, εἴπερ ἀκουσίως ἐξευνουχίσθη. Τὸν δὲ ἑκουσίως ἀκρωτηριάσαντα ἑαυτὸν, ὡς αὐτοφονευτὴν ἑαυτοῦ, εἰς κλῆρον ὅλως μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλὰ κληρικὸν ὄντα, καθαιρεῖσθαι. Τῆς αὐτῆς οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν ἐννοίας ἐστίν.

Guill. Beveregii notæ.

(35) *Ἐνήργουν.* Hanc veram esse hujus loci lectionem ex antecedente verbo εἶδον patet ut ex Gentiani Herveti versione, quæ codicem, quo ille usus est, eodem modo, quo noster Bodleianus, legisse ostendit: et ipse enim vertit *exercerem*. At codices antehac impressi perperam legunt ἐνήργει πατριαρχεῦσαι. Hanc etiam veram haud dubie hujus verbi lectionem a ms. Bodleiano restituimus. Impressi enim legunt παπαρχεῦσαι, quod, ni fallor, nuspiam occurrit, πατριαρχεῦσαι, ubique. In impressis etiam post dictum καπαρχεῦσαι, hæc adduntur, διὰ τὴν ὑποψίαν τοῦ ἐπικινδύνου ἀποτελέσματος τῆς ἰατρείας. *Propter periculosam eventus medicinæ suspicionem.* Sed in ms. nostro Bodleiano non exstant.

(36) *Καὶ οἱ τῆς πολιτείας δὲ νόμοι.* Justinianus imperator, Θεσπίζομεν τοὺς ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἡμετέρας πολιτείας εὐνουχίζειν τολμῶντας ἢ τολμήσαντας οἱονδήποτε πρόσωπον, εἰ μὲν ἄνδρες εἶεν οἱ τοῦτο τολμήσαντες ἢ καὶ τολμῶντες, ταυτὸ τοῦτο παθεῖν ὃ πεποιήκασι. Just. novel. 142, c. 1. Basilic. l. LX, tit. 51, cap. ult. Juxta hanc suam constitutionem idem imperator ad Abasgos fidem Christianam amplexos misit Euphratam, qui vetaret, ne cuiquam in ea gente testiculi in posterum exsecarentur, Μηδένα τὸ λοιπὸν ἐν τούτῳ τῷ ἔθνει περὶ τὴν ἀῤῥηνωπίαν ἀποψιλοῦσθαι σιδήρῳ βιαζομένης τῆς φύσεως. Evag. *Hist. eccles.* l. IV, c. 21. Quinetiam ipsius Adriani edicto tam medico exciденti, quam viro exciso capitale erat, l. IV, sect. 2. F. ad leg. Corneliam de sicariis. Et utrumque tum eum, qui detestandæ hujus artis artificem, advocavit in decennium relegatione multavit Leo imperator, novel. 60. Et Domitianus, teste Suetonio, *Castrari mares vetuit*, Sueton. In Domit. c. 6. Hinc juvenis ille apud Justinum Martyrem testes sibi exsecandi cupiens, Alexandriæ Felici præsidi libellum oblulit postulans ut medico hoc permitteretur; nam sine permissu præsidis ipsi loci ejus medici hoc facere sibi interdictum dicebant, ἄνευ γὰρ τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρῆσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον. Justin. Mart. Apol. 2.

Digitized by Google

ΚΑΝΩΝ Β'.

Ἐπειδὴ πολλὰ ἤτοι ὑπὸ ἀνάγκης, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων, ἐγένετο παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικὸν (37), ὥστε ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατηχηθέντας, εὐθὺς ἐπὶ τὸ πνευματικὸν λουτρὸν ἄγειν, καὶ ἅμα τῷ βαπτισθῆναι προάγειν εἰς ἐπισκοπὴν ἢ πρεσβυτικὴν (38)· καλῶς ἔδοξεν ἔχειν τοῦ λοιποῦ μηδὲν τοιοῦτο γίνεσθαι. Καὶ γὰρ καὶ χρόνου δεῖ τῷ κατηχουμένῳ, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα δοκιμασίας πλείονος· σαφὲς γὰρ τὸ ἀποστολικὸν γράμμα, τὸ λέγον· «Μηδὲ νεόφυτον (39), ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου.» Εἰ δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου ψυχικόν τι ἁμάρτημα εὑρεθείη περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐλέγχοιτο ὑπὸ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων, πεπαύσθω ὁ τοιοῦτος τοῦ κλήρου. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν, ὡς ὑπεναντίως τῇ μεγάλῃ συνόδῳ θρασυνόμενος, αὐτὸς κινδυνεύσει περὶ τὸν κλῆρον.

A

CANON II.

60 *Quoniam multa, vel necessitate vel urgentibus alioqui hominibus, præter canonem ecclesiasticum facta sunt, ut homines qui e vita gentili ad fidem nuper accesserunt, et exiguo tempore catechumeni (id est initiati) fuere, statim ad lavacrum spirituale deducant, et simul ac baptizati fuerint, ad episcopatum vel presbyteratum provehant, recte habere visum est, ut nihil deinceps tale fiat. Nam et catechumeno tempore opus est, et post baptismum, probatione majore. Apertum enim est scriptum apostolicum quod dicit, « non neophytum, ne inflatus in judicium incidat et diaboli laqueum. » Si autem procedente tempore, animale aliquod peccatum circa personam inventum fuerit, et a duobus vel tribus testibus convincatur, cesset qui talis est a clero. Qui autem præter hæc facit, ut qui magnæ synodo adversus esse audeat, ipse de clericatu in periculum veniet.*

B

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ μὲν τοῦ π' κανόνος τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐμάθομεν μήτε τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα τῇ Ἐκκλησίᾳ, μήτε τὸν ἐκ φαύλης διαγωγῆς, αὐτίκα προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον· καὶ ἀνάγνωθι τὰ ἐν ἐκείνῳ γραφέντα· ὁ δὲ παρὼν κανὼν προστίθησι μηδὲ πρεσβύτερον αὐτίκα γίνεσθαι τὸν τοιοῦτον, μηδὲ ἄπιστόν τινα βαπτίζεσθαι πρὸ τοῦ ἱκανῶς κατηχηθῆναι, διὰ τὸ δεῖσθαι τοῦτον χρόνου εἰς δοκιμασίαν· τὸν δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντα καθαιρεῖσθαί φησι. Τοῦ δὲ κανόνος κολάζοντος τὰ μετὰ τὸ βάπτισμα ἀναφανησόμενα ψυχικὰ ἁμαρτήματα, ἠρώτησάν τινες ποῖά εἰσι ψυχικὰ ἁμαρτήματα, καὶ διὰ τί ψυχικῶν ἐμνήσθη ὁ κανὼν ἁμαρτημάτων, καὶ οὐχὶ σαρκικῶν. Καὶ ἄλλοι μὲν εἶπον ψυχικὰ ἁμαρτήματα εἶναι τὰ ἐκ ψυχικῶν παθῶν τικτόμενα, οἷον ἐξ οἰήσεως, ἐξ ἀνηκοΐας, καὶ ἑτέρων τοιούτων, καὶ ταῦτα γὰρ καθαιροῦσιν· ὡς ἡ τῶν Ναυατιανῶν

C

BALS. Ex octogesimo quidem sanctorum apostolorum canone didicimus, neque eum, qui ex gentili vita, neque eum qui ex improba vivendi ratione ad Ecclesiam accesserit, subito episcopum creari. Lege vero quæ in eum scripta sunt. At præsens canon adjicit, neque presbyterum statim fieri talem, neque infidelem aliquem baptizari antequam prius sufficienter catechesi fuerit eruditus : quod hic tempore ad explorationem indigeat : qui vero secus fecerit, deponi ait. Cum vero hic canon puniat quæ post baptismum exoritura sunt animalia peccata, quæsiverunt nonnulli, quænam sunt peccata animalia, et cur animalium peccatorum meminit canon, et non corporalium. Et nonnulli quidem dixerunt animalia esse peccata, quæ ex animæ perturbationibus, ut ex superbia et inobedientia et aliis ejusmodi nascuntur, ea enim deponunt : ut

Guill. Beveregii notæ.

(37) *Παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικόν.* Ex his verbis aperte satis evincitur, ecclesiasticum canonem ante hoc concilium constitutum fuisse, et hic confirmari, quo eadem, quæ hoc decreta fuerant; iste autem fuit octogesimus apostolorum, ut ibidem etiam observatum est.

(38) *Πρεσβυτικήν.* Joan. Antiochenus, in coll. can. tit. 36, et codices antehac impressi rectius legunt, πρεσβυτερεῖον.

(39) *Μηδὲ νεόφυτον.* Chrysostomus in locum Apostoli hic laudatum, viz. I Tim. III, 6, recte observat, Apostolum non dixisse, νεώτερον, sed νεόφυτον, id est, νεοκατήχητον. Suidas, νεόφυτον τὸ νεωστὶ φυτευθέν. Syr. et Syriaca versio νεόφυτον dicto loco exponit *qui recens est discipulus;* et Arabica *cujus recens est plantatio in fide*, et Josephus Ægyptius hoc loco vertit, *qui recens est in religione, sive in lege.* Et hanc quidem verissimam esse hujus vocabuli interpretationem ipsorum etiam Nicænorum Patrum suffragio hic comprobatur, utpote qui hunc Apostoli locum producunt ad præsentem confirmandum canonem, quos eos, qui a gentili vita ad fidem nuper accesserunt, et exiguo tantum tempore initiati fuerunt, ad episcopatum vel presbyteratum illico promoveri vetant. Cui quidem decreto adversari videatur D. Ambrosii ordinatio, qui mox post baptismum ad episcopalem gradum provectus est. Ejus autem ordinatione, ut extraordinaria, nec hunc nec alium quemlibet canonem violatum esse, in annotationibus ad can., apost. 80, perspicue satis, ut opinor, ostendimus. Et quæ ibi protulimus, ad approbandam etiam Nectarii Constantinopolitani ordinationem referantur. Nam hic electus fuit, priusquam baptizatus : et illico post baptismum ordinatus; adeo ut neophyti vestem indutus, contra ac hoc canone decernitur, communi totius secundi universalis concilii calculo episcopus Constantinopolis renuntiatus est. Sic Sozomenus, Καὶ τὴν μυστικὴν ἐσθῆτα ἔτι ἡμφιεσμένος κοινῇ ψήφῳ τῆς συνόδου ἀναγορεύεται Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος. Sozom. *Hist. eccl.* l. VII, c. 8. Verum et hujus ordinationem idem Sozomenus divinitus institutam judicat, dicens, Οὐκ ἄθεσι δὲ ταῦτα συνέβαινεν. Ibid. et paucis interjectis alios etiam ita credidisse scribit, Ταῦτα δὲ οὕτω γενέσθαι πολλοῖς πεπίστευται τοῦ Θεοῦ χρηματίσαντος τῷ βασιλεῖ. Vide plura ibidem. Vel utcunque satis canonica fuit haud dubie ejus ordinatio, eo quod ab œcumenica synodo confirmata est.

Digitized by Google

Novatianorum hæresis, et a nuptiis et carnium esu importuna abstinentia, ut vult 5 canon apost., et alii. Ego autem dico, quod omne peccatum quod affert perniciem animæ, animale vocatur, sive ex corporali, sive ex animali appetitione principium accipiat. Propterea enim omnia peccata animales lapsus vocat Ecclesia. Quin etiam canon peccatorum tantummodo animalium meminit, ut quæ etiam corporalia comprehendant. Quod autem non puniatur baptizatus, et in clerum assumptus, propter fornicationem, vel cædem, quam ante baptismum admisit, lege 20 can. sancti Basil., et quæ in eo sunt, et sanctorum apostolorum can. 17.

ZONAR. Sanctorum quoque apostolorum octogesimus canon, qui ex gentili vita, aut improba vivendi ratione accesserit, nequaquam subito episcopum creari decernit. Et magni Pauli, Timotheum per Epistolam, qualem episcopum esse oporteat, edocentis, voce, ne eligatur neophytus, admonemur. Idcirco hujus etiam synodi Patres, neque quempiam ad fidem accedentem, nisi catechesi, quantum satis fuerit, eruditum, mox baptizare, neve baptizatum illico, nisi ejusdem fidei constantia, vitæque ratione penitus explorata, in clerum cooptari liceat, decrevere. Quod si cujus probata satis morum integritas videbatur, decursu temporis animali crimine infectus esse deprehenditur, cum cessare jubent. Quæritur vero, quodnam sit animale peccatum, curve animalium tantum non corporalium quoque hic inducta mentio, cum præsertim corporalia longe frequentius, animalia non ita sæpe depositione multentur. Quidam igitur, crimen omne quo læditur anima animale a sanctis Patribus, qui hunc canonem edidere, nuncupátum fuisse existimant. Alii animalia peccata ea dicunt, quæ ex animi perturbationibus, elatione, exempli causa, superbia, inobedientiaque oriuntur. Nam hæc quoque hominem, nisi curatione tollantur, depositioni obnoxium reddunt : idque **61** vel eorum exemplo, qui Novatiani dicebantur, facile apparet. Nec enim illi opinionis errore aliquo decipiebantur, sed cum se puros, insolenti fastidio elati nominarent, et eos qui turbulentis etiam temporibus lapsi sunt etiam resipiscentes repellebant nec digamis communicabant. Quapropter ob superbiam et fratrum odium e fidelium societate eliminati sunt. Quodsi quamobrem illi ab Ecclesia quoque ejicerentur, satis eæ justæ causæ visæ sunt : qui arrogantia tumens episcopo suo non obtemperet, et in pertinacia manet, quid causæ sit quamobrem non is quoque depositione puniatur? Et vero quintus sanctorum apostolorum canon, eos qui uxores suas specie religionis ejiciunt, segregari, tum si in eo perstent, etiam deponi jubet. Quinetiam tricesimus sextus eorumdem canon eos quicunque episcoporum calculo ad præfecturas spirituales vocati munus obire recusaverint, donec id suscipiant, segregatos esse decernit. Ergo si id nunquam susceperint, perpetua, quoad vixerint, segregatione tenebuntur. Qui

A αἵρεσις, καὶ ἡ ἄκαιρος ἀποχὴ τοῦ γάμου, καὶ τῆς κρεωφαγίας, κατὰ τὸν ε' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ἑτέρων · ἐγὼ δέ φημι ὡς πᾶν ἁμάρτημα ἐπάγον τῇ ψυχῇ βλάβην ψυχικὸν ὀνομάζεται, κἂν ἐκ σωματικῆς ὀρέξεως δέξηται τὴν ἀρχὴν, κἂν ἐκ ψυχικῆς. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ πάντα τὰ ἁμαρτήματα ψυχικὰ σφάλματα ἡ Ἐκκλησία κατονομάζει. Καὶ ὁ κανὼν δὲ μόνων ἐμνήσθη ἁμαρτημάτων ψυχικῶν, ὡς περιεχόντων καὶ τὰ σαρκικά. Περὶ μέντοι τοῦ μὴ κολάζεσθαι τὸν βαπτισθέντα, καὶ κληρωθέντα διὰ τὴν πρὸ τοῦ βαπτίσματος πορνείαν ἢ τὸν φόνον ἀνάγνωθι τὸν κ' κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου καὶ τὰ ἐν αὐτῷ καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα ιζ'.

B ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ ὀγδοηκοστὸς κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα ἢ ἐκ φαύλης διαγωγῆς μὴ αὐτίκα προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον ἐπισκήπτει. Καὶ ὁ μέγας δὲ Παῦλος Τιμοθέῳ γράφων, καὶ οἷον εἶναι δεῖ τὸν εἰς ἐπισκοπὴν προαγόμενον διατατόμενος, καὶ μὴ νεόφυτον εἶναί φησι. Διὸ καὶ οἱ Πατέρες οὗτοι ὁρίζουσι μήτε τὸν τῇ πίστει προσερχόμενον αὐτίκα βαπτίζεσθαι, εἰ μὴ ἀρκούντως κατηχηθείη, μήτε βαπτισθέντα εὐθὺς εἰς κλῆρον κατατάττεσθαι, μήπω δόντα δοκίμιον ἑαυτοῦ, ὅπως τε περὶ τὴν πίστιν ἔχει, καὶ ὅπως περὶ τὸν βίον. Εἰ δὲ καὶ μετὰ δοκιμασίας γένηται ἀνεπίληπτος δόξας, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἁμάρτημά τι ψυχικὸν ἔχων ἐλεγχθείη, παύεσθαι τοῦτον διατάττονται. Ἀπορεῖται δὲ τί ἂν εἴη τὸ ψυχικὸν ἁμάρτημα, καὶ διὰ τί ψυχικῶν ἐμνήσθη μόνον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ σαρκικῶν καθαιρεῖν μᾶλλον πεφυκότων τοὺς περιπεπτωκότας C αὐτοῖς, τῶν ψυχικῶν δέ γε ὡς ἐπ' ἐλάχιστον. Οἱ μὲν οὖν τοὺς τὸν κανόνα ἐκθεμένους ἁγίους Πατέρας πᾶν ἁμάρτημα εἰς ψυχὴν φέρον τὴν βλάβην ψυχικὸν ὠνομάσθαι φασίν· οἱ δὲ ψυχικά φασιν ἁμαρτήματα τὰ ἐκ ψυχικῶν παθῶν γινόμενα, οἷον ἐξ ὀλιγωρήσεως καὶ ὑπερηφανίας, καὶ ἀνηκοΐας. Καὶ ταῦτα γὰρ καθαιρέσει ἀθεράπευτα μένοντα ὑποβάλλουσι · δῆλον δὲ τοῦτο ἐκ τῶν καλουμένων Ναυατιανῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ οὐ πρὸς δόγμα ἐσφάλλοντο· ἀλλὰ Καθαροὺς ἑαυτοὺς ἐξ οἰήσεως ὀνομάζοντες, οὔτε τοὺς ἐν διωγμοῖς παραπεσόντας μετανοοῦντας ἐδέχοντο, οὔτε διγάμοις ἐκοινώνουν. Διὸ καὶ ἐξεκηρύχθησαν τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως διὰ τὴν οἴησιν καὶ τὴν μισαδελφίαν αὐτῶν. Εἰ γοῦν ἐκεῖνοι διὰ ταῦτα καὶ D τῆς Ἐκκλησίας ἀπεβλήθησαν, πῶς οὐκ ἂν ὁ δι' οἴησιν ἐπισκόπῳ αὐτοῦ μὴ πειθόμενος καὶ ἀδιόρθωτος μένων καθαιρεθήσεται; Καὶ ὁ πέμπτος ἐκ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν τοὺς τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας προφάσει εὐλαβείας ἐκβάλλοντας ἀφορίζεσθαι κελεύει, ἐπιμένοντας δὲ καὶ καθαιρεῖσθαι. Καὶ ὁ λς' τῶν αὐτῶν διατάττεται τοὺς ψήφῳ τῶν ἐπισκόπων εἰς προστασίαν καλουμένους, μὴ καταδεχομένους δὲ τὸ λειτούργημα, ἀφωρισμένους εἶναι, ἕως ἂν καταδέξωνται. Ὥστε εἰ μὴ καταδέχοιντο, εἶεν ἂν διὰ βίου ἀφωρισμένοι. Οἱ δὲ διὰ βίου ἀφωρισμένοι οὐδὲν ἀπεοίκασι καθῃρημένων. Οἶμαι δὲ κρεῖσσον εἰπεῖν ὅτι πᾶν ἁμάρτημα δικαίως ἂν ὀνομάζοιτο ψυχικὸν, ὡς ἐκ παρατροπῆς τῶν ψυχικῶν δυνάμεων τὴν ἀρχὴν ἔχον. Εἰς τοῖα γὰρ τῶν περὶ τὴν ψυχὴν

Digitized by Google

Θεωρουμένων διαιρουμένων, εἴς τε τὸ λογικὸν, τὸ ἐπιθυμητικὸν, καὶ τὸ θυμικὸν, ἐξ ἑκάστου τούτου αἱ ἀρεταὶ καὶ αἱ κακίαι πεφύκασι φύεσθαι· αἱ μὲν ὅταν ὀρθῶς καὶ ὡς παρὰ τοῦ δημιουργοῦ ἡμῖν ἐνετέθησαν, αὐταῖς χρώμεθα· αἱ δὲ κακίαι, ὅταν αὐταῖς παραχρώμεθα. Τοῦ μὲν οὖν λογιστικοῦ ἀρετὴ καὶ κατόρθωμα ἡ εὐσέβεια, καὶ αἱ τῷ θείῳ πρέπουσαι ἡμέτεραι ἔννοιαι, καὶ ἡ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ χείρονος ἀνεπισφαλὴς διάκρισις, καὶ τί μὲν αἱρεῖσθαι δέον, τί δὲ ἀποτρέπεσθαι. Ἡ δὲ ἐκ τούτων ἀπόπτωσις κακία καὶ ἁμαρτία ἐστί. Τοῦ δ' ἐπιθυμητικοῦ μέρους ἀρετὴ τὸ τῶν ὄντως ἐρᾶν ὀρεκτῶν, τῆς θείας, φημὶ, φύσεως, καὶ τῶν οἰκειοῦν ἡμᾶς ἐκείνῃ δυναμένων πράξεων. Ἡ δ' ἐκ τούτων παρατροπὴ καὶ εἰς γήϊνα φορὰ τῆς ἐπιθυμίας ἁμάρτημα. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ θυμικοῦ ἀρετὴ ἡ πρὸς τὴν κακίαν ἐναντίωσις καὶ ἀπέχθεια, καὶ τὸ πρὸς τὰς τοῦ σώματος ὀρέξεις ἀνθίστασθαι, καὶ μέχρις αἵματος πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικαθίστασθαι, καὶ τοῦ ὀρθοῦ λόγου καὶ τῆς ἀρετῆς προμαχεῖν, καὶ μετὰ τοῦ Δαβὶδ λέγειν· *Εἶδον ἀσυνετοῦντας, καὶ ἐξετηκόμην*· κακία δὲ ἡ πρὸς τὸν πλησίον ὀργὴ, καὶ τὸ μῖσος, καὶ αἱ φιλόνεικοι διαθέσεις, καὶ αἱ μνησικακίαι. Οὕτως οὖν, ὡς εἴρηται, ἐκ τῶν ψυχικῶν δυνάμεων τῶν ἁμαρτημάτων συνισταμένων, καλῶς οἱ θεῖοι Πατέρες ψυχικὰ εἰρήκασιν ἁμαρτήματα, καὶ τῷ μεγάλῳ Παύλῳ ἑπόμενοι λέγοντι· *Ἔστι σῶμα ψυχικὸν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν*· ψυχικὸν ὀνομάζοντι τὸ ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονευόμενον καὶ κυριαρχούμενον, καὶ ταῖς φυσικαῖς αὐτῆς δουλεῦον δυνάμεσιν, ἐκδιδοῦν τε θυμῷ καὶ ἐπιθυμίᾳ, καὶ τοῖς γηΐνοις προστετηκὸς, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ ταῦτα φρονοῦν.

A vero toto vitæ tempore segregati sunt, nihil a depositis differunt. Ego vero ita censeo, peccata omnia, propterea quod ex depravatis animæ facultatibus ortum ducunt, animalia merito dici posse. Cum enim tres sint animi veluti partes, ratio, cupiditas, ira, ex harum singulis, virtutes ac vitia, virtutes quidem, si recte, et ea quæ a Conditore præscripta fuit, moderatione adhibita iis utamur, si vero iisdem abutamur, vitia nascuntur. Rationis igitur virtus atque officium est, pietas, quæque numinis Majestati conveniant, animis nostris informatæ notiones, tum inter honestum ac turpe, inter id quod sequi, aut fugere oporteat, recta dijudicatio. Hæc nisi teneat, in vitium crimenque delabitur. Cupiditatis deinde virtus est, ea quæ amore vere digna sunt, divinam scilicet naturam, quæque imprimis actiones eidem conciliare nos queant, amore complecti. Alio si deflexerit, atque ad terrena cupiditas diverterit, crimine haudquaquam carebit. Pravitatem denique odisse, eique bellum habere semper indictum, appetitiones corporis coercere, et ad necem usque sceleri adversari, et pro recta ratione ac honestate depugnare, ac Davidis illud, *Vidi prævaricantes, et tabescebam* [39], usurpare, iræ virtus est. Eadem, ubi se in amicum intendat, odio effervescat, et ad contentiones prona feratur, injuriam alte recondat, in vitio est. Cum igitur ex animi facultatibus, ut diximus, peccata conflentur, jure peccata divini Patres, animalia nominavere : magnum quoque Paulum sequentes qui dicit, *Est corpus animale, et est corpus spirituale* [40], animale nominans id quod animæ ductu, imperioquo regitur, illique inditis a natura facultatibus serviens, iræ se, cupiditatique permittit, ac terrenis perpetuo affixum est, et nihil supra ea cogitat.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ ἐξ ἐθνικοῦ βίου μὴ ταχέως εἰς πρεσβυτέρους ἀγέσθωσαν· δίχα γὰρ τῆς διὰ χρόνου δοκιμασίας κακὸς ὁ νεόφυτος. Εἰ δέ τις καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἁμαρτήσας ἀποδειχθῇ πρότερον, ὕστερον* (40) *οὑτοσὶ πεπαύσθω τοῦ κλήρου.*

ARIST. *Qui ex ethnica vita prodeunt ne statim ad presbyteros promoveantur. Nam sine probatione qua fit progressu temporis, malus est neophytus. Si quis autem et post ordinationem antea deliquisse compertus sit, postea hic clero expellatur.*

Τὰ αὐτὰ τῷ ὀγδοηκοστῷ κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ ὁ κανὼν οὗτος λέγει, τὸ τὸν ἄρτι βαπτισθέντα μὴ εὐθὺς εἰς ἐπισκοπὴν ἢ εἰς πρεσβυτερεῖον ἄγειν· ἵνα μὴ, ὡς νεόφυτος, τυφωθεὶς, εἰς παγίδα τοῦ διαβόλου καὶ κρῖμα ἐμπέσῃ. Δεῖ γοῦν τὸν τοιοῦτον κατὰ τὸν ἑνδέκατον κανόνα τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου πρότερον εἰς ἕκαστον βαθμὸν, ἤγουν ἀναγνώστου, ὑποδιακόνου, καὶ τῶν ἑξῆς, ἐκτελέσαι κἂν ἑνὸς χρόνου μῆκος, καὶ οὕτως, εἰ ἄξιος τῆς θείας ἱερωσύνης κριθῇ, τῆς μείζονος ἀπολαῦσαι τιμῆς· ὥσπερ δὴ πάλιν καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν, εἰ ἁμαρτήσας ἀποδειχθῇ, τῆς ἀξίας μετακινεῖσθαι.

Eadem quæ octogesimus canon sanctorum apostolorum, hic quoque canon dicit, modo baptizatum non subito ad episcopatum aut presbyteratum promoveri; ne, ut neophytus, inflatus, in diaboli laqueum et judicium incidat. Oportet itaque talem juxta undecimum canonem synodi Sardicensis, prius in unoquoque gradu, nempe lectoris et hypodiaconi et reliquorum ministerium peragere saltem unius temporis spatium, et sic, si dignus divino sacerdotio judicetur, maximæ particeps fiat dignitatis : sicut autem iterum et post ordinationem, si deliquisse compertus fuerit, dignitate amovetur.

[39] Psal. cxviii, 158. [40] I Cor. xv, 44.

Guill. Beveregii notæ.

(40) *Πρότερον, ὕστερον.* In Simeonis Logothetæ epitome legitur, ἢ πρότερον, ἢ ὕστερον. Sed nostra lectio genuinum canonis sensum melius exprimit.

Digitized by Google

CANON III.

62 *Vetuit magna synodus omnino, ne liceat episcopo, nec presbytero, nec diacono, nec ulli penitus eorum, qui sunt in clero, introductam habere mulierem, præterquam utique matrem vel sororem, vel amitam, vel eas solas personas quæ omnem suspicionem effugiunt.*

BALS. De introductis mulieribus lege 14, cap. 7, tit. præsentis operis, et quæ in eo sunt : et ex 123 Justiniani Novella illic compendiose posita intellige, quod clerici, qui post denuntiationes, ab introductis mulieribus, quæ sunt præter personas, quæ declarantur in præsenti canone, non separantur, deponuntur. Episcopi autem quandocunque, et cum quacunque muliere cohabitare inveniuntur, ex eo deponuntur. Et hoc nota. Ac de introductis quidem mulieribus diversis temporibus multum desceptatum est. Ac dicebant quidem nonnulli ἐπείσακτον ἢ συνείσακτον, eam esse, quæ pro legitima uxore introducta est, et cum aliquo fornicatorie cohabitat. Alii autem dixerunt eam esse omnem mulierem alienam prorsus cum aliquo cohabitantem, etiamsi ab omni suspicione immunis sit. Et hoc videtur esse verius. Propterea inquit et magnus Basilius denuntiat sacerdoti per epistolam ad Gregorium presbyterum, ut ab introducta muliere separetur, et non ex eo ipsum deponendum decernit, licet evidenter et citra ullam dubitationem peccet.

ZONAR. Sacris addictos homines abesse a culpa, ac ne suspicioni quidem aditum contra ipsos cuiquam relinqui vult canon. Mulieres igitur, iis exceptis quarum in ipso canone mentio, qui in sacrum ordinem ascripti sunt, domi habere omnino prohibentur. Qua quidem lege non tantum sacris ordinibus initiatos, sed omnes etiam in clerum lectos teneri placet. De hoc vero canone magnus quoque Basilius meminit, ad Gregorium presbyterum scribens, atque ab eo, quam domi alebat mulierculam dimitti jubet. Quod si nullo, inquit, saniore consilio suscepto, sacris tamen ordinum muneribus fungi ausus fueris, universo populo eris anathema. Eadem œcumenicæ quoque in Trullo synodi quintus canon edicit; hæc insuper adjungens, Hoc ipsum, et eunuchi servent, ut ne qua videlicet aspergatur ipsorum famæ labes : quique contra canonis præscriptum fecerint, siquidem clerici fuerint, deponantur; si vero laici, segregentur. Eadem, quæ sacri canones, Novella tertio Basilicorum libro sita

ΚΑΝΩΝ Γ'.

Ἀπηγόρευσεν ἡ μεγάλη σύνοδος (41) *καθόλου μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν κλήρῳ, ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν, πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ θείαν* (42), *ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγεν.*

ΒΑΛΣ. Περὶ συνεισάκτων ἀνάγνωθι τὸ ιδ' κεφάλ τοῦ ἡ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ μάθοις ἀπὸ τῆς ἐκεῖσε συνοψισθείσης ρκγ' Ἰουστινιανείου Νεαρᾶς ὅτι οἱ κληρικοὶ, μετὰ παραγγελίας μὴ χωριζόμενοι τῶν συνεισάκτων, αἵτινές εἰσι παρὰ τὰ πρόσωπα τὰ δηλούμενα ἐν τῷ παρόντι κανόνι, καθαιροῦνται. Οἱ δὲ ἐπίσκοποι, ὅτε δήποτε εὑρισκόμενοι οἱαδήτινι γυναικὶ συνοικοῦντες, ἀπεντεῦθεν καθαιροῦνται. Καὶ σημείωσαι τοῦτο. Περὶ μέντοι τῶν συνεισάκτων λόγος πολὺς ἐγένετο κατὰ διαφόρους καιρούς. Καί εἶπόν τινες ἐπείσακτον ἢ συνείσακτον εἶναι τὴν ἀντὶ νομίμου γυναικὸς συνεισαχθεῖσαν, καὶ συνοικοῦσάν τινι πορνικῶς· ἄλλοι δὲ εἶπον εἶναι πᾶσαν γυναῖκα συνοικοῦσάν τινι ἀλλοτρίαν πάντως, κἂν ἀνύποπτός ἐστι. Καὶ ἔδοξε τοῦτο μᾶλλον εἶναι ἀληθέστερον. Διὰ γὰρ τοῦτό φησι καὶ ὁ μέγας Βασίλειος παρεγγυᾶται τῷ ἱερεῖ χωρισθῆναι τῆς συνεισάκτου διὰ τῆς πρὸς Γρηγόριον πρεσβύτερον ἐπιστολῆς, καὶ οὐκ ἀπεντεῦθεν καθαιρεῖσθαι αὐτὸν διορίζεται, ὡς ἀναμφιλέκτως καὶ προφανῶς ἁμαρτάνοντα.

ΖΩΝΑΡ. Βούλεται ὁ κανὼν τοὺς ἱερωμένους ἀνεγκλήτους εἶναι, καὶ μὴδὲ μέχρις ὑποψίας κατ' αὐτῶν εἶναί τισι πάροδον· διὸ πᾶσιν ἀπηγόρευσε τοῖς ἱερωμένοις συνοικεῖν γυναιξὶν ἄνευ τῶν εἰρημένων προσώπων. Οὐ μόνον δὲ τοῖς ἱερωμένοις, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς κεκληρωμένοις, τοῦτο ἀπηγόρευται· καὶ ὁ μέγας δὲ Βασίλειος πρὸς Γρηγόριον πρεσβύτερον ἐπιστέλλων τοῦ τοιούτου μέμνηται κανόνος, καὶ χωρισθῆναι αὐτὸν τοῦ συνεισάκτου ἐπιτάσσει γυναίου· Ἐὰν δὲ τολμήσῃς, φησὶ, μὴ διορθωσάμενος ἑαυτὸν ἀντέχεσθαι τῆς ἱερωσύνης, ἀνάθεμα ἔσῃ παντὶ λαῷ· καὶ ὁ πέμπτος δὲ κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ οἰκουμενικῆς συνόδου τὰ αὐτὰ διατάττεται, προστιθεὶς καὶ ταῦτα· Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ οἱ εὐνοῦχοι παραφυλαττέτωσαν, τὸ ἄμεμπτον ἑαυτοῖς προνοούμενοι· οἱ δὲ παραβαίνοντες τὸν κανόνα, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, καθαιρείσθωσαν· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀφοριζέσθωσαν. Καὶ ἡ ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν Βασιλικῶν κειμένη Νεαρὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἱεροῖς κανόσι νομοθετεῖ· τὸ δέ γε τῆς ἑβδόμης συνόδου

Guill. Beveregii notæ.

(41) *Ἀπηγόρευσεν ἡ μεγάλη σύνοδος.* Idem Leontius qui primo, huic etiam constituendo canoni materiam præbuisse videtur. Iste enim presbyter, ut ad primum canonem prænotavimus, concilii hujus diebus cum Eustolia quadam adolescentula cohabitat, quam etiam virginem esse prædicabat, Athanasius de eodem loquens, Διότι ἑαυτὸν ἀπέκοψεν ὑπὲρ τοῦ μετ' ἐξουσίας λοιπὸν κοιμᾶσθαι μετὰ Εὐστολίου τινὸς, γυναικὸς μὲν δι' αὐτὸν, λεγομένης δὲ παρθένου. Athanas. epist. ad solitar. vit. agentes. Cum in hoc autem multum suspicionis resideret, Patres Nicæni hoc canone istiusmodi συνεισάκτους habere mulieres clericis quibuslibet æque ac episcopis interdicunt.

(42) *Μητέρα, ἢ ἀδελφὴν ἢ θείαν.* Hujusmodi personas cum clericis συνεισάκτων more cohabitare licet. Idque non ex hoc tantum canone sed et ex lege civili, Justin. novel. 123, c. 29. *In nis enim nihil sævi criminis existimari fœdus naturale permittit.* L. 19, C. de episcop., et cler, post ἢ θείαν in Joan. Antiocheni collectione, canon hic sic legitur ἢ ἃ μόνον πρόσωπα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια διαπέφυγεν ὑποψίαν.

Digitized by Google

ὀκτωκαιδέκατον κεφάλαιον, οὐδὲ ἐν προαστείῳ, ἔνθα γυναῖκές εἰσιν ὑπηρετοῦσαι, παραχωρεῖ ἐπισκόπῳ ἢ ἡγουμένῳ ἀπιέναι· εἰ μὴ μεταστῶσιν αἱ γυναῖκες ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ὑποχωρήσωσιν ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ ἡγούμενος· ὁ δὲ τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ ἐννεακαιδέκατος κανὼν περὶ τὸ τέλος φησί· Τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους τισὶν ὡς ἀδελφὰς ἐκωλύσαμεν.

ΑΡΙΣΤ. *Συνεισακτον μή τις ἐχέτω, μητρὸς δίχα, καὶ ἀδελφῆς, καὶ τῶν προσώπων, ἃ πᾶσαν ὑποψίαν ἀποδιδράσκουσιν.*

Ἄνευ τῶν προσώπων τῶν πᾶσαν ὑποψίαν ἀσελγείας διαφευγόντων, οἷον μητρὸς, ἀδελφῆς, θείας, καὶ τῶν ὁμοίων, ἕτερον οὐ συγχωρεῖ ὁ παρὼν κανὼν μετά τινος συνοικεῖν τῶν ἱερωμένων, οὔτε ὁ πέμπτος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου, οὔτε ὁ τη' καὶ κϐ' τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸ δεύτερον, οὔτε ὁ μέγας Βασίλειος, πρὸς Γρηγόριον πρεσβύτερον γράφων τῆς συνεισάκτου γυναικὸς χωρισθῆναι, κἂν ἑβδομηκονταετὴς ἦν, καὶ οὐκ ἐλογίζετο ταύτῃ συνοικεῖν ἐμπαθῶς.

Hinc etiam imperator Valens Constantinopolitanis offensus urbi isti aratrum se inducturum minatus est, Ἐρημόν τε καταστήσειν τὴν πόλιν, καὶ ἄρατρον εἰπὼν βαλεῖν ἐπ' αὐτὴν, Socrat. *Hist. eccl.* l. iv, c. 38, edit. Vales. Cum hoc itaque Romanis in more positum fuisset, ut complanato urbium rebellium, cum caperentur, solo aratrum imprimerent, dubium nemini esse potest, quin idem Hierosolymis fecerint: quod etiam a D. Hieronymo diserte affirmatur: *In hoc,* inquit, *mense* Augusto *et a Nabuchodonosor, et multa post sæcula a Tito et Vespasiano, templum Hierosolymis incensum est, atque destructum: capta urbs Bethel, ad quam multa millia confugerant Judæorum: aratum templum, in ignominiam gentis oppressæ a Tito Annio Ruffo.* Hieron. in Zach. cap. 8. Idem ipsi quoque Judæi a majoribus traditum, in Talmude suo agnoscunt. Nam in Misna dicitur בתשעה באב נגזר על אבותינו שלא יכנס

C לארץ חזרב הבית בראשונה ובשניה ונלכדה ביתר ונחרשה העיר *nono die mensis Ab decretum est contra Patres nostros, ut terram non ingrediantur, et domus desolata est primo et secundo, et Bitter capta, et urba arata.* Taanith cap. 4, fol. 28, 2, ad quæ Misnæ verba, Gemara fol. 28, 1, hæc observat,

כשהרשיע טורנוס רופוס הרשיע את האולם ובנדרה גזרה

D על ר"ג ליהרג *Cum improbus Turanus Rufus evabat porticum, decretum factum est ut R. Gamaliel interficeretur.* Quisnam hic esset Turanus Rufus, qui aratrum Hierosolymis inducebat, non facile est conjecturis assequi. Suspicor tamen eumdem esse, quem Josephus Terentium Rufum vocat, et militiæ tunc temporis Hierosolymis præfectum, et a Tito ibi relictum asserit, ἦκε, inquit, Τερέντιος Ῥοῦφος· οὗτος γὰρ ἄρχων τῆς στρατιᾶς καταλέλειπτο. Joseph. Περὶ ἁλώσ. λογ. ζ', κεφ. ζ', qui etiam in loco D. Hieronymi ante citato Titus Annius Rufus vocatur: *Tito Annio* pro *Terentio* mendose, ut opinor, scripto; sed de nomine ejus, qui aratrum Hierosolymis induxit, alii viderint: hoc saltem e præmissis colligitur, urbem illam aratrum sibi a Romanis impressum habuisse, ac proinde urbem esse desiisse, ut ipsæ etiam Romanæ leges edicunt, his verbis: *Si ususfructus civitati legetur, et aratrum in ea inducatur, civitas esse desinit, ut passa est Carthago: ideoque quasi morte desinit habere usumfructum.* L. 21, ff. *Quibus modis ususfructus.* Et ab isto itaque tempore Hierusalem urbs esse desiit. Unde Eleazarus statim post dictum urbis excidium a sociis merito quæsivit: Ποῦ δ' ἡ μεγάλη πόλις ἡ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων γένους μητρόπολις; *Ubi modo est magna illa civitas, totius Judæorum gentis metropolis?* Joseph. Περὶ ἁλωσ. l. 7, κεφ. λε'. Sane nullibi terrarum etiam tunc temporis existebat, et propterea Solinus etiam recte dicit, *Judææ caput fuit Hierosolyma, sed excisa est.* Solin. Polyh. c. 37. Fuit, itaque non est. Et Plinius, *Oxiren, in qua fuere Hierosolyma, longe clarissima urbium Orientis non Judææ modo.* Plin. nat. Hist. l. v, c. 14. Ut eadem pos de Hierosolymis dicamus, quæ Ovidius olim de Troja cecinit, *Jam seges est ubi Troja fuit.* Ovid. epist. 1, et Virgilius, *Et campos ubi Troja fuit.* Virg. Æneid. lib. iii. Sic enim Eu-

Digitized by Google

esse Palæstinæ metropolim : Hierosolymorum autem Ecclesiam ejus episcopatum fuisse. Vult ergo ca-

A πόλις τῶν Ἱεροσολύμων καὶ πάντα τὰ ὑπ' αὐτὴν Παλαιστίνη καλοῦνται. Ἐζητήθη δὲ παρά τινων τί

Guill. Beveregii notæ.

sebius testatur, se vidisse montem Sionem, celeberrimam olim Hierosolymæ partem, aratum et seminatum, ὡς καὶ ἡμᾶς· αὐτοὺς· ὀφθαλμοῖς παραλαβεῖν βουσὶν ἀρούμενον, καὶ κατασπειρόμενον τὸν τόπον. Euseb. *De demonstr. evang.* l. VIII, juxta quod prædictum fuit a propheta Mich. III, v. 12. Quod autem idem Eusebius, ibid. l. VI, c. 18, et D. Hieronymus in Comment. in Zachar. c. 14, asserunt, viz. dimidium, ut ille, mediam tantum civitatis partem, ut hic ait, a Tito, reliquam ab Adriano dirutam, e supradictis, et præcipue ex oculato teste Josepho refellitur. Verumtamen nullus dubito, quin statim post ultimum istud urbis Hierosolymæ excidium, nonnulla saltem domicilia, partim a Christianis, partim a Judæis eodem in loco, quo olim urbs steterat, erecta sint. Post B annos enim quinquaginta plus minus elapsos, Adrianus imperator, ut verbis Epiphanii utar, εὗρε τὴν πόλιν πᾶσαν ἠδαφισμένην, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ καταπεπατημένον, παρεκτὸς ὀλίγων οἰκημάτων, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας μικρᾶς οὔσης. *Urbem invenit totam solo æquatam, et ipsum Dei templum proculcatum, paucis ædibus exceptis, et parva Dei ecclesia.* Epiph. *De pond. et mens.* Addit autem Epiphanius septem etiam Judæorum synagogas in monte Sionis, et aliquot alia ædificia ei propinqua perstitisse, quæ nobis postea exstructa videntur : cum ipse quoque Josephus testetur, nihil excidio superfuisse præter tres turres et aliquam muri partem. Quæcunque autem ædificia Adrianus ibi excitata reperit, eadem demolitus est : quod Eusebio, Hieronymo, aliisque occasionem asserendi præbuit, urbem ab Adriano etiam funditus eversam esse : quod tunc temporis fieri non potuit, cum longe antea a Tito factum fuisset. Cæterum idem C Ælius Adrianus novam eodem fere in loco urbem condidit, eamque suo de nomine *Æliam* nuncupavit : cujus occasione Judæi sub Barchocheba seditiones movebant : ut Dio Cassius testatur, dicens: Ἐς δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν αὐτοῦ ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης οἰκίσαντος, ἣν καὶ Αἰλίαν Καπιτωλίαν ὠνόμασε, καὶ ἐς τὸν τοῦ νεῶ τοῦ Θεοῦ τόπον, ναὸν τῷ Διὶ ἕτερον ἀντεγείραντος, πόλεμος οὐτε μικρὸς, οὔτε ὀλιγοχρόνιος ἐκινήθη. Ἰουδαῖοι γὰρ δεινόν τι ποιούμενοι τὸ ἀλλοφύλους τινὰς ἐς τὴν πόλιν σφῶν οἰκισθῆναι, καὶ τὸ ἱερὰ ἀλλότρια ἐν αὐτῇ ἱδρυνθῆναι. *Cum ipse autem Adrianus, Hierosolyma profectus, urbem pro ea quæ eversa fuerat, condidisset, quam etiam Ælium Capitolinam nominavit, et in loco templi Dei, alterum Jovi templum excitasset, bellum nec parvum nec exiguo temporis spatio durans movebatur. Judæi enim ægre ferebant, quod exteræ nationes suam in urbem habitatum venissent, quodque in ea externa sacra facta fuissent.* Dio Cas. in Adrian. Etiamsi autem, quod in urbibus instaurandis sæpius usu venit, hæc urbs ab Adriano condita prope pristinam Hierosolymæ sedem sita fuerit, non tamen iisdem, quibus illa, vestigiis constitit. Nonnulla enim loca, quæ intra Hierosolymam fuerunt, extra Ælium jacent. Verbi gratia mons Sion, ut aula regia decoratus, superiorem ac præcipuam urbis Hierosolymæ partem constituebat, septentrionale illius latus occupans, unde Ab. Ezra

ציון בצפון ירושלם *Sion e septentrionali latere Hierosolymæ.* Ab. Ezra in Psal. XLVIII, v. 3. Verum idem mons extra Ælium sive urbem ab Adriano conditam jacet. Hoc ipsi etiam Judæi in libro cui titulus יחסים האבות *Genealogia Patrum*, etc., agnoscunt, dicentes וסכוך לירושלם ציון שם היכל דוד עה"ש *Propinquus Hierosolymæ est Sion, ubi palatium Davidis, cui sit pax.* Sion igitur prope quidem, non intra urbem est, quæ hodie Hierusalem vocatur. Idem colligatur etiam e Benjaminis itinerario, in quo dicitur, ולכנגי ירושלם הר ציון ואין בנין בהר ציון כי אם בכוה אחת לנוצרים *Et e regione Hierosolymæ est mons Sion : et nulla est in monte Sione structura præter unum Christianorum fanum.* Benjam. itin. p. 44. Ergo non tantum extra urbem, sed et nullum in eo ædificium, præter Christianorum fanum fuit, ab Adriano haud dubie nunquam exstructum. Quod etiam ex iis, quæ ex Eusebio ante citavimus, egregie confirmatur. Hic enim post Adrianum claruit ; et tamen suis etiam temporibus se montem Sionem aratum et seminatum vidisse testatus est. Porro alia loca, quæ extra Hierosolyma sita fuerunt, intra Æliæ, sive urbis quæ hodie Hierusalem vocatur, muros includi, testis est, ut alios taceam, Hieronymus, sive quisquis auctor fuit expositionis locorum et urbium, quarum mentio fit in Actibus apostolorum, *Hierusalem*, inquit, *metropolis quondam Judææ, quæ nunc ab Ælio Adriano Cæsare, quod eam a Tito destructam latiore situ instauraverit, Ælia cognominata est : cujus opere factum est, ut loca sancta, id est, Dominicæ passionis et resurrectionis, quondam extra urbem jacentia, nunc ejusdem urbis muro septentrionali circumdentur.* Non itaque in ipsa veteris veræque Hierosolymæ sede, sed tantum prope eam exstructa est ab Adriano Ælia, quod etiam Abulpharagius olim observavit his verbis, *Hoc anno* (quarto imperii Adriani) *prodit Hierosolymis quidam nomine Ben Cocab* (filius stellæ) *qui Judæos seduxit, prætendens se e cœlo instar stellæ descendisse, quo ipsos a servitute Romanorum liberaret : quem eorum multi secuti sunt. Cujus rei nuntio ad Adrianum delato, misit ille copias, quæ ipsum interfecerunt, et expugnatis Hierosolymis Judæos perdiderunt, urbemque Hierosolymitanam penitus diruerunt, prope eam exstructa urbe, quam Ælium Adriani appellarunt, in quam alienigenas collocarunt.* Abulph. Dynast. 7. Adrianus itaque Hierosolymam proprie sic dictam non instauravit, sed aliam urbem, quæ civium Romanorum colonia esset, prope eam funditus eversam de novo condidit, eamque suo de nomine Ælium appellavit : quo factum est, ut una cum urbe ipsum etiam Hierosolymæ nomen penitus deletum sit : usque adeo ut ipse Firmilianus, qui centum circiter post Adriani tempora annis Palæstinæ præses fuit, de urbe Hierosolyma nunquam inaudiverat ; nec scivit ubi gentium sita fuerat. Cum iste enim Pamphilum martyrem interrogasset, quænam ei patria esset, hic Hierusalem sibi patriam esse respondebat, supernam scilicet sive cœlestem Hierusalem, ut notat Eusebius ; Firmilianus autem ἤτις D αὕτη εἴη καὶ ποῖ γῆς κειμένη ἀκριβῶς ἐπολυπραγμόνει, *quænam ea urbs esset, et ubi terrarum sita, sollicite inquirebat*, ut tradit Euseb. *De martyr. Palæst.* c. 11. Et paucis interjectis, Εἶτα πάλιν πολλάκις ἐρωτωμένου τίς εἴη καὶ ποῖ κειμένη, ἣν δὴ φράζει πόλιν, μόνων εἶναι τῶν θεοσεβῶν ταύτην ἔλεγε πατρίδα, *Interrogatus iterum atque sæpius, quænam esset illa quam dicebat civitas, eorum tantum, qui veri Dei cultores essent, hanc esse patriam respondit.* Ibid. Cum autem nihil aliud responderet, Firmilianus ratus est Christianos urbem aliquam Romanis infensam alicubi condituros esse, ἐχθρὰν καὶ Ῥωμαίοις πολεμίαν πάντως που συστήσεσθαι πόλιν Χριστιανοὺς οἰόμενος. Ibid. Unde palam est, nec nomen Hierusalem Romanis tunc dierum cognitum fuisse, nedum ipsam urbem Hierusalem ibidem exstitisse. Hinc plerique Patrum, qui post Adrianum scripserunt, suis etiam temporibus Hierusalem solo æquatam et nullam esse affirmarunt

Digitized by Google

ἐστι τὸ παρὰ τοῦ κανόνος λεγόμενον· Ἐχέτω τὴν ἀκαλουθίαν τῆς τιμῆς τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος· καὶ ἤκουσαν μητρόπολιν εἶναι ἐν Παλαιστίνῃ οὖσαν Καισάρειαν, τὴν δὲ Ἐκκλησίαν τῶν Ἱεροσολύμων ταύτης ποτὲ ἐπισκοπὴν εἶναι. Θέλει οὖν ὁ κανὼν φυλάττεσθαι τῇ μητροπόλει τὰ οἰκεῖα δίκαια, κἂν ἐκ ταύτης ἀπεσπάσθη ἡ Αἰλία, καὶ ἐτιμήθη ὁ ἐπίσκοπος αὐτῆς διὰ τὰ σωτηριώδη τοῦ Χριστοῦ πάθη. Ζήτει καὶ τὴν ἡ' πρᾶξιν τῶν πρακτικῶν τῆς ϑ' συνόδου, καὶ μάθῃς ὅτι ἀπὸ ἀρσακείας Μαξίμου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, καὶ Ἰουβεναλίου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων ἔδοξε τὸν μὲν Ἀντιοχείας ἔχειν τὰς β' Φοινίκας, καὶ τὴν Ἀραβίαν, τὸν δὲ Ἱεροσολύμων τὰς τρεῖς Παλαιστίνας. Καὶ τότε μὲν οὕτως ὡρίσθη· σήμερον δὲ ἡ τῶν πραγμάτων ἐναλλαγὴ, ὡς ἔοικε, καὶ ταῦτα μετήμειψεν.

A non metropoli sua jura servari, etiamsi ab ea Ælia abstracta est, et honoratus est ejus episcopus propter salutiferam Christi passionem. Quære et 8 actionem actorum 67 quartæ synodi, et cognoscas quod Maximi Antioch. episcopi sententia, et Juvenalis Hierosolymorum episcopi, decretum est ut Antiochiæ quidem episcopus haberet duas Phœnicias et Arabiam: Hierosolymitanus vero tres Palæstinas: et tunc quidem ita constitutum est: hodie autem, rerum, ut videtur, vicissitudo hæc etiam immutavit.

ΖΩΝΑΡ. Βούλεται ὁ κανὼν τὰ παλαιὰ ἔϑη κρατεῖν, ϑ καὶ κανόνες μεταγενέστεροι καὶ νόμοι πολιτικοὶ διορίζονται. Τὸν Ἀλεξανδρείας οὖν ἐπίσκοπον ϑεσπίζει τῶν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει προέχειν, καὶ τὸν Ἀντιοχείας τῶν αὐτῷ ὑποκειμένων ἐπαρχιῶν, Συρίας δηλαδὴ, καὶ Κοίλης Συρίας, καὶ Κιλικίας ἑκατέρας, καὶ Μεσοποταμίας, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐξουσιάζειν χωρῶν, καθὼς κἀὶ τῷ ἐν τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ πρεσβεύοντι τῶν Ἑσπερίων ἄρχειν ἔϑος ἐκράτησε. Καὶ τοσοῦτον βούλεται προέχειν τοὺς ἐπισκόπους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις αὐτῶν, ὥστε καϑόλου δίδωσι τύπον μηδὲν χωρὶς αὐτῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν διοίκησιν ἀναφερόμενον γίνεσθαι, ἧς τὸ μεῖζον καὶ κυριώτερον

ZONAR. Antiquas consuetudines, quod aliis B quoque posterioribus canonum legumque civilium decretis cautum est, retineri vult canon. Alexandrinum igitur episcopum, iis qui in Ægypto, Libya ac Pentapoli sunt, præsidere, Antiochenum subjectis sibi provinciis, Syriæ nimirum, Cœlesyriæ, Ciciliæ utrique, Mesopotamiæ, ac alios episcopos, in regiones quemque sibi subjectas auctoritatem exercere, quemadmodum et Ecclesiæ Romanæ præses in occidentales provincias principatum consuetudine obtinet, præesse jubet. Tantumque episcopis, in sua cuique ditione, juris esse vult, ut eorum quæ in ecclesiastica administratione versentur, nihil penitus absque illorum auctoritate transigi licere

Guill. Beveregii notæ.

Athanasius, Σημεῖον γὰρ καὶ μέγα γνώρισμα τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου παρουσίας τὸ μηκέτι μήτε τὴν Ἱερουσαλὴμ ἑστάναι, μήτε προφήτην ἐγερθῆναι, *Signum est et magnum adventus Dei Verbi documentum, quod Jerusalem non amplius consistit, neque propheta excitatur.* Athan. *De incarnat. Verbi.* Hilarius, *Quid hic, quod David sit proprium, continetur? urbs illa, quæ generi ejus fuit regia, capta est a Babyloniis, et eversa regni dignitatem sub dominantium jure non tenuit. Post etiam a Romanis capta et incensa, jam nulla est.* Hilar. in Psal. CXXXI. Et alibi, *Post primam Hierusalem subversionem, traductoque in Babyloniam populo captivo, ædificatam rursus eamdem civitatem fuisse, et Historia Regnorum et libri Esdræ loquuntur: sed hodie eamdem nullam esse, rerum fides edocet.* Id. in Psal. CXLVI. Eusebius nihil magis de Hierusalem, quam de Sodoma superesse indigitat, cum ejus excidium ab hujus eversione nihilo discrepare affirmat; Ὁ γοῦν ἱερὸς αὐτῶν καὶ τὸ πρὶν ἅγιος τόπος, εἰς τοῦτο νῦν περιῆλθεν, ὡς κατὰ μηδὲν τῆς Σοδόμων καταστροφῆς ἀποδεῖν. Euseb. *Demonstr. evang.* l. v, c. 23. Procopius Gazæus suis etiam diebus Hierusalem eversam jacere memorat, Ταῦτα προεῖπεν ἐπὶ τῆς Ὀζίου βασιλείας· ἐπληρώθη δὲ μερικῶς μὲν ὑπὸ Βαβυλωνίων· ἐπὶ δὲ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων πολιορκίας ὁλοσχερῶς, ἃ μέχρι νῦν ὁρᾶται. Procop. in Isa. c. I, et Gregorius Nazianzenus solum ejus sua ætate vix cognitum asserit, καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ ἔδαφος μόγις γινωσκόμενον. Nazianz. orat. 12. Sane solum, quo exstructa est Ælia, satis tunc temporis cognitum erat: non item quo vera Hierusalem, quæ propterea alio solo constiterat: ac proinde Patres Hierusalem suis diebus non exstitisse, sive nullum fuisse summo jure asseruerunt. Cum enim Ælia a veteri Hierosolymæ sede dissita sit, ac a Romanis non Judæis, condita, atque alio etiam nomine appellata, alia sit civitas necesse est, ac idcirco nonnisi καταγοητικῶς et valde improprie Hierusalem nuncupetur. Ut Nicolaus I papa Romanus observavit, *Nam vera,* inquit, *Hierusalem tantum in cœlis est, quæ est mater nostra: illa vero Hierusalem terrestris, secundum quod Dominus prædixit, adeo funditus ab Helio Adriano imperatore Romano destructa est, ut in ea nec lapis super lapidem sit derelictus, et ab eodem Helio Hadriano in alio est loco constructa: ita ut locus Dominicæ crucis extra portam, nunc intra cernatur, et a prædicto Helio Hadriano urbs illa Helia vocetur.* Nicol. respons. ad consulta Bulg. Quod etiam Gregorii Magni testimonio confirmatur, dicentis: *Hoc quoque quod additur, non relinquent in te lapidem super lapidem, etiam ipsa civitatis transmigratio testatur, quia dum in eo loco nunc constructa est, ubi extra portam Dominus fuerat crucifixus, prior illa Hierusalem, ut dicitur, funditus est eversa.* Gregor. hom. 36. Prior igitur Hierusalem, alio, ac præsens Ælia, loco constructa est, sive in alium locum transmigravit: ac proinde eadem civitas esse desiit, priori nomine prorsus indigna; vel ut Hieronymus recte observavit: *Cassum est hodie nomen ipsius civitatis, et ab Ælio Adriano, Ælia dicitur, et cum habitatione pristina, pristinum quoque nomen amisit, ad decutiendam superbiam habitatorum ejus.* Hieron. in Jerem. c. xx. Pristina igitur habitatione sive sede hujus civitatis amissa, pristinum etiam nomen merito amittitur. Neque sane credibile est Ælium Adrianum in animo unquam habuisse, veterem Judæorum rebellium, et Romanis infensorum metropolim instaurare: nihil minus quam hoc sibi proposuit. Civitatem quidem non procul a veteri Hierosolyma condidit, sed Romanis habitandam, non Judæis, quos eam vel ingredi prohibuit; et ne vetus esse Hierusalem censeretur, sed nova civitas ab ipso de integro excitata, novum etiam ei nomen, viz. Æliam imposuit; de quo in proximum canonem plura dicturi sumus.

Digitized by Google

patiatur. Cujus quidem præcipua, maximeque propria pars est episcoporum ordinatio. Si quis igitur, inquit, inconsulto metropolitano creatus fuerit, episcopus omnino ne sit. Nam etsi olim populi suffragiis episcopi in urbibus eligerentur, adhuc tamen post suffragium integra res ad metropolitanum deferebatur, ab eoque confirmabatur electio, et quem ille approbasset, is demum manuum impositione creabatur. Quod si in electione, subjicit canon, vere canonica, consentientibus plurium inter se suffragiis, duo tresve contentionis studio, non aliqua certa ratione discrepent, aliisque adversati sint quod in pecuniaria quoque controversia civili lege cautum est, plurium sententia prævaleat. Quod idem undevicesimus quoque Antiochenæ synodi canon, in episcoporum dissidio servandum esse pronuntiat.

A ἡ τῶν ἐπισκόπων χειροτονία ἐστί. Λέγει τοίνυν· Εἰ γνώμης τοῦ μητροπολίτου χωρὶς κατασταίη ἐπίσκοπος, τοῦτον μὴ εἶναι ἐπίσκοπον. Κἂν γὰρ τὰ παλαιὸν τὰ πλήθη τῶν πόλεων τὸν ἐπίσκοπον ἐψηφίζοντο, ἀλλὰ καὶ τότε μετὰ τὴν ψῆφον τῷ μητροπολίτῃ τὰ περὶ αὐτῆς ἀνεφέρετο καὶ παρ' ἐκείνου ἐκυροῦντο, καὶ ὃν ἐκεῖνος ἐδοκίμασεν, αὐτὸς τῆς χειροτονίας ἠξίωτο. Εἶτα ἐπάγει ὁ κανὼν ὅτι, ἐὰν ἐν τῇ ψήφῳ κανονικῇ οὔσῃ οἱ πλείονες συμφωνήσωσι, καὶ ὁμογνωμονήσωσι, δύο δὲ ἢ τρεῖς ἀντιλέγωσι φιλονείκως, ἀλλ' οὐκ εὐλόγως, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐναντιῶνται, ἡ τῶν πλειόνων κρατείτω ψῆφος, ὃ καὶ ἐν χρηματικαῖς ὑποθέσεσι τοῖς πολιτικοῖς νόμοις τεθέσπισται. Καὶ ὁ ἐννεακαιδέκατος δὲ κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου τὰ αὐτὰ περὶ τῆς τῶν B ἐπισκόπων ἀντιλογίας διατάττεται.

ARIST. *Super Ægyptum, Libyam et Pentapolim Alexandrinus episcopus potestatem habeat. Et Romanus super Romæ subjectos. Item Antiochenus, aliique super suos. Si quis autem fit episcopus citra metropolitani sententiam, ne sit episcopus. Quod autem multorum suffragio juxta canones factum est, si tres aliqui contradicant, nullius sint auctoritatis.*

ΑΡΙΣΤ. *Αἰγύπτου, καὶ Λιβύης, καὶ Πενταπόλεως ὁ Ἀλεξανδρείας ἐχέτω τὴν ἐξουσίαν· καὶ ὁ Ῥώμης τῶν ὑπὸ Ῥώμην· καὶ ὁ ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν οἰκείων. Εἰ δέ τις ἐπίσκοπος τῆς τοῦ μητροπολίτου δίχα γένηται γνώμης, μὴ ἔστω ἐπίσκοπος. Ἐπὶ δὲ τὴν τῶν πολλῶν ψῆφον γινόμενον κατὰ κανόνας, εἰ τρεῖς τινες ἀντιλέγοιεν, εἶεν ἀβέβαιοι.*

Unumquemque patriarcharum propriis privilegiis contentum esse oportet, et neminem eorum aliam provinciam, quæ antea et a principio sub sua non fuerat potestate, usurpare, hoc enim sæcularis potestatis est superbia. Oportet autem et episcopos cujusque provinciæ primum suum agnoscere, videlicet episcopum metropoli præsidentem : et sine ejus sententia episcopum non eligere. Si autem et aliquem elegerint præter sententiam illius, talem non esse episcopum. Si autem metropolitani sententia ad electionem faciendam convenientes episcopi in unam eandemque sententiam omnes non consentiant, sed nonnulli per contentionem suam aliis contradicant, plurium suffragia vincant. Quære et synodi Ephesinæ canonem octavum, apostolorum canonem 34, synodi Antiochenæ canon. 9, synodi Constantinopolitanæ can. 2 et 3, et synodi Sardicensis canonem 3.

Ἕκαστος τῶν πατριαρχῶν τοῖς ἰδίοις προνομίοις ἀρκεῖσθαι ὀφείλει, καὶ μή τινα τούτων ἐπαρχίαν ἑτέραν, οὐκ οὖσαν ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ χεῖρα, ὑφαρπάζειν· τοῦτο γὰρ τῦφός ἐστι κοσμικῆς ἐξουσίας. Δεῖ δὲ καὶ τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστης ἐπαρχίας τῶν ἑαυτῶν πρῶτον ἐπιγινώσκειν, ἤγουν τὸν ἐν τῇ μητροπόλει πρωτεύοντα ἐπίσκοπον· καὶ δίχα γνώμης αὐτοῦ ἐπίσκοπον μὴ ψηφίζεσθαι. Εἰ δὲ καὶ ψηφίσονταί τινα παρὰ γνώμην αὐτοῦ, τὸν τοιοῦτον μὴ εἶναι ἐπίσκοπον. Εἰ δὲ γνώμῃ τοῦ μητροπολίτου οἱ ἐπίσκοποι, συνελθόντες ἐπὶ τῇ ψήφῳ ποιήσασθαι, εἰς τὴν αὐτὴν καὶ μίαν οὐ συνέλθωσι πάντες γνώμην, ἀλλὰ δι' οἰκείαν φιλονεικίαν τινὲς ἀντιλέγουσιν· ἡ τῶν πλειόνων κρατείτω ψῆφος. Καὶ ζήτει τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου κανόνα ὄγδοον, ἀποστόλων κανόνα λδ', συνόδου Ἀντιοχείας κανόνα β' καὶ γ', καὶ συνόδου Σαρδικῆς κανόνα τρίτον.

C

68 CANON VII.

Quoniam obtinuit consuetudo et antiqua traditio, ut, qui est in Ælia episcopus, honoretur, habeat

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

Ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ (51) ἐπίσκοπον τιμᾶ-

D

Guill. Beveregii notæ.

(51) *Τὸν ἐν Αἰλίᾳ.* Ælium Adrianum Hierusalem a Tito subversam non instauratse, sed aliam alio in loco ei propinquo civitatem de novo condidisse, in ultimis ad præcedentem canonem annotationibus satis superque ostensum est. Restat adhuc, ut de nomine hujus urbis ab eo constructæ pauca annotemus. Itaque Dio Cass. in Vita Ælii Adriani, eum hanc urbem a se conditam Αἰλίαν Καπιτωλίναν *Ælium Capitolinam* nominasse scribit. Sic etiam a Ptolemæo vocata traditur, Ἱεροσόλυμα ἡ νῦν καλουμένη Αἰλία Καπιτωλίνα. Sic etiam in *Pandectis* dicitur, *In Palæstina duæ fuerunt coloniæ, et Cæsariensis et Ælia Capitolina.* l. I, sect. 6 ff. *De censibus.* Nimirum *Ælia* ab Ælio Adriano conditore ; *Capitolina* autem a templo Jovi *Capitolino* ibi dedicato vocatur. Sæpius autem hæc civitas simpliciter *Ælia* appellatur, et ita a conditore nominatam plerique tradunt. Epiphanius, Ὡς γὰρ ἐκεῖνος ὠνόμαστο Αἵλιος Ἀδριανὸς, οὕτως καὶ τὴν πόλιν ὠνόμασε Αἰλίαν. Epiph. *De pond. et mens.* Eusebius, Ἡ μετέπειτα συστᾶσα Ῥωμαϊκὴ πόλις τὴν ἐπωνυμίαν ἀμείψασα, εἰς τὴν τοῦ κρατοῦντος Αἰλίου Ἀδριανοῦ τιμὴν, Αἰλία προσαγορεύεται. Euseb. Hist. Eccles. l. IV. c. 6. Hieronymus, *Ab Ælio Adriano, Ælia dicitur.* Hieron. in Jer. c. 20. Theodoretus : Ἀλλὰ πάλιν Ἀδριανὸς αὐτοῖς στασιάσασι παντελῆ ἐπήγαγεν ὄλεθρον· καὶ αὐτὴν δὲ τῆς πόλεως τὴν προσηγορίαν ἐνήλλαξεν, ἐκ τῆς οἰκείας ἐπωνυμίας ταύτην καλέσας· Αἰλία γὰρ ἐκεῖθεν προσηγορεύθη· Αἵλιος γὰρ ἐπίκλην ὠνομάζετο.

Digitized by Google

σθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει (52) σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος.

honoris consequentiam, metropoli propria dignitate servata.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν ἡρμηνεύθη ἐν τῷ πρὸ αὐτοῦ ἕκτῳ κανόνι.

BALS. Præsens canon expositus fuit in sexto canone, qui est ante ipsum.

ΖΩΝΑΡ. Ὥσπερ τῷ Ἀλεξανδρείας καὶ τῷ Ἀντιοχείας ὁ πρὸ τούτου κανὼν τὰ πρεσβεῖα ἐν ἐπαρχίαις αὐτῶν ἀπένειμεν, οὕτως ὁ παρὼν κανὼν τῷ τῆς

ZONAR. Quemadmodum superiori canone, Alexandrino, Antiochenoque patriarchæ sua in ipsorum provinciis privilegia decreta sunt, sic Æliano epi-

Guill. Beveregii notæ.

Theodoret. in Isa. cap. VI, prope finem. Cedrenus : Κτίζει νέαν Ἱερουσαλὴμ, ἣν δὴ καὶ Αἰλίαν προσηγόρευσε. Cedren. Chronicon Alexandrinum, καὶ ἐπέθηκε τὸ ὄνομα τῇ πόλει, Αἰλίαν αὐτὴν ὀνομάσας, ἐπειδὴ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐλέγετο. Chron. Alex. ad olymp. 224. Mitto Zonaram, in Annal., Nicephor. CP. aliosque cum Balsamone in præcedentem canonem sentientes. Nonnunquam corrupte Helia dicitur. Hieronymus, *Et templum toto orbe celebratum in sterquilinium urbis novæ, quæ a conditore appellatur Ilelia.* Hieron. in Isa. cap. LXIV. Nicolaus I : *Et a prædicto Helio Hadriano urbs illa Helia vocetur.* Nicol. resp. ad consult. Bulgar. Et quidem ut hæc civitas Ælia primo a conditore appellata est, sic et diu postea ab aliis audivit. Eusebius : Εἰσέτι νῦν στῆλαι διαφανεῖς ἐν προαστείοις δείκνυνται τῆς νῦν Αἰλίας. Euseb. *Histor. eccles.* l. II, c. 12. Et alibi, Αἱ καὶ εἰς ἡμᾶς ἐφυλάχθησαν ἐν τῇ κατὰ τὴν Αἰλίαν βιβλιοθήκῃ. Ibid. l. VI, c. 20. Sic Mazabanem dicit episcopum fuisse ἐν Αἰλίᾳ. L. VII, c. 5, et Valentem τῶν ἀπὸ Αἰλίας διάκονον. Id. *De martyr. Palæst.* cap. 11, ita etiam Chrysostomi ætate vocata est, qui hæc habet : Ἐπειδὴ γὰρ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐχρημάτιζεν, οὕτω καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι ἐνομοθέτησεν. Ἐκεῖθεν Αἰλία μέχρι τοῦ νῦν ὀνομάζεται, ἀπὸ τῆς ἐπωνυμίας τοῦ κρατήσαντος καὶ καθελόντος αὐτήν. Chrysost. *Advers. Judæos*, λογ. γ', et diutius adhuc usque ad Eutychii patriarchæ Alexandrini tempora, ut ipse testatur, dicens Adrianum jussisse : *Urbem de imperatoris nomine Ælium appellari. Quare ab eo tempore usque ad hunc diem Ælia vocatur.* Eutych. Annal. tom. I, p. 354. Et quod imprimis observandum est, ab universa Ecclesia hoc canone ita nuncupatur. Unde etiam colligatur, hoc commune tunc temporis ac ubique receptum esse hujus civitatis nomen; quod ab ipso urbis exordio, usque ad conventus hujus Nicæni tempora solum obtinuit; neque enim antea aliter a quopiam appellatam meminit. Quandoquidem autem honor episcopo hujus civitatis disertis verbis hic tribuatur, ut celeberrimum illud Martyrium ibidem in Dominicæ resurrectionis loco iisdem temporibus a Constantino exstructum sit, hinc paulatim evenit, ut episcopi hujus urbis se altius extollere cæperint, et sedem suam non Æliam, sed Hierusalem, cui propinqua erat, vocitarunt : ut majorem nimirum reverentiam et honorem sibi conciliarent. Quo factum est, ut pristinum ejus nomen Ælia pedetentim evanuerit, et alterum Hierusalem, sæpius quidem, sed magis improprie a recentioribus usurpatum fuerit.

(52) *Τῇ μητροπόλει.* Balsamon et Aristenus in suis ad hunc canonem scholiis consentiunt, metropolim Palæstinæ sive Judææ tunc temporis Cæsaream fuisse. Zonaras autem : Τινὲς δὲ μητρόπολιν τὴν Καισάρειαν λέγουσιν ὀνομάσαι τὸν κανόνα. Et hoc quidem extra dubium est, Cæsaream hujus concilii temporibus, et diu postea, pariter atque antea, Palæstinæ, primæ præsertim, in qua sita est Hierosolyma, metropolim exstitisse. Gregorius Nazianzenus eam suis etiam diebus metropolim fuisse docet : quippe qui de Basilio magno loquens, ait : Ἐπὶ τὴν Καισαρέων πόλιν ἐπείγεται, τῶν τῇ δὲ ἀθέξων παιδευτηρίων· ταύτην δὲ λέγω τὴν περιφανῆ τε καὶ ἡμετέραν· ἐπεὶ καὶ τῶν ἐμῶν λόγων αὕτη καθηγεμὼν, καὶ διδάσκαλος τὴν οὐχ ἧττον λόγων μητρόπολιν, ἢ τῶν πόλεων ὧν ὑπέρκειται, *Cæsaream, ut scholarum urbis illis particeps esset, contendit, hanc inquam, illustrem civitatem, et nostram (nam meorum quoque studiorum dux et magistra exstitit) non minus litterarum et doctrinæ, quam urbium, quibus præcellit, metropolim.* Greg. Naz. orat. 20. Ipse etiam Josephus eam μεγίστην τῆς τε Ἰουδαίας πόλιν, *Maximam Judææ civitatem* vocat, Joseph. *De bell. Jud.* l. III, κεφ. κη'. Tacitus autem suo tempore *Judææ caput* fuisse affirmat. *Haud dubia destinatione*, inquit, *discessere Murianus Antiochiam, Vespasianus Cæsaream : illa Syriæ, hæc Judææ caput est.* Cornel. Tacit. Hist. l. II. Quomodo autem metropolis evasit, Justinianus haud obscure docet; cujus dignissima sunt verba hic ascribi. *Venit autem*, inquit, *nobis in mentem et metropolis Cæsarea, quæ in prima Palæstina principatum tenet, quam præ cæteris majore etiam honore verfrui oportebat : propterea quod et quondam proconsul ipsam tenuit, et præfectus talis magistratus fuit, licet postea ab ampliore dignitate ad minorem transierit. Nimirum cum una prius tota Palæstina esset, ea deinde in tres divisa partes, et neque consulatum retinente, sed ad magistratum hunc (ut appellant, ordinarium delata. Quanquam sane et vetusta urbs sit, et semper ampli nominis fuerit, tam cum Strato eam in formam urbis redegit, qui mutatis sedibus excedens Græcia hujus conditor exstitit : quam cum divæ memoriæ Vespasianus, celebratissimus ille imperator, qui piæ memoriæ Titi pater fuit, quod illi ad summam gloriam vel solum potuit sufficere, ipsorum Cæsarum appellatione eam nominavit, cum antea Stratonis turris vocaretur : hoc illi honore impenso, et quod in ea post Judaicas victorias inter imperatores ascriptus esset.* Justin. novel. 103, in præf. Sane communis est constansque veterum historicorum traditio, non Vespasianum, sed Herodem hanc civitatem *Cæsaream* primum nominasse, ut fusius mox ostendemus. Sed Vespasianus eo postea Coloniam deduxit, unde in *Pandectis*, *Divus Vespasianus Cæsarienses colonos fecit.* L. ult. *sect.* 7. F. *de censibus* : et idcirco tunc temporis, post Hierosolyma totius Judææ metropolis erat, nam μεγάλη πόλις καὶ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων γένους μητρόπολις dicitur, Joseph. *De bello Jud.*, lib. VII. κεφ. λδ'. et a Philone Judæo, Μητρόπολις οὐ μιᾶς χώρας Ἰουδαίας, ἀλλὰ καὶ τῶν πλείστων. Phil. *De legat. ad Caium.* Cum autem hæc pristina Judææ metropolis funditus eversa fuisset, vel saltem excidio devota, nova crearetur necesse erat. Verum Cæsarea μεγίστη τῆς Ἰουδαίας πόλις erat, ut Josephus loco ante citato tradidit, ac proinde aptissima pariter ac dignissima, quæ Hierosolymæ metropolis honore succederet. Cum Vespasianus itaque, ut e Justiniani verbis supra laudatis constat, in ea post Judaicas victorias inter imperatores ascriptus esset, eam non Cæsaris appellatione, quam ante habuit, sed potius metropolis nomine honorasse videtur; quod ex eo etiam magis elucescit, quod Vespasiani ipsius temporibus *Caput Judææ* a Tacito nuncupetur, loco supra laudato.

Digitized by Google

scopo honorem in sua ditione habendum, suaque dignitate Hierosolymorum urbem, quæ Ælia dicitur, quippe quæ inter alias Palæstinæ, Arabiæ, Phœniciæque urbes excellat, honestandam esse hic canon constituit. Ut enim hoc tempore, sic olim quoque regio illa universa Palæstinæ nomen obtinuit. Urbs vero ipsa jam inde ab antiquissimo tempore, Solyma ac Jebus dicta, deinde Hierosolyma appellata fuit. Captam vero a Romanis et eversam, cum Romanorum imperator Adrianus instaurasset, Æliamque de suo nomine, (Ælius siquidem ipse Adrianus vocatus) nuncupasset, id postea illa nomen obtinuit : nonnulli tamen hic metropolim, Cæsaream nominare canonem affirmant; Cæsaream vero in Palæstina sitam, Stratonis cognomine antiquis dictam.

A Αἰλίας ἐπισκόπῳ τιμὴν ἐν τῇ οἰκείᾳ ἐπαρχίᾳ ἐπεψηφίσατο, καὶ σώζεσθαι τῇ τῶν Ἱεροσολύμων πόλει, ἥτις Αἰλία λέγεται, τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα διωρίσατο ὡς ὑπερκειμένῃ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ πόλεων, καὶ Ἀραβίᾳ, καὶ Φοινίκῃ. Καὶ πάλαι μὲν γὰρ καὶ νῦν ἡ χώρα πᾶσα ἐκείνη Παλαιστίνη ὠνόμαστό τε καὶ ὀνομάζεται· ἡ δὲ πόλις τὸ μὲν ἀρχαιότατον Σόλυμα καὶ Ἰεβοῦς ἐκαλεῖτο, ὕστερον δ' ἐκλήθη Ἱεροσόλυμα. Μετὰ δὲ τὸ ἁλῶναι ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ κατασκαφῆνάι, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων Ἀδριανὸς, ἀνεγείρας τὴν πόλιν, Αἰλίαν αὐτὴν ἐπωνόμασεν ἐπὶ τῷ οἰκείῳ ὀνόματι. Αἴλιος γὰρ Ἀδριανὸς ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο, καὶ οὕτως ἐχρημάτιζε. Τινὲς δὲ μητρόπολιν τὴν Καισάρειαν λέγουσιν ὀνομάσαι τὸν κανόνα· Καισάρειαν δὲ τὴν ἐν Παλαιστίνῃ, ἥτις τὸ παλαιὸν Στράτωνος

B ἐκαλεῖτο (53).

ARIST. *Episcopus Æliæ honoretur, servata metropoli sua dignitate.*

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἐπίσκοπος Αἰλίας τιμάσθω, σωζομένου τῇ μητροπόλει τοῦ αὐτοῦ ἀξιώματος.*

Novella 123, in primo titulo primi libri posita,

Ἡ ἑκατοστὴ εἰκοστὴ τρίτη Νεαρὰ ἡ ἐν τῷ πρώτῳ

Guill. Beveregii notæ.

(53) *Στράτωνος ἐκαλεῖτο.* Stratonem hanc urbem primum exstruxisse, vel saltem *in formam urbis* redegisse, testis est Justinianus novel. 103. Hinc non simpliciter Stratonis, uti Zonaras hic asserit; sed Στράτωνος πύργος *Stratonis turris* cognominata est. Quod quidem istius nomen usque ad Herodem solum obtinuit; unde Strabo nullo alio eam nomine appellat, dicens : μετὰ τὴν Ἄκην Στράτωνος πύργος, πρόσορμον ἔχων. Strab. Geogr. l. 16. Sic Josephus usque ad Herodis ætatem eam perpetuo Στράτωνος πύργον vocat. Cum autem Herodes eam ampliorem fecisset, et contra vim maris præmunivisset, in Cæsaris Augusti honorem eam *Cæsaream* C cognominavit : ut veteres historici unanimes tradiderunt. Plinius, *Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita.* Plin. nat. hist. l. v, c. 13. Ammianus Marcellinus, *Cæsaream, quam in honorem Octaviani principis exædificavit Herodes.* Ammian. Marcel. l. 14. Eusebius, Ἡρώδης Καισάρειαν εἰς ὄνομα Καίσαρος Αὐγούστου ἔκτισε, Στράτωνος πύργον τὸ πρὶν καλουμένην. Euseb. Chron. ad an. 2004. Josephus : Κατιδὼν δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ χωρίον ἐπιτηδειότατον δέξασθαι πόλιν, ὃ πάλαι Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, τῇ τε διαγραφῇ μεγαλοπρεπῶς ἐπεβάλλετο, καὶ τοῖς οἰκοδομήμασιν ἀνιστὰς ἅπασαν, οὐ παρέργως, ἀλλ' ἐκ λευκῆς πέτρας καὶ διακόσμων βασιλείοις τε πολυτελεστάτοις, καὶ διαίταις πολιτικαῖς, « Ergo cum animadvertisset Herodes in maritimis locum condendæ urbi opportunissimum, cui pridem Stratonis turris nomen fuerat, et formam ejus magnifice descripsit, et ædificiis marmoreis totam exornavit accuratissime, tam regiis palatiis, quam privatorum civium ædibus. » Et nonnullis interjectis, [Κἀν τῷ μέσῳ κόλωνός τις ἐφ' οὗ νεὼς Καίσαρος ἄποπτος τοῖς εἰσπλέουσιν, ἔχων ἀγάλματα, τὸ μὲν Ῥώμης, τὸ δὲ Καίσαρος, ἥ τε πόλις αὐτὴ Καισάρεια καλεῖται. « Et in medio est tumulus, in quo templum Cæsaris a longe conspicuum adnavigantibus, et in eo statuæ, una Romæ, altera Cæsaris, unde et ipsa urbs Cæsarea appellatur.] » Joseph. *Antiq. Jud.* l. xv, c. 13. et *De bell. Jud.* l. i, cap. 16 Abulpharagius, » Et eo (Cæsare Augusto) imperante, Herodes urbem Neapolim exstruxit, et Stratonis arcem auctam Cæsaream appellavit. Abulph. dynast. Hieronymus : « Et vice versa Stratonis turrim ab Herode rege Judææ in honorem Cæsaris Augusti Cæsaream nuncupatam. » Hieron. ad Eustoch. Et alibi. « Imitatus Herodem patrem, qui in honorem Augusti Cæsaris appellavit Cæsaream, quæ prius Turris Stratonis vocabatur. » Id. in Matth. c. xvi. Idem, seu quis alius, qui loca Actorum apostolorum explicuit, « Cæsareæ civitates duæ sunt in terra promissionis, una Cæsarea Palæstinæ, in littore magni maris sita est : quæ quondam Pyrgos, id est, Turris Stratonis dicta est, sed ab Herode rege Judææ, nobilius et pulchrius, et contra vim maris multo utilius, instructa, in honorem Cæsaris Augusti Cæsarea cognominata est. Cui etiam templum in ea marmore albo construxit, in qua nepos ejus Herodes ab angelo percussus; Cornelius centurio baptizatus; et Agabus propheta Zona Pauli legatus est. » Porro Plinius hanc urbem etiam Apolloniam, et sua ætate Coloniam primam Flaviam dictam asserit, *Nunc*, inquit, *colonia prima Flavia a Vespasiano imperatore deducta.* Plin. nat. Hist. l. v, c. 13. Benjamin eam olim Gad. Philistim, et sua ætate Schizeriam vocatam tradit, dicens : ומשם ששה פרסאות לשיזריא היא גד אשר לפלשתים ושם כמו עשרה יהודים ומאתים כיתיים הם היהודים השומרונים הנקראים שמרטניש והיא עיר יפה וטובה מאד על הים בנין קיסר אינפרטור ומלך ויקרא המלך שמה כשמו קיסריה *Inde sex parasangis abest Schizeria, dicta quondam Gad Philistim, ubi decem circiter Judæi et Cuthæi ducenti. Hi sunt Judæi Schomronitæ, qui vulgo Samaritani audiunt. Urbs ipsa pulcherrima est atque elegantissima, ad mare sita, structura Cæsaris imperatoris et regis, qui eam de suo nomine Cæsaream vocavit.* Benjam. Itiner. p. 37. Balbeam etiam et D Beline, Theveto est, ut observant Ortelius in thes. Geogr. et Dionysius Gothofredus in Pandect. l. ult. et Gothofr. loc. cit. sect. 7. *De Censibus.* Postellus in sua Syria, et Ortelius, Hieronymum eam Accaron etiam vocasse affirmant : sed falso. Nuspiam enim hoc Pater asserit. Sed dicit tantummodo, *Quidam dicunt Accaron turrim Stratonis, postea Cæsaream nuncupatam*, Hieron. *De loc. Hebraicis.* Ipse itaque hoc non dicit; sed tantum alios dixisse asserit. Et sic quidem Judæi dicunt, qui illa verba Zeph. 2. 4. עקרון תעקר *Ekron eradicabitur*, de Cæsarea interpretantur. Talm. Bab. Megil. fol. 6. 1. Denique interpres Arabs vocem חצור *Hazor* per *Cæsaream* interpretatur, Josh. 11 1. Hæc civitas Hierosolymis distat stadiis 600, Josephus, χωρίον δὲ αὐτῷ πρὸς σφαγὴν, Στράτωνος πύργος εἵμαρτο· καὶ τοῦτο μὲν ἀφ' ἑξακοσίων σταδίων ἐντεῦθέν ἐστιν. Joseph. *De bell. Jud.* l. i. c. 3.

Digitized by Google

τίτλῳ τοῦ πρώτου βιβλίου κειμένη, τῶν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον, ἥτις καὶ Αἰλία καλεῖται, πατριάρχην λέγει. Δεῖ γοῦν κατὰ τὸν παράντα κανόνα τὸν τῆς Αἰλίας ἐπίσκοπον τῇ τοῦ πατριάρχου τιμᾶσθαι τιμῇ. Ἐπεὶ δὲ ἡ Καισάρεια μητρόπολις τυγχάνει πρώτη Παλαιστίνης, καὶ ἡ ἁγία πόλις, δεῖ καὶ τὸν πατριάρχην τὴν οἰκείαν ἔχειν τιμήν, σώζεσθαι δὲ καὶ τῇ Καισαρείᾳ τῇ μητροπόλει [ὑφ' ἣν πρῶτον ἐτύγχανε] τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα. Καὶ ζήτει τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κανόνα δωδέκατον.

A Hierosolymorum, quæ et Ælia dicitur, episcopum, patriarcham vocat. Oportet itaque secundum hunc canonem Æliæ episcopum patriarchæ dignitate honorari. Sed quoniam Cæsarea prima est metropolis Palæstinæ et (sub ea sit) sancta civitas, patriarcham suo honore potiri oportet, sed et Cæsarea metropoli (cui antea subjacebat) suam servari dignitatem. Lege et Chalcedonensis synodi canonem duodecimum.

ΚΑΝΩΝ Η'.

Περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς Καθαρούς (54) *ποτε, προσερχομένων δὲ τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ· πρὸ πάντων δὲ τοῦτο ὁμολογῆσαι* B *αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅτι συνθήσονται καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς καθολικῆς δόγμασιν Ἐκκλησίας, τουτ' ἔστι καὶ διγάμοις κοινωνεῖν, καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσιν· ἐφ' ὧν καὶ χρόνος τέτακται, καὶ καιρὸς ὥρισται· ὥστε αὐτοὺς ἀκολουθεῖν ἐν πᾶσι τοῖς δόγμασι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ἔνθα μὲν οὖν πάντες εἴτε ἐν κώμαις εἴτε ἐν πόλεσιν αὐτοὶ μόνοι εὑρίσκοιντο χειροτονηθέντες, οἱ εὑρισκόμενοι ἐν τῷ κλήρῳ ἔσονται ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι· εἰ δὲ τοῦ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὄντος προσέρχονταί τινες, πρόδηλον ὡς ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας ἕξει τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπισκόπου· ὁ* C *δὲ ὀνομαζόμενος παρὰ τοῖς λεγομένοις Καθαροῖς ἐπίσκοπος τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἕξει. Πλὴν εἰ μὴ ἄρα δοκοίη τῷ ἐπισκόπῳ τῆς τιμῆς τοῦ ὀνόματος αὐτὸν μετέχειν. Εἰ δὲ τοῦτο αὐτῷ μὴ ἀρέσκοι, ἐπινοήσει τόπον ἢ χωρεπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὑπὲρ τοῦ ἐν τῷ κλήρῳ ὅλως δοκεῖν εἶναι, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν.*

CANON VIII.

De iis, qui seipsos καθαροὺς, id est, puros, quandoque nominant, ad catholicam autem et apostolicam Ecclesiam accedunt, sanctæ synodo visum est, ut impositis eis manibus sic in clero maneant: ante omnia autem hoc in scriptis ipsos profiteri convenit, quod adhærebunt et sequentur catholicæ Ecclesiæ decreta: id est, quod et cum digamis communicabunt, et cum iis qui in persecutione lapsi sunt, in quibus et tempus constitutum est, et opportunitas præfinita, ut ipsi sequantur in omnibus catholicæ Ecclesiæ decreta. Ubi ergo omnes, sive in vicis, sive in urbibus, ipsi soli inveniuntur ordinati, qui inveniuntur in clero, erunt in eodem ordine. Si autem catholicæ Ecclesiæ episcopo vel presbytero existente, accedunt aliqui, clarum est, quod Ecclesiæ quidem episcopus, episcopi dignitatem habebit: qui autem apud eos qui Cathari dicuntur, nominatur episcopus, presbyteri honorem habebit, nisi utique episcopo placeat ipsum nominis honorem impertire. Si autem hoc illi non placeat, vel chorepiscopi vel presbyteri locum excogitabit, ut esse omnino in clero videatur, ne in civitate duo sint episcopi.

Guill. Beveregii notæ.

(54) *Περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς Καθαρούς.* Scholiastæ per hæc verba Novatianos indigitari consentiunt: et recte quidem. Ex omnibus enim hæreticis vel potius schismaticis isti soli se Καθαροὺς *Mundos* nominarunt: nimirum idcirco, quia se omnibus tam corporis quam animæ sceleribus puros jactitarunt. Et hos quidem se Καθαροὺς cognominasse, ac proinde hoc canone intelligendos esse, omnes antiqui scriptores Patresque consentiunt. D. Ambrosius, *Ut sunt doctores Novatianorum, qui se Mundos appellant.* Ambros. *De Pœnitentia* l. i, c. 1. Hieronymus, *Non quod custodes sint legis ejus, sed quod hoc esse se dicant, in similitudinem schismatis Novatianorum, qui et ipsi* Καθαροὺς, *id est, Mundos se vocant, cum sint omnium immundissimi,* Hieron. in Hos. c. 13. Eusebius *De Novato* (a quo Novatiani dicuntur) *Hic ἰδίας αἱρέσεως, τῶν κατὰ λογισμοῦ φυσίωσιν Καθαροὺς ἑαυτοὺς ἀποφηνάντων, ἀρχηγὸς καθίσταται. Propriæ cujusdam sectæ eorum, qui tumore mentis elati seipsos* Καθαροὺς (*mundos*) *cognominarunt, auctor extitit,* Euseb. *Hist. Eccles.* l. vi, c. 43. Augustinus *Cathari, qui seipsos isto nomine, quasi propter munditiam superbissime atque odiosissime nominant: secundas nuptias non admittunt, pœnitentiam denegant: Novatum sectantes hæreticum, unde etiam Novatiani appellantur.* August. de hæres. ut alios mittam, Epiphanius suam contra Catharos dissertationem sic exorditur: Καθεξῆς δὲ τούτων Καθαροί τινες λεγόμενοι ἐφύησαν, ἀπὸ Ναυάτου τινὸς ὡς πολὺς ἄδεται λόγος. *Proximi ab illis quidam exorti sunt, Cathari dicti, a Novato quodam, ut fama percrebuit.* Epiphan. hær. 59. Ita quidem dicti sunt, D sed a se, non ab aliis, nisi κατ' εἰρωνείαν; ut observat Balsamon in canonem: in quo ipsi etiam Patres Nicæni eos Καθαροὺς non vocant, sed tantum τοὺς ὀνομάζοντας μὲν ἑαυτοὺς Καθαρούς. Cyprianus autem, cujus temporibus exorti sunt, quique in eos sæpius invehitur, nec ipse eos uspiam Καθαροὺς *mundosve* vocat, nec ita se vocatos scribit; sed eos *nomina adulterata finxisse* tradit, Epist. 76 ad Magnum. Et hoc quidem inter istiusmodi nomina merito recenseatur, vel forte non ipse Novatus, sed sectatores ejus hoc sibi nomen postea arrogarunt. Et hoc certe nobis veri propterea similius videtur, quod in testimoniis supra citatis, aliisque quæ proferri poterant, Novatianos quidem, sed non Novatum, ita se nominasse tradatur: quodque nec Dionysius Alexandrinus, nec Cornelius Romanus, nec alii quivis, qui ipsius Novati ætate claruerunt, etiamsi contra eum scripserint, de hoc nomine, ut ab eo sibi vindicato, meminerint.

Digitized by Google

BALS. Novatus ille erat Romanorum Ecclesiæ presbyter, ut scribit Eusebius Pamphili. Cum autem facta esset persecutio, et multi propter metum mortis lapsi essent, et pœnitentiam agerent, ipse a dæmone inflatus, eos nolebat admittere. Sed neque cum digamis, ut qui esset ipse continens, communicabat. Qui ergo eadem atque 89 iste sentiebant, Novatiani dicuntur, et per ironiam καθαροὶ, id est, puri. Quoniam autem synodo Romæ habita sub Cornelio papa Romanorum Ecclesiæ, imperante Decio, anathemate percussus est Novatus, et qui ejus hæresim sequebantur, dicit canon quod si aliqui ex iis cum sincera pœnitentia a sua improbitate defecerint, et se catholicæ Ecclesiæ decreta servaturos affirmaverint, suscipientur : et si sint quidem clerici, proprios gradus habebunt, ut qui non quod in fide errent, sed fratres odio habeant, condemnentur. Si autem episcopalem dignitatem habeant, si alii inveniantur episcopi in regione, in qua ipsi electi sunt, ipsi quidem nihil episcopale exercebunt : sed providebit episcopus ut vel illi solum episcopale nomen habeant, vel alio nomine appellentur. Si autem non sint in ea regione episcopi, ipsi quoque episcopatum administrabunt. Illud autem, in quibus et tempus constitutum est, et opportunitas præfinita, de iis qui tempore persecutionis lapsi sunt, et de digamis, dictum est : sed et clerici, postquam suscepti fuerint, tunc clero connumerabuntur in quo prius ordinati fuerant, quando pro iis alii clerici ordinati non fuerint. Si autem tales inveniantur, fiet et quod superius de episcopis scriptum est. Quæro autem : Si qui eorum ad majorem gradum provehi voluerint, an prohibebuntur ex hoc canone, qui dicit in principio : Visum est sanctæ synodo, ut eis impositis manibus sic in clero maneant : an citra impedimentum promovebuntur? *Solutio.* Ex 80 can. apost. et 3 can. præsentis syn. statutum est ut etiam qui sunt omnino infideles, per gradus ad sacerdotium admittantur. Quidni ergo Novatiani, et qui Cathari dicuntur, promovebuntur, qui, ut dictum est, in fide non errant, sed tanquam immisericordes damnantur? Quod autem illos in clero manere constitutum est, id mihi pro eis magis facere videtur : verisimile enim erat dicere aliquos, debere quidem ipsos suscipi, sed esse simpliciter ut fideles laicos, et non priores suos gradus exercere : quod synodo non placuit : sed concessum est ut ipsi in gradus suos restituerentur. Restitutionis autem nomine una jus quoque promotionis ostenditur.

ZONAR. Cathari (hoc est puri) Novatiani dicuntur. Fuit autem Novatus Romanæ Ecclesiæ presbyter, qui in persecutione lapsos, culpæ licet pertæsos, repellebat, atque a digamorum communione penitus abhorrebat. Propterea, quamvis nullo errore in iis qui fidei sunt, teneretur, ob morum tamen implacabilitatem, fraternumque

ΒΑΛΣ. Ὁ Ναυᾶτος ἐκεῖνος πρεσβύτερος ἦν τῆς τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, καθὼς ἱστορεῖ ὁ τοῦ Παμφίλου Εὐσέβιος. Γενομένου δὲ διωγμοῦ καὶ πολλῶν παραπεπτωκότων διὰ φόβον θανάτου, καὶ μετανοούντων, αὐτὸς, ὑπὸ τοῦ δαίμονος φυσιούμενος, ἤθελε τούτους μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλ' οὐδὲ διγάμοις ὡς ὄφθεν σωφρονῶν ἐκοινώνει. Οἱ γοῦν τὰ ἐκείνου φρονήσαντες Ναυατιανοὶ λέγονται, καὶ κατ' εἰρωνείαν Καθαροί. Ἐπεὶ δὲ συνόδου γενομένης ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Κορνηλίου πάπα τῆς τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, βασιλεύοντος Δεκίου, ἀνεθεματίσθη ὁ Ναυᾶτος καὶ οἱ αἱρεσιῶται αὐτοῦ, φησὶν ὁ κανὼν ὅτι, Ἐάν τινες ἐκ τούτων μετὰ εἰλικρινοῦς μετανοίας ἀποστῶσι τῆς προτέρας κακίας, καὶ ἀσφαλίσωνται φυλάττειν τὰ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας δόγματα, δεχθήσονται. Καὶ εἰ μέν εἰσι κληρικοὶ, ἕξουσι πάντως τοὺς οἰκείους βαθμοὺς, ὡς μὴ σφάλλοντες περὶ τὴν πίστιν, ἀλλ' ὡς μισάδελφοι κατακρινόμενοι· εἰ δὲ ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα ἔχουσιν, ἄλλων μὲν κατὰ χώραν εἰς ἣν οὗτοι ἐπεκηρύχθησαν, εὑρισκομένων ἐπισκόπων, αὐτοὶ ἐπισκοπικόν τι οὐκ ἐνεργήσουσι, ἀλλὰ φροντίσει ὁ ἐπίσκοπος ἢ μόνον ὄνομα τούτους ἔχειν ἐπισκόπου, ἢ δι' ἑτέρου καλεῖσθαι ὀνόματος. Μὴ ὄντων δὲ ἐγχωρίων ἐπισκόπων, οἰκονομήσουσιν αὐτοὶ καὶ τὰ τῆς ἐπισκοπῆς. Τὸ δὲ ἐφ' ὧν καὶ χρόνος ὥρισται, καὶ καιρὸς τέτακται, ἐῤῥέθη περὶ τῶν παραπεπτωκότων ἐν καιρῷ διωγμοῦ καὶ τῶν διγάμων. Ἀλλὰ καὶ οἱ κληρικοὶ, μετὰ τὸ δεχθῆναι, τότε τῷ κλήρῳ συναριθμήσονται, ἐφ' ᾧ προεχειροτονήθησαν, ὅτε οὐκ ἐτάχθησαν ἀντὶ τούτων ἕτεροι κληρικοί. Τοιούτων δέ τινων εὑρισκομένων, γενήσεται ὅ τι καὶ περὶ τῶν ἐπισκόπων ἐγράφη ἄνωθεν. Ἐρωτῶ δέ· Ἐάν τινες ἐκ τούτων πρὸς μείζονα βαθμὸν προαναβιβασθῆναι θελήσωσιν, ἐμποδισθήσονται ἀπὸ τοῦ κανόνος τούτου λέγοντος κατὰ τὰς ἀρχάς· Ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε χειροθετουμένους, αὐτοὺς μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ· ἢ ἀκωλύτως προκόψουσιν; Λύσις. Ἀπὸ τοῦ π' ἀποστολικοῦ κανόνος καὶ τοῦ β' κανόνος τῆς παρούσης συνόδου δέδοκται καὶ τοὺς πάντη ἀπίστους κατὰ βαθμοὺς ἱεράσθαι Ἵνα τί γοῦν οἱ Ναυατιανοὶ καὶ Καθαροὶ λεγόμενοι οὐ προαναβιβασθήσονται, περὶ τὴν πίστιν, ὡς εἴρηται, μὴ σφαλλόμενοι, ἀλλ' ὡς ἀσυμπαθεῖς κατακρινόμενοι; Τὸ δὲ μένειν αὐτοὺς οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ μᾶλλον ὑπὲρ ἐκείνων ὁρισθῆναι νοεῖταί μοι. Εἰκὸς γὰρ ἦν λέγειν τινὰς ὀφείλειν δεχθῆναι μὲν αὐτοὺς, πλὴν εἶναι ὡς ἁπλῶς πιστοὺς λαϊκοὺς, καὶ μὴ ἐνεργεῖν κατὰ τοὺς προτέρους τούτων βαθμούς· ὅπερ παρὰ τῆς συνόδου οὐκ ἐδέχθη, ἀλλ' ἐνεδόθη ἀποκαθίστασθαι τούτους εἰς τοὺς οἰκείους βαθμούς· τῷ δὲ ὀνόματι τῆς ἀποκαταστάσεως καὶ τὸ δίκαιον τῆς προκοπῆς συναναφαίνεται.

ΖΩΝΑΡ. Καθαροὶ λέγονται οἱ Ναυατιανοί. Ὁ δὲ Ναυᾶτος πρεσβύτερος ἦν τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, ὃς τοὺς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκότας μετανοοῦντας οὐκ ἐδέχετο, οὔτε διγάμοις ἐκοινώνει. Διὸ, κἂν μὴ περὶ τὴν πίστιν ἐσφάλλετο, ἀλλά γε διὰ τὸ ἀσυμπαθὲς αὐτοῦ καὶ μισάδελφον, συνόδου γενομένης ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Κορνηλίου τῆς Ῥώμης πάπα, Δεκίου βασιλεύοντος,

Digitized by Google

ἀπεβλήθη, καὶ ἀνεθεματίσθη, ὡς ὁ τοῦ Παμφίλου Εὐσέβιος ἱστορεῖ. Τοὺς γοῦν αἱρεσιώτας τούτου προερχομένους δέχεσθαι ὁ κανὼν οὗτος ὁρίζει, ὁμολογοῦντας ἐγγράφως ὅτι τὰ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τηρήσουσι δόγματα, καὶ τοὺς δι' ἀνάγκην ἀρνησαμένους τὸν Χριστὸν δέξονται, καὶ οἰκονομήσουσιν αὐτοὺς κατὰ τοὺς καιροὺς ὡρισμένους τῇ μετανοίᾳ τῶν παραπεπτωκότων· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐφ' ὧν καὶ χρόνος ὥρισται, καὶ καιρὸς τέτακται· καὶ τοῖς διγάμοις κοινωνήσουσι, καὶ εἰ κεχειροτονημένοι εἰσὶν εἰς ἐπισκόπους ἢ πρεσβυτέρους ἢ διακόνους οἱ ἐξ αὐτῶν προσιόντες τῇ Ἐκκλησίᾳ, μένειν αὐτοὺς ἐν τῷ κλήρῳ κατὰ τοὺς οἰκείους βαθμοὺς, ἐὰν ἴσως ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐν αἷς ἐχειροτονήθησαν, οὐκ εἰσὶν ἕτεροι. Ὅτι γὰρ οὐ περὶ τὴν πίστιν ἐσφάλλοντο, ἀλλ' εἰς μισαδελφίαν καὶ ἀρνησιν μετανοίας τοῖς παραπεπτωκόσι καὶ ἐπιστρέφουσι, διὰ τοῦτο καὶ τὴν χειροτονίαν αὐτῶν ἡ σύνοδος ἐδέξατο, καὶ μένειν αὐτοὺς ἐν τοῖς οἰκείοις βαθμοῖς διωρίσατο, εἰ μὴ ἐπίσκοπος εἴη ἐν τῇ καθολικῇ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐκκλησίᾳ. Εἰ δὲ ἐν ἐκκλησίᾳ εἰσὶν ἔνθα ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ὁ μὲν ἐπίσκοπος ἕξει τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίωμα καὶ τὸ ὄνομα· ὁ δὲ παρὰ τοῖς Καθαροῖς κεκλημένος ἐπίσκοπος ἢ πρεσβυτέρου ἕξει τιμήν, ἢ τέως χωρεπισκόπου, ἵνα τῷ κλήρῳ συγκαταλέγηται, καὶ μὴ τούτου ἐκπέσῃ· εἰ μή που συγκαταβαίνων ὁ ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας θελήσει αὐτὸν ὄνομα καὶ τιμὴν ἐπισκόπου ἔχειν. Οὐ μέντοι καὶ ὡς ἐπίσκοπος ἐνεργῆσει, ἵνα μὴ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει δύο ὦσιν ἐπίσκοποι.

odium, in synodo, quæ Cornelio Romanorum papa, Decio imperante, Romæ habita fuit, ut Eusebius Pamphili memorat, ejectus atque anathemate damnatus est. Ex illo igitur hæreticorum grege, qui cum Ecclesia in gratiam redire cupiant, eos hic canon recipiendos esse decernit: modo se tamen ab Ecclesiæ catholicæ placitis non discessuros, ac eos, qui necessitate coacti Christum et Deum negaverunt ubi statuta criminibus expiandis tempora expleverint, (id namque verba illa indicant, in quibus et tempus constitutum est, et præfinita dies) admissuros, et cum digamis communicaturos esse, chirographi sui testimonio profiteantur. Ac siquidem, qui ex ipsis ad Ecclesiam accedunt, episcopi jam, aut presbyteri, aut diaconi creati sunt neque Ecclesiæ forte, quarum ministerio ii sunt ascripti, alios habent, suum in clero dignitatis ordinem retinere. Quod enim in fide nihil ejusmodi homines offenderint, sed tantum fraterno odio, veniaque lapsis et resipiscentibus deneganda peccarint, propterea ordinationem eorum admisit synodus, et in suo quemquam gradu, nisi cum alter in eadem urbe catholicarum partium episcopus foret, manere voluit. At si in Ecclesia sunt, quæ episcopum, aut presbyterum habeat, episcopi nomen, ac dignitatem **70** ipse retinebit; qui vero apud Catharos episcopus dictus fuerat, presbyteri, aut chorepiscopi ad summum honore fungetur, ut in clero connumeretur, eoque non excidat, nisi eidem catholici episcopi indulgentia, episcopi nomen honoremque permittat. Functiones tamen episcopi proprias, ne duo unius urbis episcopi sint, nequaquam exerceat.

ZONAR. in eos qui retento clerici habitu militiæ vacant, profanosque magistratus ambire non dubitant, depositionis pœna, octogesimo tertio apostolico canone constituta fuit : quo loco etiam, quid sit militiæ vacare nos explicavimus : hoc vero canone de monachis et clericis, qui sacro habitu rejecto, aut ornatum militarem, tanquam militiæ professione censendi, aut profanum alium, quasi magistratus in republica candidati sumpsere, decernitur. Quos quidem, nisi mutato consilio ad prioris vitæ rationi accommodato usi fuerint, anathemate plecti jubet. Qui namque se sacri ordinis dignitate ipsimet abdicassent, isti non depositioni tanquam pœnæ subjiciendi judicati sunt : et idcirco graviori supplicio digni existimantur.

ARIST. *Qui clericus fit aut monachus, si militiam aut dignitatem arroganter affectet, maledictus.*

Si qui monachi vel qui semel in clero sunt constituti vitam solitariam clericamque deserentes, et habitum immutantes, ad militiam transierint, et sæcularem adierint dignitatem, et facti eos non ita pœniteat, ut ad habitum illum convertantur quem prius elegerant, anathematizentur. Concinit ergo præsenti canoni etiam octava imperatoris domini Leonis Philosophi Novella, non permittens monachis laici habitum resumere. Verum constitutio 11 in sexagesimo secundo capite tit. primi lib. quarti

A ἀναθεματισθήσεται ; Οἶομαι οὖν ὅτι καὶ οὗτος μετὰ ἐπιφώνησιν ἀναθεματισθήσεται, εἰ μὴ ἐπιστρέψαι. Τοῦτο δὲ λέγειν πείθουσί με τὰ ῥήματα τοῦ κανόνος, τὰ λέγοντα ἀναθεματίζεσθαι τοὺς τολμῶντας τὸ τοιοῦτον κακὸν, καὶ μὴ μεταμελομένους, ὡς ἐπιστρέψαι ἐπὶ τοῦτο, ὃ διὰ Θεὸν πρότερον εἵλοντο. Καὶ ὁ ῥηθεὶς δὲ πγ' ἀποστολικὸς κανὼν οὕτως ἡρμηνεύθη ἐκ τοῦ λέγειν ἐν μέρει καθαιρεῖσθαι τὸν σχολάζοντα στρατείᾳ, καὶ βουλόμενον ἀμφότερα κατέχειν, Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν. Ἐπὶ τούτοις γίνωσκε ὅτι ἡ ζ' καὶ η' Νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου διορίζονται τοὺς κληρικοὺς καὶ τοὺς μοναχοὺς μετασχηματισθέντας, καὶ λαϊκοὺς γενομένους, καὶ ἄκοντας πρὸς τὸ πρότερον σχῆμα ἀποκαθίστασθαι. Ἐπεὶ δὲ σὺν B τούτῳ καὶ ἀναθεματίζονται ἐξ ἀνάγκης, οὐδὲ ὡς κληρικοὶ ἢ μοναχοὶ λογισθήσονται, ἀλλὰ διὰ βίου ἐγκλεισθήσονται εἰς μοναστήρια. Οἶομαι δὲ ὅτι οἱ οὕτω μετασχηματισθέντες στρατευσάμενοι μὲν κατὰ τὸν παρόντα κανόνα κολασθήσονται, μὴ στρατευσάμενοι δὲ, ἄλλως πως μετριώτερον τιμωρηθήσονται. Πλὴν ἱερατικόν τι οὐδὲ οὗτοι ἐνεργήσουσι. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ξβ' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μὲν ὀγδοηκοστὸς τρίτος κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων περὶ τῶν μενόντων ἐν τῷ τῶν κληρικῶν σχήματι, στρατείᾳ δὲ σχολαζόντων, καὶ ἀρχὰς μετιόντων κοσμικὰς, διατάττεται, καὶ κελεύει καθαιρεῖσθαι αὐτοὺς, ἔνθα καὶ τί ἐστιν ἐκεῖ τὸ σχολάζειν στρατείαις ἡρμήνευται· ὁ δὲ παρὼν κανὼν C περὶ μοναχῶν καὶ κληρικῶν διαλέγεται. ἀποδυσαμένων τὸ σχῆμα τὸ ἱερὸν, καὶ ἀμφιασαμένων στρατιωτικὸν ἔνδυμα ὡς στρατευσαμένων ἢ πολιτικὸν, ὡς ἀξιώματος ἐπιθυμησάντων κοσμικοῦ, οὓς, εἰ μὴ μεταμεληθεῖεν καὶ ἐπιστρέψοιεν εἰς τὸν βίον, ὅπερ προείλοντο, καὶ σχῆμα τῷ βίῳ καταλλήλων ἀναλάβοιεν, αὖθις ἀναθεματίζεσθαι ὥρισεν. Αὐτοὶ γὰρ ἑαυτοὺς τῆς ἀξίας τῆς ἱερᾶς γυμνώσαντες, οὐκέτι καθαιρέσει ὑπαχθῆναι ὡς κολάσει ἐκρίθησαν· διὸ καὶ μείζονος κολάσεως ἐνομίσθησαν ἄξιοι.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ κληρωθεὶς ἢ μονάσας, εἰ ἐπὶ στρατείαν ἢ ἀξίαν ἀπαυθαδιάσοι, ἐπάρατος.*

Ἐὰν οἱ μονασταὶ ἢ οἱ ἅπαξ ἐν κλήρῳ ταχθέντες, καταλιπόντες τὸν μονήρη βίον ἢ τὸν ἐν κλήρῳ, καὶ D τὸ σχῆμα μεταλλαξάμενοι, ἐπὶ στρατείαν μεταπέσωσιν ἢ κοσμικὴν ἀξίαν μετέλθωσι, καὶ οὐ μεταμεληθῶσιν, ὥστε ἐπιστρέψαι ἐπὶ τὸ σχῆμα τοῦτο, ὃ διὰ Θεὸν πρότερον εἵλοντο, ἀναθεματιζέσθωσαν. Συνᾴδει γοῦν τῷ παρόντι κανόνι καὶ ἡ ὀγδόη Νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, μὴ συγχωροῦσα τοῖς μονασταῖς λαϊκοῦ σχῆμα ἀναλαμβάνειν. Κἂν ἡ ἑνδεκάτη διάταξις (2) ἡ ἐν τῷ ἑξηκο-

Guill. Beveregii notæ

(2) *Κἂν ἡ ἑνδεκάτη διάταξις.* Neque hæc constitutio, neque ipsum caput ab Aristeno hic citatum, in Basilicis impressis exstat ; in quibus etiam sola 24 capita primo titulo quarti libri hic laudati ascribuntur, cum Aristenus undecimam constitutionem capitis 62 citet. Ac proinde ex hoc, ut et ex sexcentis fere aliis hujus operis locis, abunde constat, Basilica hodie impressa mutila admodum et imperfecta esse. Quod autem ad locum hic citatum spectat, hoc esse suspicor Justiniani statutum in Basilica tralatum, *Si vero relinquens monasterium ad quamdam veniet militiam, aut ad aliam vitæ figuram, substantia ejus etiam sic in monasterio (secundum quod a nobis prius dictum est) rema-*

Digitized by Google

στῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ τοῦ πρώτου τίτλου τοῦ τετάρτου βιβλίου τῶν Βασιλικῶν κειμένη, καὶ τῷ παρόντι κανόνι καὶ τῇ Νεαρᾷ ταύτῃ ἐναντιοῦται.

Basilic. posita, et præsenti canoni et isti Novellæ adversatur.

ΚΑΝΩΝ Η'.

Οἱ κληρικοὶ τῶν πτωχείων καὶ μοναστηρίων καὶ μαρτυρίων ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει ἐπισκόπων κατὰ τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων παράδοσιν διαμενέτωσαν, καὶ μὴ κατὰ αὐθάδειαν ἀφηνιάτωσαν τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου. Οἱ δὲ τολμῶντες ἀνατρέπειν τὴν τοιαύτην διατύπωσιν, εἰ μὲν εἶεν κληρικοί, τοῖς τῶν κανόνων ὑποκείσθωσαν ἐπιτιμίοις· εἰ δὲ μοναζοντες ἢ λαϊκοί, ἔστωσαν ἀκοινώνητοι.

CANON VIII.

Clerici ptochotrophiorum, monasteriorum, et templorum martyrum, sub potestate episcoporum, qui sunt in unaquaque civitate, ex sanctorum Patrum traditione permaneant, et non per arrogantiam se a proprio episcopo subducant. Qui hanc autem constitutionem evertere ausi fuerint : si sint quidem clerici, canonum pœnis subjiciantur : si autem monachi vel laici, sint excommunicati.

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικεν, ἔλεγόν ποτέ τινες μόνους τοὺς κληρικοὺς τῆς ἐπισκοπῆς ἢ τῆς μητροπόλεως ὑποκεῖσθαι τῷ κατὰ χώραν ἐπισκόπῳ· τοὺς δὲ μοναχοὺς ἢ καὶ τοὺς κληρικοὺς τῆς ἐν τοῖς ὀρφανοτροφείοις καὶ γηροκομείοις θείων ναῶν ἢ καὶ τῶν ἐκκλησιῶν τῶν μαρτυρίων μὴ ὑποκεῖσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, κἂν ὑπὸ τὴν ἐνορίαν τούτου ὦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς δομήτοις τῶν μοναστηρίων καὶ τῶν λοιπῶν. Τὸν γοῦν τοιοῦτον ἀκανόνιστον αὐτῶν λόγον οἱ θεῖοι Πατέρες ἀποσκευαζόμενοι, ὥρισαν πάντας τούτους ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν εἶναι τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου κατὰ τὴν περὶ τούτου τῶν ἁγίων Πατέρων παράδοσιν· τοὺς δὲ τολμῶντας ἀνατρέπειν τοῦτο, ἤγουν θέλοντας μὴ ὑποκεῖσθαι αὐτοὺς τῷ ἐπισκόπῳ· κληρικοὺς μὲν ὄντας, ἐπιτιμᾶσθαι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ, μονάζοντας δὲ ἢ λαϊκούς, ἀκοινωνήτους εἶναι, ἤγουν ἀφωρισμένους. Πτωχεῖα δὲ λέγονται πάντα τὰ εἰς πτωχῶν πρόνοιαν ἀφορισθέντα. Οἱ γοῦν σήμερον λέγοντες μοναχοὶ ἢ κληρικοὶ μὴ ὑποκεῖσθαι τῷ πατριάρχῃ ἢ τῷ ἐγχωρίῳ ἐπισκόπῳ, ὡς ἀπὸ ἐλευθέρας μονῆς ἢ ἐκκλησίας ὄντες, προβαλλόμενοι δῆθεν καὶ κτητορικῶν τυπικῶν διατάγματα, τί πρὸς ταῦτα ἀπολογήσονται; Πάντως οὐδέν. Κἂν γὰρ δομήτωρ τις μοναστηρίου ἢ ἐκκλησίας ἐν τυπικῷ ἢ διατάξει αὐτοῦ διορίσηται μὴ ὑποκεῖσθαι τοὺς μοναχοὺς ἢ τοὺς κληρικοὺς τούτων τῷ κατὰ χώραν ἐπισκόπῳ, οὐκ εἰσακουσθήσεται, ὡς τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσιν ὑπεναντίως διαταξάμενος, καὶ ἀνυπόστατα γράψας. Περὶ δὲ τῶν διατεταγμένων παρὰ τῶν βασιλέων χάριν τῶν παρὰ τούτων κτιζομένων μοναστηρίων καὶ ἐκκλησιῶν ζήτει τῆς παρούσης συνόδου ς' καὶ ιζ' κανόνα.

BALS. Ut est verisimile, dicebant aliquando nonnulli, solos episcopatus vel metropolis clericos regionis episcopo subjici : monachos autem vel etiam clericos divinorum templorum, quæ sunt in orphanotrophiis vel etiam gerocomiis, vel etiam in martyriorum ecclesiis, episcopo non subjici, etiamsi sint in ejus diœcesi, sed eis qui monasteria et reliqua ædificarunt. Hanc ergo canonibus repugnantem eorum orationem divini Patres rejicientes, statuerunt eos omnes esse in potestate episcopi regionis, secundum sanctorum Patrum de eo traditionem : **121** eos autem qui hoc evertere audeant, vel nolint episcopo subjici ; si sint quidem clerici, ab episcopo puniri, prout ei visum fuerit : si autem monachi vel laici sint, excommunicatos esse seu segregatos. Ptocheia vero dicuntur omnia quæ sunt designata, ut mendicis provideatur. Clerici ergo vel monachi, qui dicunt hodie se patriarchæ vel regionis episcopo non esse subjectos, tanquam sint liberæ mansionis vel ecclesiæ, proferentes utique etiam a fundatoribus factorum statutorum ordinationes, quid ad hæc respondebunt ? Omnino nihil. Etiamsi enim quis fundator monasterii vel ecclesiæ, in statutis suis, vel ordinatione sua decreverit, non subjici eorum monachos vel clericos regionis episcopo, non audietur, ut qui divinis sacrisque canonibus contraria statuerit, et quæ stare non possunt, scripserit. De iis autem quæ ab impp. ordinantur, propter ea quæ a se exstruuntur monasteria et ecclesias, quære præsentis synodi can. 6 et 17.

ΖΩΝΑΡ. Πάντας τοὺς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ πόλεσι κληρικοὺς καὶ ταῖς τούτων ἐνορίαις μοναχοὺς οἱ θεῖοι κανόνες τοῖς ἐπισκόποις ὑπείκειν κελεύουσι. Διὸ καὶ ὁ παρὼν κανὼν τοὺς τῶν πτωχείων κληρικοὺς τῷ ἐπισκόπῳ ὑπέταξε. Πτωχεῖα δέ εἰσι τὰ εἰς πτωχῶν ἀφωρισμένα πρόνοιαν, καὶ διοίκησιν, τὰ γηροκομεῖα δηλονότι, ὀρφανοτροφεῖα, καὶ τὰ τοιαῦτα

ZONAR. Quicunque ecclesias vel urbes, vel aut inentes urbi regiones clerici, aut monachi colunt, episcoporum auctoritati subjecti esse decreto divinorum canonum omnes jubentur. Quocirca et hic canon ptocheiorum clericos episcopo subjicit. Sunt vero ptocheia domus quæ pauperibus sustentandis curandisve destinatæ sunt. quales eæ videlicet, in

Guill. Beveregii notæ.

nente, ipse inter officiales clarissimi provinciæ judicis statuetur, et hunc habebit mutationis fructum, ut qui sacrum ministerium despexit, tribunalis terreni observet servitium. Justinian. Novel. 5, cap. 6. Hæc enim constitutio, qua monachus monasterium deserens inter officiales statuitur, tam præsenti canoni, quam Leonis Novellæ, contraria est, quod Aristenus de constitutione a se ex Basilicis citata asserit.

Digitized by Google

quas aut pupilli, aut alii ætate variisque morborum generibus confecti homines recipi et ali so'ent. Ne iis enim, qui in illis accumbunt, precationum omni fructu carere necesse foret, per effœtam senectutem aut mutilati corporis debilitatem, aut morbos, ecclesias, quique in iis celebrantur conventus, adeundi erepta potestate; curam habuerunt hospitalium domorum conditores, et in eis ædiculas excitare, et divinis laudibus persolvendis clericos constituere, ut ad eas auscultandas tota illa qualiscunque familia non difficile conveniret. Eos igitur clericos, quique in martyriis, templis scilicet martyrum nomini dicatis, agunt, suæ quemque regionis episcopo subjectos esse synodus præsens jubet. Quin et idem de monasteriorum quoque clericis statuit. Nomine vero clericorum etiam eos qui sunt in monasteriis, consecratos indicavit. Cum enim quemdam ad sacros ordines admitti, nisi certæ cuidam ecclesiæ addictum hujus synodi sexto canone vetitum sit, proindeque quicunque ordinibus insigniti monachi forent, certi alicujus monasterii sacerdotes, aut diaconi, aut deinceps, sui quisque ordinis nomine, dicerentur; ideirco ejusdem monasterii clero ascripti quodammodo putabantur, eosque synodi sancti Patres hoc loco clericorum appellatione complexi sunt. Sint igitur illi omnes, inquit canon, episcopo subjecti, neque habenas excutiant, hoc est, episcopi imperium detrectent et reluctentur, ut equuleus respuens frenum; hoc enim est ἡνία. Quicunque porro hujus decreti constitutionem violarint, si quidem clerici sint, canonicis pœnis episcopi potestate ac judicio eligendis subjicit: si vero monachi, aut laici, communione privatos esse decernit. Sed cum clericos tantum hæc constitutio attingat, quomodo laicorum quoque mentio injecta est? Patrum igitur eam mentem fuisse arbitror, ut clericos sua sponte antistitibus per impudentiam obsistere, eorumque auctoritati adversari nunquam ausuros esse existimarent; sed fortassis a quibusdam potentioribus per potestatem suam fiduciam illis, vel potius audaciam ad superbiam usque evectam, ingenerantibus persuasos; proinde illos quoque excommunicationi subjicit,

ARIST. *Qui in ptocheio aut monasterio degit clericus, episcopi civitatis auctoritati se submittat: qui vero excussis habenis ab eo resilit, pœnam luat.*

Et hi episcopi civitatis auctoritati subjici debent. Si autem per arrogantiam suam ei se submittere non persuadeantur, canonum suppliciis subjicientur.

122 CANON IX.

Si quis clericus habeat cum clerico litem, proprium episcopum ne relinquat, et ad sæcularia judicia ne excurrat: sed causam prius apud proprium episcopum agat, vel episcopi voluntate apud eos, quos utraque pars elegerit, judicium agitetur. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis pœnis subjiciatur. Si clericus autem cum proprio vel etiam alio episcopo litem habeat, a provinciæ synodo judicetur. Si autem cum ipsius provinciæ metropoli-

A ἐν οἷς καταπαθεῖς ἀνάκεινται καὶ τρέφονται. Ἵνα γὰρ μὴ οἱ ἐν αὐτοῖς ἀνακείμενοι εὐχῶν εἶεν ἀμέθεκτοι, μὴ δυνάμενοι εἰς τὰς ἐν ἐκκλησίαις συνάξεις ἀπιέναι διὰ γῆρως βαθέος ῥαιότητα ἢ πηρώσεις σωματικὰς ἢ νόσους, πρόνοιαν ἔθεντο οἱ τῶν πτωχείων δομήτορες ναούς τε ἐν αὐτοῖς ἀνεγεῖραι καὶ κληρικοὺς κατατάξαι, ἵν' ἐκτελῆται παρ' αὐτῶν ἡ πρὸς τὸ Θεῖον ὑμνῳδία, καὶ οἱ ἐν αὐτῇ ἀνακείμενοι ἀταλαιπώρως ταύτης ἀκούωσι. Καὶ τοὺς τοιούτους τοίνυν κληρικοὺς καὶ τοὺς τῶν μαρτυρίων τῶν ἐπ' ὀνόματι μαρτύρων οἰκοδομηθέντων ναῶν, τῷ κατὰ χώραν ἐπισκόπῳ ὑποκεῖσθαι ἡ παροῦσα κελεύει σύνοδος, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν μοναστηρίων. Τῷ ὀνόματι δὲ τῶν κληρικῶν καὶ τοὺς ἐν μοναστηρίῳ

B ὄντας ἱερωμένους διέλαβεν, ὅτι μηδένα χειροτονεῖσθαι ἀπολελυμένως ἡ τοιαύτη σύνοδος ὥρισεν ἐν τῷ ἕκτῳ κανόνι. Ἐπεὶ οὖν καὶ οἱ μοναχοὶ χειροτονούμενοι τῆς μονῆς τῆσδε ὠνομάζοντο ἱερεῖς ἢ διάκονοι, καὶ ἐφεξῆς οἱ τῶν κατωτέρων ταγμάτων· εἰκότως κεκληρῶσθαι ἕκαστοι τῇ μονῇ, ᾗ ὠνομάσθησαν, ἐνομίζοντο, καὶ κληρικοὺς καὶ αὐτοὺς οἱ τῆς συνόδου θεῖοι Πατέρες ἐκάλεσαν. Τούτους οὖν ἅπαντας ὑποκεῖσθαι κελεύει τῷ ἐπισκόπῳ, μηδὲ ἀφηνιάζειν, ἀντὶ τοῦ τῆς ἐξουσίας ἐκείνου ἐκφεύγειν τε καὶ ἀποσκιρτᾶν, ὥσπερ πῶλος ἀποπτύσας τὸν χαλινόν· οὗτος γὰρ ἡ ἡνία. Τοὺς δὲ παραβαίνοντας τὸν κανόνα, κληρικοὺς μὲν ὄντας, κανονικοῖς

C ἐπιτιμίοις ὑπέθετο τῇ τοῦ ἐπισκόπου ἐξουσίᾳ καὶ διακρίσει καταλιπὼν τὴν τῶν ἐπιτιμίων ποιότητα· μοναχοὺς δὲ ὄντας ἢ λαϊκοὺς ἀκοινωνήτους εἶναι ὡρίσατο. Πῶς δὲ περὶ κληρικῶν διαλεγόμενος ὁ κανὼν λαϊκῶν ἐμνήσθη; Οἶμαι τοίνυν τοιαύτην εἶναι τὴν ἔννοιαν τῶν Πατέρων· τοὺς κληρικοὺς μὴ ἐφ' ἑαυτῶν τολμᾷν καταναιδεύεσθαι τῶν ἀρχιερέων ἐκρίναν καὶ ἀποσκιρτᾷν τῆς ἐξουσίας αὐτῶν· ἀλλ' ἴσως δυνατοῖς πεποιθότας τισὶ θάρσος ἐκείνοις περιποιοῦσιν ἐκ τῆς σφῶν δυναστείας, ἢ μᾶλλον θράσος πρὸς τὴν αὐθάδειαν· κἀκείνους οὖν τῇ ἀκοινωνησίᾳ ὑπάγει.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἐν πτωχείῳ ἢ σεμνείῳ κληρικὸς βλεπέτω τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως· ὁ δὲ τούτου ἀφηνιάζων γινωσκέτω τὸ ἐπιτίμιον.*

D Ὑποκεῖσθαι καὶ οὗτοι ὀφείλουσι τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως. Εἰ δὲ οὐ πείθονται κατ' οἰκείαν αὐθάδειαν ὑπ' αὐτὸν τελεῖν, τοῖς τῶν κανόνων ἐπιτιμίοις ὑποπεσοῦνται.

ΚΑΝΩΝ Θ'.

Εἴ τις κληρικὸς πρὸς κληρικὸν πρᾶγμα ἔχοι, μὴ ἐγκαταλιμπανέτω τὸν οἰκεῖον ἐπίσκοπον, καὶ ἐπὶ κοσμικὰ δικαστήρια μὴ κατατρεχέτω, ἀλλὰ πρότερον τὴν ὑπόθεσιν γυμναζέτω παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ, ἢ γοῦν γνώμῃ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου παρ' οἷς ἂν τὰ ἀμφότερα μέρη βούλωνται τὰ τῆς δίκης συγκροτεῖσθαι. Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσοι, κανονικοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκείσθω. Εἰ δὲ καὶ κληρικὸς πρᾶγμα ἔχοι πρὸς τὸν

Digitized by Google

ἴδιον ἢ καὶ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον, παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας δικαζέσθω. Εἰ δὲ πρὸς τὸν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας μητροπολίτην ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἀμφισβητοίη, καταλαμβανέτω ἢ ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, ἢ τὸν τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως θρόνον, καὶ ἐπ' αὐτῷ δικαζέσθω.

tano episcopus vel clericus controversiam habeat, diœcesis exarchum adeat, vel imperialis urbis Constantinopolis thronum, et apud eum litiget.

ΒΑΛΣ. Ὁροθετήσαντες οἱ ἅγιοι Πατέρες πάντας τοὺς κληρικοὺς ὑποκεῖσθαι τῷ κατὰ χώραν ἐπισκόπῳ (τῷ ὀνόματι δὲ τῶν κληρικῶν καὶ οἱ μοναχοὶ περιέχονται), ἐπάγουσι διὰ τοῦ παρόντος κανόνος μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας κληρικὸν παρὰ πολιτικῷ δικαστηρίῳ ἐνάγειν κατὰ κληρικοῦ, ἀλλὰ παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ· ἢ κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, παρ' οἷς ἂν τὰ μέρη θελήσωσιν, ὀφείλουσιν εἶναι πάντως προσφόροις, ἤγουν ἐκκλησιαστικοῖς. Εἰκὸς γάρ ἐστι μὴ θέλειν τὸν ἐπίσκοπον ἀκροάσασθαι τῆς ὑποθέσεως διά τινα εὔλογον αἰτίαν. Τὸν δὲ παρὰ ταῦτα ποιήσαντα κανονικοῖς ἐπιτιμίοις ὑποβάλλει ὁ κανών. Καὶ ταῦτα μὲν ὅταν δύο κληρικοὶ μιᾶς ἐνορίας κατ' ἀλλήλων δικαστήρια ἔχωσιν. Εἰ δὲ κληρικὸς ἔχει ἀγωγὴν κατὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἢ καθ' ἑτέρου ἐπισκόπου, τὰ τῆς ὑποθέσεως ἐξετασθήσονται παρὰ τῷ προσφόρῳ μητροπολίτῃ τῆς ἐπαρχίας. Εἰ δὲ κατὰ μητροπολίτου ἔχει ἀγωγὴν ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς μητροπολίτου, διορίζεται ὁ κανὼν δικάζειν τὴν ὑπόθεσιν ἢ τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως ἢ τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως. Ὀφείλομεν οὖν λέγειν ὡς, εἴ τις κληρικὸς μέλλει γυμνάσαι ὑπόθεσιν κατὰ κληρικοῦ ἢ ἐπισκόπου ἢ μητροπολίτου, τῷ φόρῳ τοῦ ἐναγομένου κατὰ νόμους ἀκολουθείτω. Οἱ μὲν γὰρ κληρικοὶ καὶ μοναχοὶ παρὰ τῷ ἐγχωρίῳ ἐπισκόπῳ ἑλκυσθήσονται, ὁ ἐπίσκοπος παρὰ τῷ μητροπολίτῃ, καὶ ὁ μητροπολίτης παρὰ τῷ πατριάρχῃ· καὶ οὐκ ἔσται ἄδεια τυχὸν κληρικῷ τῆς ἐπισκοπῆς τοῦ Ἀθύρα παρὰ τῷ μητροπολίτῃ Ἡρακλείας ἐναγαγεῖν κατὰ συγκληρικοῦ αὐτοῦ, ἀλλ', ὡς ἄνωθεν εἴρηται, ποιῆσαι ἀναγκασθήσεται. Ἐρωτήσει δέ τις, ἐὰν κληρικὸς οὐ θελήσῃ παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ δικάσασθαι μετὰ συγκληρικοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ παρὰ τῷ μητροπολίτῃ ἐνάγῃ, ἐκπεσεῖται τῆς οἰκείας ἐναγωγῆς, ὅπερ ἔμελλε παθεῖν, εἴπερ εἰς νοσμικὸν δικαστήριον εἵλκυσε τοῦτον; Λύσις. Οὐκ ἐκπέσῃ μὲν τῆς οἰκείας ὑποθέσεως, ὡς μὴ ἐναγαγὼν εἰς πολιτικὸν δικαστήριον· ἐπιτιμηθήσεται δὲ κατὰ τὸν παρόντα κανόνα. Μὴ ἐναντιωθῇ δέ σοι τὸ ς' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, λέγον· Δυνατὸν καὶ παρὰ τῷ πατριάρχῃ πρῶτον αἰτιάσασθαι, καὶ αἰτεῖν διὰ γραμμάτων αὐτοῦ, δοθῆναί τινα δικαστὴν τῶν κατὰ τόπον ἐπισκόπων· οὗ παραιτηθείσης τῆς ψήφου, πάλιν ὁ πατριάρχης δικάζει. Ἀλλὰ ἀνάγνωσον μετ' ἐπιστασίας τὸν παρόντα κανόνα, τὸν ιε' τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, τὸν ς' τῆς β' συνόδου καὶ τὸ α' κεφ. τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, λύοντα τὸ ἐναντιοφανές. Τὸ δὲ εἰρημένον ἐνταῦθα, ἤγουν γνώμῃ τοῦ ἐπισκόπου, παρ' οἷς ἂν τὰ ἀμφότερα μέρη βούλωνται τὰ τῆς δίκης συγκροτεῖσθαι, μὴ εἴπῃς περὶ αἱρετοῦ δικαστοῦ ἐκλαμβάνεσθαι, μὴ

BALS. Postquam definiissent sancti Patres, omnes clericos regionis episcopo subjici (clericorum autem nomine etiam monachi continentur), per præsentem canonem inferunt non licere clerico apud judicium civile adversus clericum actionem intendere, sed apud proprium episcopum : vel ejus voluntate, apud eos quos partes voluerint, qui tamen debent esse idonei, id est, ecclesiastici. Est enim verisimile, futurum ut nolit quandoque episcopus causam audire justa aliqua de causa. Eum autem qui præter hæc facturus est, canon canonicis pœnis subjicit. Et hæc quidem ita se habent, quando unius regionis duo clerici inter se invicem habent controversiam. Si autem clericus habet actionem adversus proprium episcopum, vel adversus alium episcopum, examinabitur causa apud idoneum provinciæ metropolitanum. Si autem episcopus vel metropolitani clericus habet actionem adversus metropolitanum, decernit canon ut de causa cognoscat vel diœcesis exarchus, vel patriarcha Constantinopolitanus. Debemus ergo dicere, quod si quis clericus adversus clericum vel episcopum vel metropolitanum agere velit, forum rei secundum leges sequatur. Clerici enim et monachi apud regionis episcopum trahentur, episcopus apud metropolitanum, metropolitanus apud patriarcham : et non licebit, verbi gratia, clerico episcopatus Athyræ apud Heracleæ metropolitanum adversus conclericum suum actionem intendere, sed, ut superius dictum est, facere cogetur. Interrogabit autem quispiam, si clericus noluerit apud proprium episcopum cum synclerico litigare, sed apud metropolitanum actionem intenderit, num causa cadet et propriam actionem amittet : quod quidem futurum est, si eum ad judicium sæculare traxerit? *Solutio.* Causa quidem non cadet, ut qui non ad civile judicium actionem intentaverit : sed secundum præsentem canonem in eum animadvertetur. Nec tibi contrarium esse putetur 6 cap. primi tit. 3 lib. Basilic. dicens : Apud patriarcham quoque primum actionem quispiam intendere potest, et petere per litteras ejus sibi dari judicem aliquem loci episcoporum, cujus recusata sententia patriarcha rursus judicabit. Sed lege præsentem canonem diligenter, 15 can. Carth. syn. 6, 2 syn. et 1 cap. 9 tit. præsentis operis, et quæ in eo sunt : quæ quidem apparentem contrarietatem dissolvunt. Quod autem hic dictum est, Vel episcopi voluntate, apud eos quos utraque pars voluerit, judicium agitetur, ne dicas accipi de judice eligendo, qui jurisdictionem non habet; eum enim partium voluntas judicem facit et pœnæ stipulatio, quod quidem ex præsenti canone non apparet : sed de

Digitized by Google

judice, qui habet ecclesiasticam jurisdictionem, sed non est partibus idoneus. Quamobrem, qui præter proprii episcopi voluntatem apud non competens judicium litigare elegerit, etiamsi sit ecclesiasticus secundum præsentem canonem punietur. Provinciæ autem exarchus est, ut mihi quidem videtur, non uniuscujusque provinciæ metropolitanus, sed metropolitanus totius diœcesis. Diœcesis autem est, quæ multas sub se habet provincias. Hoc autem **123** exarchorum privilegium non est hodie in usu. Etsi enim dicuntur exarchi quidam ex metropolitanis, sed tamen alios metropolitanos, qui sunt in diœcesibus, non habent omnino sibi subjectos. Est ergo verisimile alios tunc temporis fuisse exarchos diœcesum, vel esse quidem adhuc ipsos, sed quæ eis data sunt a canonibus privilegia exolevisse.

A ἔχοντος δικαιοδοσίαν· τοῦτον γαρ θέλησις τῶν μερῶν ποιεῖ δικαστὴν καὶ ἐπερώτησις προστίμου, ὅπερ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος οὐκ ἀναφαίνεται ἀλλὰ περὶ δικαστοῦ ἔχοντος δικαιοδοσίαν ἐκκλησιαστικὴν, ἀπροσφόρου δὲ ὄντος τοῖς μέρεσιν. Ὥστε ὁ δίχα γνώμης τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου καταδεξάμενος κληρικὸν παρ' ἀπροσφόρῳ δικαστηρίῳ δικάσασθαι, κἂν ἐκκλησιαστικός ἐστι, ἐπιτιμηθήσεται κατὰ τὸν παρόντα κανόνα. Ὁ μέντοι ἔξαρχος τῆς διοικήσεώς ἐστίν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐχ ὁ ἑκάστης ἐπαρχίας μητροπολίτης, ἀλλ' ὁ τῆς ὅλης διοικήσεως μητροπολίτης. Διοίκησις δέ ἐστιν ἡ πολλὰς ἐπαρχίας ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ. Τοῦτο δὲ τὸ τῶν ἐξάρχων προνόμιον σήμερον οὐκ ἐνεργεῖ. Κἂν γὰρ λέγονται ἔξαρχοί τινες τῶν μητροπολιτῶν, ἀλλὰ τοὺς ἐν ταῖς B διοικήσεσιν ὄντας ἑτέρους μητροπολίτας οὐκ ἔχουσιν ὅλως ὑποχειμένους αὐτοῖς. Ἔοικεν οὖν ἑτέρους τινὰς εἶναι κατὰ τοὺς τότε καιροὺς ἐξάρχους τῶν διοικήσεων, ἢ τούτους μὲν εἶναι, ἀπρακτῆσαι δὲ τὰ ὑπὸ τῶν κανόνων δοθέντα τούτοις προνόμια.

ZONAR. Negotia, lites nimirum et controversias, si quæ inter clericos exortæ sint, coram episcopo proprio agitari canon decernit; non autem apud sæculares judices, quoniam id in ipsius episcopi contemptum et contumeliam cedit; aut interim voluntate episcopi, sive ipso consentiente, coram quibus communi consilio utraque pars elegerit causas transigi. Quique constitutionem hanc violarint, canonicis ab episcopis suis pœnis multari jubet. Atque hæc quidem, cum inter se judicio clerici conflictantur. Quod si vel suo vel alteri cuipiam episcopo clerici actionem intendant, illius provinciæ episcopos in isto casu judices canon constituit; C qui congregati quæstionem audient et definient. Sin autem cum provinciæ metropolitano aliquid habeat episcopus aut clericus negotii sive controversiæ et actionis, ad diœceseos in qua litigantes habitant exarchum, vel Constantinopolitanæ urbis archiepiscopum, arbitrium totius causæ deferendum. Exarchorum porro diœcesanorum nomine nonnulli patriarchas, alii metropolitanos intelligi volunt. Sed de his fusius decimo septimo canone agemus.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς κληρικοὺς πράγματα πρὸς ἀλλήλους ἔχοντας, δίκας δηλονότι καὶ ὑποθέσεις, βούλεται ὁ κανὼν παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ ταύτας γυμνάζειν, καὶ μὴ ἀπιέναι ἐπὶ κοσμικὰ δικαστήρια· τοῦτο γὰρ εἰς περιφρόνησιν καὶ ὕβριν τοῦ ἐπισκόπου ἐστίν· ἢ τέως γνώμῃ τοῦ ἐπισκόπου, ἤτοι αὐτοῦ ἐπιτρέποντος παρ' οἷς τὰ ἀντίθετα μέρη ἀρέσκονται, ζητεῖσθαι τὰς ὑποθέσεις. Τοὺς δὲ μὴ φυλάσσοντας τὴν τοῦ κανόνος διαταγὴν ἐπιτιμᾶσθαι κανονικῶς παρὰ τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν. Ταῦτα μὲν, ὅτε πρὸς ἀλλήλους δικάζονται οἱ κληρικοί· εἰ δὲ κληρικὸς τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ ἢ ἑτέρῳ καὶ δίκην ἐνιστῶσι κατ' αὐτοῦ, τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης ἐπισκόπους καθίζει δικαστὰς ὁ κανών. Συνιόντες καὶ ἀκροάσονται τῶν ὑποθέσεων, καὶ ψηφίσονται. Εἰ δὲ πρὸς τὸν μητροπολίτην τῆς ἐπαρχίας ἔχει πρᾶγμα, ἤγουν ἀμφιβολίαν τινὰ, καὶ δίκην ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς, τὸν τῆς διοικήσεως ἐκείνης, παρ' ᾗ καὶ οἱ ἀμφισβητοῦντές εἰσιν, ἔξαρχον βούλεται ὁ κανὼν διαιτητὴν τῆς ὑποθέσεως γίνεσθαι, ἢ τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπίσκοπον. Ἐξάρχους δὲ τῶν διοικήσεων τοὺς πατριάρχας εἶναί φασιν· ἄλλοι δὲ τοὺς μητροπολίτας. Πλατύτερον δὲ τὰ περὶ τούτου ἐν τῷ ιζ' κανόνι εἴρηται.

ZONAR. *Clerici litigantes, si relicto episcopo ad sæcularia judicia se conferant, canonice puniantur. Et clericus cum episcopo contendens, synodum expectet, et episcopus cum metropolitano, ad Constantinopolitanum provocet.*

ΑΡΙΣΤ. *Κληρικοὶ διαδικαζόμενοι εἰ, ἀφέντες τὸν ἐπίσκοπον, κοσμικοῖς κριτηρίοις προσέλθωσι, κανονικῶς εὐθυνέσθωσαν. Καὶ κληρικὸς ἐπισκόπου διαφερόμενος μενέτω τὴν σύνοδον· καὶ μητροπολίτου ἐπίσκοπος τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐξαιτείτω.*

Non oportet clericum, qui contra alium clericum aliquid habet, a judicibus sæcularibus judicari, sed a proprio episcopo. Si proprium autem relinquens episcopum sæcularia judicia adiverit, canonicis pœnis subjiciatur. Similiter autem et contra episcopum si quid habuerit clericus, a provinciali synodo judicari debet. Sed et episcopus aut clericus si contra metropolitanum causam aliquam habuerit, vel apud diœceseos exarchum, sive patriarcham cui subsunt provinciarum illarum metropolitani litigare debet, vel apud patriarcham Constantinopolitanum. Quod quidem privilegium nemini aliorum patriarcharum

Οὐ δεῖ κληρικὸν, ἔχοντα κατὰ κληρικοῦ, δικάζεσθαι παρὰ κοσμικοῖς δικασταῖς, ἀλλὰ παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου. Εἰ δὲ, τὸν οἰκεῖον οὗτος ἀφεὶς ἐπίσκοπον, κοσμικοῖς προσέλθοι δικαστηρίοις, κανονικῶς ἐπιτιμηθήσεται· ὥσπερ δὴ καὶ κατὰ ἐπισκόπου ἔχων ὁ κληρικὸς, παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας ὀφείλει δικάζεσθαι· ἀλλὰ καὶ ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς, εἰ κατὰ μητροπολίτου ἔχει τινὰ ὑπόθεσιν, ἢ παρὰ τῷ ἐξάρχῳ τῆς διοικήσεως, ἤτοι τῷ πατριάρχῃ, ὑφ' ὃν τελοῦσιν οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἐκείνων μητροπολῖται, δικάζεσθαι· ἢ παρὰ τῷ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως· ὅπερ προνόμιον οὐδενὶ τῶν ἄλλων πατρι-

Digitized by Google

ἀρχῶν ἐδόθη οὔτε ἀπὸ τῶν κανόνων οὔτε ἀπὸ τῶν νόμων, τὸ δικάζεσθαι μητροπολίτην τελοῦντα ὑφ' ἕτερον πατριάρχην παρὰ πατριάρχῃ ἑτέρῳ εἰ μὴ μόνῳ τῷ Κωνσταντινουπόλεως.

A concessum fuit, nec a canonibus nec a legibus, ut metropolitanus qui uni subjacet patriarchæ, ab alio judicaretur, nisi soli Constantinopolitano.

ΚΑΝΩΝ Ι'.

Μὴ ἐξεῖναι κληρικὸν (3) *ἐν δύο πόλεων κατὰ ταυτὸν καταλέγεσθαι ἐκκλησίαις, ἐν ᾗ τε τὴν ἀρχὴν ἐχειροτονήθη, καὶ ἐν ᾗ προσέφυγεν, ὡς μείζονι δῆθεν* (4), *διὰ δόξης κενῆς ἐπιθυμίαν· τοὺς δέ γε τοῦτο ποιοῦντας ἀποκαθίστασθαι τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ τὴν ἀρχὴν ἐχειροτονήθησαν, ἐκεῖ μόνον λειτουργεῖν· εἰ μέντοι ἤδη τις μετετέθη ἐξ ἄλλης εἰς ἄλλην ἐκκλησίαν, μηδὲν τοῖς προτέρας ἐκκλησίας ἤτοι τῶν ὑπ' αὐτὴν μαρτυρίων ἢ πτωχείων ἢ ξενοδοχείων ἐπικοινωνεῖν πράγμασιν. Τοὺς δέ γε τολμῶντας μετὰ τὸν ὅρον τῆς μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς ταύτης συνόδου πράττειν τι τῶν νῦν ἀπηγορευμένων, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος ἐκπίπτειν τοῦ ἰδίου βαθμοῦ.*

CANON X.

Non licere clerico in duarum civitatum ecclesiis eodem tempore in catalogum referri, et in ea, in qua a principio ordinatus est, et in ea, in quam tanquam ad majorem confugit, propter inanis gloriæ cupiditatem : eos autem, qui hoc faciunt, propriæ ecclesiæ restitui, in qua ab initio ordinati sunt, ut illic solum ministrent. Sed si jam quispiam ex alia in aliam ecclesiam translatus est, nihil prioris ecclesiæ vel eorum quæ sub ea sunt martyriorum, vel ptochotrophiorum, vel xenodochiorum rebus communicare. Eos autem qui ausi fuerint, post magnæ hujus et universalis synodi definitionem, aliquid eorum, quæ nunc sunt prohibita, facere, statuit sancta synodus eos proprio gradu excidere.

ΒΑΛΣ. Τινὲς δοξομανοῦντες κληρικοὶ μεθίστανται ἀπὸ πόλεων μικροτέρων εἰς ἑτέρας μείζονας πόλεις, τυχὸν ἀπὸ τοῦ Ἀθύρα εἰς Ἡράκλειαν. Φησὶν οὖν ὁ κανὼν μὴ ἔχειν τινὰ ἐπ' ἀδείας τοῦτο ποιεῖν διά τε τὴν τιμὴν τοῦ χειροτονήσαντος τοῦτον καὶ διὰ τὸ ἀδύνατον εἶναι τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δύο ἐπισκόποις ὑποκεῖσθαι. Τὸν δὲ τοῦτο ποιεῖν ἐπιχειρήσαντα ἀποκαθίστασθαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐν ᾗ πρώτως ἐχειροτονήθη, ἐφ' ᾧ ἐκεῖ μόνον λειτουργεῖν. Τοῖς δὲ πρὸ τοῦ κανόνος τούτου εἰς δύο ἐνοριῶν ἐκκλησίας παχθεῖσι τιμωρίαν ἐπάγει τὸ μὴ δύνασθαι ἀνακαλεῖσθαι τὰ τῆς προτέρας ἐκκλησίας δίκαια. Εἶτα διορίζεται καθαιρεῖσθαι τοὺς τολμήσαντας διαπράξασθαί τι ἐκ τῶν ἀπηγορευμένων ἐν τούτῳ. Τούτων οὕτως ἐχόντων, τινὲς τὸ μὴ γίνεσθαί τινα κληρικὸν ἐν δύο πόλεων ἐκκλησίαις, καὶ εἰς δύο ἐκκλησίας μιᾶς πόλεως ἐξελάβοντο. Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο τῆς ἐννοίας τοῦ κανόνος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Ὅπως δὲ οὐ δύναται κληρικὸς ἐξ ἑτέρας ἐνορίας εἰς ἑτέραν ἀπέρχεσθαι δίχα συστατικῆς καὶ ἀπολυτικῆς γραφῆς τοῦ χειροτονήσαντος αὐτὸν, καὶ ὅπως κολάζεται ὁ τοῦτο ποιήσας καὶ ὁ δεξάμενος αὐτὸν, ἔμαθες ἀπὸ τοῦ ιε' καὶ ις' ἀποστολικοῦ κανόνος. Εἰ δέ τις ἐρωτήσει σε διὰ τί ὁ παρὼν κανὼν κατὰ τὰς ἀρχὰς μὲν ἀποκαθίστασθαί φησι εἰς τὴν προτέραν ἐκκλησίαν τὸν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεταπηδήσαντα, κατὰ δὲ τὸ τέλος παρακελεύεται καθαιρεῖσθαι τὸν τούτου παραβάτην; εἰπὲ ὅτι τὸν μὲν μεταπηδήσαντα ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, μήπω δὲ κληρωθέντα εἰς τὴν δευτέραν ἐκκλησίαν, ἀποκαθίστασθαι διορίζεται εἰς τὴν πρώτην· τὸν δὲ κληρωθέντα καὶ ἐγκατασταθέντα εἰς τὴν δευτέραν, ἐκπίπτειν τοῦ οἰκείου

BALS. Quidam clerici insano gloriæ amore impulsi, a parvis urbibus in alias majores commigrant, ut verbi gratia, ab Athyra Heracleam. Dicit ergo canon; **124** nemini licere hoc facere, et propter honorem ejus qui ordinavit, et quia fieri non potest ut unus et idem subjiciatur duobus episcopis. Eum autem, qui hoc facere aggressus fuerit, restitui ecclesiæ in qua prius ordinatus fuerat, ut illic solum ministret. Iis vero, qui ante hunc canonem in duarum regionum ecclesiis ordinati sunt, pœnam statuit, ut prioris ecclesiæ jura revocare nequeant. Deinde eos deponendos decernit, qui aliquid facere ausi fuerint eorum quæ sunt in eo prohibita. Hæc cum ita se habeant, quidam illud, nos esse aliquem clericum in duarum urbium ecclesiis, etiam ad duas unius civitatis ecclesias accipiebant. Non est autem hæc canonis sententia, ut mihi videtur. Quomodo autem non potest clericus ex una regione in alium abscedere, sine commendatoria et dimissoria scriptura ejus qui eum ordinavit; et quomodo punitur qui hoc fecerit, et qui eum excepit, didicisti a 15 et 16 canone apostolico. Si quis autem interrogaverit, Cur præsens canon in principio quidem dicit priori ecclesiæ restituendum eum qui a civitate in civitatem transilierit, in fine autem jubet hujus transgressorem deponi? dic, quod eum qui a civitate in civitatem transilit, in secunda autem ecclesia in clerum nondum est cooptatus, primæ jubet restitui : eum autem qui in secunda ecclesia in clerum est cooptatus et constitutus suo excidere gradu. Quod autem talis non est exinde depositus nisi post denuntiationem, lege

Guill. Beveregii notæ

(3) *Μὴ ἐξεῖναι κληρικὸν ἐν δύο πόλεων.* Idem fere a synodo Nicæna 2 constituitur. Κληρικὸς ἀπὸ τοῦ παρόντος μὴ κατατάττεσθω ἐν δυσὶν ἐκκλησίαις. Syn. Nic. 2, can. 15.

(4) *Ὡς μείζονι δῆθεν.* Justinianus, *Illud quoque adjiciendum est, ut quod hactenus indecenter fiebat, nequaquam in republica geratur : id est multos reverendissimorum clericorum dedignari quidem in iis, quibus ordinati sunt, sanctissimis ecclesiis, aut hic aut in provinciis deservire, ad sanctissimam vero majorem ecclesiam, et venerabilem clerum ejus ter patrocinium quodlibet accedere. Quod de cætero omnimodo fieri prohibemus.* Justin. Nov. 3, c. 2.

Digitized by Google

45 canonem apostolicum, et syn. in Trullo canonem 17.

ZONAR. Clericum aliquem duarum simu. urbium ecclesiis hic canon ascribi vetat. Fiebat enim ut cui in minore forte civitate locus obtigisset, is ambitione ductus in urbis amplioris ecclesiam in metropolitanam scilicet ex episcopali, aut in patriarchalem ex metropolitana transcribi cuperet. Quos quidem omnes ad eam ecclesiam, cui primum addicti sunt, redire synodus constituit. Hæc autem post canonem editum fieri jubet. Si quis autem, inquit, ex ecclesia in ecclesiam translatus est, in ea ad quam transfertur manens, ex prioris ecclesiæ e qua translatus est negotiis nullam omnino partem attingat. Quam enim ecclesiam sponte reliquit, cum ea nullum consortium nihilve commune amplius habere debet. Quicunque vero hujus constitutionis auctoritate neglecta, aliquid hoc canone vetitum attentare ausi fuerint, suo gradu moveri, hoc est, depositione multari placet. Verum tertio Basilic. libro, titulo tertio, Novella decima sexta cautum est ne alicujus ecclesiæ clerico demortuo, ibidem in ejus locum alius confestim subrogetur, sed ex alia ecclesia, in qua præfinitum jam inde a primis temporibus numerum clerici superent, qui demortui locum expleant, accersiri jubet, donec ad eum numerum, qui initio prascriptus est, ecclesiæ cujusque clerici revocentur.

ARIST. *In duarum urbium ecclesiis clericus in catalogum non refertur. Sin vero relatus fuerit, priori restituetur. Si quis autem jam translatus sit, in prioris ecclesiæ rebus nullo modo particeps sit.*

Eidem sub duobus ministrare episcopis et amborbus esse clerico non permittitur. Sed si propter inanis gloriæ cupiditatem ad majorem confugerit ecclesiam, ei rursus restituetur in quam prius ordinatus fuit. Sin episcopi sui voluntate in aliam ecclesiam translatus fuerit, et ibi in clerum cooptatus; nullam in prioris ecclesiæ rebus partem habeat, nisi proprio vellet gradu excidere, talia inexplebili cupiditate aggrediens.

125 CANON XI.

Omnes pauperes, et qui auxilio indigent, cum examinatione, cum epistolis seu pacificis ecclesiasticis solis viam ingredi statuimus, et non cum

A βαθμοῦ. Περὶ δὲ τοῦ μὴ εἶναι τὸν τοιοῦτον ἀπεντεῦθεν καθῃρημένον, ἀλλὰ μετὰ παραγγελίαν, ἀνάγνωθι τὸν ιε' ἀποστολικὸν κανόνα, καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου κανόνα ιζ'.

ΖΩΝΑΡ. Δύο πόλεων ἐκκλησίαις κατατάττεσθαί τινα ὡς κληρικὸν ὁ παρὼν ἀπαγορεύει κανών. Ἴσως γὰρ εἰς πόλιν μικρὰν ἐχειροτονήθη, διὰ δὲ φιλοδοξίαν εἰς μείζονος (5) πόλεως ἐκκλησίαν, εἰς μητρόπολιν τυχὸν ἐξ ἐπισκοπῆς μετατεθῆναι, ἢ ἐκ μητροπόλεως εἰς πατριαρχεῖον. Τοὺς τοιούτους οὖν ἡ σύνοδος ὥρισεν ἀποκαθίστασθαι τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν ᾗ ἐχειροτονήθησαν. Ταῦτα δὲ μετὰ τὸν κανόνα ἐκέλευσε γίνεσθαι. Εἰ δὲ ἤδη, φησὶ, τὶς μετετέθη ἐξ ἐκκλησίας εἰς ἐκκλησίαν, μένων ἐν τῇ μεταθέσει μὴ ἐνοχλείτω τοῖς πράγμασι τῆς ἐκκλησίας. ἐξ ἧς μετετέθη. Ἀποστὰς γὰρ ἐκείνης οὐδεμίαν μετουσίαν πρὸς αὐτὴν ἕξει, οὐδὲ κοινόν τι αὐτῷ πρὸς ἐκείνην ἔσται. Τοὺς δὲ μὴ φυλάσσοντας τὰ τετυπωμένα, ἐπιχειροῦντας δέ τι ποιεῖν τῶν διὰ τοῦ κανόνος (6) ἀπαγορευθέντων ἐκπτώσει κολάζει τοῦ οἰκείου βαθμοῦ, ἤτοι καθαιρέσει. Ἡ δὲ ις' Νεαρὰ κειμένη εἰς τὸν τρίτον τίτλον τοῦ τρίτου βιβλίου τῶν Βασιλικῶν διετάξατο, εἰ τελευτήσει ἐν ἐκκλησίᾳ τινὶ κληρικὸς, μὴ εὐθὺς ἄλλον χειροτονεῖσθαι ἐκεῖ, ἀλλ' εἰ ἑτέραις ἐκκλησίαις εἰσὶ κληρικοὶ πλείονες τοῦ ἐξ ἀρχῆς ἑκάστῃ αὐτῶν ταχθέντος ἀριθμοῦ, ἐκεῖθεν μετάγειν τινὰς, καὶ ἀντὶ τῶν λειψάντων αὐτοὺς εἰσάγειν, μέχρις ἂν εἰς τὸν ἀρχῆθεν ὡρισμένον ἀριθμὸν κατασταθῶσιν οἱ ἐκκλησίας ἑκάστης κληρικοί.

ΑΡΙΣΤ. *Δύο πόλεων ναοῖς κληρικὸς οὐ καταλέγεται· εἰ δὲ καταλεχθείη, τῷ προτέρῳ ἐπιστραφήσεται. Εἰ δὲ μετετέθη τις ἤδη, μηδὲ κοινωνείτω κατά τινα τρόπον τοῖς τῆς προτέρας ἐκκλησίας.*

Οὐ συγκεχώρηται ὁ αὐτὸς ὑπὸ δύο ἐπισκόπους τελεῖν, καὶ ἀμφοτέρων εἶναι ὁ κληρικός· ἀλλὰ εἰ δι' ἐπιθυμίαν δόξης κενῆς μείζονι ἐκκλησίᾳ προσφύγῃ, ἀποκατασταθήσεται αὖθις εἰς ἣν ἐχειροτονήθη πρότερον· εἰ δὲ μετὰ γνώμης τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου εἰς ἑτέραν ἐκκλησίαν μετετέθη, καὶ ἐκληρώθη, μὴ μετεχέτω ὅλως ἐν τοῖς τῆς πρωτέρας ἐκκλησίας (7) πράγμασιν, εἰ μὴ βούλεται τοῦ ἰδίου ἐκπεσεῖν βαθμοῦ, τοιαῦτα δι' ἀπληστίαν ἐπιχειρῶν.

ΚΑΝΩΝ ΙΑ'.

Πάντας τοὺς πένητας καὶ δεομένους ἐπικουρίας μετὰ δοκιμασίας ἐπιστολίοις ἤτοι εἰρηνικοῖς (8) ἐκκλησιαστικοῖς μόνοις ὁδεύειν ὡρί-

Guill. Beveregii notæ.

(5) *Διὰ δὲ φιλοδοξίαν εἰς μείζονος:* Hic deest verbum ἐσπούδασεν, quod codices Augusti Gallandi et Amerbachii post φιλοδοξίαν ponunt, legentes, διὰ δὲ φιλοδοξίαν ἐσπούδασεν εἰς μείζονος πόλεως ἐκκλησίαν.

(6) *Διὰ τοῦ κανόνος.* Codex Amerbachianus rectius legit διὰ τούτου τοῦ κανόνος.

(7) *Τοῖς τῆς προτέρας ἐκκλησίας.* Hic locus in epitome hujus canonis sub nomine Aristeni, et in altera Simeonis logothetæ, in Justelli bibliotheca editis, plenius legitur, τοῖς τῆς προτέρας πράγμασιν ἐκκλησίας.

(8) *Ἐπιστολίοις ἤτοι εἰρηνικοῖς.* Concilium etiam Antiochenum εἰρηνικῶν meminit, statuens, Μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων. Can. 7. Hujusmodi εἰρηνικαὶ ἐπιστολαὶ, sive γραφαὶ datæ sunt olim tam clericis quam laicis pauperibus peregre proficiscentibus, quibus ostensis, quocumque se convertunt, hospitio excepti sunt. Εἰρηνικαὶ, *pacificæ litteræ* ab archiepiscopo suo indultæ sunt clericis, qui in aliam urbem migrare, et in clerum ejus recipi cupiunt, vel etiam ab archiepiscopo episcopis ad imperatorem proficisci volentibus : ut Balsamon et Zonaras in hunc canonem,

Digitized by Google

σαμεν, καὶ μὴ συστατικοῖς· διὰ τὸ τὰς συστατικὰς ἐπιστολὰς προσήκειν τοῖς οὔσιν ἐν ὑπολήψει μόνοις παρέχεσθαι προσώποις.

ΒΑΛΣ. Συστατικαὶ γραφαὶ λέγονται αἱ διδόμεναι κληρικοῖς παρὰ τῶν χειροτονησάντων αὐτοὺς ἐπισκόπων, καὶ συνιστῶσαι ἤτοι δηλοποιοῦσαι τὴν χειροτονίαν τούτων, καθὼς παρίσταται ἀπὸ τοῦ ιγ' κανόνος τῆς παρούσης συνόδου. Συστατικαὶ γραφαὶ λέγονται αἱ διδόμεναι ἐπισκόποις ἢ κληρικοῖς ἢ καὶ λαϊκοῖς ἀφορισθεῖσι, καὶ ἄλλως γενομένοις ἐν ὑπολήψει οὐκ ἀγαθῇ· καθὼς τοῦτο παρίσταται ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος. Αἱ μέντοι ἀπολυτικαὶ γραφαὶ αἱ καὶ εἰρηνικαὶ λεγόμεναι ἕτεραί εἰσι· λέγονται δὲ ἀπολυτικαὶ μὲν, ὡς παριστῶσαι κατὰ γνώμην καὶ ἀπόλυσιν ἀρχιερατικὴν τὸν κληρικὸν ἢ τὸν ἐπίσκοπον μεταπεσεῖν· εἰρηνικαὶ δὲ, ὅτι, τοιαύτης προκομιζομένης γραφῆς παρὰ τοῦ χειροτονηθέντος, εἰρήνη ἔσται μέσον τῶν ἀρχιερέων. Οὔτε γὰρ ὁ δεχόμενος τὸν ἀλλότριον κληρικὸν τὸν συνάδελφον αὐτοῦ θλίψει καὶ προκριματισθήσεται, οὔτε ὁ κληρικὸς βλαβήσεται ὡς ὑβρίζων τὸν χειροτονήσαντα αὐτόν. Φησὶν οὖν ὁ κανὼν ὅτι τοὺς μὴ δεομένους συστατικῶν ἐπιστολῶν, ἤτοι τοὺς μὴ διά τινα πρόA commendatitiis : quoniam litteras commendatitias iis solis personis, quæ sunt suspectæ, præberi oportet.

BALS. Commendatitiæ scripturæ dicuntur, quæ dantur clericis ab iis, qui illos ordinarunt, episcopis, eos commendantes, ac eorum ordinationem declarantes, ut ex 13 can. hujus syn. ostenditur. Commendatoriæ autem scripturæ dicuntur, eæ quæ dantur episcopis vel clericis vel etiam et laicis segregatis, et qui alioqui fuerunt in non bona existimatione ; sicut hoc ex præsenti canone ostenditur. Dimissoriæ vero, quæ etiam pacificæ dicuntur, aliæ sunt : dicuntur autem dimissoriæ, ut quæ ostendant, ex voluntate ac dimissione antistitis clericum vel episcopum transiturum. Pacificæ autem dicuntur, quod cum talis affertur scriptura ab eo qui ordinatus est pax erit inter antistites. Neque enim qui alienum clericum recipit, confratrem suum opprimet, et ei præjudicabitur, nec detrimentum accipiet clericus, tanquam ei qui ipsum ordinavit injuriam faciens. Dicit ergo canon, quod eos quidem qui commendatoriis litteris opus non habent. eos scilicet qui propter

B

Guill. Beveregii notæ.

atque etiam Matthæus Blastares, lit. A, cap. 9, affirmant : quibus etiam scholiastes Harmenopuli suffragatur, Εἰρηνικαί εἰσιν ἐπιστολαὶ αἱ παρὰ τῶν ἐπισκόπων διδόμεναι τοῖς κληρικοῖς θέλουσι δι' ἐνδειαν εἰς ἑτέραν ἀπελθεῖν πόλιν, καὶ τῷ ἐκεῖ κλήρῳ καταλεγῆναι, ἢ καὶ αἱ τοῖς ἐπισκόποις παρὰ τῶν ἀρχιεπισκόπων διδόμεναι πρὸς βασιλέα διά τινα χρείαν ἀπερχομένοις. **Harmenop. epit. sect. 3, tit. 2. Et hæ quidem pacificæ clericis concessæ in citato synodi Antiochenæ canone intelligendæ sunt, quippe qui non de laicis, sed clericis agit. Præsens autem canon de pauperibus in genere, laicis etiam, loquitur, statuitque ut quicumque auxilio indigent, non nisi cum pacificis litteris viam ingrediantur : quæ quidem a Sozomeno optime describuntur, ubi de Juliano ait,** Οὐχ ἥκιστα δὲ ζηλῶσαι λέγεται τὰ συνθήματα τῶν ἐπισκοπικῶν γραμμάτων, οἷς ἔθος ἀμοιβαδὸν τοὺς ξένους ὅποι δήποτε διεόντας, καὶ παρ' οἷς ἂν ἀφίκωνται, πάντως κατάγεσθαι, καὶ θεραπείας ἀξιοῦσθαι, οἷά γε γνωρίμους καὶ φιλτάτους διὰ τὴν τοῦ συμβόλου μαρτυρίαν. *Sed præcipue notas ac tesseras episcopalium litterarum admiratus esse dicitur, quibus solent peregrinos sibi invicem commendare, ut undelibet venientes ad quoscumque accesserint, tanquam noti atque amici excipiantur hospitio, et benigne curentur, ob testimonium ejusmodi notæ.* Sozom. *Hist. eccl.* l. v, c. 16. Et Greg. Naz. etiam de eodem apostata verba habens, ait, Ἔτι δὲ καταγώγια πήξασθαι καὶ ξενῶνας, καὶ τὴν εἰς τοὺς δεομένους φιλανθρωπίαν, τὴν δ' ἄλλην ὑπόθεσιν καὶ τὴν ἐν τοῖς ἐπιστολιμαίοις συνθήμασιν, οἷς ἡμεῖς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος τοὺς χρῄζοντας παραπέμπομεν. *Quinetiam diversoria et domos excipiendis hospitibus exstruere constituebat, simulque humanitatem erga pauperes adjungere, cum aliam, tum eam, quæ in tesseris epistolaribus consistit, quibus nos egenos ex gente ad gentem transmittimus.* Greg. Naz. orat. 1, adv. Jul. E quibus constat pacificas hujusmodi litteras crebro olim in usu fuisse, et vocatas esse συνθήματα τῶν ἐπισκοπικῶν γραμμάτων, et συνθήματα ἐπιστολιμαῖα. Easdem etiam Tertulliani temporibus usitatas fuisse, ex his ipsius verbis colligere est, *Communicatio pacis, et appellatio fraternitatis, et contesseratio hospitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio.* Tertul. *De præscript.* adv. hæret. cap. 20. Nam verba illa *contesseratio hospitalitatis*, indicant symbolum aliquod tunc temporis inter Christianos usurpatum fuisse, quo ostenso, hospitio a se invicem accepti sunt. Contesserationem autem vocat a tessera illa hospitali, quam dimidiatam gentiles etiam hospitibus dare soliti fuerunt, ut qui eam afferebant, agnosci illico et hospitio accipi poterant, tanquam veteres amici atque hospites. Unde Plautus in *Pœnulo*, Act. v :

C

Ag. *Siquidem Antidamæ demarchi quæris adoptatitium,*
Ego sum ipsus, quem tu quæris. Pœ. *Hem! quid ego audio?*
Ag. *Antidamæ gnatum me esse.* Pœ. *Si ita est, tesseram*
Conferre si vis hospitalem, eccam attuli.
Ag. *Agedum huc ostende. Est par probe, nam habeo domi.*
Pœ. *O mi hospes, salve multum ; nam mihi tuus pater,*
Pater tuus ergo hospes Antidamæ fuit.
Hæc mihi hospitalis tessera cum illo fuit.
Ag. *Ergo hic apud me hospitium tibi præbebitur.*

D

Hinc tesseram frangere idem est, quod jus hospitii violare ; unde idem Plautus in Cistellaria, Act. ii :

Hic apud nos jam Alcesimarche confregisti tesseram.

In pacificis autem litteris, quas episcopi pauperibus peregrinantibus dare soliti fuerunt, ut fideles iis subvenirent, hæc duo comprehensa sunt, illos nimirum, qui eas afferebant, et revera pauperes esse, et dignos quibus eleemosynæ darentur. Et sic quidem hanc primam canonis hujus partem Josephus Ægyptius interpretatus est. *De omnibus pauperibus, qui eleemosynas rogant, mandamus modo, ut scribantur iis epistolæ, cum inquisitum est in negotia eorum, et quod illi digni sunt eleemosynis, et quod necessaria iis deficiunt.* Quidquid enim hujusmodi epistolis necessarium est, ad hæc duo capita referatur.

Digitized by Google

minus bonam aliquam existimationem non sunt segregati vel suspecti (de iis enim, qui commendatoriis litteris opus habent, hic non agitur), per solas pacificas scripturas in via instruere debemus. Hæc autem de pauperibus, et iis qui auxilio indigent, definiit, non quod reliqui, qui subsunt episcopo, non hoc debeant viatico instrui : sed quod ut plurimum, qui sunt pauperes, ecclesiastico auxilio indigent. Recte autem additum est, ut cum examinatione dentur. Si enim est iniquum cjus qui indiget postulatum, etiamsi est pauper, ei non dabitur epistola. Quære 12, 15, 16 et 33 canonem apostolor., 17 syn. in Trullo et 11 Antioch. syn. deponentes episcopum, qui sine pacifica metropolitani epistola ad imperatorem abierat. Quod autem necesse habent omnes episcopi, iis, quibus præsunt, litteris suis opem ferre, si per se præsentes esse nequeant, ex 7 et 8 Sardicensis syn. ostenditur. Nota ergo, quod qui volunt in aliis regionibus sacra celebrare, debent non solum commendatitias epistolas afferre, sed etiam pacificas.

ZONAR. Pacificæ epistolæ sunt, quæ alio nomine dimissoriæ dicuntur; cujus generis eæ sunt, quæ episcopis a metropolitanis, quibus subjecti sunt, et metropolitanis a patriarchis, a quibus designantur, dari solent, cum ad imperatorem necessaria de causa mittuntur; et quales sunt illæ, quæ clericis quoque ab episcopis suis, si in aliam urbem migrare ecclesiæque quæ ibi est clero ascribi velint, traduntur; ut 17 can. synodi in Trullo palatii habitæ continetur. Sunt nonnullæ præterea ejusdem rationis aliæ. Pacificæ porro, quasi pacem conciliantes, appellatæ sunt. Si quis enim clericus ex hac in aliam urbem absque episcopi sui facultate proficiscatur, tum clericus ipse, tum qui eum admittit uterque multæ est obnoxius. Ac clerico quidem sacro ministerio interdicitur, episcopo autem, qui eum admisit, ex 15 et 16 apostol. canone, segregationis pœna irrogatur. Qui vero episcopi, absque metropolitani sui provincialiumque episcoporum litteris, ad imperatorem abierint, non communione tantum, sed et sacerdotii dignitate, ex Antiochenæ synod. can. 11 privantur. Commendatitiæ vero epistolæ dicuntur quæ segregatis antea clericis aut laicis, aut omnino ignotis hominibus in aliam urbem migrantibus 12 ac 33 canonis apostolici decreto tradi consuevere, virosque, ut a pœnis solutos aut fideles, illius civi-

A φασιν οὐκ ἀγαθὴν ἀφορισθέντας ἢ ὑπόπτους ὄντας (περὶ γὰρ τῶν δεομένων συστατικῶν οὐκ ἔστι λόγος ἐνταῦθα), διὰ μόνων εἰρηνικῶν γραφῶν ὀφείλομεν ἐφοδιάζειν. Ὥρισε δὲ ταῦτα περὶ πενήτων καὶ δεομένων ἐπικουρίας, οὐχ ὡς τῶν λοιπῶν τῶν ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον μὴ ὀφειλόντων οὕτως ἐφοδιάζεσθαι· ἀλλ' ὅτι ἐπὶ πλέον οἱ πενητεύοντες τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπικουρίας δέονται. Καλῶς δὲ προσετέθη ταῦτα δίδοσθαι μετὰ δοκιμασίας. Εἰ γὰρ ἄδικόν ἐστι τὸ τοῦ δεομένου ζήτημα, κἂν πένης ἐστὶν, οὐ δοθήσεται αὐτῷ ἐπιστολή. Ζήτει τὸν ιβ', ιε', ις' καὶ λγ' ἀποστολικὸν κανόνα, τὸν ιζ' τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τὸν ια' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, καθαιροῦντα τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἄνευ ἐπιστολῆς εἰρηνικῆς τοῦ μητροπολίτου ἀπελθόντα εἰς βασιλέα.

B Ὅτι δὲ ἀναγκάζονται οἱ ἐπίσκοποι πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτοὺς βοηθεῖν διὰ γραμμάτων, εἴπερ δι' ἑαυτῶν οὐ δύνανται παρουσιάζειν, δηλοῦται ἀπὸ τοῦ ζ' καὶ η' κανόνος τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου. Σημείωσαι οὖν ὅτι οἱ θέλοντες ἱερουργεῖν εἰς ἀλλοτρίας ἐνορίας, ὀφείλουσι μὴ μόνον συστατικὰς ἐπιστολὰς προκομίζειν, ἀλλὰ καὶ εἰρηνικάς.

ΖΩΝΑΡ. Εἰρηνικαὶ μὲν ἐπιστολαί εἰσιν αἱ λεγόμεναι ἀπολυτικαὶ (9), οἷαί εἰσιν αἱ διδόμεναι τοῖς ἐπισκόποις παρὰ τῶν μητροπολιτῶν, οἷς ὑπόκεινται, καὶ τοῖς μητροπολίταις παρὰ τῶν πατριαρχῶν, ὑφ' ὧν προχειρίζονται, ὅτε δι' τινα χρείαν ἀναγκαίαν ἀπίασι πρὸς βασιλέα, καὶ οἷαί εἰσιν αἱ παρεχόμεναι κληρικοῖς παρὰ τῶν οἰκείων ἐπισκόπων, θέλουσιν εἰς ἑτέραν πόλιν ἀπελθεῖν, καὶ καταλεγῆναι τῇ ἐκεῖ ἐκκλησίᾳ κατὰ τὸν ιζ' κανόνα τῆς ἐν C τῷ Τρούλλῳ τοῦ παλατίου συνόδου συστάσης. Καὶ ἄλλαι δὲ τοιαῦταί εἰσιν. Εἰρηνικαὶ δὲ λέγονται, ὡς εἰρήνην βραβεύουσαι. Εἰ γάρ τις ἐξ ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν ἀπέλθῃ κληρικὸς ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ, ὑπὸ ἐπιτιμιόν ἐστι κἀκεῖνος καὶ ὁ δεξάμενος αὐτόν. Ὁ μὲν γὰρ κληρικὸς παύεται τῆς λειτουργίας· ὁ δὲ ἐπίσκοπος ὁ τοῦτον δεξάμενος ἀφορίζεται κατὰ τὸν ιε' κανόνα καὶ ις' ἀποστολικόν. Οἱ δὲ πρὸς βασιλέα ἀπιόντες ἐπίσκοποι ἄνευ γραμμάτων τοῦ μητροπολίτου καὶ τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων ἐκπίπτουσιν οὐ μόνον τῆς κοινωνίας, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀξίας τῆς ἱερατικῆς κατὰ τὸν ια' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. Συστατικαὶ δὲ D ἐπιστολαὶ λέγονται αἱ ἐγχειριζόμεναι κληρικοῖς ἢ λαϊκοῖς ἀφωρισμένοις ἢ ἀγνώστοις παντάπασιν ἐν ἑτέρᾳ πόλει ἀπιοῦσι, καὶ συνιστῶσαι τῷ ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ ἐπισκόπῳ τοὺς ἄνδρας, ὡς λυθέντας τῶν ἐπιτιμίων ἢ πιστοὺς ὄντας κατὰ τὸν ιβ' ἀποστο-

Guill. Beveregii notæ.

(9) *Ἀπολυτικαὶ γραφαὶ, αἱ καὶ εἰρηνικαί.* Balsamon dimissorias cum pacificis litteris hic confundit. Et sic ab aliis sæpe confunduntur. Et quidem, si pacificæ clericis datæ intelligantur, eædem propemodum fuerunt, quæ dimissoriæ, et eodem nomine merito appellentur : quippe quibus ostensis clericus quilibet in alienæ parœciæ clerum admitti potest : de quibus videsis annotationes in synodo Trull. can. 17. Pacificæ autem proprie sic dictæ, quæque hoc canone intelliguntur, longe aliæ fuerunt; utpote quæ non clericis, ut in clerum, sed pauperibus, ut in hospitium alibi reciperentur, datæ sunt. Adeo ut distinctio a nobis ante observata inter pacificas clericis et laicis concessas hunc locum egregie explicat. Etiamsi enim pacificæ laicis indultæ, dimissoriæ proprie non dicuntur; de iis tamen, quæ clericis datæ sunt, recte hic Balsamon ait, ἀπολυτικαὶ γραφαί, αἱ καὶ εἰρηνικαὶ λεγόμεναι.

Digitized by Google

λικὸν κανόνα καὶ τὸν λγ' · ἢ ὅταν κατηγορία κατά τινος γένηται, καὶ φανῇ ἀθῶος ὁ κατηγορηθείς, καὶ δοθῇ αὐτῷ ἐπιστολὴ συνιστῶσα αὐτὸν τῷ πρὸς ὃν ἀπεστάλη, καὶ διδάσκουσα συκοφαντικῶς αὐτὸν κατηγορηθῆναι. Οὕτως ἐχουσῶν τῶν ἐπιστολῶν τούτων, φησὶν ὁ κανὼν τοῖς πένησι καὶ δεομένοις βοηθείας, καὶ διὰ τοῦτο προσερχομένοις τῇ Ἐκκλησίᾳ, εἰρηνικὰς δεῖν δίδοσθαι ἐπιστολὰς ἐκ τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὴ συστατικάς. Χρέος γὰρ εἶχον οἱ ἀρχιερεῖς ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν προσφευγόντων τῇ Ἐκκλησίᾳ πενήτων, ἢ ὀρφανῶν καὶ χηρῶν (10), ὡς καταδυναστευομένων ἴσως, ἢ ἀδικουμένων, ἢ ἀποστερουμένων τῶν ἀνηκόντων αὐτοῖς · καὶ τοσοῦτον, ὥστε κωλυόμενοι οἱ ἐπίσκοποι ἀπιέναι πρὸς βασιλέα διὰ δεήσεις οἰκείας καὶ ἐνοχλεῖν, ἐπιτρέπονται τοῦτο ποιεῖν διὰ τοὺς τῇ Ἐκκλησίᾳ προσφεύγοντας, ἢ στέλλειν διακόνους ἰδίους εἰς ἐπικουρίαν τῶν δεομένων, καὶ εἰς καταλλαγὴν τῶν διὰ πταίσματος καταδικασθέντων κολασθῆναι ἢ περιορισθῆναι, ὡς ὁ ζ' καὶ ὁ η' κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου διαλαμβάνει. Τοῖς γοῦν καθ' οἱονδήτινα τρόπον ἐπικουρίας δεομένοις ἐνεχείριζον ἐπιστολὰς οἱ ἐπίσκοποι βοηθούσας αὐτοῖς, ἐφ' οἷς ἐδέοντο, κἀκεῖναι εἰρηνικαὶ ἐκαλοῦντο, ὡς εἰρήνην βραβεύουσαι, τοῖς δι' ὀργὴν ἀρχόντων ἢ δυναστευόντων ἄδικον γνώμην πάσχουσι. Παρέχειν δὲ ταύτας αὐτοῖς ὁ κανὼν διατάττεται μετὰ δοκιμασίας. Οὐ γὰρ ἁπλῶς καὶ ἀδοκιμάστως παντὶ προσερχομένῳ δεῖ βοηθεῖν, ἀλλὰ τῷ ἀδικουμένῳ. Εἰ γάρ τις ἀδικῶν προσέλθῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἢ κακουργῶν, οὐ χρὴ τοῖς τοιούτοις ἐπικουρεῖν. *Μὴ ἐλεήσῃς* γὰρ, φησὶ, *πτωχὸν ἐν κρίσει.* Ἐπεὶ γὰρ ἡ πενία πρὸς οἶκτόν ἐστιν εὐκατάφορος, Ἀδικοῦντα, φησὶν ἡ Γραφὴ, μὴ ἐλεήσῃς ἐν κρίσει, κἂν πτωχός ἐστι. Εἰ γοῦν χρεωστῶν τις προσρυῇ τῇ Ἐκκλησίᾳ, μὴ ἀδίκως μὲν ἀπαιτηθῆναί τι αὐτὸν δεῖ διὰ φροντίδος ποιεῖσθαι τὸν ἐπίσκοπον · ὁ δὲ δικαίως χρεωστεῖ, ἀποδώσει, πρὸς τοῦτο τοῦ ἐπισκόπου μὴ κωλύοντος. Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν.

A tatis episcopo commendantes. Accipiunt ii quoque commendatitias, qui vocati in judicium se a culpa immunes ostenderint, quibus et ei ad quem missi sunt **126** episcopo commendentur, et falsa delatione ipsorum innocentiam tentatam fuisse testatum fiat. Cum hæc igitur esset ratio epistolarum, qui inopia pressi, vel auxilii quoquo modo indigentes, ab Ecclesia sibi opem exposcerent, pacificas iis hominibus, non autem commendatitias litteras concedi canon oportere decernit. Fuit namque episcopalis officii pauperum, pupillorumque ac viduarum, adversus potentiorum injurias et illata detrimenta, rerumque ad illos pertinentium ablationes ecclesiæ opem implorantium, defensionem suscipere: adeo ut cum sui negotii causa imperatorem adire ac B interpellare episcopi vetarentur, ut hoc facerent illorum gratia, qui ad Ecclesiam confugissent, aut diaconos suos ad indigentium auxilium, et eorum, qui ob delictum aliquod pœnis vel exsilio damnati fuerunt, liberationem, mitterent 7 et 8 Sardicensis synodi can. illis concedebatur. His igitur hominibus, qui se omnimodo opis indigos profiterentur, suppetiis, quas optaverant, ferendis, ab episcopis litteræ tradebantur eæque pacificæ dicebantur, pacem scilicet illis, quibus aut principum aut primotum iracundia causam injustæ damnationis attulisset, afferentes. Litteras porro ejusmodi, canon, nisi explorata postulationis æquitate cuiquam concedi vetat. Nec enim inconsulte ac temere C omnes, sed quos injuste vexati compertum sit, auxilio juvandi. Si quis etenim injuria afficiens aut malum perpetrans ad Ecclesiam confugerit, ei suppetiæ non sunt ferendæ. *Ne miserearis, inquit, pauperis in judicio* [81]. Nam quia paupertas animis ad misericordiam alliciendis idonea est, sacræ Litteræ injurii, licet pauperis, in judicio misereri non sinunt. Si quis igitur obæratus ad Ecclesiam confugerit, ne quid amplius exigatur ab eo quam jus postulat, curabit episcopus; quæ autem jure debet, episcopo nequaquam interpellante, persolvet. Similiter et in reliquis.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ δεόμενοι ἐπικουρίας πένητες ἐπιστολαῖς εἰρηνικαῖς, ἀλλὰ μὴ συστατικαῖς ὁδευέτωσαν · αἱ γὰρ συστατικαὶ τοῖς ἐν ὑπολήψει μόνοις παρέχονται.*

ARIST. *Pauperes auxilio indigentes, epistolis pacificis, sed non commendatitiis, iter faciant: nam commendatitiæ suspectis tantum personis exhibentur.*

D

Εἰρηνικὴ ἐπιστολή ἐστιν ἡ ἄνευ σκανδάλου τινὸς τῷ ἐπικομιζομένῳ ἐγχειριζομένη· συστατικὴ δὲ ἡ τὸ ἀνεπίληπτον τοῦ βίου καὶ τῆς θρησκείας τῷ ἐπιφερομένῳ προσμαρτυροῦσα. Οἱ γοῦν δεόμενοι βοηθείας πένητες μετὰ εἰρηνικῶν ἐπιστολῶν τῶν ἐπισκόπων ὁδεύειν ὀφείλουσιν, ἵν' ἐλεῶνται ὑπὸ τῶν δυναμένων βοηθεῖν αὐτοῖς. Συστατικῶν δὲ ἐπιστολῶν χρείαν

Epistola pacifica est quæ sine ullo scandalo advehenti traditur; commendatitia autem quæ inculpatum vita et religione afferentem attestatur. Qui pauperes itaque auxilio indigent, cum litteris episcoporum pacificis iter facere debent, ut qui opem iis ferre possunt, misericordia in eos commoveantur. Epistolis autem commendatitiis iis non

[81] Exod. xxiii, 6.

Guill. Beveregii notæ.

(10) *Καὶ χηρῶν.* Hæc verba, usque ad ἀνηκόντων αὐτοῖς, in ms. Amerbachiano desiderantur; quemadmodum et ea, quæ, nonnullis interjectis, occurrunt, ὡς εἰρήνην βραβεύουσαι τοῖς δι' ὀργὴν ἀρχόντων ἢ δυναστευόντων ἄδικον γνώμην πάσχουσι.

Digitized by Google

opus est : hæ enim presbyteris et diaconis et reliquis clericis exhibentur.

οὐκ ἔχουσιν· αὗται γὰρ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς ἐν κλήρῳ παρέχονται.

CANON XII.

Pervenit ad nos, quod quidam, cum præter ritus ecclesiasticos ad potentatus accessissent, per pragmaticas unam provinciam in duas diviserunt : ut ex eo duo essent metropolitani in eadem provincia. Statuit ergo sancta synodus, ne episcopus deinceps tale quid audeat : quoniam is, qui hoc aggreditur, a suo gradu excidit. Quæcunque autem civitates per litteras imp. metropolis nomine honoratæ sunt, solo honore fruantur, et qui ejus ecclesiam administrat episcopus, servatis scilicet veræ metropoli suis juribus.

ΚΑΝΩΝ ΙΒ'.

Ἦλθεν εἰς ἡμᾶς ὡς τινες, παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς προσδραμόντες δυναστείαις, διὰ πραγματικῶν τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο κατέτεμον· ὡς ἐκ τούτου δύο μητροπολίτας εἶναι ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ. Ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος τοῦ λοιποῦ μηδὲν τοιοῦτο τολμᾶσθαι παρὰ ἐπισκόπου· ἐπεὶ τὸν τοιοῦτο ἐπιχειροῦντα ἐκπίπτειν τοῦ ἰδίου βαθμοῦ. Ὅσαι δὲ ἤδη πόλεις διὰ γραμμάτων βασιλικῶν τῷ τῆς μητροπόλεως ἐτιμήθησαν ὀνόματι, μόνης ἀπολαυέτωσαν τῆς τιμῆς, καὶ ὁ τὴν ἐκκλησίαν αὐτῆς διοικῶν ἐπίσκοπος, σωζομένων δηλονότι τῇ κατ' ἀλήθειαν μητροπόλει τῶν οἰκείων δικαίων.

BALS. Imperialia jussa, pragmatici typi dicuntur. Dicit ergo canon, quod quoniam nonnulli episcopi, propter imperandi cupiditatem, imp. jussione contenderunt, ut metropolitanorum honore afficerentur, et ex eo provinciam unam in duos metropolitanos diviserunt, deponi debent, non solum is qui tale mandatum Imperiale acquisiverit, sed et qui tale quid aggredi ausus fuerit. **127** Eas autem ecclesias, quæ ante præsentem canonem ex episcopali dignitate metropolium honore imperialibus jussis affectæ sunt, solum honorem habere statuit, utpote quod reliqua jura, quæ illis adsunt, veræ metropoli citra ullam innovationem manere debeant. Hæc cum a canone statuantur, dixerit quispiam, Et quomodo permulti imperatores permultos episcopatus metropolium honore affecerunt? Jam enim Lacedæmoniæ metropolis erat episcopatus veterum Patrarum, Madita Heracleæ, Abydus Cyzici. Et alii etiam episcopatus honorati sunt. Mihi ergo videtur ex 38 can. syn. in Trullo, et 17 can. præsentis syn. ejusmodi fieri ab imperatoribus divisiones secundum potestatem illis superne datam. Propterea enim etiam exolevit 3 caput primum tit. 3 lib. Basilicor. quod collocatum est in 20 cap. primi tit. præsentis operis. Quænam autem jura esse debent apud primum, scilicet metropolitanum, in ecclesia, quæ ex episcopatu in metropolis dignitatem evecta est, quidam discere desiderarunt; et illis dictum fuit, quod præterquam quod episcopatus metropolis vocatur, in aliis omnibus antiquæ metropoli debet subjici. Ejus enim episcopus ab antiquo metropolitano ordinabitur, et ab ipso judicabitur, et ei omnino subjicietur. Lege etiam 2 canonem 2 synodi et 6 et 7 can. primæ syn. Hæc autem per imperialem jussionem aliter transformantur, ut superius dictum est. Lege et syn. in Trullo can. 38, et specialiter imp. constitutionem, quæ partim in illius expositione sita est.

ΒΑΛΣ. Τὰ βασιλικὰ προστάγματα πραγματικοὶ τύποι λέγονται· φησὶ γοῦν ὁ κανὼν ὡς, ἐπεί τινες ἐπίσκοποι διὰ φιλαρχίαν ἐσπούδασαν κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν εἰς μητροπολίτας τιμηθῆναι, κἀντεῦθεν τὴν μίαν ἐπαρχίαν διεῖλον εἰς μητροπολίτας δύο, ὀφείλουσι καθαιρεῖσθαι μὴ μόνος ὁ πορισάμενος τὴν τοιαύτην πρόσταξιν, ἀλλὰ καὶ ὁ τολμήσων τοιοῦτόν τι ἐπιχειρῆσαι. Τὰς μέντοι πρὸ τοῦ παρόντος κανόνος τιμηθείσας ἐκκλησίας ἀπὸ ἐπισκοπῶν εἰς μητροπόλεις κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν διορίζεται ἔχειν μόνην τὴν τιμήν, ὡς τῶν λοιπῶν δικαίων τῶν προσόντων ἐπ' αὐταῖς τῇ κατὰ ἀλήθειαν μητροπόλει ὀφειλόντων μένειν ἀκαινοτομήτων. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου εἴπῃ τις, Καὶ πῶς διάφοροι βασιλεῖς διαφόρους ἐπισκοπὰς εἰς μητροπόλεις ἐτίμησαν; Αὐτίκα γὰρ ἡ μητρόπολις Λακεδαιμονίας ἐπισκοπὴ ἦν τῶν παλαιῶν Πατρῶν, τὰ Μάδιτα τῆς Ἡρακλείας, ἡ Ἄβυδος τῆς Κυζίκου. Καὶ ἄλλαι δὲ ἐπίσκοποι ἐτιμήθησαν. Ἔοικεν οὖν ἀπὸ τοῦ λη' κανόνος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τοῦ ις' κανόνος τῆς παρούσης συνόδου, τοὺς τοιούτους γίνεσθαι ὁρισμοὺς παρὰ τῶν βασιλέων, κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς ἄνωθεν ἐξουσίαν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἠπράκτησε τὸ γ' κεφ. τοῦ πρώτου τίτλου τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν· ὅπερ κατεστρώθη εἰς τὸ κ' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Τὰ μέντοι ὀφείλοντα εἶναι δίκαια παρὰ τῷ πρώτῳ, ἤγουν μητροπολίτῃ, κατὰ τῆς ἐκκλησίας τῆς τιμηθείσης ἀπὸ ἐπισκοπῆς εἰς μητρόπολιν ἐζήτησάν τινες μαθεῖν ὁποῖά εἰσι· καὶ ἤκουσαν ὅτι πλὴν τοῦ καλεῖσθαι τὴν ἐπισκοπὴν μητρόπολιν κατὰ τὰ ἄλλα πάντα ὑποκεῖσθαι αὐτῇ τῇ παλαιᾷ μητροπόλει ὀφείλει. Ὁ γὰρ ταύτης ἐπίσκοπος παρὰ τοῦ παλαιοῦ μητροπολίτου χειροτονηθήσεται, καὶ παρ' αὐτῷ κριθήσεται, καὶ ἁπλῶς αὐτῷ ὑποκείσεται. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν β' κανόνα τῆς β' συνόδου, καὶ τὸν ζ' καὶ ς' κανόνα τῆς πρώτης συνόδου. Ταῦτα δὲ διὰ προστάξεως βασιλικῆς ἄλλως μετατυποῦνται, καθὼς ἄνωθεν εἴρηται. Ἀνάγνωθι καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ (11) συνόδου κανόνα λη' καὶ τὸ ἐν τῷ σχολίῳ αὐτοῦ καταστρωθὲν βασιλικὸν σημείωμα ἐν μέρει.

Guill. Beveregii notæ.

(11) *Ἀνάγνωθι καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ.* Hæc usque ad ἐν μέρει inclusive in codice Amerbachiano desiderantur.

Digitized by Google

Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν Ἀπρίλλιον μῆνα τῆς ια' ἰνδικτ. τοῦ ,ςψα' ἔτους ἀπολυθέντος προσκυνητοῦ χρυσοβούλλου τοῦ θεοστεφοῦς κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐτοκράτορος κυρίου Ἰσαακίου τοῦ Ἀγγέλου, καὶ τοὺς ἀνακαλουμένους μητροπολίτας τὰς διαφερούσας τούτοις ἐπισκοπὰς, καὶ εἰς μητροπόλεις ἢ ἀρχιεπισκοπὰς τιμηθείσας, ἐπιστομίζοντος, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τοὺς ἐπιχειρήσοντας ὅτε δήποτε τὴν βασιλικὴν ἀποστερῆσαι περιωπὴν τοῦ ἀνάγειν ἐπισκοπὰς εἰς μητροπόλεις ἢ ἀρχιεπισκοπὰς κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς ἄνωθεν ἐξουσίαν, ἠρωτήθη παρά τινων· Τί ἐστι τὸ περιεχόμενον τῷ κανόνι χάριν τοῦ ἔχειν τὰς τιμηθείσας μητροπόλεις μόνην τὴν τιμὴν, ὡς τῶν ἄλλων δικαίων σωζομένων τῇ κατὰ ἀλήθειαν μητροπόλει; Φαμὲν ὅτι καὶ τὸ περὶ τούτου ἀμφίβολον λύεται ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ βασιλικοῦ σημειώματος. Συνεζητήθη γὰρ, καὶ μετὰ πολλὰς δικαιολογίας διειλήφθησαν χάριν τούτου ταῦτα ῥητῶς, καὶ ὅτι μὲν καθολικῷ λόγῳ καὶ διαγνώσει γενικῶς ἐκτιθεμένας τὰς εἰς ὑπερβαθμιώτερον θρόνον ἀναβιβαζομένας ἐκκλησίας προστάξει βασιλικῇ, καὶ τῆς τιμῆς ἀξιοῦσθαι χρεὼν, καὶ τὰς ψήφους ἐν ἀδείᾳ προβαίνειν κατὰ τὸν ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ παρηκολουθηκότα τύπον κανονικὸν τῶν μητροπολιτῶν συνιόντων, καὶ ἀρχιεπισκόπους καὶ μητροπολίτας ψηφιζομένων, ἥ τε βασιλεία μου διαγινώσκει καὶ ἡ θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος τῷ διατάγματι ἕψεται τούτῳ· ὡς τὴν ἐκκλησιαστικὴν παραφυλαττομένῳ ἀκρίβειαν, καὶ τῆς κανονικῆς εὐθύτητος μὴ ἐκπίπτοντι. Ἀνάγνωθι οὖν εἰς πλάτος τὸ τοιοῦτον σημείωμα, καὶ εἰπὲ πρὸς τοὺς λέγοντας ὡς, εἰ μὴ ἐν τῷ ἀνάγεσθαι τὴν ἐπισκοπὴν εἰς μητρόπολιν ἢ ἀρχιεπισκοπὴν προστεθῇ παρὰ τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας τὸ τὰς ψήφους τούτων γίνεσθαι κατὰ προτροπὴν πατριαρχικὴν, ὁ κατ' ἀλήθειαν μητροπολίτης ποήσει τὴν ψῆφον αὐτῶν· τοῦτο γὰρ φυλάττεται καὶ μέχρι τοῦ νῦν εἰς τὸν οἰκουμενικὸν πατριάρχην χειροτονούμενον παρὰ τοῦ Ἡρακλείας, διὰ τὸ εἶναι τὴν Κωνσταντινούπολιν ἤτοι Βυζάντιόν ποτε τοῦ Ἡρακλείας ἐπισκοπήν· ὅτι ἀπὸ τοῦ τοιούτου σημειώματος πᾶσα τοιαύτη δικαιολογία περιαιρεῖται, καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως οὐκ ἐξ ἀνάγκης παρὰ τοῦ Ἡρακλείας χειροτονεῖται. Εὕρηται γὰρ καὶ Στέφανος ὁ ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ πατριάρχης χειροτονηθεὶς Κωνσταντινουπόλεως, παρὰ Θεοφάνους μητροπολίτου Καισαρείας, καὶ πρὸ ὀλίγων χρόνων ὁ Λεόντιος παρὰ Δημητρίου τοῦ Καισαρείας.

ΖΩΝΑΡ. Ἐπίσκοποί τινες, διὰ φιλοπρωτίαν καὶ φιλαρχίαν προσιόντες τοῖς βασιλεῦσι διὰ προσταγμάτων ἐγγράφων· ταῦτα γάρ εἰσι τὰ πραγματικά· ἠτοῦντο τὰς οἰκείας ἐπισκοπὰς τῇ τῶν μητροπόλεων τιμηθῆναι κλήσει· ὡς οὕτω συμβαίνειν εἰς δύο ἐπαρχίας τὴν μίαν μερίζεσθαι, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ δύο μητροπολίτας εἶναι, καὶ οὕτω διαφέρεσθαι ἀλλήλοις τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης ἐπισκόπους. Ὅπερ ποτὲ καὶ ἐν τῇ Καππαδοκῶν ἐπαρχίᾳ συμβέβηκε, τῆς πόλεως τῶν Τυάνων νέας μητροπόλεως γενομένης, ὡς ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ ἐπιταφίῳ τοῦ μεγάλου Βασιλείου φησί. Διὰ ταῦτα

Quoniam autem mense Aprili, 11 indict. anno 6701 edita summa eum veneratione suscipienda Aurea bulla a Deo coronati, fortissimi et sancti imper. nostri, domini Isaacii Angeli, quæ et metropolitanis episcopatus ad se pertinentes, et metropolium vel archiepiscopatuum honore donatos, ad se revocantibus, et iis itidem qui imperialem circumspectionem privare conabuntur, ne episcopatus in metropoles et archiepiscopatus erigat secundum sibi datam a superis potestatem, os occludit, a nonnullis quæsitum est, Quid est quod canone comprehenditur, ut honore affectæ metropoles solum honorem habeant, utpote aliis juribus veræ metropoli servatis? Dicimus de ea re dubitationem ab hac imperatoris constitutione dissolvi. Quæsitum enim est, et post multas allatas ad justam esse rem ostendendam rationes, hæc ejus rei gratia expresse dicta sunt, et quod universali ratione, et generaliter exposita dispositione, ecclesias quæ jussione imperat. in altiorem thronum eriguntur, honore quoque dignas censeri oporteat, et electiones libere procedere ex forma canonica, quæ in Magna Ecclesia consecuta est, metropolitanis convenientibus, et archiepiscopos ac metropolitanos eligentibus, quod et imp. mea sublimitas decernit, et hanc constitutionem divina et sancta quoque sequetur synodus; ut quæ ecclesiasticum ritum accurare servet, et a canonica rectitudine non excidat. Lege ergo diffuse hanc constitutionem, et dic iis qui dicunt quod, nisi dum erigitur episcopatus in metropolim vel archiepiscopatum, ab imperial. potestate adjectum fuerit, eorum electiones patriarchali suasione et auctoritate debere fieri, verus metropolitanus eorum electionem faciet. Hoc enim etiam hucusque servatur in universali patriarcha, qui ab Heracleæ archiepiscopo ordinatur, quoniam fuerit aliquando Constantinopolis sive Byzantium Heracleæ antistitis episcopatus: dic, inquam, quod hac constitutione omnis juris omnino allegatio tollitur, nec Constantinopolitanus necessario ab Heracleæ episcopo ordinatur. Inventum est enim etiam Stephanum imp. domini Leonis Sapientis fratrem ordinatum fuisse Constantinopoleos patriarcham **128** a Theophane metropolitano Cæsareæ. Et paucis abhinc annis Leontius a Demetrio Cæsareæ metropolitano.

ZONAR. Principem dignitatis locum episcopi quidam ambitiose affectantes, imperatores adire, atque ut edicto suo, quod hic pragmatici typi nomine intellexere Patres, ipsorum episcopatibus honorem metropoleos decerneret, precibus ab eo contendere soliti sunt. Hinc factum, ut in duas provincias una divideretur, duosque eadem provincia metropolitanos, et quidem crebris ob idipsum dissidiis, contentionibusque distractos haberet. Quod et in Cappadocum provincia quondam, Gregorio Theologo in epitaphio magni Basilii referente, cum Tyanea nova metropolis constituta esset, evenit. Propterea cano-

Digitized by Google

nem hunc, quo de nova metropoli instituenda laborare aut agere episcopi prohibentur, synodus promulgavit : tale vero aliquid aggredi ausos, vel hoc ipso deponi jubet. Nec enim eum tantummodo puniri, qui cogitata perfecerit, sed ipsam quoque, quamvis irrito eventu, perficiendi voluntatem, iisdem pœnis obnoxiam esse decernit. Verum hæc quidem promulgato canone sic agi placuit. Quæ vero urbes, ante hanc constitutionem, imperatoris decreto metropolitani tituli dignitate ornatæ fuerant (quas enim obscurius antea pragmaticas, nunc imperatorias litteras, sive imperatoris decretum planius nuncupavit) ab iis, earum que episcopis, concessum honorem patitur retineri; ne qua vero re antiquæ metropolitanæ sedi molesti sint, sed ei quæ veram, ac temporis diuturnitate firmatam appellationem metropoleos retinet, ita sua jura serventur, ut ne ex iis quidquam novus sibi metropolitanus usurpet. Sed hujus etiam canonis auctoritas obsolevit, nec defuere nostris quoque temporibus imperatores, quorum edictis episcopales ecclesiæ ad metropolitani fastigii culmen evectæ sunt.

A τοίνυν τὸν κανόνα τοῦτον ἡ σύνοδος ἔθετο, κωλύουσα μὴ γίνεσθαι τοιαῦτα, μηδὲ ζητεῖν τοὺς ἐπισκόπους νέας ὀνομάζεσθαι μητροπόλεις· τὸν δὲ ἐπιχειροῦντα τοιαύτῃ πράξει καθαιρεῖσθαι καὶ διὰ μόνην τὴν ἐπιχείρησιν. Οὐ γὰρ τὸν εἰς πρᾶξιν ἀγαγόντα τὴν ἐπιχείρησιν κολάζει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν μόνον ἐπιχειροῦντα, κἂν μὴ τύχῃ τοῦ ἐφετοῦ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν μετὰ τὸν κανόνα ὥρισε γίνεσθαι· τὰς δὲ πρὸ τοῦ κανόνος τιμηθείσας πόλεις εἰς μητροπόλεις διὰ γραμμάτων βασιλικῶν· (ἃ γὰρ ἄνω ὠνόμασε πραγματικὰ, ἐνταῦθα ἐσαφήνισε καὶ γράμματα ἔφη βασιλικά·) ἀπολαύειν παρεχώρησε τιμῆς μόνης, καὶ τοὺς ἐν αὐταῖς ἐπισκόπους, μὴ ἐνοχλεῖν δὲ τῇ παλαιᾷ μητροπόλει, σώζεσθαι δὲ ἐκείνῃ τῇ ὡς B ἀληθῶς μητροπόλει, ὡς τῷ χρόνῳ βεβαίως κτησαμένῃ τὴν κλῆσιν, τὰ δίκαια πάντα μή τινος παρασπωμένου παρὰ τοῦ νέου μητροπολίτου. Καὶ οὗτος δὲ ὁ κανὼν οὐ φυλάττεται· τινὲς γὰρ ἐπίσκοποι καὶ ἐφ' ἡμῶν διὰ βασιλικῶν προσταγμάτων εἰς τιμὴν ἀνήχθησαν μητροπόλεως.

ARIST. *In duas provincias una provincia non scinditur : qui autem sciderit, episcopatu dejicitur. Quæ vero imperatoris rescripto scissæ sunt civitates honore solo fruantur, ut et episcopus ibidem constitutus : ei vero quæ vere est metropolis, propria jura conserventur.*

ΑΡΙΣΤ. *Εἰς ἐπαρχίας δύο ἐπαρχία μία οὐ τέμνεται· ὁ δὲ τεμὼν ἀνεπίσκοπος. Αἱ δὲ γράμματι βασιλικῷ τιμηθεῖσαι πόλεις, τῆς τιμῆς ἀπολαυέτωσαν μόνης, καὶ αὐτόθι ἐπίσκοπος· τῇ δὲ ἀληθῶς μητροπόλει τὰ οἰκεῖα σωζέσθωσαν.*

Episcopus qui potentatus adit, et episcopatum suum metropolis nomine honorari contendit, ut ex C eo una provincia in duas divideretur, suo gradu excidet. Quicunque autem episcopatus non episcoporum studio sed potius ob eorum virtutem et civitatum dignitatem per litteras imperiales ut metropoles honorari assecuti sunt, honore illo et solo fruentur. Ei autem quæ vere est metropolis, cui antea suberant, propria servabuntur jura : et antea enim et postea istius episcopus eum qui ab imperatore postea honoratus fuit constituet, et omnes provinciæ episcopatus illum et solum metropolitanum habebunt, et non simul dividentur et ipsi secundum provinciæ divisionem, et si quid aliud jus episcopale in tota provincia habuit, illæsum ipsi servabitur. Et nihil omnino de ejus privilegiis auferetur, et honorato dabitur.

Ὁ προελθὼν ὀυναστείαις ἐπίσκοπος, καὶ σπουδάσας τιμηθῆναι τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ τῷ τῆς μητροπόλεως ὀνόματι, ὡς ἐκ τούτου τὴν μίαν ἐπαρχίαν μερισθῆναι εἰς δύο, τοῦ ἰδίου ἐκπεσεῖται βαθμοῦ. Ὅσαι δὲ τῶν ἐπισκοπῶν οὐκ ἀπὸ σπουδῆς τῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μᾶλλον δι' ἀρετὴν αὐτῶν, ἢ διὰ τιμὴν τῶν πόλεων, ἔφθασαν διὰ βασιλικῶν γραμμάτων τιμηθῆναι ὡς μητροπόλεις, ἀπολαύσουσι τῆς τιμῆς, καὶ μόνης· τῇ δὲ κατὰ ἀλήθειαν μητροπόλει, ὑφ' ἣν ἐτέλουν τὸ πρότερον, τὰ οἰκεῖα παραφυλαχθήσονται δίκαια. Ἄνωθεν γὰρ καὶ αὖθις ὁ ταύτης ἐπίσκοπος τοῦ μετὰ ταῦτα τιμηθέντος ὑπὸ βασιλέως καθίσει· καὶ αἱ τῆς ἐπαρχίας πᾶσαι ἐπισκοπαὶ τοῦτον, καὶ μόνον, μητροπολίτην ἕξουσι, καὶ οὐ συμμερισθήσονται καὶ αὗται κατὰ τὴν τῆς ἐπαρχίας διαίρεσιν· καὶ εἴ τι ἄλλο ἐπισκοπικὸν δίD καιον ἐν πάσῃ τῇ ἐπαρχίᾳ εἶχεν, ἀκέραιον αὐτῷ τῶν προνομίων αὐτοῦ, καὶ τῷ τιμηθέντι δοθήσεται. Καὶ ἁπλῶς οὐδέν τι ἀφαιρεθήσεται

129 CANON XIII.

Externos clericos et ignotos in alia civitate sine proprii episcopi commendatitiis litteris nusquam ullo modo ministrare.

BALS. Sancti Patres etiam rursus definiunt, eos qui in aliqua ecclesia in clerum sunt cooptati in alia ecclesia non ministrare, sine commendatitiis litteris proprii episcopi. Et nonnulli quidem dixerunt commendatitias hic litteras pro dimissoriis dictas esse : alii autem canonem de commendatitiis litteris loqui, quæ dantur accusatis hominibus, qui post examinationem innocentes inventi sunt. Mihi vero

ΚΑΝΩΝ ΙΓ'.

Ξένους κληρικοὺς καὶ ἀγνώστους ἐν ἑτέρᾳ πόλει δίχα συστατικῶν γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου μηδόλως μηδαμοῦ λειτουργεῖν.

ΒΑΛΣ. Καὶ πάλιν οἱ ἅγιοι Πατέρες διορίζονται τοὺς κληρωθέντας ἔν τινι ἐκκλησίᾳ ἐν ἑτέρᾳ πόλει μὴ λειτουργεῖν ἄνευ συστατικῶν γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου. Καί τινες μὲν εἶπον συστατικὰς γραφὰς ἐνταῦθα τὰς ἀπολυτικὰς εἰρῆσθαι· ἄλλοι δὲ εἶπον περὶ συστατικῶν γραφῶν λέγειν τὸν κανόνα, διδομένων ἀνθρώποις κατηγορηθεῖσι, καὶ μετὰ ἐξέτασιν ἀθωωθεῖσιν· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὸν κανόνα

Digitized by Google

διορίζεσθαι περὶ συστατικῶν γραμμάτων συνιστώντων εἰς τὴν τοῦ κληρικοῦ χειροτονίαν, καὶ ἀπολυόντων αὐτὸν καὶ ἀλλαχοῦ ἐνεργεῖν. Τὰ γὰρ συνιστῶντα τὴν ἑκάστου ὑπόληψιν συστατικὰ καὶ λαϊκοῖς δίδονται, περὶ ὧν οὐδεμία γέγονεν ἐνθάδε μνεία. Ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ια' κανόνος.

ZONAR. Et ante hanc synodum editam, apostolico canone decimo quinto, quicunque, relicta sua parœcia, in alteram invito episcopo suo commigrarint, donec in ea pervicacia manserint, a sacro ministerio arceri, ac laicorum more tantum communicare jubentur. Eadem hic quoque canon statuit, et qui sine episcopi sui litteris in aliam civitatem abierit, vel in ea, vel alio quocunque loco sacris operari vetat. Hoc etenim verba illa significant, [nullibi, nullo modo]. Ex eo vero, quod hic epistolæ commendatitiæ fiat mentio, clericos, qui e sua parœcia diverterent, reos antea criminis alicujus factos esse facile apparet. Commendatitiæ namque litteræ iis qui crimine objecto se insontes probavissent, ut diximus, vel qui prius ab episcopo suo segregati fuissent, tradi consuevere.

ZONAR. Καὶ πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ὥρισαν οἱ θεῖοι ἀπόστολοι τὸν καταλιπόντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν εἰς ἑτέραν μετοικήσαντα παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου κελεύσαντες μηκέτι λειτουργεῖν ἐπιμένοντα τῇ ἀταξίᾳ, ὡς δὲ λαϊκὸν κοινωνεῖν, ὡς τε' ἀποστολικὸς περιέχει κανών. Καὶ ὁ παρὼν οὖν κανὼν τὰ αὐτὰ διατάττεται, καὶ τὸν δίχα γραμμάτων τοῦ ἐπισκόπου ἀπιόντα ἐν ἑτέρᾳ πόλει κελεύει μήτε ἐκεῖ μήτε που ἀλλαχοῦ λειτουργεῖν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μηδόλως μηδαμοῦ. Ἐπεὶ δ' ἐνταῦθα συστατικῶν ἐμνήσθη ἐπιστολῶν, δείκνυται ἐκ τούτου ὅτι καὶ ἐπί τισι κατηγορήθησαν οἱ κληρικοὶ οἱ ἀναχωρήσαντες τῆς ἰδίας παροικίας. Αἱ γὰρ συστατικαὶ τοῖς κατηγορηθεῖσι δίδονται, ὅταν ἀθῶοι φανῶσιν, ὡς ἤδη δεδήλωται, ἢ ὅτι ἀφωρισμένοι ἦσαν παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου.

ZONAR. Et ante hanc synodum editam, apostolico canone decimo quinto, quicunque, relicta sua parœcia, in alteram invito episcopo suo commigrarint, donec in ea pervicacia manserint, a sacro ministerio arceri, ac laicorum more tantum communicare jubentur. Eadem hic quoque canon statuit, et qui sine episcopi sui litteris in aliam civitatem abierit, vel in ea, vel alio quocunque loco sacris operari vetat. Hoc etenim verba illa significant, [nullibi, nullo modo]. Ex eo vero, quod hic epistolæ commendatitiæ fiat mentio, clericos, qui e sua parœcia diverterent, reos antea criminis alicujus factos esse facile apparet. Commendatitiæ namque litteræ iis qui crimine objecto se insontes probavissent, ut diximus, vel qui prius ab episcopo suo segregati fuissent, tradi consuevere.

ΑΡΙΣΤ. *Κληρικὸς δίχα συστατικῶν ἀκοινώνητος εἰς πόλιν ἑτέραν.*

ARIST. *Clericus sine litteris commendatitiis in alius urbis communionem non recipitur.*

Τοῦτο ἐν πολλοῖς τῶν κανόνων κεῖται, ὡς οἱ ξενοχειροτονητοὶ κληρικοὶ, μὴ ἐπιφερόμενοι συστατικὰ τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν, εἰς πόλιν ἑτέραν οὐ συγκεχώρηνται λειτουργεῖν.

Hoc in multis canonum ponitur, quod qui in aliena parœcia ordinantur clerici, commendatitias episcoporum suorum non afferentes litteras, in alia ministrare civitate non permittuntur.

ΚΑΝΩΝ ΙΔ'.

CANON XIV.

Ἐπειδὴ ἔν τισιν ἐπαρχίαις συγκεχώρηται τοῖς ἀναγνώσταις καὶ ψάλταις γαμεῖν, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος μὴ ἐξεῖναί τινι αὐτῶν ἑτερόδοξον γυναῖκα λαμβάνειν· τοὺς δὲ ἤδη ἐκ τοιούτου γάμου παιδοποιήσαντας, εἰ μὲν ἔφθασαν βαπτίσαι τὰ ἐξ αὐτῶν τέκνα παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς, προσάγειν αὐτὰ τῇ κοινωνίᾳ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας· μὴ βαπτίσαντας δέ, μὴ δύνασθαι ἔτι βαπτίζειν αὐτὰ ἐπὶ τοῖς αἱρετικοῖς, μήτε μὴν συνάπτειν πρὸς γάμον αἱρετικῷ ἢ Ἰουδαίῳ (12), ἢ Ἕλληνι, εἰ μὴ ἄρα ἐπαγγέλλοιτο μετατίθεσθαι εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, τὸ συναπτόμενον πρόσωπον τῷ ὀρθοδόξῳ. Εἰ δέ τις τοῦτον τὸν ὅρον παραβαίη τῆς ἁγίας συνόδου, κανονικῷ ὑποκείσθω ἐπιτιμίῳ

Quoniam in nonnullis provinciis concessum est lectoribus et cantoribus uxores ducere, decrevit sancta synodus nulli eorum licere diversæ a recta opinionis uxorem ducere: eos autem qui ex ejusmodi matrimonio liberos susceperunt, si eos quidem baptizare apud hæreticos præveverint, ad catholicæ ecclesiæ communionem adducere: Si autem non baptizaverint, non posse eos apud hæreticos baptizare, sed neque hæretico, vel Judæo, vel Gentili matrimonio conjungere, nisi utique persona, quæ orthodoxæ conjungitur, se ad orthodoxam fidem convertendam spondeat. Si quis autem hoc sanctæ Synodi decretum transgressus fuerit, canonicis pœnis subjiciatur.

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικεν, ἐν τισι μὲν χώραις ἐξεχωροῦντο ἀναγνῶσται καὶ ψάλται γαμικὰ συναλλάγματα συναλλάττειν ἀκολούθως τῷ ἀποστολικῷ κανόνι κς', ἔν τισι δὲ καὶ οὗτοι παραλόγως ἐκωλύοντο. Ὡρίσθη οὖν διὰ τοῦ παρόντος κανόνος ὡς, εἰ καὶ ἐφειμένον ἐστὶν αὐτοῖς γυναῖκα λαμβάνειν, ἀλλ' οὐκ

BALS. In nonnullis quidem, ut est verisimile, provinciis, lectoribus et cantoribus permittebatur matrimonia contrahere consequenter apostolico 26 canoni. In nonnullis autem id eis præter rationem prohibebatur. Per præsentem ergo canonem definitum est, quod, etiamsi eis permissum est uxores

Guill. Beveregii notæ.

(12) *Ἰουδαίῳ.* Christianos cum Judæis matrimonium inire leges etiam civiles vetuerunt. Μὴ τις Χριστιανὴν γυναῖκα πρὸς γάμον Ἰουδαῖος λαμβανέτω· μήτε Ἰουδαία Χριστιανὸς εἰς συζυγίαν ἐνούσθω. Εἰ γάρ τι τοιοῦτον ἁμαρτάνει, ἐν τῇ τῆς μοιχείας ποινῇ ὑποβαλλόμενος εἴη. Basilic. l. I, tit. I, c. 35. *Ne quis Christianam mulierem in matrimonium Judæus accipiat, neque Judææ Christianus conjugium sortiatur. Nam si quis aliquid hujusmodi admiserit, adulterii vicem commissi hujusmodi crimen obtinebit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata,* l. VI, c. *De Judæis.* Idem statuit concilium Aurelianense 2, c. 19.

Digitized by Google

accipere, diversæ tamen a recta opinionis mulieribus eis conjungi non licet, et ut qui ex tali matrimonio liberos susceperint, eos ad orthodoxorum Ecclesiam adducant : ut si ii quidem **130** ab hæreticis baptizati fuerint, sancto solum chrismate inungantur : sin minus, ab Ecclesia baptizentur. Similiter definitum est, ne eorum liberi hæreticis vel Judæis vel Græcis conjungantur, nisi utique prohibitæ personæ polliceantur a sua hæresi vel superstitione recedere. Tunc enim si ad orthodoxam fidem accesserint, consequentur quoque nuptiæ. Eos autem qui hæc transgrediuntur, canonicis pœnis subjicit synodus. Lege Laod. syn. can. 10 et 31 et Carth. 21 et invenies separari matrimonium, quod cum hæretico contractum est. Existimo autem, etiam cum separatione, eos quoque puniri secundum præsentem canonem. Sic enim ad concordiam deducentur canones. Recte autem dixit, eos, qui antea ex hæreticis suscepti sunt, liberos ad Ecclesiæ communionem adduci. Scis enim hæreticos in duo dividi ; et in eos qui, quod secundum nos est, mysterium, et divinam condescensionem suscipiunt, in quibusdam autem falluntur, quos etiam accedentes chrismate solo inungimus : et in eos qui hoc omnino non suscipiunt et sunt infideles, Judæos scilicet et Græcos quos etiam baptizamus. Communionis ergo nomine utrumque declaravimus, ut vel chrismate ungantur vel baptizentur. Lege 7 can. 2 syn. primum cap. 4 tit. 28. lib. Basilic. et 72 canon. synodi in Trullo. Et nota secundum præsentem canonem videri partem ecclesiæ cogere, ut Latinos rejiciamus, qui uxores ex Romania volunt accipere.

ZONAR. Hoc idem et Laodicena synodus 10 et 31 et Carthaginensis 21 canone sanxere : et in Trullo palatii celebrata œcumenica synodus pluribus adhuc verbis explicavit. Sed Carthaginensis de solis clericis, quemadmodum et hic canon, loquitur : Laodicena vero, et Trullana, orthodoxorum prorsus omnium matrimonia cum hæreticis damnat, ac nuptiali quamvis fœdere contracto irrita nihilominus esse decernit. Non omnibus tamen locis, ut ipsa hujus canonis verba satis indicant, lectoribus olim et cantoribus, postquam in illum ordinem cooptati forent, uxores ducere permissum fuit ; quamvis apostolico canone 26 hæc continente : Ex omnibus qui in clerum leguntur, si cœlibes sint matrimonia inire lectoribus solis et cantoribus liceat. Clericos igitur orthodoxos, conjugio cum feminis a recta religione alienis in posterum sociari omnino synodus vetat. Qui vero sociati antea, liberos quoque suscepere, eos licet ab hæreticis jam baptizatos ducere, atque Ecclesiæ catholicæ sistere jubentur. Adducti enim, vel sancto chrismate solum inungentur, si ab hæreticis recepto ab Ecclesia more baptizati sint ; vel, si alieno ab ecclesiastica consuetudine damnatoque ritu initiati, salutaribus undis iterum repetito baptismo expiabuntur. Non-

A ἔξεστιν ἑτεροδόξοις συνάπτεσθαι, τοὺς δὲ προπαιδοποιήσαντας ἐκ τοιούτου γάμου παράγειν τὰ οἰκεῖα τέκνα παρὰ τῇ τῶν ὀρθοδόξων Ἐκκλησίᾳ· ἐφ' ᾧ εἰ μὲν ἔφθασαν αὐτὰ βαπτισθῆναι παρὰ αἱρετικῶν, χρισθῆναι μόνον ὑπὸ ἁγίου μύρου· εἰ δὲ μή, βαπτισθῆναι ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας. Ὡσαύτως ὡρίσθη μὴ συνάπτεσθαι τὰ τούτων τέκνα αἱρετικοῖς ἢ Ἰουδαίοις ἢ Ἕλλησιν, εἰ μήπω τὰ κεκωλυμένα πρόσωπα κατάθωνται ἀποστῆναι τῆς οἰκείας αἱρέσεως ἢ θρησκείας. Τηνικαῦτα γὰρ, ἐὰν προσέλθωσι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, ἐπακολουθήσει καὶ ὁ γάμος. Τοὺς μέντοι παραβαίνοντας ταῦτα κανονικοῖς ἐπιτιμίοις καθυποβάλλει ἡ σύνοδος. Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κανόνας ι' καὶ λα' καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ κανόνα κα', καὶ εὑρήσεις διασπώμενον τὸν μετὰ
B αἱρετικῶν συστάντα γάμον. Οἶομαι δὲ σὺν τῷ διασπασμῷ καὶ ἐπιτιμᾶσθαι τούτους κατὰ τὸν παρόντα κανόνα. Οὕτω γὰρ οἱ κανόνες συμβιβασθήσονται. Καλῶς δὲ εἶπεν ὀφείλειν τοὺς πρὸ τούτου τεχθέντας ἐξ αἱρετικῶν παῖδας προσάγεσθαι τῇ κοινωνίᾳ τῆς Ἐκκλησίας. Οἶδας γὰρ ὅτι οἱ αἱρετικοὶ εἰς δύο διαιροῦνται, εἴς τε τοὺς δεχομένους μὲν τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον, καὶ τὴν θεϊκὴν συγκατάβασιν, ἐν τισι δὲ σφαλλομένους, οἷς καὶ μύρῳ μόνῳ χρίομεν προσερχομένους, καὶ εἰς τοὺς πάντῃ μὴ δεχομένους τοῦτο καὶ ὄντας ἀπίστους, Ἰουδαίους δηλονότι καὶ Ἕλληνας, οὓς καὶ βαπτίζομεν. Τῷ ὀνόματι γοῦν τῆς κοινωνίας ἐδηλώθησαν καὶ ἀμφότεροι, ὥστε ἢ μύρῳ χρισθῆναι ἢ βαπτισθῆναι. Ἀνάγνωσον τὸν ζ' κανόνα τῆς β' συνόδου, τὸ α' κεφ. τοῦ δ' τίτλου τοῦ κη' βιβλίου
C τῶν Βασιλικῶν, καὶ τὸν οβ' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου. Καὶ σημείωσαι ὅτι κατὰ τὸν παρόντα κανόνα, ὡς ἔοικεν, ἀναγκάζει τὸ μέρος τῆς Ἐκκλησίας τοὺς Λατίνους ἐξόμνυσθαι θέλοντας γυναῖκας λαβεῖν ἐκ τῆς Ῥωμανίας.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτο καὶ ἡ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν ι' καὶ λα' κανόνι διετυπώσατο, καὶ ἡ ἐν Καρθαγένῃ ἐν κα' διετάξατο, καὶ ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ παλατίου συστᾶσα οἰκουμενικὴ σύνοδος πλατύτερον διωρίσατο. Ἀλλ' ἡ μὲν ἐν Καρθαγένῃ σύνοδος ὁμοίως τῷ παρόντι κανόνι περὶ μόνων κληρικῶν διαλέγεται· ἡ δὲ ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ καθάπαξ παντὶ ὀρθοδόξῳ ἀπαγορεύει συναλλάττειν γάμον πρὸς αἱρετικούς, καὶ διασπᾶσθαι τὸν τοιοῦτον γάμον, κἂν γένηται, παρακελεύεται. Ὡς δὲ ἐκ τῆς
D συγγραφῆς τοῦ παρόντος κανόνος δηλοῦται, οὐ παντοχοῦ τότε τοῖς ἀναγνώσταις καὶ ψάλταις ἐφεῖτο μετὰ τὴν χειροθεσίαν λαμβάνειν γυναῖκας, καίτοι τοῦ κς' κανόνος τῶν ἱερῶν ἀποστόλων περιέχοντος ταῦτα. Τῶν εἰς κλῆρον προελθόντων ἀγάμων κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνον. Καὶ εἰς τὸ ἐξῆς μὲν ἀπηγόρευσεν ἡ σύνοδος αὖτη τοὺς ὀρθοδόξους κληρικοὺς ἑτεροδόξοις συνοικεῖν γυναιξί· τοὺς δὲ ἤδη συνῳκηκότας, καὶ ἐξ ἐκείνων παιδοποιήσαντας ἀπαιτεῖ τοὺς οἰκείους παῖδας προσάγειν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, κἂν ἔφθασαν ὑπὸ αἱρετικῶν βαπτισθῆναι. Προσαχθέντες γὰρ ἢ τῷ ἁγίῳ χρίσματι χρισθήσονται μόνον, εἰ ὑπὸ αἱρετικῶν ἐβαπτίσθησαν, ὧν τὸ βάπτισμα δεκτὸν τῇ Ἐκκλησίᾳ λογίζεται, ἢ καὶ ἄνωθεν βα-

Digitized by Google

πτισθήσονται, εἰ ἀπόβλητον τὸ βάπτισμα τῶν βαπτισάντων αὐτοὺς αἱρετικῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐστίν. Εἰ δὲ οὕπω βαπτίσματος ἔτυχον, μηκέτι ὑπὸ αἱρετικῶν βαπτίζεσθαι, μήτε μὴν ὀνόματι τῶν παίδων αὐτῶν συναλλάττειν γάμον πρὸς αἱρετικούς, μήτε πρὸς Ἕλληνας, αἱρετικοὺς μὲν τοὺς τὸ καθ' ἡμᾶς δεχομένους, μυστήριον λέγων ἓν τισὶ δὲ σφαλλομένους καὶ διαφερομένους τοῖς ὀρθοδόξοις. Ἰουδαίους δὲ τοὺς χριστοκτόνους, καὶ Ἕλληνας τοὺς πάντη ἀπίστους καὶ εἰδώλων προσκυνητάς. Εἰ δ' ἴσως ὁ αἱρετικὸς ἢ ὁ ἄπιστος ἐπαγγέλλεται συνθέσθαι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, τὸ μὲν συνάλλαγμα προβήσεται, ἡ δὲ συνάφεια ὑπερτεθήσεται, μέχρις ἂν τὴν ἐπαγγελίαν πληρώσῃ ὁ ταύτην ποιησάμενος. Ὁ δὲ τούτων παραβάτης ἐπιτιμίοις κανονικοῖς ὑποκείσεται.

A dum vero baptizatos nullo modo ab hæreticis baptizandos esse; neque quidem filiorum suorum nomine quidquam de nuptiis, cum hæretico, Judæo, aut Græco jungendis agere debere decernit. Sunt vero hæretici, qui mysteria nostræ religionis ita recipiunt, ut in quibusdam tamen hallucinentur, atque ab orthodoxis dissentiant. Judæi autem, qui nefario se Christi parricidio contaminavere, et Græcorum appellatione, a fide prorsus alieni et idolorum cultores significantur. Quod si fidem amplecti se velle hæreticorum quispiam aut infidelium polliceatur, cum eo pacisci de nuptiis, non tamen eas, antequam promissa qui ea dedit impleverit, celebrari licere decernitur. Qui secus fecerit, canonicis in eum pœnis animadverti jubent.

B

ΑΡΙΣΤ. *Ἑτερόδοξος ψάλτης καὶ ἀναγνώστης, εἰ γήμας ἐτέκνωσε, προσάγει τῇ κοινωνίᾳ τὰ τέκνα, εἴπερ ἐκεῖσε βεβάπτισται· εἰ δ' ἔτι ἀβάπτιστα, οὐκ ἔτι βαπτίζεται τοῖς αἱρετικοῖς.*

131 ARIST. *Cantor aut lector a recta fide alienus, si uxore ducta liberos genuerit, eos ad communionem adducit, si ibidem baptizati sunt. Si vero nondum sunt baptizati, apud hæreticos postea non baptizantur.*

Τὸ συνάπτεσθαι ὀρθόδοξον αἱρετικῇ γυναικὶ, ἢ τὸ ἀνάπαλιν, καὶ ὁ δίκατος κανὼν, καὶ ὁ τριακοστὸς πρῶτος τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, καὶ ὁ δεύτερος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου, καὶ ὁ παρὼν οὗτος ἀπαγορεύουσιν. Εἰ δέ τις τῶν ψαλτῶν καὶ τῶν ἀναγνωστῶν πρὸ τῶν κανόνων τούτων ἑτερόδοξον γυναῖκα ἔλαβε, καὶ ἐτέκνωσε ἐξ αὐτῆς, καὶ τὰ τέκνα ἐβάπτισε παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς μένων, προσαγέτω ταῦτα τῇ κοινωνίᾳ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας· εἰ δ' ἀβάπτιστα αὐτὰ ἔχοι, μηκέτι παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς ποιούμενος τὴν ἀναστροφὴν, βαπτιζέτω· ἀλλ' ἐκεῖθεν ὑπαναχωρῶν, τῇ καθολικῇ προσαγέτω Ἐκκλησίᾳ καὶ τοῦ θείου ταῦτα καταξιούτω βαπτίσματος.

Orthodoxum hæreticæ matrimonio conjungi mulieri, aut vice versa et decimus et tricesimus primus synodi Laodicenæ canon, et secundus sextæ in Trullo synodi, et hic præsens prohibent. Si quis autem e cantoribus aut lectoribus ante editos hosce canones alterius sectæ duxerit uxorem, et liberos ex ea susceperit, eosque baptizaverit, dum apud hæreticos manserit, istos Ecclesiæ catholicæ communioni adducat. Si vero nondum baptizati fuerint, ne posthac apud hæreticos retrorsum se convertens eos baptizet. Sed illinc recedens, catholicæ adducat Ecclesiæ et divino eos dignetur baptismo.

C

ΚΑΝΩΝ ΙΕ'.

Διάκονον μὴ χειροτονεῖσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ ταύτην μετὰ ἀκριβοῦς δοκιμασίας. Εἰ δέ γε δεξαμένη τὴν χειροτονίαν, καὶ χρόνον τινὰ παραμείνασα τῇ λειτουργίᾳ, ἑαυτὴν ἐπιδῷ γάμῳ, ὑβρίσασα τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ἡ τοιαύτη ἀναθεματιζέσθω μετὰ τοῦ αὐτῇ συναφθέντος.

CANON XV.

Diaconissam non esse mulierem ordinandam ante annum quadragesimum, et eam cum accurata examinatione. Si autem postquam ordinatione suscepta ministerio aliquo tempore permansit, seipsam matrimonio tradiderit, Dei gratiæ injuriam faciens, ea, una cum illo qui ei conjunctus est, anathematizetur.

ΒΑΛΣ. Τὰ τοῦ παρόντος κανόνος πάντη ἐσχόλασαν. Διακόνισσα γὰρ σήμερον οὐ χειροτονεῖται, κἂν καταχρηστικῶς τινες τῶν ἀσκητριῶν διακόνισσαι λέγωνται· ὅτι κανών ἐστι διοριζόμενος μὴ εἰσέρχεσθαι γυναῖκας ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι. Ἡ γοῦν μὴ δυναμένη ἐν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ εἰσελθεῖν, πῶς τὰ τῶν διακόνων ἐνεργήσει; Ἀνάγνωσον τὸν ιδ' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τὸν ιε' λέγοντας καθαιρεῖσθαι τὴν διακόνισσαν χειροτονηθεῖσαν πρὸ τοῦ πληρῶσαι τὸν τεσσαρακονταετῆ χρόνον. Ὁ δὲ παρὼν φησι κανὼν ἀναθεματίζεσθαι τὴν μετὰ τὴν χειροτονίαν γάμοις ἑαυτὴν ἐπιδοῦσαν, ὡς ὑβρίστριαν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος. Περὶ δὲ μοναζουσῶν ὁ ἑξῆς διδάσκει κανών. Ζήτει καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου κανόνα ιζ' καὶ κδ'.

BALS. Quæ in præsenti canone tractantur, omnino exolevere. Diaconissa enim hodie non ordinatur, etiamsi quædam ascetriæ abusive diaconissæ dicantur. Est enim canon, qui statuit mulieres in sacrum tribunal non debere ingredi. Quæ ergo ad sanctum altare accedere non potest, quomodo diaconatus officium exercebit? Lege et 14 can. syn. in Trullo et 15, dicentes deponendam diaconissam, quæ ordinata est priusquam quadragesimum annum explevisset. Præsens autem canon dicit anathematizari mulierem, quæ post ordinationem se nuptum dederit, ut quæ Dei gratiam injuria afficiat. De monialibus autem sequens docet canon. Quære et magni Basilii canonem 17 et 24.

D

ΖΩΝΑΡ. Διὰ τὸ εὐεξαπάτητον τῶν γυναικῶν καὶ

ZONAR. Cum mulieres aut capi fraudibus, aut

Digitized by Google

sponte ad deteriora labi facillimum sit, idcirco minorem quadraginta annis diaconissam eligi, hujus canonis sanctione vetitum est. Idem Trullanæ quoque œcumenicæ synodi 14 ac 15 canone constitutum; ac iis, qui præfinita singulis ordinibus tempora anteverterint, depositio irrogata. Sed hanc quoque quadragenariam mulierem non sine stricta examinatione, diligenter explorata prius ac probata vivendi ratione, hic canon admittit. Quod si in album diaconissarum relata, decursu postea temporis, sancti Spiritus munere repudiato, nuptiis sese implicaverit, utrumque tam mulierem, quam illum cum quo nupta fuerit, anathemate plectendos esse decernit. At vero magnus apostolus Paulus ad Timotheum scribens : *Vidua*, inquit, *ne eligatur minor sexaginta annis* [1]. Cur igitur sic Paulo præcipiente 40 annos natam mulierem ordini diaconissarum ascribi licere synodus constituerit? Dicunt Apostolum quidem de viduis, synodum autem de virginibus statuisse. Nam quæ se ad quadraginta annos integram incorruptamque conservarit, nec ullam ex virili commercio voluptatis partem degustaverit, postea diaconatus quoque honore et gratia auctam, animum ad nuptias intendere, et ejus vitæ cupiditate, cujus nullum antea usum habuit, accendi non ita facile est. At vidua, quippe in cubile viri olim deducta voluptatumque illecebris delinita, erit ad libidinem proclivior. Proinde magnus quoque Basilius decimo octavo suo canone quamvis in æquali peccato, graviorem tamen virgini ex canonicis **132** sanctionibus electæ, quam viduæ, pœnam infligit. Atque viduam quidem ancillæ, quæ fornicata est, et scelere domini sui domum impleverit : virginem vero sponsæ adulterio pollutæ comparat. Idcirco virginem adulterorum pœnis subjici ; viduam autem instar ancillæ in flagitio deprehensæ puniri jubet. Viduam igitur, quod libidini longe proclivior sit quam virgo, ætate provectiorem eligi oportere, magnus Apostolus censuit. Hinc et sapientissimus ille Basilius, vicesimo quarto canone, de vidua, quæ in numerum viduarum relata postea nupserat loquens, addit: Quod si sexaginta annis minorem viduarum ordini ascripserimus, nostrum jam illud crimen, non mulierculæ fuerit.

ARIST. *Diaconissa, nisi quadraginta annos nata, non ordinatur. Ei vero quæ per matrimonium initum sacro muneri dedecus attulerit, anathema.*

Non oportet mulierem ante annum quadragesimum ordinari diaconissam. Si autem cum quadragesimum ætatis attigerit annum ordinetur, et post ordinationem in matrimonio versetur, ut injuriam Dei gratiæ faciens, anathematizetur.

CANON XVI.

Virginem, quæ se Domino Deo dedicavit, similiter et monachos non licere matrimonio conjungi.

[1] I Tim. v, 9.

εὑρίσθον οὐχ ἧττονα τῶν τεσσαράκοντα ἐτῶν γυναῖκα χειροτονεῖσθαι διάκονον ὁ παρὼν βούλεται κανών. Καὶ ὁ ιδ' δὲ καὶ ιε' κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ οἰκουμενικῆς συνόδου ὁμοίως φησὶ, καὶ τοὺς παρὰ τοὺς ὁρισθέντας ἐφ' ἑκάστῳ χρόνους χειροτονηθέντας καθαιρεῖσθαι κελεύει. Καὶ τεσσαράκοντα δὲ οὖσαν ἐνιαυτῶν τὴν γυναῖκα μετὰ ἀκριβοῦς δοκιμασίας χειροτονεῖσθαι βούλεται ὁ κανὼν οὗτος, τοῦ βίου καὶ τῆς διαγωγῆς αὐτῆς ἀκριβουμένης. Εἰ δὲ δέξεται τὴν χειροτονίαν, καὶ μετά τινα χρόνον ἀρνήσεται τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐπιδῷ ἑαυτὴν γάμῳ, ἀναθεματίζεσθαι, κἀκείνην καὶ τὸν αὐτῆς γαμέτην διακελεύεται. Ὁ δὲ μέγας ἀπόστολος Παῦλος Τιμοθέῳ ἐπιστέλλων, *Χήρα μὴ καταλεγέσθω*, φησὶν, *ἐλάττων ξ' ἐτῶν*. Διὰ τί οὖν, οὕτω διαταξαμένου τοῦ Παύλου, ἡ σύνοδος αὕτη τεσσαράκοντα ἐτῶν εἶναι τὴν χειροτονουμένην εἰς διακόνισσαν διετυπώσατο; Φασὶν οὖν ὅτι ὁ μὲν Ἀπόστολος περὶ χηρῶν διωρίσατο, ἡ δὲ σύνοδος αὕτη περὶ παρθένων. Ἡ γοῦν ἑαυτὴν μέχρι τοῦ τεσσαρακοστοῦ χρόνου ἐν ἁγνείᾳ τηρήσασα, καὶ ἀπείραστος μείνασα τῆς ἐκ συναφείας ἀνδρὸς ἡδονῆς, καὶ τὸ τῆς διακόνου χάρισμα δεξαμένη οὐ ῥᾳδίως πιστεύεται ἀποκλῖναι εἰς γάμον καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν μίξεως, ἧς οὔπω πεπείραται· ἡ δὲ χήρα, εὐνῆς ἀνδρὸς καταπολαύσασα, καὶ γευσαμένη τῆς ἐξ ἀνδρὸς μίξεως ἡδονῆς, μᾶλλον ἂν εἴη πρὸς τὸ πάθος ἐπικλινής. Διὸ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ιη' τῶν αὐτοῦ κανόνων οὐχ ὁμοίως παρθένον κανονικὴν ἐκπεσοῦσαν κολάζει, καὶ χήραν ἐπίσης ἁμαρτήσασαν, ἀλλὰ τὴν μὲν χήραν δούλῃ ἀπεικάζει πορνευθείσῃ, καὶ μύσους τὸν οἶκον τοῦ κυρίου αὐτῆς πλησάσῃ, τὴν δὲ παρθένον νύμφῃ μοιχευθείσῃ. Καὶ ταύτην μὲν τῷ τῆς μοιχείας ὑπάγει κρίματι· τὴν δὲ χήραν ὡς δούλην ἐπὶ πορνείᾳ ἁλοῦσαν καταδικάζει. Ὡς οὖν πρὸς τὸ πάθος τῆς μίξεως εὐκατάφορον μᾶλλον τὴν χήραν οὖσαν τῆς παρθένου ἐν χρόνῳ πλείονι κατατάττεσθαι ὁ μέγας Ἀπόστολος διετάξατο. Διὸ καὶ ὁ πολὺς τὴν σοφίαν Βασίλειος ἐν τῷ κανόνι περὶ χήρας μετὰ τὸ καταλεγῆναι εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν χηρῶν ἀνδρὶ συνοικησάσης διαλεγόμενος ἐπάγει· Ἐὰν μέντοι πρὸ ἑξήκοντα ἐτῶν ἀριθμήσωμεν αὐτὴν, ἡμέτερον τὸ ἔγκλημα, οὐ τοῦ γυναίου.

ΑΡΙΣΤ. *Διακόνισσα, εἰ μὴ τεσσαρακονταετὴς, οὐ γίνεται· τῇ δὲ διὰ γάμου τὴν λειτουργίαν ἐξυβρισάσῃ ἀνάθεμα.*

Οὐ δεῖ γυναῖκα πρὸ τεσσαράκοντα χρόνων χειροτονεῖσθαι διάκονον. Εἰ δὲ χρόνων τεσσαράκοντα οὖσα χειροτονηθῇ, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν γάμῳ προσομιλήσει, ὡς ἐξυβρίσασα τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ἀναθεματιζέσθω.

ΚΑΝΩΝ ΙϚ'.

Παρθένον ἀναθεῖσαν ἑαυτὴν τῷ Δεσπότῃ Θεῷ, ὡσαύτως καὶ μοναζοντας μὴ ἐξεῖναι γάμῳ προσ-

Digitized by Google

ομιλεῖν. Εἰ δέ τε εὑρεθεῖεν τοῦτο ποιοῦντες, ἔστωσαν ἀκοινώνητοι. Ὡρίσαμεν δὲ ἔχειν τὴν αὐθεντίαν τῆς ἐπ' αὐτοῖς φιλανθρωπίας τὸν κατὰ τόπον ἐπίσκοπον.

BALS. Τὸ παλαιὸν γυναῖκές τινες προσήρχοντο τῷ Θεῷ μετὰ λαϊκοῦ σχήματος, καὶ ὡμολόγουν παρθενεύειν. Διορίζονται τοίνυν οἱ Πατέρες τοὺς ὁμολογήσαντας τοῦτο, κἂν ἄνδρες εἶεν μονάζοντες, κἂν γυναῖκες, μὴ ἀφίστασθαι τῶν ὡμολογημένων, καὶ γάμοις προσομιλεῖν. Τοὺς δὲ παραβάτας τούτων ἀκοινωνήτους ἤτοι ἀφωρισμένους εἶναι. Τὴν μέντοι ἐξουσίαν τοῦ ἀφορισμοῦ ἤτοι τὴν ἐπέκτασιν ἢ τὴν μείωσιν τῷ ἐγχωρίῳ ἐπισκόπῳ ἀνέθετο. Σήμερον δὲ τέως ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει οὔτε παρθένοι μετὰ λαϊκοῦ σχήματος τῷ Θεῷ ἀνατίθενται, οὔτε παρθενών ἐστι. Μόνος δὲ ὁ ἅγιος μητροπολίτης ἐκεῖνος Θηβῶν ὁ Καλοκτένης ἐποίησε παρθενῶνα εἰς Θήβας, καὶ ἔταξε παρθένους ἐν αὐτῷ λαϊκάς. Διὸ καὶ ἔστι τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ αἰωνίζον, καὶ χάριν τούτου. Εἰ δὲ θέλεις εἰπεῖν τὰς ἀσκητρίας ταύτας παρθένους, οὐδὲν εὑρήσεις ἐμποδών, εἰ μήπω θέλεις ταύτας παρεικάσαι ταῖς μοναζούσαις διὰ τὴν ἀπόκαρσιν, καὶ τὰς ἐπ' Ἐκκλησίας συνθήκας αὐτῶν. Ἀνάγνωσον τὸν ιθ' κανόνα τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου, τῷ τῶν διγάμων ἐπιτιμίῳ ταύτας καθυποβάλλοντα, τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ μδ', καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ξ' καὶ ιθ'. Οἱ μὲν γὰρ ὡς πόρνους, οἱ δὲ ὡς μοιχοὺς τοὺς ἀθετητὰς τῶν ὁμολογιῶν αὐτῶν καταδικάζουσι. Μὴ γοῦν ἐναντιωθῇς τινι ἐξ αὐτῶν· ἀλλ' εἰπὲ ὅτι, ἐπεὶ παρὰ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἐπισκόπου τὰ τῶν ἐπιτιμίων ἀνετέθησαν, αὐτὸς τὸν ἁμαρτήσαντα κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ ἐπιτιμήσει μετὰ δοκιμασίας. Ἀνάγνωθι καὶ βιβλίον κη', τίτλον ς', κεφ. α' διοριζόμενον μὴ μόνον διασπᾶσθαι τὸν ἀθέμιτον γάμον, ἤτοι τὸν μετὰ συγγενοῦς καὶ τὸν παράνομον, ἤτοι τὸν μετὰ τῆς ἐπιτροπευομένης, καὶ τὸν κατάκριτον δηλονότι τὸν μετὰ τῆς τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένης· ἀλλὰ καὶ δημεύεσθαι τοὺς συναλλάξαντας καὶ ἐξορίζεσθαι, εὐτελεῖς δὲ ὄντας καὶ μαστίζεσθαι. Ὥστε οὐ μόνον τα τῆς Νεαρᾶς γενήσονται, ἀλλὰ καὶ ἐπιτίμια ἐπακολουθήσουσι.

Sin autem hoc fecisse inventi fuerint, sint excommunicati. Ostendendæ autem in eos humanitatis auctoritatem haberę statuimus episcopum ejus loci.

BALS. Olim quædam mulieres cum laicali habitu ad Deum accedebant, et virginitatem profitebantur. Definiunt ergo Patres eos qui hoc professi fuerint, sive sint viri monachi, sive mulieres, ab iis, quæ voverunt ac professi sunt, non discedere, nec matrimonio conjungi debere. Horum autem transgressores excommunicatos esse seu segregatos. Segregationis autem potestatem, ejusque vel extensionem, vel diminutionem, illius loci episcopo attribuerunt. Hodie autem Constantinopoli nec sunt virgines cum laicali habitu Deo consecratæ, nec est virginum domicilium (quod Parthenon dicitur.) Solus autem sanctus ille Thebarum metropolitanus Caloctenes fecit Thebis parthenonem, et laicas in ipso virgines ordinavit. Et ideo æternum hoc est ejus monumentum, eique eo nomine gratia agenda est. Si autem velis etiam has ascetrias dicere virgines, nihil impedimenti invenies, nisi eas etiam velis monachis assimilare propter tonsuram, et quod earum pacta conventa seu vota fiant in Ecclesia. Lege 19 can. synodi Ancyranæ, quæ bigamorum eas pœnis subjicit: syn. in Trul. 44, Basilii Magni 60 et 19. Hi enim ut fornicatores, illi vero ut adulteros, qui vota sua non servaverint, condemnant. Ne ergo in aliquo eorum repugnantiam esse existimes: sed dic, quod quoniam episcopi potestati pœna permissa est, ipse peccato rem pro arbitrio puniet cum examinatione. Lege et librum xxviii, tit. 6, cap. 1, in quo decernitur non solum separari illicitas nuptias, utpote cum cognata, easve quæ præter legum præcepta fiunt, aut cum ea, cujus is, qui ipsam ducit, tutelam gerit; et nefarias seu damnatas, ejus scilicet quæ Deo dedicata est: sed et eos, qui contraxerunt, publicari et segregari, et si sint humilis loci etiam flagellis cædi. Quamobrem non solum fiet quod jubet Novella, sed etiam pœnæ consequentur.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ὁμολογήσαντας παρθενεύειν, κἂν ἄνδρες εἶεν, κἂν γυναῖκες, ὡς ἀνάθημα ἑαυτοὺς προσαγαγόντας τῷ Θεῷ, βούλεται ὁ κανὼν τὴν ὁμολογίαν φυλάττειν, καὶ μὴ παραβάτας τῶν ὡμολογημένων εὑρίσκεσθαι. Εἰ γὰρ τὰς πρὸς ἀλλήλους ὁμολογίας ἐμπεδοῖ Θεὸς μέσος παραληφθεὶς κατὰ τὴν θεολόγων φωνὴν (13). πόσος ὁ κίνδυνος, ὧν πρὸς αὐτὸν ἐθέμεθα συνθηκῶν, τούτων παραβάτας εὑρίσκεσθαι; Εἰ δέ τινες εὑρεθεῖεν μετὰ τὴν ὁμολογίαν γάμον ἐλόμενοι ἀκοινωνήτους ἤτοι ἀφωρισμένους εἶναι τούτους ὁ κανὼν διατάττεται· τὴν δὲ ἐξουσίαν τοῦ φιλανθρωπεύσασθαι ἴσως καὶ λῦσαι τὸ ἐπιτίμιον αὐτοῖς ἢ ἐλαφρῦναι, καὶ τὸν χρόνον

133 ZONAR. Qui se viri aut feminæ virginitatis legibus astringentes Deo instar anathematis devoverunt, in suscepto consilio permanere, ac promissi fidem nullo modo infirmare canon jubet. Si namque hominum inter se conventa Deo quasi advocato aut astipulatore, ex theologorum sententia, firmari solent, quid illi factum iri arbitrabimur, qui fidem ipsi Deo voluntaria pactione obligatam fallere non dubitarit? Quicunque igitur professione continentiæ edita, deinde se nuptiis alligarint, communione privatos, hoc est, segregationi obnoxios esse decernit: sed ita tamen, ut clementiæ aliquid hujusmodi hominibus impartiri, totamque pœnam,

Guill. Beveregii notæ.

(13) *Κατὰ τὴν θεολόγων φωνήν.* Codex Amerbachianus legit, κατὰ τὴν τοῦ Θεολόγου φωνήν.

Digitized by Google

ve ejus partem aliquam condonare, deque temporis præfiniti summa, quod libitum fuerit, deducere episcopo liceat. Ac Ancyranæ quidem synodi decimus nonus canon : Qui se virginitatis voto, dicit, obligavere, si fidem promissi fregerint, digamorum legibus judicentur. Trullanæ autem sextæ synodi quadragesimus quartus canon : Monachus, ait, qui cum scorto deprehensus fuerit, uxoremve duxerit, scortatorum pœnas luat. At vero magni Basilii can. 60 : Quæcunque virginitatem professa mulier a proposito defecerit, pœnas adulterio in vitæ suæ dispensatione constitutas jubetur expendere. Eademque lege monachos si peccarint, teneri placet. Quos etiam, si monachatum professi se ad vitam mollem voluptariamque postea converterint, scortatorum pœnis teneri ejusdem Basilii undecimo canone decretum est.

A

B

ARIST. *Monachi vel moniales matrimonium ne contrahant, quod si fecerint, excommunicentur.*

Hi promisso suo excidentes, et fœdera sua violantes, excommunicationi subjiciuntur. At sexagesimus Basilii magni canon fornicationis pœnæ eos subjicit.

CANON XVII.

Quæ sunt in unaquaque provincia, rurales viconasque parochias, firmas et inconcussas manere apud eos qui illas tenent episcopos : et maxime si triginta annorum tempore eas sine vi detinentes administraverint. Si autem intra triginta annos fuit aliqua vel fuerit de iis controversia, licere iis qui injuriam sibi fieri dicunt, de iis litem movere apud synodum provinciæ. Si quis autem injuria afficiatur a proprio metropolitano, apud exarchum diœ-

C

Τὰς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἀγροικικὰς (14) παροικίας ἢ ἐγχωρίους μένειν ἀπαρασαλεύτους παρὰ τοῖς κατέχουσιν αὐτὰς ἐπισκόποις, καὶ μάλιστα εἰ τριακονταετῆ χρόνον ταύτας ἀδιάστως κατέχοντες ᾠκονόμησαν. Εἰ δὲ ἐντὸς τῶν τριάκοντα ἐτῶν γεγένηταί τις ἢ γένοιτο περὶ αὐτῶν ἀμφισβήτησις, ἐξεῖναι τοῖς λέγουσιν ἀδικεῖσθαι, περὶ τούτων κινεῖν παρὰ ἰδίου μητροπολίτου, παρὰ τῷ ἐξάρχῳ τῆς διοικήσεως (15)

Οὗτοι τῆς ἐπαγγελίας αὐτῶν ἐκπεσόντες, καὶ τὰς συνθήκας αὐτῶν ἀθετήσαντες, ἀκοινωνησίᾳ ὑπόκεινται. Ὁ δὲ ἑξηκοστὸς κανὼν τοῦ μεγάλου Βασιλείου τῷ τῆς μοιχείας ἐπιτιμίῳ τούτους καθυπάγει.

ΚΑΝΩΝ. ΙΖ.

Guill. Beveregii notæ.

« Τοὺς προφάσει βαρβαρικῆς ἐπιδρομῆς, ἢ ἄλλως « πως ἐκ περιστάσεως μετανάστας γεγονότας « κληρικοὺς, ἡνίκα δ' ἂν ὁ τρόπος αὐτοῖς ἀπο- « παύσηται, ἢ αἱ τῶν Βαρβάρων ἐπιδρομαὶ, δι' « ἃς τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο, αὖθις ἐν ταῖς « οἰκείαις ἐκκλησίαις προστάσσομεν ἀνέρχεσθαι, « καὶ μὴ ἐπὶ πολὺ ταύτας ἀπροφασίστως κατα- « λιμπάνειν. Εἰ δέ τις μὴ κατὰ τὸν παρόντα διά- « γένηται κανόνα, ἀφοριζέσθω, μέχρις ἂν πρὸς « τὴν οἰκείαν ἐκκλησίαν ἐπαναδράμοι. Τὸ αὐτὸ « δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῷ κατέχοντι αὐτὸν ἐπισκόπῳ « γινέσθω. »

CANON XVIII.

Eos qui barbaricæ incursionis prætextu, vel aliquo « alio modo propter aliquam circumstantiam emi- « grarunt, clericos, postquam modus ille ac cir- « cumstantia cessarit, vel barbaricæ incursiones, « propter quas secesserant, rursus in suas jube- « mus ecclesias reverti, nec eas diu absque ulla « occasione relinquere. Si quis autem, non ut « præsens vult canon, abfuerit, segregetur, « donec ad suam ecclesiam redeat. Hoc ipsum « autem etiam in eo fiat episcopo, qui illum de- « tinet.

C

ΒΑΛΣ. Μεγάλων εἰσὶν ἐγκωμίων ἄξιοι οἱ Πατέρες. Τῆς γὰρ ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας καὶ τῆς τιμῆς ἑκάστου τῶν ἐπισκόπων φροντίζοντες, ὥρισαν τοὺς διά τινας εὐλόγους αἰτίας μεταναστάντας κληρικοὺς χωρὶς ἀπολυτικῆς γραφῆς τῶν χειροτονησάντων αὐτοὺς πάλιν δραμεῖν εἰς τὸν οἰκεῖον κλῆρον, παρελθούσης τῆς περιστάσεως δι' ἣν ἀνεχώρησαν· καὶ μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας εἰς ἑτέρας ἐκκλησίας κατατάττεσθαι. Τὸν δὲ μὴ πειθόμενον ὑποστρέψαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν κατέχοντα τοῦτον ἐπίσκοπον ἀφορίζεσθαι. Εἴποι δέ τις ὡς, εἰ μὲν ἐπίσκοπος τοιοῦτόν τι ποιήσει, παρὰ τοῦ μητροπολίτου ἀφορισθήσεται· ὡσαύτως, καὶ ἐὰν μητροπολίτης καταφρονήσῃ τοῦ κανόνος, παρὰ τοῦ πατριάρχου κολασθήσεται. Εἰ δὲ αὐτοκέφαλος ἀρχιεπίσκοπος ἢ πατριάρχης χωρὶς τοῦ Κωνσταντινουπόλεως (οὗτος γὰρ ἔλαβεν ἐξουσίαν οἵαν εἴπομεν), ὑπὸ τοῦ κανόνος ἁλίσκεται, παρὰ τίνος ἀφορισθήσεται; Οἶμαι οὖν παρὰ τοῦ μείζονος ἀρχιερέως.

BALS. Magnis laudibus digni sunt Patres. Ecclesiastici enim ordinis et uniuscujusque episcopi honoris curam gerentes, statuerunt clericos, qui propter justas aliquas ac probabiles causas, sine eorum a quibus ordinati **177** sunt dimissoriis litteris, emigrarunt, ad suum clerum reverti, cum illa præterierit circumstantia propter quam secesserunt; nec eis licere in aliarum ecclesiarum catalogum referri: eum autem, cui persuaderi non potest ut redeat, quinetiam et episcopum qui ipsum detinet, segregari. Dixerit autem quispiam, [quod si episcopus quidem tale quid fecerit, a metropolitano excommunicabitur: similiter et si metropolitanus canonem contempserit, a patriarcha punietur. Si autem archiepiscopus, qui est primas et caput, vel patriarcha, præter Constantinopolitanum (is enim habet eam quam diximus facultatem) quod canonem transgressus sit, convincatur, a quo excommunicabitur? Existimo ergo, quod a majore pontifice.

D

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς κληρικοὶ διὰ Βαρβάρων ἐφόδους, ἢ φορολόγων ἀπανθρωπίας, ἢ λιμὸν ἴσως τῇ χώρᾳ αὐτῶν ἐπισυμβάντα, ἢ καὶ δι' ἑτέρας αἰτίας μεταναστεύοντες εἰς χώρας ἄλλας ἀπίασι. Τοὺς οὖν τοιούτους βούλεται ὁ κανὼν, τῆς αἰτίας διαλυθείσης, δι' ἣν μετανάσται τῶν ἰδίων γεγόνασι πόλεων καὶ ἐκκλησιῶν, εἰς αὐτὰς ὑποστρέφειν, καὶ μὴ ἐπιμέ-

ZONAR. Vel incursionibus Barbarorum, vel acerbitate illorum qui tributa exigunt, vel fortasse fame regionem occupante, vel ob alias ejusmodi causas aliquando fiebat, ut in alienas terras, domestica sede relicta, migrare clerici quidam cogerentur. Eos igitur, ubi primum causa illa, propter quam sese ab urbibus ecclesiisque suis abjunxere, sublata

Digitized by Google

fuerit, ad eas reverti, neque diutius in externa regione ad quam accesserunt, prætextu cessante peregrinari canon jubet. Clericos autem, qui non redeunt, ut ecclesias in quibus ordinati sunt, sine causa relinquentes, et aliis vacantes segregari jubet, usque dum ad ecclesiam, e qua emigrabant, revertantur : ipsum porro episcopum qui eos admisit et detinet, segregationi subjicit, quandiu eos detinet.

A νειν τῇ χώρᾳ, ᾗ προσεληλύθασι, τῆς προφάσεως, παρελθούσης· τοὺς δὲ μὴ ἐπανιόντας κληρικοὺς, ὡς ἀπροφασίστως τὰς ἐκκλησίας καταλιμπάνοντας, ἐν αἷς κατετάχθησαν, καὶ ἑτέραις σχολάζοντας, ἀφορίζεσθαι κελεύει, ἕως ἂν ἐπανέλθωσι πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἐξ ἧς ὑπεχώρησαν· καὶ τὸν ἐπίσκοπον δὲ τὸν δεξάμενον καὶ κατέχοντα αὐτοὺς ἀφορισμῷ ὑποτίθησι, μέχρις ἂν κατέχῃ αὐτούς.

ARIST. « Qui barbaricam propter incursionem « emigravit cessante incursione, ad ecclesiam « in cujus clerum cooptatus est revertatur. « Sin minus, una cum eo, ad quem accessit, « segregatur. »

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ διὰ βαρβαρικὴν ἐπιδρομὴν μετανά- « στης, παυσαμένης τῆς ἐπιδρομῆς, παλινοστείτω « πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ᾗ κεκλήρωται· εἰ δὲ μή, « μετὰ τοῦ προσειληφότος ἀφορίζεται. »

B Clericus, qui sine causa aliqua necessaria ab ecclesia in qua in clerum cooptatus fuit, recedit, et aliam adit ecclesiam, et ab episcopo qui ibi est admittitur, et inter clericos ejus recensetur, deponitur, una cum eo qui eum admisit ut canon decimus septimus ante scriptus decernit. Qui autem ob Barbarorum incursionem aut aliam circumstantiam causamve justam ecclesia sua emigrat clericus, si, causa illa ob quam migravit cessante, ad ecclesiam suam, in qua in clerum cooptatus fuit, non vult redire, segregatur, una cum episcopo qui eum retinet, usque dum ad eam recurrat. Causa autem, propter quam hic quidem segregatur, ille autem deponitur, justa est. Nec enim ut ille, sic hic, ab initio sine justa causa recessit. Quandoquidem ille C eum, qui ordinationem ipsi imposuit, quantum in eo fuit, injuria et probro non affecit sed necessario hoc fecit.

Ὁ μὲν μὴ διά τινα περίστασιν ἀναχωρήσας κληρικὸς τῆς ἐκκλησίας ᾗ ἐκληρώθη, καὶ πρὸς ἑτέραν ἀπελθὼν ἐκκλησίαν, καὶ παρὰ τοῦ ἐκεῖσε ἐπισκόπου προσδεχθείς, καὶ τοῖς κληρικοῖς αὐτοῦ συγκαταλεγείς, καθαιρεῖται σὺν τῷ προσδεξαμένῳ αὐτὸν, καθὼς ὁ προγραφεὶς ἑπτακαιδέκατος ὁρίζει κανών. Ὁ δὲ δι' ἐπιδρομὴν Βαρβάρων ἢ περίστασιν ἄλλην μετανάστης τῆς ἰδίας ἐκκλησίας γενόμενος κληρικὸς, ἐὰν, τοῦ αἰτίου δι' ὃ ὑπεχώρησεν ἐπιλείψαντος, οὐ θελήσει πάλιν ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ ἐν ᾗ ἐκληρώθη, ἀφορίζεται σὺν τῷ κατέχοντι αὐτὸν ἐπισκόπῳ, μέχρις ἂν πρὸς αὐτὴν ἐπαναδράμῃ. Ἡ δὲ αἰτία, δι' ἣν μὲν οὗτος ἀφορίζεται, ἐκεῖνος δὲ καθαιρεῖται, εὔλογος· οὐδὲ γὰρ, ὡς ἐκεῖνος, καὶ οὗτος ἐξ ἀρχῆς ὑπεχώρησεν ἄνευ εὐλόγου αἰτίας. Καὶ ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ τὸν τὴν χειροτονίαν αὐτῷ ἐπιτεθεικότα οὐ περιύβρισε καὶ κατῄσχυνεν, ἀλλὰ δι' ἀνάγκην τοῦτο πεποίηκε.

CANON XIX.

« Quod oportet eos qui præsunt ecclesiis, in omni- « bus quidem diebus, sed præcipue Dominicis, « omnem clerum et populum docere pietatis et « rectæ religionis eloquia, ex divina Scriptura « colligentes intelligentias et judicia veritatis, et « non transgredientis jam positos terminos, vel « divinorum Patrum traditionem : sed et si ad « Scripturam pertinens controversia aliqua exci- « tata fuerit, ne eam aliter interpretentur, quam D « ut Ecclesiæ luminaria et doctores suis scriptis « exposuerunt; et majorem ex iis laudem asse- « quantur, quam si proprios sermones compo- « nant, ne dum quandoque ad id hæsitant, ab eo « quod convenit, excidant. Per dictorum enim « Patrum doctrinam, populi, ad eorum quæ sunt « bona et expetenda, et inutilia ac rejicienda, « cognitionem venientes, vitam in melius compo- « nunt, nec ignorantiæ **178** vitii convincuntur, « sed doctrinæ mentem adhibentes, seipsos ad « id, ne mali quid eis accidat, excitant, et im-

ΚΑΝΩΝ ΙΘ'.

« Ὅτι δεῖ τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας ἐν πάσῃ « μὲν ἡμέρᾳ, ἐξαιρέτως δὲ ταῖς Κυριακαῖς, « πάντα τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν ἐκδιδάσκειν τοὺς « τῆς εὐσεβείας λόγους, ἐκ τῆς θείας Γραφῆς « ἀναλεγομένους τὰ τῆς ἀληθείας νοήματά τε καὶ « κρίματα, καὶ μὴ παραβαίνοντας τοὺς ἤδη τε- « θέντας ὅρους ἢ τὴν ἐκ τῶν θεοφόρων Πατέρων « παράδοσιν· ἀλλὰ καὶ εἰ γραφικὸς ἀνακινηθείη « λόγος, μὴ ἄλλως τοῦτον ἑρμηνευέτωσαν ἢ ὡς « ἂν οἱ τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρες καὶ διδάσκα- « λοι διὰ τῶν οἰκείων συγγραμμάτων παρέθεντο· « καὶ μᾶλλον ἐν τούτοις εὐδοκιμείτωσαν ἢ λόγους « οἰκείους συντάττοντες, ἵνα μὴ ἔστιν ὅτε πρὸς « τοῦτο ἀπόρως ἔχοντες ἀποπίπτοιεν τοῦ προσή- « κοντος. Διὰ γὰρ τῆς τῶν εἰρημένων Πατέρων « διδασκαλίας οἱ λαοὶ, ἐν γνώσει γινόμενοι τῶν τε « σπουδαίων καὶ αἱρετῶν καὶ τῶν ἀσυμφόρων « καὶ ἀποβλήτων, τὸν βίον μεταῤῥυθμίζουσι πρὸς « τὸ βέλτιον, καὶ τῷ τῆς ἀγνοίας οὐχ ἁλίσκονται « πάθει, ἀλλὰ προσήκοντες τῇ διδασκαλίᾳ (80),

Guill. Beveregii notæ.

(80) Ἀλλὰ *προσήκοντες τῇ διδασκαλίᾳ*. Legendum juxta ms. Amerbachianum, προσέχοντες τῇ διδασκαλίᾳ.

Digitized by Google

« ἑαυτοὺς πρὸς τὸ μὴ κακῶς παθεῖν παραθήγου- A
« σιν, καὶ φόβῳ τῶν ἐπηρτημένων τιμωριῶν
« τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῖς ἐξεργάζονται (81). »

ΒΑΛΣ. Διδάσκαλοι τῶν ἐκκλησιῶν οἱ ἐπίσκοποι καθίστανται· καὶ διὰ τοῦτό φησιν ὁ κανὼν ἔχειν τούτους πᾶσαν ἀνάγκην καὶ ἀεὶ μὲν διδάσκειν τὸν ὑπ' αὐτοὺς λαὸν, πολλῷ δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς Κυριωνύμοις, ἐν αἷς εἰώθασιν ἅπαντες σχεδὸν τῇ ἐκκλησίᾳ προσεδρεύειν, τῶν ἐργοχείρων αὐτῶν ἀπαλλαττόμενοι. Διδάσκειν δὲ τούτους διορίζεται οὐ παρεκβατικώτερά τινα καὶ οἰκοθεν, ἀλλ' αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων παραδοθέντα. Καὶ οἱ μὲν Πατέρες ταῦτα· τινὲς δὲ ἀμελοῦσι τοῦ τοιούτου αὐτῶν ἐπαγγέλματος, διὰ τὸ μὴ ἐπισείεσθαι αὐτοῖς, ὡς ἔικε, ποινήν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὡς ἀπὸ τοῦ νη' κανόνος τῶν ἁγίων ἀποστόλων μεγάλως οὗτοι κολάζονται. Φησὶ γὰρ, Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἀμελῶν τοῦ κλήρου ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ τῇ ῥᾳθυμίᾳ, καθαιρείσθω. Σημείωσαι οὖν ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι τὸ διδάσκειν τὸν λαὸν μόνοις ἐνεδόθη τοῖς ἐπισκόποις, καὶ οἱ διδάσκαλοι τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας (82) δικαίῳ τοῦ πατριάρχου διδάσκουσι. Παρίσταται δὲ τοῦτο καὶ ἀπὸ τῆς Νεαρᾶς τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, τῆς ὑποτυπούσης ὅπως καὶ τίνες ὀφείλουσι ψηφίζεσθαι εἰς τὰς ἐκκλησίας, καὶ τυπωσάσης τοῖς διδασκάλοις πᾶσι, τοῖς τε ἐντὸς οὖσι δηλαδὴ τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀνὰ νομισμάτων λίτρας τρεῖς (83), καὶ ἀνὰ

« minentium suppliciorum metu sibi salutem pro- A
« curant. »

BALS. Episcopi ecclesiarum doctores constituuntur : et propterea dicit canon eis omnino necesse esse, cui præsunt populum semper docere, et multo magis in diebus Dominicis : in quibus omnes fere solent in ecclesiis interesse, ut qui a suis artificiis operibusque cessent. Eos autem docere oportere decernit, non quæ nimiam continent digressionem, et pro arbitrio, sed ea quæ a sanctis Patribus tradita sunt. Et Patres quidem hæc. Nonnulli autem hujusmodi præceptum negligunt, eo quod, ut est verisimile, eis pœna non infligatur : ut mihi autem videtur, etiam a 58 canone sanctorum apostolorum B hi valde puniuntur. Dicit enim : Episcopus vel presbyter clerum vel populum negligens, et eos pietatem non docens, segregetur : sin autem in socordia perseveret, deponatur. Nota ergo ex hoc canone, quod populum docere solis episcopis datum est, et Magnæ ecclesiæ doctores patriarchæ jure docent. Hoc autem etiam ostenditur ex Novella illustris imp. domini Alexii Comneni, quæ describit, et quomodo et quinam debent in ecclesiis eligi, et decernit omnibus doctoribus, tam iis qui sunt extra ecclesiam, quam iis qui sunt intra, singulis tres numismatum libras, et singulis frumenti modios quinquaginta ; et hæc aperte decidit. Sit autem et hic doctoribus honor tributus ut iterum in propriis

Guill. Beveregii notæ.

(81) *Αὐτοῖς ἐξεργάζονται.* In ms. nostro Bodleiano post ista verba, et ante Balsamonis ἑρμηνειαν, hæc habentur : Σημείωσον τὸν παρόντα κανόνα, καὶ θαύμασον πῶς σήμερον ἀμελεῖται. Ὁ γὰρ ὁσιώτατος πατριάρχης ἐκεῖνος κύριος Ἰωάννης ὁ τοῦ Χαλκηδόνος καθ' ἑκάστην Κυριακὴν ἐδίδασκε, διὰ καὶ εὑρίσκονται αἱ διδασκαλίαι αὐτοῦ ἐν βιβλίῳ ἰδιαιτάτῳ. *Nota præsentem canonem, et mirare quomodo hodie negligitur. Namque sanctissimus ille patriarcha dominus Joannes, cognomento Chalcedonius, qualibet Dominica die docebat : quamobrem etiam sermones ejus in peculiari libro invenientur.* Joannes ille Chalcedonius patriarcha erat Constantinopolitanus, Alexio Comneno imperante. De eo enim in serie episcoporum Byzantii hæc dicuntur, Ἰωάννης ὁ ἱερομνήμων ὁ ἐπιλεγόμενος τοῦ Χαλκηδόνος· ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ καὶ Ἰωάννου τοῦ Πορφυρογεννήτου, ἔτη κγ'. In *Juris Gr. Rom.* t. IV, p. 302. Dicta autem verba in nullo alio codice leguntur, et ab alia quam Balsamonis D manu scripta videntur ; nam cum initio ejus interpretationis hujus canonis nequaquam cohærent.

(82) *Οἱ διδάσκαλοι τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας.* Patriarcham Constantinopolitanus officialem sub se constitutum habere solitus est, qui ipsius loco Evangelium populo interpretabatur, a docendi munere διδάσκαλος dictus. Ejus officium in catalogo officialium Ecclesiæ Constantinopolitanæ sic describitur Ὁ διδάσκαλος ἑρμηνεύει τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, εἰ δυνατός ἐστι, ὁμοίως καὶ τὸ ψαλτήριον· κρατῶν καὶ τὰ σχόλια τῆς ἐπισκοπῆς· ἔστι καὶ οἰκέτης τῆς τρίτης πεντάδος. Balsamon autem eos plures fuisse hoc loco indigitat, dicens διδασκάλους τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας. Erant nimirum numero quatuor, ὁ τοῦ Εὐαγγελίου, ὁ τοῦ ἀποστόλου, ὁ τοῦ ψαλτηρίου, et omnium præcipuus, οἰκουμενικὸς dictus, qui tamen omnes non suo sed patriarchæ nomine populum docebant, uti Balsamon hoc loco tradidit. Dicti sunt autem et ῥήτορες τῆς Ἐκκλησίας a Pachymere, in Vita Michaelis ; et sedes eorum in ecclesia, unde docere consueti sunt, ῥητορικὸς θρόνος appellatur a Niceta Choniate in Manuel. Comnen. l. VII.

(83) *Ἀνὰ νομισμάτων λίτρας τρεῖς.* In ms. nostro Bodleiano pro ἀνὰ νομισμάτων scribitur abbreviate ἀνὰ χτ' quomodo etiam is, qui Parisiensem Balsamonis editionem procuravit, legisse videtur, quippe qui scripsit τχ'. Eamdem etiam abbreviaturam in mss. Amerbachiano hoc loco usurpatam esse testatur doctissimus vir Joan. Rodolphus Welstenius, qui omnes variantes lectiones summa diligentia ex eodem collegit ; et de eadem hæc insuper adnotavit. Sic, inquit, in cant. 19, Trull. Bals. 381, A. 3, legimus ἀνὰ τχ' λίτρας. ms. habet χτ' λίτρας, Bonefidius lib. I. Jur. Or. p. 48, legit τραχέων, quod etiam Hervetus in suo exemplari agnoscit. Idem vero interpretatur *legumina* : male opinor. Quid enim tres leguminum libræ ad quinquaginta modios frumenti comparatæ ? Bonefidius vertit, *Asperorum libras* : propius ad rem, ni fallor. Certe Asperi, ἄσπρα, vocantur nummi quidam argentei a Græcis hodiernis, qui dein eo nomine per synecdochen quodlibet argentum indigitant : ut cum de opulento dicunt Πολλὰ ἔχει ἄσπρα, *Multos habet nummos*, seu multas pecunias. Conjecturam juvat analogia. Etenim J. Meursius in Glossario Græcobarbaro ἄσπρον interpretatur *Album*. Similiter, ab ἀργὸν *album* formantur ἄργυρος *argentum*, pro nummis. Noti sunt *Albi*, nummuli argentei, Francofurtum et urbes ac regiones circumlustrantibus. Sed, inquis, unde τραχέα illa ? Fateor, nec ipse scio. Nec enim occurrit mihi apud

Digitized by Google

ecclesiis, propter quas secesserunt, statim post officiales proximi patriarchæ assideant, tanquam ejus personam repræsentantes. Et audimus enim, quod qui pontificis locum tenet, maximum habet honorem, et huic rei nemo poterit contradicere. Et rursum qui autem et verbo et opere digni sunt quorum ratio habeatur, ad doctrinæ ministerium introducantur, et per docendi munera ad officia provehantur. Propterea enim, mortuo qui pro tempore patriarcha, nec ipsi docere possunt.

A σίτου μοδίους πεντήκοντα, καὶ διοριζομένης ἐν μέρει ταῦτα ῥητῶς. Ἔστω καὶ αὗτη τοῖς διδασκάλοις, δι' ἃς τὴν ἀναχώρησιν ἐποιήσαντο, αὖθις ἐν ταῖς οἰκείαις ἐκκλησίαις ἀπονενεμημένη τιμή, τὸ εὐθὺς μετὰ τοὺς ἄρχοντας ἱστασθαι, τῷ ἀγιωτάτῳ πατριάρχῃ παρισταμένους, ὡς ἐκπροσωποῦντας αὐτῷ. Καὶ ἀκούομεν γὰρ τὸν πληροῦντα τὸν τοῦ ἀρχιερέως τόπον μεγίστην ἔχειν ἀεὶ τιμήν· καὶ οὐδεὶς πρὸς τοῦτο δυνήσεται ἀντειπεῖν. Καὶ πάλιν· Οἱ δὲ ἀξιόλογοι κατά τε λόγον καὶ πρᾶξιν εἰσηγέσθωσαν εἰς τὴν τῆς διδασκαλίας διαχονίαν, καὶ διὰ τῶν διδασκαλικίων προβαινέτωσαν εἰς τὰ ἀρχοντίκια. Διὰ γὰρ τοῦτο, καὶ τελευτήσαντος τοῦ κατὰ καιροὺς πατριάρχου, οὐδὲ αὐτοὶ δύνανται διδάσκειν.

ZONAR. Et apostolico quinquagesimo octavo canone in episcopum, qui cleri populique sibi commissi curam obire, eosque religiosæ vitæ præceptis erudire neglexerit, segregatio primum, ac nisi postea socordiam exuerit, depositionis quoque pœna constituta est. Et magnus præterea Paulus, dum in ea quæ est ad Timotheum epistola formam conditionesque episcopi describit, docendi quoque facultate præditum esse oportere demonstrat[79]. Ad Titum quoque scribens; *Oportet*, inquit, *episcopum amplecti eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere*[80]. Hæc, et synodi hujusce Patres secuti, hoc edito canone, cum aliis quoque, tum Dominicis præsertim diebus, episcopi oratione populum ad pia religionis studia informari, ac institui jubent. Per eos enim dies vacationem a laboribus nacti homines in ecclesiam conveniunt, et divinas Scripturas audiunt. Quocirca si istis præsertim diebus doceant, majorem exinde fructum populus feret. Quæ porro doceant, non ab ipsis inventa, sed ex sacris Litteris repetita proferri volunt, quarum quidem explicationem ex sanctorum Patrum fontibus hauriant, non ipsi sibi ex ingenio suo arbitrioque confingant. Si enim judicio in ea re suo uterentur, hærebunt forsitan nonnunquam et a vero aberrabunt. Sanctorum vero Patrum præceptis instituta atque imbuta multitudo, quid potissimum sequi **179** quidve fugere oporteat, sine controversia dijudicare, moresque suos ad virtutis normam conformare facile poterit, neque transversam divini imperii ignoratio aget, seque ab omnibus vitiorum maculis futuri supplicii recordatione puram integramque conservabit.

ZΩΝΑΡ. Καὶ ὁ πεντηκοστὸς ὄγδοος τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν τὸν ἀμελοῦντα ἐπίσκοπον τοῦ οἰκείου κλήρου ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ ἐκπαιδεύοντα αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν ἀφορίζει, ἐπιμένοντα δὲ τῇ ῥᾳθυμίᾳ καὶ καθαιρεῖ. Καὶ ὁ μέγας Παῦλος Τιμοθέῳ μὲν ἐπιστέλλων, καὶ οἷον δεῖ τὸν ἐπίσκοπον εἶναι διατασσόμενος, καὶ διδακτικὸν αὐτὸν τυγχάνειν παρακελεύεται. Τῷ δέ γε Τίτῳ γράφων, *Ἀντέχεσθαι δεῖν φησι τὸν ἐπίσκοπον τοῦ κατὰ διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν.* Τούτοις καὶ οἱ τῆς συνόδου ταύτης ἑπόμενοι τὸν παρόντα κανόνα ἐξέθεντο, ἀεὶ μὲν δεῖν λέγοντες τοὺς ἐπισκόπους διδάσκειν τὸν λαὸν τοὺς τῆς εὐσεβείας λόγους, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς Κυριακαῖς. Ἐν γὰρ αὐταῖς σχολάζοντες ἐκ τῶν ἔργο χείρων αὐτῶν οἱ ἄνθρωποι συνέρχονται εἰς τὰς ἐκκλησίας, καὶ ἀκροῶνται τῶν θείων Γραφῶν. Εἰ οὖν ἐν ταύταις μᾶλλον διδάσκουσι, πλείων ἔσται καὶ ἡ ὠφέλεια τοῦ λαοῦ. Διδάσκειν δὲ αὐτοὺς βούλονται μὴ οἰκοθεν, ἀλλ' ἐκ τῆς θείας Γραφῆς, καὶ ταύτην ἑρμηνεύειν κατὰ τὴν τῶν θείων Πατέρων ἐξήγησιν, ἀλλὰ μὴ ἐξ οἰκείων νοημάτων καὶ λογισμῶν. Εἰ γὰρ τοῖς οἰκείοις, φασὶ, χρῶνται λογισμοῖς, ἴσως καὶ ἀπορήσουσί ποτε, καὶ ἐκπεσοῦνται τοῦ προσήκοντος· ἐκ δὲ τῆς τῶν θείων Πατέρων διδασκαλίας γνώσονται οἱ λαοὶ τίνα μὲν δεῖ αἱρεῖσθαι, τίνα δὲ ἀποτρέπεσθαι, καὶ τὴν οἰκείαν ζωὴν ἀπευθυνοῦσι πρὸς ἀρετήν, ἐκφεύγοντες τὸ ἐξ ἀγνοίας τῶν θείων ἐντολῶν ὀλισθαίνειν εἰς ἁμαρτήματα, καὶ φόβῳ τῶν μελλουσῶν κολάσεων ἐκ τῆς κακίας ἀναστελλόμενοι.

B

C

ARIST. « Præsul Ecclesiæ Dominicis præsertim « diebus dogmata doceat, et interpretetur, non

D ΑΡΙΣΤ. « Ὁ προεστὼς Ἐκκλησίας κατ' ἐξαίρετον « ταῖς Κυριακαῖς διδασκέτω τὰ δόγματα· καὶ

[79] 1 Tim. III, 2 et seqq. [80] Tit. I, 8, 9.

Guill. Beveregii notæ.

Græcos scriptores. Interim cum in Græcia etiamnum in usu esse memorentur *asperi*, sc. nummi, vel *aspera* numismata, et hæc vox Latina sit, verisimile est a Græcis τραχέας a τραχύς dictos. Hactenus cl. v. Wetstenius. Cum autem alibi non constet, aliquod nummi genus Græce τραχέας dictum, commode accidit, ut post Enimundum Bonefidium, qui ἀνὰ τραχέων legit, eruditissimus vir Joannes Leunclavius Jus Græco-Romanum ex variis Europæ Asiæque bibliothecis eruerit, ubi inter alios, hunc ipsum Balsamonis locum p. 145, edidit, legitque ἀνὰ νομισμάτων λίτρας τρεῖς, et cum Latinam Bonefidii versionem retinuerit, quæ habuit, *tres asperorum libras*, in margine observat eum pro *asperorum* vertere debuisse *aureorum*. Quod quidem ille non fecisset, si vel τραχέων legisset, vel non legisset νομισμάτων. Et hinc est, quod nos abbreviaturam istam numismata denotare certiores facti, pro priori lectione, ἀνὰ νομισμάτων λίτρας τρεῖς cum Leunclavio substituimus. Quæ etiam lectio a codice ms. Ætoniensi indubia redditur, quippe a quo diserte usitatur.

Digitized by Google

« διερμηνευέτω μὴ οἰκοθεν, ἀλλὰ ὡς οἱ θεῖοι Πα- A
« τέρες διέλαβον. »

Οἱ ἐπίσκοποι ἐν πάσαις μὲν ἡμέραις ὀφείλουσι τὸν κλῆρον καὶ τὸν λαὸν ἐκδιδάσκειν τῆς εὐσεβείας τὰ δόγματα, ἐξαιρέτως δὲ ἐν ταῖς Κυριακαῖς. Καὶ εἰ γραφικόν τις αὐτοὺς ἐρωτήσει λόγον, μὴ οἰκοθεν τοῦτον ἑρμηνευέτωσαν· τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτοῖς εὐδοκίμησις, τὸ εἰδέναι τὰς παραδόσεις τῶν θεοφόρων Πατέρων, καὶ κατ' αὐτὰς λύειν τὰ ἐρωτώμενα, καὶ μὴ οἰκείους λόγους συντάττειν· ἵνα μὴ, ἀπόρως ἴσως ἔχοντες πρὸς τὸ ἀφ' ἑαυτῶν λῦσαι ταῦτα, τῆς ἀληθοῦς ἑρμηνείας πόρρω ἐκπέσοιεν· τὸν δὲ ἀμελοῦντα τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ διδάσκοντα αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν, πρῶτα μὲν ἀφορίζει ὁ πεντηκοστὸς ὄγδοος τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανών, εἶτα τῇ ῥᾳθυμίᾳ ἐπιμένοντα καὶ καθαιρεῖ. B

ΚΑΝΩΝ Κ'.

« Μὴ ἐξέστω ἐπισκόπῳ εἰς ἑτέραν τὴν μὴ αὐτῷ
« προσήκουσαν πόλιν δημοσίᾳ διδάσκειν. Εἰ δέ
« τις φωραθείη τοῦτο ποιῶν, τῆς ἐπισκοπῆς,
« παυέσθω· τὰ δὲ τοῦ πρεσβυτερίου ἐνεργείτω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ κανὼν σαφὴς ἐστι· διορίζεται γὰρ μὴ διδάσκειν δημοσίᾳ ἐπίσκοπον εἰς πόλιν μὴ ἀνήκουσαν αὐτῷ. Ἀτιμία γὰρ, φησὶ, τοῦτό ἐστι τοῦ κατὰ χώραν ἀρχιερέως, καὶ ἀμαθίας κατάκρισις. Τοῦτο δὲ νόει, ὅταν γίνηται παρὰ γνώμην τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου. Εἰ γὰρ κατὰ γνώμην αὐτοῦ τοιοῦτόν τι ποιήσει τις, οὐ προκριματισθήσεται· ὅτι καὶ ἱερουργεῖ τις εἰς ἀλλοτριαν ενορίαν ἀποκριματίστως C θελήσει τοῦ ἔχοντος αὐτήν. Καὶ ὁ μέγας δὲ ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, τῶν Σασίμων ἐπίσκοπος ὤν, πολλοὺς λόγους ἀνέγνω εἰς Ναζιανζὼ, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν ταύτῃ ἀρχιερατεύοντος, καὶ παρίσταται τοῦτο ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ οὕτως ἔχοντος (84)· Τί λύετε τάξιν ἐπαινουμένην; Καὶ ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος μητροπολίτης Ἐφέσου, κῦρος Ἰωάννης, ὁ κατὰ ποταμοὺς προχέων τὰ τῆς φιλοσοφίας νάματα, καὶ κολπωτὸς λεγόμενος, εἰς τὴν λαχοῦσαν αὐτὸν ἀπερχόμενος, μετὰ ἀξιώσεως τῶν κατὰ χώραν ἀρχιερέων δημοσίᾳ, ἐδίδασκεν. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ιδ' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Καλῶς δὲ πράσκειται τῷ κανόνι τὸ *δημοσίᾳ*. Ἰδιαιτάτως γὰρ ἀπολογεῖσθαι πρὸς τοὺς ἐρωτῶντας περί τινος ἐκκλησιαστικοῦ D προβλήματος ἔξεστι παντὶ καὶ πανταχοῦ, καθὼς καὶ ὁ ια' κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου τὰ περὶ τούτου διατρανοῖ. Εἰ δέ τις ἀπορήσει πῶς ὁ μὲν κθ' κανὼν τῆς δ' συνόδου λέγει ὅτι τὸ ἐξ ἐπισκόπου

« pro suo arbitrio, sed ut divini Patres tradide-
« runt. »

Episcopi omnibus quidem diebus clerum et populum pietatis dogmata edocere debent, præsertim autem Dominicis. Et si quis Scripturarum mentem eos rogaverit, ne pro arbitrio illam interpretentur; hoc enim iis laudem conciliat, si divinorum Patrum traditiones sciant, et secundum eas solvant quæstiones, et non sua verba componant; ne forte cum non possint a seipsis eas solvere, vera interpretatione procul decidant: eum autem qui clerum et populum negligit, eosque pietatem non docet, primo quidem excommunicat quinquagesimus octavus sanctorum apostolorum canon, postea, si in negligentia perseverat, etiam deponit.

CANON XX.

« Ne liceat episcopo in alia, quæ ad se non perti-
« net civitate publice docere. Si quis autem
« hoc facere deprehensus fuerit, ab episcopatu
« desistat; presbyteri autem munere fun-
« gatur. »

BALS. Canon est apertus. Decernit enim, ne episcopus publice doceat in civitate quæ ad se non pertinet. Est enim, inquit, hoc dedecus pontificis illius regionis, et ejus ignorantiæ condemnatio. Hoc autem intellige, quando sit præter mentem illius regionis episcopi. Si quis enim ejus voluntate tale quid fecerit, id ei præjudicium non afferet. Nam et in alia regione sine ullo præjudicio sacra celebrat quispiam, ejus qui illam habet voluntate. Quin etiam magnus theologus Gregorius, cum Sasimorum esset episcopus, multa legit Nazianzi, cum ejus in ea civitate esset pontifex, et hoc ostenditur ex oratione quæ sic habet: Cur solvitis ordinem laudabilem? Porro et sapientissimus ille Ephesi metropolitanus dominus Joannes, qui instar fluvii philosophiæ fluenta effudit, et κολπωτὸς, (id est, sinuosus) dictus est, in eam regionem veniens, quæ illum erat sortita, cum auctoritate illius regionis antistitum publice docuit. Lege et 14 canonem sanctorum apostolorum. Canoni autem recte adjicitur illud *publice*. Privatim enim interrogantibus de ecclesiastica aliqua quæstione respondere licet cuilibet et ubique, sicut et 11 canon Sardicensis synodi de ea re aperte loquitur. Si quis autem dubitet, quomodo 29 canon 4 synodi dicit, quod ex episcopo ad presbyteri dignitatem deducere, est sacrilegium:

Guill. Beveregii notæ.

(84) Ἀπὸ τοῦ *λόγου τοῦ οὕτως ἔχοντος*. Nimirum ex oratione ejus decima quinta, quippe quæ incipit τί λύετε τάξιν ἐπαινουμένην; quam Theologi pater tunc temporis loci episcopus erat. Ille autem calamitatem istam ob populi scelera immissam suspicatus, silebat. Quocirca populus Nazianzenus Theologum in medium prodire, etiam præsente Patre, persuadebat, uti ex ipso orationis istius initio constat, ubi ait, Τί λύετε τάξιν ἐπαινουμένην; τί βιάζεσθε γλῶσσαν νόμῳ δουλεύουσαν; τί προκαλεῖσθε λόγον εἴκοντα πνεύματι; τί τὴν κεφαλὴν ἀφέντες ἐπὶ τοὺς πόδας ἀπεύσατε; τί τὸν Ἀαρὼν παρατρέχοντες, τὸν Ἐλεάζαρ προβάλλεσθε; οὐ δέχομαι πηγὴν ταράσσεσθαι, καὶ χειμάρρουν φύρεσθαι, ἥλιον κρύπτεσθαι, καὶ ἀστέρα δείκνυσθαι, τὴν πολιὰν ὑποχωρεῖν, καὶ τὴν νεότητα θεσμοθετεῖν, τὴν σοφίαν σωπᾶν, καὶ τὴν ἀπειρίαν νεανιεύεσθαι. Unde constat hanc orationem recte a Balsamone hoc loco citatam esse, utpote quam in aliena provincia, sed cum episcopis istius voluntate, habitam fuisse palam est.

Digitized by Google

præsens autem canon dicit: Si quis hoc facere deprehensus fuerit, ab episcopatu cesset, presbyteri autem munere fungatur; audiet, quod illic quidem dicit de depositione justa vel injusta; vel enim propter justam causam episcopatu dejectus est, et ne presbyter quidem erit: vel sine causa, et ne sic quidem ad presbyteri gradum deprimetur, sed erit rursus episcopus. Hic autem episcopus quidem peccatum non admisit, quod eum a sacerdotio arceat, sed gloriæ tantum cupiditate et laudis amore peccavit. Ut ergo, quod suo peccato respondeat, supplicium habeat, et humilis evadat, ab episcopatus quidem honore desistit, in presbyteri autem honore collocatur. Ut is enim deponatur, et sacerdos fiat, Patribus visum non est. Lege et 18 can. Anc. syn. Sacerdotis autem munus, accipe etiam de docendi munere, et non de sacrificii celebratione. Sacerdotes enim antiquitus necesse habebant etiam docere.

εἰς πρεσβυτέρου ἀξίαν καταγαγεῖν ἱεροσυλία ἐστίν· ὁ δὲ παρὼν κανὼν φησιν· Εἴ τις φωραθείη τοῦτο ποιῶν, παυέσθω τῆς ἐπισκοπῆς, τὰ δὲ τοῦ πρεσβυτέρου ἐνεργείτω· ἀκούσει ὅτι ἐκεῖ περὶ καθαιρέσεώς φησιν εὐλόγου ἢ παραλόγου· ἢ γὰρ δι' αἰτίαμά τι εὔλογον ἐξεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ οὐδὲ πρεσβύτερος ἔσται· ἢ ἀναιτίως, καὶ οὐδὲ οὕτως εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν καταταχθήσεται, ἀλλ' ἔσται αὖθις ἐπίσκοπος. Ἐνταῦθα δὲ ἁμάρτημα μὲν ὁ ἐπίσκοπος κωλύων αὐτὸν τῆς ἱερωσύνης οὐχ ἥμαρτε· φιλοδοξία δὲ ἦν καὶ δόξης ἔρως ὁ ἥμαρτεν. Ἵνα γοῦν ἀντίρροπον τὴν τιμωρίαν ἔξῃ τῷ πταίσματι αὐτοῦ καὶ ταπεινωθῇ, παύεται μὲν τῆς ἐπισκοπικῆς τιμῆς, κατατάττεται δὲ εἰς πρεσβυτέρου τιμήν. Τὸ γὰρ καθαιρεῖσθαι τοῦτον, καὶ γίνεσθαι ἱερέα οὐ δέδοκται τοῖς Πατράσιν. Ἀνάγνωσον καὶ τὸν ιη' κανόνα τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου. Τὴν δὲ ἐνέργειαν ἐκλαβοῦ εἰς τὴν διδασκαλικὴν ἐνέργειαν, καὶ μὴ εἰς τὴν ἱεροπραξίαν. Οἱ γὰρ ἱερεῖς τὸ παλαιὸν ἐξ ἀνάγκης εἶχον τὸ διδάσκειν.

180 ZONAR. Ne qua inter episcopos causa offensionis exsisteret, nulli propterea episcopo publice in aliena urbe docendi facultatem Patres esse voluerunt. Nec enim id sine aliqua præfecti urbis istius episcopi contumelia fieri potest. Sed publice tantum docendi facultate interdictum; ut vicissim, quidpiam ex eo privatim quærenti satisfacere, seorsimque docere, nequaquam episcopo vetitum, nec aliquid eum qui id faciat in se culpæ suscipere intelligamus. Sed de hac re fusius Sardicensis quoque synodi undecimo canone constitutum. Dubitaverit porro aliquis, cum hominem de episcopali fastigio dejectum, cogi in presbyterorum ordinem sine sacrilegio non posse, unde tricesimo quartæ synodi canone definitum sit, qua ratione episcopum hoc loco, qui istud faciat, ab episcopatu cessare, et presbyteri munere fungi canon decernat. Igitur in quarta synodo de justa, vel injusta depositione sermonem esse dicemus. Vel enim ob gravem delicti culpam qui episcopus fuerat, ea dignitate spoliatus est, ac ne inter sacerdotes quoque locum teneat idem crimen efficiet; vel innocenti multa irrogata, proindeque ne tum quidem sacerdotibus annumerari, sed episcopali fastigio unde per injuriam dejectus fuerat, restitui hominem oportebit. Hic vero episcopus nullum, ex quo sacerdotio moveri debeat, in se facinus admisit: sola is ambitione, laudisque immoderata cupiditate peccavit. Ut igitur peccato animadversio respondeat, temerariaque hominis elatio comprimatur, ab episcopatu gerendo desistere, atque in presbyterorum ordinem traduci jubet.

ΖΩΝΑΡ. Τοῖς ἐπισκόποις τὰς τῶν σκανδάλων περιαιροῦντες ἀφορμὰς οἱ θεῖοι Πατέρες ὥρισαν μὴ διδάσκειν ἐπίσκοπον δημοσίᾳ ἐν πόλει μὴ ἀνηκούσῃ αὐτῷ. Τοῦτο γὰρ εἰς ἀτιμίαν ἐστὶ τοῦ τῆς πόλεως ἐκείνης ἀρχιερέως. Δημοσίᾳ δὲ διδάσκειν κεκώλυται, ὡς ἐξ ἀντιδιαστολῆς νοεῖσθαι ὡς, εἴ τις αὐτῷ κατ' ἰδίαν προσέλθοι ἐρωτῶν αὐτὸν, ἐκείνῳ πρὸς τὸ ἐρώτημα ἀποκρινόμενος, καὶ διδάσκων καθ' ἑαυτὸν, οὐχ ἁμαρτάνει. Καὶ ὁ ἑνδέκατος δὲ κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου θεσμοτέθειτὰ περὶ τούτου πλατύτερον. Ἀπορήσει δέ τις πῶς ὁ μὲν εἰκοστὸς ἔνατος κανὼν τῆς τετάρτης συνόδου λέγει ὅτι τὸ ἐξ ἐπισκόπου εἰς πρεσβυτέρου ἀξίαν καταγαγεῖν ἱεροσυλία ἐστίν· ὁ δὲ παρὼν κανών φησιν· Εἴ τις φωραθείη τοῦτο ποιῶν, παυέσθω τῆς ἐπισκοπῆς, τὰ δὲ τοῦ πρεσβυτέρου ἐνεργείτω. Εἴποι οὖν ἄν τις ὅτι ἐκεῖ περὶ καθαιρέσεώς φησιν εὐλόγου ἢ παραλόγου· εἰ γὰρ διὰ αἰτίαμά τι ἐξεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ διὰ τὸ ἁμάρτημα ἐκεῖνος οὐδὲ πρεσβύτερος ἔσται· ἢ ἀναιτίως ἐξεβλήθη τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ οὐδ' οὕτως εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν καταχθήσεται, ἀλλ' ἔσται αὖθις ἐπίσκοπος· ἐνταῦθα δὲ ἁμάρτημα μὲν ὁ ἐπίσκοπος κωλύον αὐτὸν τῆς ἱερωσύνης οὐχ ἥμαρτε· φιλοδοξία δὲ ἦν καὶ δόξης ἔρως, ὁ ἥμαρτεν. Ἵνα γοῦν ἀντίρροπον τὴν τιμωρίαν ἔξῃ τῷ πταίσματι αὐτοῦ, καὶ ταπεινωθῇ, παύεται μὲν τῆς ἐπισκοπῆς, (85), κατάγεται δὲ εἰς πρεσβυτέρου τόπον.

ARIST. « Episcopus in alia urbe ne publice doceat. « Sin hoc fecisse deprehensus fuerit, ab episcopatu desistat, presbyteri muneribus fungens. »

ΑΡΙΣΤ. « Ἐπίσκοπος ἐν ἑτέρᾳ πόλει δημοσίᾳ μὴ « διδασκέτω· εἰ δὲ φωραθῇ, παυέσθω τῆς ἐπισκο« πῆς, τὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐνεργῶν. »

Guill. Beveregii notæ.

(85) *Παύεται μὲν τῆς ἐπισκοπικῆς*. Codex Tilianus quem Hervetus transtulit, cum Amerbachiano, hæc usque ad πρεσβυτέρου τιμὴν sic legit παύεται μὲν τῆς ἐπισκοπῆς, κατατάττεται δὲ εἰς πρεσβυτέρου τόπους. Reliqua ad finem hujus scholii ex ms. Bodleiano restituimus: quæ quidem non solum in editione Parisiensi, verumetiam in ms. Amerbachian. desiderantur. Sed in codice Tiliano lecta fuisse, Latina Herveti tralatio demonstrat.

Digitized by Google

Ὁ τοῦτο ποιῶν ἐπίσκοπος, ἐπεὶ δι' ἀλαζονείαν καὶ τῦφον καὶ καταφρόνησιν τοῦ ἐκεῖσε ἐπισκόπου δημοσίᾳ διδάσκει, ὡς σπουδάζων καταισχύνειν, καὶ κατευτελίζειν, καὶ τὴν ἀλλοτρίαν καθέδραν ἑαυτῷ προμνηστεύεσθαι, εὐλόγως παυθήσεται τῆς ἐπισκοπῆς· ὁ γὰρ τῶν ἀλλοτρίων ἐφιέμενος καὶ τῶν ἰδίων στερίσκεται· εἰς δὲ τὸν τόπον τῶν πρεσβυτέρων κατενεχθήσεται, καὶ κατ' αὐτῶν ἐνεργήσει. Καὶ σημείωσαι πότε καὶ ἐπίσκοπος εἰς πρεσβυτέρου τόπον κατάγεται. Ὁ γὰρ εἰκοστὸς ἔνατος κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἱεροσυλίαν ἀντικρυς καλεῖ τὸ τὸν ἐπίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου κατάγειν βαθμὸν, καὶ ἔχε τὸν παρόντα κανόνα ὑπεξῃρημένον ἐκ τοῦ καθολικοῦ ἐκείνου κανόνος. A

Episcopus qui hoc facit, quoniam per ostentationem, et superbiam, et episcopi, qui ibi præest, contemptum publice docet, ut eum pudefacere et vilipendere et alienam cathedram sibi conciliare contendens, juste episcopatu deponitur. Qui alienam enim petit, et suis privatur. Sed ad presbyterorum locum deducitur, et inter eos munere fungetur. Et nota quando etiam episcopus ad presbyteri locum reducitur. Nam undetricesimus synodi Chalcedonensis canon e contra sacrilegium vocat episcopi ad presbyteri gradum deductionem, et hunc præsentem canonem ex eo canone catholico exceptum habeas.

ΚΑΝΩΝ ΚΑ'.

« Οἱ ἐπ' ἐγκλήμασι κανονικοῖς (86) ὑπεύθυνοι γινόμενοι, καὶ διὰ τοῦτο παντελεῖ τε καὶ διηνεκεῖ καθαιρέσει ὑποβαλλόμενοι καὶ ἐν τῷ τῶν λαϊκῶν ἀπωθούμενοι τόπῳ, εἰ μὲν ἑκουσίως πρὸς ἐπιστροφὴν ὁρῶντες ἀθετοῦσι τὴν ἁμαρτίαν (87), δι' ἣν τῆς χάριτος ἐκπεπτώκασι, καὶ ταύτῃ τέλεον ἀλλοτρίους ἑαυτοὺς καθιστῶσι, τῷ τοῦ κλήρου κειρέσθωσαν σχήματι· εἰ δὲ μὴ τοῦτο αὐθαιρέτως αἱρήσονται, καθάπερ οἱ λαϊκοὶ, τὴν κόμην ἐπιτρεφέτωσαν, ὡς τὴν ἐν κόσμῳ ἀναστροφὴν τῆς οὐρανίου ζωῆς προτιμήσαντες. B

CANON XXI.

« Qui canonicorum quidem criminum rei facti, et propterea perfectæ ac perpetuæ depositioni subjecti, in laicorum locum detrusi sunt; siquidem ad conversionem sua sponte respicientes peccatum delent, propter quod a gratia exciderunt, et ab eo se penitus alienos efficiunt, cleri habitu tondeantur: sin autem non sua sponte hoc elegerint, comam sicut laici nutriant, utpote qui mundanam seu sæcularem conversationem vitæ cœlesti præposuerint.

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι οἱ ἀπό τινος ἐγκλήματος καθαιρούμενοι ὡς λαϊκοὶ λογίζονται, καὶ οὐ δύνανται μετὰ τὴν καθαίρεσιν ἐνεργεῖν οἱονδήτι ἀνῆκον κληρικῷ· μόνους δὲ τοὺς ἀποστάντας τοῦ ἁμαρτήματος δι' ὃ καθῃρέθησαν, τυχὸν τῆς πορνείας ἢ ἑτέρου τινὸς, διορίζεται ὁ κανὼν κείρεσθαι τὴν κεφαλὴν κατὰ κληρικοὺς, ἤγουν ἔχειν παπαλήθραν, καὶ ἐνδύεσθαι σχῆμα κληρικοῦ. Φιλανθρωπότερον γὰρ ἐπὶ τούτοις διατίθεται διὰ τὴν μετάνοιαν. Τοὺς δέ γε ἀμεταθέτως ἐξεχομένους τῆς ἁμαρτίας τρέφειν τὴν κόμην διακελεύεται κατὰ λαϊκοὺς, ἵνα ἔχοιεν πλείονα αἰσχύνην, μὴ πραχωρούμενοι ἐν μετοχῇ κληρικοῦ ὅλως εἶναι, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐνδύματος στερισκόμενοι. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα· ἡ δὲ οθ' Νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, καθαιρεῖσθαι διοριζομένη τοὺς μετὰ χειροτονίαν γαμοῦντας, εὐδοκεῖ μήτε τοῦ σχήματος τῶν κληρικῶν αὐτοὺς ἀπαλλοτριοῦσθαι, μήτε τῆς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ κοινοτέρας ὑπηρεσίας. Καὶ ἡ ζ' Νεαρὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως τοὺς ἀπὸ κληρικῶν πρὸς λαϊκοὺς μετασχηματισθέντας καὶ ἄκοντας πρὸς αὐτὸ πάλιν ἀποκαθίστασθαι διορίζεται. Φαίνεται οὖν ἐναντιότης ἐν τούτοις. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὸν μὲν κανόνα νομοθετεῖν περὶ τῶν καταδικαζομένων διὰ ἔγκλημά τι προσαγγελ- C D

BALS. Nota ex hoc præsenti canone, quod qui propter aliquod crimen deponuntur, ut laici reputantur, nec possunt post depositionem aliquid agere quod ad clericum ulla ratione pertineat. Eos autem solos, qui a peccato recesserint propter quod depositi fuerant, a fornicatione forte vel aliquo alio, decernit canon esse tondendos capite, ut clericos, id est, habere papalem tonsuram, et clerici habitu indui. In eos enim est mitior ac clementior propter pœnitentiam. **181** Ii autem, qui in peccato perpetuo hærent, comam nutrire jubentur ut laici, ut majori pudore afficiantur, nec in cleri participatione ullo esse modo eis permittatur, sed ipso etiam amictu priventur. Et hæc quidem canon; 79 autem imp. domini Leonis Philosophi Novella eos deponi debere statuens, qui ducunt uxores post ordinationem, vult neque eos a clericorum habitu alienari, nec a communione ministeri in Ecclesia. Et 7 ejusdem imp. Novella eos, qui a clericis in laicos transmutati sunt, eodem rursus vel invitos redire jubet. Videtur igitur in his esse repugnantia. Existimo autem canonem quidem de iis statuere, qui propter delatum aliquod 'crimen' condemnati, malo assidue inhærent; quemadmodum propter adulterium, propter rapinam, propter sacrilegium: No-

Guill. Beveregii notæ.

(86) *Οἱ ἐπ' ἐγκλήμασι κανονικοῖς.* Canonica crimina dicta sunt, quæ a canonibus vetantur, reosque canonicis suppliciis subjiciunt. Sed nihilominus mss. Bodleianus et Amerbachianus rectius hoc loco κανονικῶς legisse videntur; ut sensus sit, *οἱ ἐπ' ἐγκλήμασι κανονικῶς ὑπεύθυνοι γινόμενοι, Qui rei criminum canonice facti sunt*, hoc est, prout in canonibus ecclesiasticis cautum est.

(87) *Ἀθετοῦσι τὴν ἁμαρτίαν.* Proprie *peccatum rejiciunt*, aut *repudiant*, quo sensu et a Domino nostro hæc vox usurpatur, dicente, *Ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με.* Luc. x, 16.

Digitized by Google

vellam autem, de iis qui post ordinationem uxorem duxerunt; quod quidem etsi inducit depositionem, eis tamen propter matrimonium ignoscitur. Et ideo eis a Novella permissum est, ut ea exerceant quæ fiunt extra sacrum tribunal; reliqui autem transmutati cogentur, ut puto, ex Novellæ sententia et a sancto habitu non desilire.

A θὲν, καὶ ἀμεταθέτως ἐξεχομένων τοῦ κακοῦ· οἷον διὰ μοιχείαν, διὰ ἁρπαγὴν, διὰ ἱεροσυλίαν· τὴν δὲ Νεαρὰν περὶ τῶν μετὰ τὴν χειροτονίαν διγαμησάντων, ὅπερ, κἂν καθαίρεσιν ἐπάγῃ, ἀλλ' οὖν διὰ τὸν γάμον συγγινώσκεται. Καὶ διὰ τοῦτο παρεχωρήθησαν οἱ τοιοῦτοι ὑπὸ τῆς Νεαρᾶς ἐνεργεῖν τὰ ἔξω τοῦ βήματος· οἱ δὲ λοιποὶ οἱ μετασχηματισθέντες, ὡς οἶμαι, κατὰ τὴν Νεαρὰν ἀναγκασθήσονται μὴ κατορχεῖσθαι τοῦ ἁγίου σχήματος.

ZONAR. Multa sunt criminum genera, ob quæ initiatos deponi et clero moveri, atque inter laicos referri decretum est. Sed ponatur, exempli causa, fornicatio. Si quis ergo fornicationis reus deprehendatur presbyter aut diaconus, deponi ac laicis ascriptus censeri debet. Verum, si postquam ordine motus est ad pœnitentiam sponte se dederit, seque ab ea culpa, ob quam sacerdotio multatus est, quam longissime abduxerit et a peccato penitus abstinuerit, tonderi hominem clericorum more canon permittit; ut ei videlicet, qui clericorum proprius est, ornatu concesso, reliquo laicorum habitu utentis, ad laicorum locum dejecti pudor ignominiaque minuatur. Quod si nullum abdicandi dedecoris ac vitæ emendandæ sua sponte consilium capiat, ex laicorum consuetudine nutrire comam, capilloque abradendo penitus abstinere jubent: ut cum se antea sacerdotem aut diaconum, nunc in laicorum ordines relatum non sine rubore animadvertat, ita demum se ipse colligat, et a peccato abstineat.

ZΩΝΑΡ. Διάφορά εἰσιν ἐγκλήματα δι' ἃ καθαιροῦνται οἱ ἱερωμένοι καὶ ἐξωθοῦνται τοῦ κλήρου, καὶ συναριθμοῦνται τοῖς λαϊκοῖς. Κείσθω δὲ νῦν ἡμῖν εἰς παράδειγμα ἡ πορνεία. Εἰ γοῦν ἁλῷ τις πορνεύσας πρεσβύτερος ἢ διάκονος, καθαιρεῖται καὶ συντάσσεται λαϊκοῖς. Εἰ μὲν οὖν μετὰ τὴν καθαίρεσιν B ἑκουσίως πρὸς μετάνοιαν ἀπονεύσῃ, καὶ ἀπόσχηται τῆς ἁμαρτίας, δι' ἣν τῆς ἱερωσύνης ἐξέπεσε, καὶ τέλεον τοῦ πτώματος ἀπαλλοτριώσῃ ἑαυτὸν, ἐφίησιν αὐτῷ ὁ κανὼν κατὰ κληρικοὺς κείρεσθαι, ὥστε τῷ σχήματι τέως κεκοσμῆσθαι τῶν κληρικῶν, καὶ μὴ πάντη αἰσχύνεσθαι εἰς λαϊκοῦ καταχθέντα καὶ σχῆμα καὶ τόπον. Εἰ δὲ ἐπιμένει τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ οὐχ αἱρεῖται τὴν ἐπιστροφὴν ἑκουσίως, τρέφειν αὐτὸν τὴν κόμην διακελεύεται κατὰ λαϊκούς, καὶ μὴ τὰς τῆς κορυφῆς ξυρᾶσθαι τρίχας· ἵν' αἰσχύνοιτο ὡς εἰς λαϊκοὺς ἀπωσθεὶς ὁ πρὶν ἱερεὺς ἢ διάκονος, καὶ οὕτω ποτὲ συνήσῃ, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἀπόσχηται.

ARIST. « Qui jam depositus et ad laicos detrusus C « est, pœnitentia ductus deponatur, et tondeatur « solum. Sin minus, comam nutriat. »

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ διηνεκῶς καθῃρημένος, καὶ εἰς τοὺς « λαϊκοὺς ἀπωσθεὶς, μεταμελόμενος, καθυιρί- « σθω, καὶ κειρέσθω μόνον· εἰ δὲ μὴ, τὴν κόμην « ἐπιτρεφέτω. »

Presbyter quidem aut diaconus dignitate motus, sed honoris et cathedræ particeps, reliquorum ad instar clericorum, caput detondere debet. Qui criminum vero reus factus est, et depositus, et in laicorum ordine collocatus, si sua sponte peccatum, propter quod gratia et honore privatus fuit, rejicit, et ad conversionem respicit, clericorum more capillos capitis detondeat. Si autem sua voluntate delicto non abstineat, sed illud facere recuset, laicorum ad instar comam nutriat, ut mundanam conversationem vitæ cœlesti præferens. D

Ὁ μὲν τῆς ἀξίας μετακινηθεὶς πρεσβύτερος ἢ διάκονος, τῆς δὲ τιμῆς μετέχων καὶ τῆς καθέδρας, κατὰ τοὺς λοιποὺς τοὺς ἐν κλήρῳ τὴν κεφαλὴν ὀφείλει ἀποκείρεσθαι· ὁ δ' ἐπ' ἐγκλήμασι γεγονὼς ὑπεύθυνος, καὶ καθαιρεθεὶς, καὶ εἰς τὸν τόπον τῶν λαϊκῶν ταχθεὶς, εἰ μὲν ἑκουσίως ἀθετεῖ τὴν ἁμαρτίαν, δι' ἣς τῆς χάριτος ἐστερήθη καὶ τῆς τιμῆς, καὶ πρὸς ἐπιστροφὴν ὁρᾷ, κατὰ τοὺς κληρικοὺς τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας κειρέσθω· εἰ δὲ οἰκείᾳ γνώμῃ τοῦ πταίσματος οὐκ ἀφίσταται, ἀλλὰ πράττειν τοῦτο ἀρνεῖται, κατὰ τοὺς λαϊκοὺς τὴν κόμην ἐπιτρεφέτω, ὡς προτιμησάμενος τὴν ἐν κόσμῳ ἀναστροφὴν τῆς οὐρανίου ζωῆς.

CANON XXII.

« Eos qui pecuniis ordinantur, sive episcopos sive « qualescunque clericos, et non ex examinatione « ac vitæ electione, deponi jubemus : sed et eos « etiam qui ordinaverunt. »

ΚΑΝΩΝ ΚΒ'.

« Τοὺς ἐπὶ χρήμασι χειροτονουμένους, εἴτε ἐπισκόπους ἢ οἱουσδήποτε κληρικοὺς, καὶ οὐ κατὰ « δοκιμασίαν καὶ τοῦ βίου αἵρεσιν, καθαιρεῖσθαι « προστάσσομεν· ἀλλὰ καὶ τοὺς χειροτονήσαντας. »

BALS. De iis qui propter pecunias ordinantur, vel propter magistratuum mandatum, in diversos canones scripsimus ea quæ sunt consentanea. Præsens autem canon eum deponi jubet, qui ordinatus est, et qui ordinavit.

ΒΑΛΣ. Περὶ χειροτονουμένων διὰ χρήματα ἢ διὰ προστασίαν ἀρχόντων εἰς διαφόρους κανόνας ἐγράψαμεν τὰ εἰκότα. Καὶ ὁ παρὼν κανὼν καθαιρεῖσθαί φησι τὸν οὕτω χειροτονηθέντα καὶ χειροτονήσαντα.

182 ZONAR. Innumeri hac de re canones editi fuere: serpebat tamen adhuc in dies malum, et eccle-

ΖΩΝΑΡ. Μυρίοι κανόνες περὶ τούτου διαγορεύουσιν· ἀλλ' ἔτι τὸ κακὸν, ὡς γάγγραινα, τὰς ἐκκλη-

Digitized by Google

σίας ἐνέμετο. Διὸ καὶ οἱ τῆς ἕκτης ταύτης συνόδου τὸν κανόνα τοῦτον ἐξέθεντο καὶ φασιν, ὡς Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ οἱοσδήποτε κληρικὸς ἐπὶ χρήμασι τὴν χειροτονίαν ὠνήσαιτο, καὶ οὐ προκριθείη δοκιμασθείς, καὶ εὑρεθείς βίον αἱρετισάμενος σεμνόν τε καὶ ἄμεμπτον, ὁ τοιοῦτος καθαιρείσθω. Καὶ οὐχ ὁ μὲν χειροτονηθεὶς ἐπὶ χρήμασι καθαιρεθήσεται, ὁ δὲ χειροτονήσας αὐτὸν οὕτως ἀτιμώρητος ἔσται· ἀλλὰ κἀκεῖνος τῇ καθαιρέσει ὑποβληθήσεται. Ἐξήγηται δὲ τὰ περὶ τούτου πλατύτερον ἐν ἑτέροις κανόσιν.

sias velut gangræna depascebatur. Proinde hunc canonem sextæ quoque hujus synodi Patres superioribus addidere; ac si quis episcopus clericusve quicunque dignitatem ordinemve emercatus, non autem explorata morum gravitate approbatus, et religiosam vitam ac inculpabilem elegisse inventus fuerit, deponi jubent. Neque vero eo, qui pecuniis ordinatur, deposito, qui ordines ei contulit impune feret; sed eum quoque depositionis eadem pœna teneri decretum est. Porro de hac eadem re pluribus in aliorum canonum explicatione disseruimus.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ χειροτονηθεὶς ἐπὶ χρήμασι συγκαθαιρείσθω τῷ χειροτονήσαντι. » *Σαφής.*

ARIST. « Qui pecuniis ordinatur, una cum ordinante deponatur. » *Perspicuus.*

ΚΑΝΩΝ ΚΓ'.

« Περὶ τοῦ μηδένα τῶν εἴτε ἐπισκόπων εἴτε πρεσβυτέρων ἢ διακόνων τῆς ἀχράντου μεταδιδόντα κοινωνίας παρὰ τοῦ μετέχοντος εἰσπράττειν τῆς τοιαύτης μεταλήψεως χάριν ὀβολοὺς ἢ εἶδος τὸ οἱονοῦν. Οὐδὲ γὰρ πεπραμένη ἐστὶν ἡ χάρις, οὐδὲ χρήμασι τὸν ἁγιασμὸν τοῦ Πνεύματος μεταδιδόαμεν, ἀλλὰ τοῖς ἀξίοις τοῦ δώρου ἀπανουργήτως μεταδοτέον. Εἰ δὲ φανείη τις τῶν ἐν κλήρῳ καταλεγομένων ἀπαιτῶν ᾧ μεταδίδωσι τῆς ἀχράντου κοινωνίας τὸ οἱονοῦν εἶδος, καθαιρείσθω, ὡς τῆς Σίμωνος ζηλωτὴς πλάνης καὶ κακουργίας. »

CANON XXIII.

« Ut nullus, sive episcopus, sive presbyter, sive diaconus, immaculatam præbens communionem, ab eo qui communicat, ejus participationis gratia, obolos vel quamvis aliam speciem exigat. Non est enim venalis gratia, nec pro pecuniis Spiritus sanctificationem impertimur: sed ea iis, qui digni sunt, absque ulla callidi- tate est communicanda. Si quis autem eorum qui sunt in cleri catalogo, ab eo, cui immaculatam impertit communionem, ullam speciem exigere visus fuerit, deponatur, ut Simoniaci erroris et maleficii æmulator. »

ΒΑΛΣ. Καταλύσας πρὸ χρόνων ἱκανῶν εἰς χωρίον τι Καλοτυχάδα ἐπιλεγόμενον, καὶ ἐν τῷ θέματι Χερρονήσου διακείμενον, κατὰ τὴν ἁγίαν Κυριώνυμον τοῦ Πάσχα τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως, εἶδον χωριτικὰ γύναια καὶ ἀνδράρια μετὰ τὴν ἑωθινὴν θείαν ὑμνῳδίαν τῷ ναῷ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας συρρέοντα μετὰ ὀρνιθείων ὠῶν ζύμῃ ἄρτου συνηνωμένων, καὶ μετὰ κρεῶν τεταριχευμένων, καὶ μετὰ ἄλλων τινῶν εἰδῶν βρωσίμων, ἢ καὶ πρὸς ἄλλο τι ἐπιτηδείων· καὶ ἠρώτησα τίνος χάριν τοῦτο γίνεται, καὶ ἤκουσα ὡς ἕκαστος δεξιοῦται τὸν ἱερέα τὸν μεταδιδόντα τῷ λαῷ τῶν θείων ἁγιασμάτων, ἐφ' οἷς ὁύναται. Ἄλλως γὰρ οὐκ ἔξεστιν ἐντυχεῖν τινα τῷ ἱερεῖ, καὶ τῶν ἁγιασμάτων μεταλαβεῖν· καὶ τότε μὲν ἐμεμψάμην τὸ γινόμενον. Ἀρτίως δὲ ἐντυχὼν τῷ παρόντι κανόνι, ἠχαρίστησα αὐτῷ ὡς κωλύοντι ἀπαιτεῖσθαι τοὺς μεταλαμβάνοντας τῶν ἁγιασμάτων ὀβολὸν ἢ οἱονδήποτε εἶδος. Ὅτι, φησὶν, οὐ πιπράσκεται οὐδὲ χρήμασιν ὁ ἁγιασμὸς μεταδίδοται· ἀλλὰ δῶρον τοῖς ἀξίοις τὰ ἅγια δῶρα διανέμεται. Διὰ γὰρ τοῦτο, ὡς ἔοικε, καὶ ἁγία δωρεὰ κατὰ κοινολαΐαν λέγονται τὰ ἅγια. Τὸν δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντα καθαιρεῖσθαι ὁ κανὼν διορίζεται, ὡς τῆς κακίας καὶ τῆς πλάνης τοῦ Σίμωνος ζηλωτήν.

BALS. Cum satis longo abhinc tempore in quodam loco, qui Calotychas appellatur, et in Chersonesi regione positus est, sancta Dominica Paschæ Christi resurrectionis diversarer, vidi quasdam illius loci mulierculas, et quosdam homunculos, post matutinam divinam psalmodiam, ad catholicæ Ecclesiæ templum confluentes, cum ovis gallinæ panis fermento mistis, et cum salsis carnibus, et cum aliis quibusdam esculentis, vel etiam ad aliquid aliud aptis: et interrogavi quamnam ob causam hoc fieret; et audivi, quod unusquisque iis quibus potest donis sacerdotem, qui populo divina sacramenta porrigit, prosequitur. Neque enim aliter cuiquam licet sacramenta percipere: et tunc quidem reprehendi quod fiebat. Cum autem nuper in hunc præsentem canonem incidissem, ei gratias egi, ut qui ab iis, qui communicant sacramentis, obolos vel ullam aliam speciem exigi prohibet. Quoniam, inquit, non venditur, nec pecuniis sanctificatio impertitur: sed iis qui digni sunt, sancta dona gratis distribuuntur. Propterea enim, ut est probabile, etiam sancta donatio a vulgo sacramenta dicuntur. Eum autem, qui aliter fecerit, deponendum decernit canon, ut qui sit Simoniacæ improbitatis et erroris æmulator.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς μεταδιδόντας τῷ λαῷ τῶν θείων καὶ φρικτῶν μυστηρίων κωλύει ὁ κανὼν ἀπαιτεῖν ἀπὸ τῶν μεταλαμβανόντων ὀβολοὺς ἢ οἱονδήποτε εἶδος. Ἡ γὰρ χαρις, φησὶν, οὐ πιπράσκεται, οὐδὲ χρήμασιν ὁ ἁγιασμὸς μεταδίδοται, ἀλλὰ δῶρον τοῖς ἀξίοις διανέμεται. Ὅ τέ τι ἀπαιτῶν τοὺς μεταλαμβάνοντας, κἂν ἐλάχιστον εἴη, καθαιρεθήσεται, ὡς τῆς Σίμωνος ζηλωτὴς πλάνης καὶ κακουργίας. Ἐκεῖ-

ZONAR. Quibus divina et tremenda mysteria populo impertiendi cura demandata est, obolos aut rem aliam, quæcunque demum ea sit, a communicantibus exigere canon vetat. Nec enim venalis, inquit, est gratia, neque pretio sanctitas comparatur, sed dignis hominibus gratuita largitione confertur. Qui vero aliquid a communicantibus etiam minimum exigere ausus fuerit, quasi Simoniaci

Digitized by Google

erroris ac improbitatis æmulatorem deponi placet. Iste enim oblato pretio, rependi sibi vicissim sancti Spiritus gratiam postulabat.

ARIST. « Qui immaculatam impertitur communionem, et obolum vel aliud quodcunque exigit, « deponatur. » *Perspicuus.*

183 CANON XXIV.

« Ne cui liceat eorum qui in sacerdotali ordine enumerantur, vel monachorum, in equorum curriculis subsistere, vel scenicos ludos sustinere. « Sed et si quis clericus ad nuptias vocetur, « quando ad deceptionem comparata ludicra ingressa fuerint, surgat et e vestigio discedat, « Patrum nostrorum sic jubente doctrina. Si quis « autem ejus rei conjunctus fuerit, vel cesset vel « deponatur. »

BALS. Consequenter 54 canoni synodi Laodicenæ prohibet etiam præsens canon in equorum curriculum ascendere vel sacerdotes vel monachos, vel scenicos etiam ludos audire : adjiciens, ut clerici ad nuptias vocati (de monachis enim dicere Patribus a ratione alienum visum est, quod id sit nimis indecorum) recedant cum primum ludicra ingressa fuerint. Sed Laodicenæ quidem syn. canon in ejus contemptores non animadvertit : hic autem admonet quidem, ut qui tale quid faciunt desistant; si autem non desistant, deponendos decernit. Cum hi duo canones hæc dicant, et propemodum ab Ecclesiæ parte prohibiti sint monachi et sacerdotes omnes ad equorum cursos videndos accedere, dixerunt nonnulli, quod clericum quidem vel monachum ad equorum curriculum non accedere, nec spectaculum quod effeminat aspicere, nec verba aures præstringentia audire, est laudabile et maxime commendandum ; quemadmodum et esse virginem, et reliqua quæ hominem sanctificant. Si quis autem, cum virgo esse nequeat, uxorem duxerit, non punietur : et qui non potest ab omni voluptate abstinere, si in equorum curriculum fuerit ingressus, ei venia dabitur; et magis si semel, non autem si immodice utens, se ei dicaverit. Illic enim can., inquiunt, cursus, qui olim fiebant, vetat, non autem qui nunc fiunt, permittente ac præsente principe. Tunc enim cum populus in illis equorum curriculis nimia libertate vel potius licentia uteretur, equorumque cursus celebraret quomodo et quando volebant, inque propriis expensis, ut qui haberet et domos et equos et stabula, quæ ad hunc usque diem servantur, et reditus pro illis celebrandis curriculis, et imperator invitaretur, nullam autem ad eam rem potestatem haberet, illius cursus tempore multa turbulenta et absurda fieri contingebat; cum alii quidem populo Venetorum, alii vero Prasinorum parti adjungerentur : aliquando vero etiam bella intestina excitata sunt inter adversas partes, et in imperatoris conspectu verba etiam impudentia populares eructarunt, quemadmodum ex diversis chronicis ostenditur; sicut factum est regnante Justiniano, et tempore Anastasii et Phocæ tyranni,

νος γὰρ ἐζήτει δοθῆναι αὐτῷ ἐπὶ χρήμασιν ὠνιον τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ τῆς ἀχράντου μεταδιδοὺς κοινωνίας, « καὶ ὀβολὸν ἀπαιτῶν ἢ ἕτερον εἶδος, καθαιρείσθω. » *Σαφὴς.*

ΚΑΝΩΝ ΚΔ'.

« Μὴ ἐξέστω τινὶ τῶν ἐν ἱερατικῷ καταλεγομένων « τάγματι ἢ μοναχῷ ἐν ἱπποδρομίαις ἀνιέναι, ἢ « θυμελικῶν παιγνίων ἀνέχεσθαι. Ἀλλ' εἰ καί τις « κληρικὸς κληθείη ἐν γάμῳ, ἡνίκα τὰ πρὸς ἀπάτην εἰσέλθοιεν παίγνια, ἐξαναστήτω, καὶ αὐτίκα « ἀναχωρείτω, οὕτω τῆς τῶν Πατέρων ἡμῖν προσ« ταττούσης διδασκαλίας. Εἰ δέ τις ἐπὶ τούτῳ « ἁλῷ, ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω. »

BALS. Hæc duo præsens canon corrigit, et quod in Armeniorum regione male fiebat, ut non alias fierent clerici, nisi ii qui ex genere sacerdotali descendissent ; et quod in suggestu divinæ Scripturæ legebantur ab iis qui episcopales tonsuras non habebant : illud quidem, ut Judaicum (lege enim apud Judæos cautum est, ut ex **195** tribu Levitica eaque sola sacerdotes fierent) ; hoc vero, ut quod inconsiderate fieret. Dicunt itaque Patres, D illos in clero ordinari oportere, non qui ex genere clericorum, sed qui digni sunt, et episcopali electione præponuntur, etiamsi non sint ex tali genere ; similiter et in suggestu eos solos legere debere, qui ad hoc in clericorum numerum relati sunt, eos scilicet qui habent episcopales tonsuras. Hæc cum sacer canon jubeat, et eos excommunicet qui aliter faciunt, sæpe dictum est a diversis antistitibus, qui

Guill. Beveregii notæ.

(10) *Κατάγεσθαι.* Mss. Ætoniensis et Amerbachianus legunt κατατάττεσθαι *constitui, ordinari* : quin etiam κατάγεσθαι, pro καταγάγεσθαι mendose scriptum videtur. Nam et ἐν κλήρῳ καταγάγεσθαι est *in clero constitui, in cleri ordinem referri* : quemadmodum etiam Hervetus locum transtulit.

(11) *Ἀποφωνεῖν.* Codex Amerbachianus legit ὑποφωνεῖν. Utrumque idem hic significat, quod ἐκφωνεῖν, *pronuntiare, promulgare, recitare.* Sic interpretes per ἀναγινώσκειν exponunt. Neque enim hic de concionibus habendis, sed tantum de sacris Scripturis legendis agitur.

Digitized by Google

habent ex aurea bulla clericos, Athenarum scilicet, et Mesembriæ et aliis; quod, qui ex antiquis clerici descenderunt, ipsos cogunt eos qui non sunt clero digni ordinare, atque adeo etiam qui sæpe sunt laici; et quod ecclesiæ officium per alios ab illis datos fiat. Jam et in hac regina urbium, in æde sanctorum magnorum martyrum quadraginta, et in æde sanctissimæ Deiparæ Domini, et in aliis divinis templis, habent laici et complura etiam monasteria et clericorum officia. Sed audierunt antistites, quod præsens canon eis omnibus os occludit, qui eis molestiam exhibent. Quod autem fit in dictis catholicis Ecclesiis, quomodo permittitur, nescio. Nota autem, quod simul ac acceperunt aliqui tonsuræ characterem a manu antistitis, eos pro clericis habet canon : audivi enim nonnullos dicentes, non esse lectorem, nec dici clericum, qui in clerum templi non relatus est, sed solam habet tonsuram. Et ideo ei licere in laicalem habitum transmutari : quod mihi quidem non videtur : sed et monachos, qui non habent episcopales coronas, sed monachicam tonsuram, dicunt nonnulli posse in suggestis legere apostolum et reliqua, quemadmodum et clerici, tanquam monachalis tonsura utique sufficiat pro tonsura clericali. Mihi autem videtur monachum, qui a sacerdote qui præest lector est constitutus, secundum 14 canonem septimæ synodi, in suggestu posse legere : eum autem, qui solam habet monachalem tonsuram, hoc facere non posse, et lege quæ scripta sunt in dictum canonem septimæ synodi.

A Θη πολλάκις περὶ διαφόρων ἀρχιερέων ἐχόντων ἀπὸ χρυσοβούλλων κληρικούς, ἤγουν τοῦ Ἀθηνῶν, τοῦ Μεσημβρίας (12) καὶ ἑτέρων, ὡς οἱ ἀπόγονοι τῶν ἀρχαίων κληρικῶν καταναγκάζουσιν αὐτοὺς μὴ τοὺς ἀξίους τῷ κλήρῳ κατατάττειν, ἀλλὰ τούτους πολλάκις ὄντας καὶ λαϊκούς, καὶ τὴν δουλείαν τῆς Ἐκκλησίας δι' ἑτέρων παρ' ἐκείνων διδομένων γίνεσθαι. Καὶ ἐν τῇ βασιλευούσῃ δὲ ταύτῃ τῶν πόλεων ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων μεγάλων μαρτύρων τεσσαράκοντα, καὶ ἐν τῷ ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Κυρίου, καὶ ἐν ἑτέροις θείοις ναοῖς, ἔχουσι λαϊκοὶ ἀλλὰ μὴν καὶ μοναστήρια διάφορα κληρικά τε ὀφφίκια. Πλὴν οἱ μὲν ἀρχιερεῖς ἤκουσαν ὡς ὁ παρὼν κανὼν ἐπιστομίζει τοὺς ὀχλοῦντας αὐτούς, τὸ δὲ γινόμενον εἰς τὰς ῥηθείσας καθολικὰς Ἐκκλησίας, ὅπως παραχωB ροῦνται, ἀγνοῶ. Σημείωσαι δὲ ὅτι ἅμα τῷ δέξασθαί τινα σφραγῖδα ἐπικουρίδος ἀπὸ χειρὸς ἀρχιερατικῆς κληρικὸν τοῦτον ἔχει ὁ κανών. Ἤκουσα γάρ τινων λεγόντων μὴ εἶναι ἀναγνώστην μηδὲ λέγεσθαι κληρικὸν τὸν εἰς κλῆρον ναοῦ μὴ κατατεθέντα, ἀλλὰ μόνην ἔχοντα ἐπικουρίδα. Διὸ καὶ ἔχειν ἐπ' ἀδείας ἀκινδύνως αὐτὸν μετασχηματίζεσθαι εἰς λαϊκούς· ὅπερ ἐμοὶ τέως οὐ δοκεῖ. Ἀλλὰ καὶ τοὺς μὴ ἔχοντας μοναχοὺς ἐπικουρίδα ἀρχιερατικήν, ἀλλὰ μοναχικὴν ἀπόκαρσιν, λέγουσί τινες δύνασθαι ἐπ' ἄμβωνος ἀναγινώσκειν ἀπόστολον καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ κληρικούς, ὡς ἀρκούσης δῆθεν τῆς ἀποκάρσεως ἀντὶ τῆς ἐπικουρίδος. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὸν μὲν παρὰ ἡγουμένου ἱερέως καταστάντα ἀναγνώστην μοναχὸν κατὰ τὸν C ιδ' κανόνα τῆς ζ' συνόδου καλῶς ἀναγινώσκειν ἐπ' ἄμβωνος· τὸν δὲ μόνον ἀπόκαρσιν ἔχοντα μὴ δύνασθαι τοῦτο ποιεῖν· καὶ ἀνάγνωθι τὰ γραφέντα εἰς τὸν ῥηθέντα κανόνα τῆς ζ' συνόδου.

ZONAR. Iudæis sola tribus Levitica in sacerdotium separata fuit, e qua sola qui sacra celebrarent eligebantur. Eum igitur, ab Armeniis quoque usurpatum, morem hic canon damnat; neque ullam in clero legendo generis et familiæ rationem haberi, sed uniuscujusque vitam ac mores inspici jubet. Ac si quidem ex præscripta sacris canonibus norma digni homines reperti fuerint, quocunque demum genere, et quamvis majoribus nullo sacerdotii munere perfunctis sint prognati, ecclesiastico tamen ordini adscribi licere decernunt. Sed neque præterea cuiquam, inquiunt, suggestum ascendere, divinasque Scripturas ibidem recitare astante populo liceat, nisi cui prius, usitata sacris hominibus consuetudine detonsa coma, benedictionem ex præscripto canonum suus pastor impertiverit, hoc est, D

ΖΩΝΑΡ. Τοῖς Ἰουδαίοις ἡ Λευϊτικὴ φυλὴ εἰς ἱερωσύνην ἀφώριστο, ἐξ ἧς μόνης οἱ ἱερᾶσθαι μέλλοντες ἐλαμβάνοντο. Τοῦτο οὖν καὶ παρὰ τοῖς Ἀρμενίοις γινόμενον ὁ παρὼν κωλύει κανών, θεσπίζων μὴ πρὸς γένος ἀφορᾷν τοὺς μέλλοντας εἰς κλῆρον τάττειν τινάς, ἀλλὰ δοκιμάζειν τὸν βίον αὐτῶν, καὶ τοὺς ἀξίους κατὰ τὰ ὁρισθέντα παρὰ τῶν θείων κανόνων εὑρεθέντας, ἐξ οἱουδ' ἂν εἶεν γένους, ἐκείνους ἐκκλησιαστικῶς προχειρίζεσθαι, κἂν προγόνους μὴ εἶχον ἱερατικούς. Ἀλλὰ μηδὲ ἐπ' ἄμβωνος συγχωρεῖσθω, φησίν, ἀνιέναι τις, καὶ τὰς θείας Γραφὰς ὑποφωνεῖν τῷ λαῷ, ὃς οὐ κατὰ τὴν ἱερατικὴν συνήθειαν τὴν κόμην κέκαρται, ὑπὸ τοῦ οἰκείου ποιμένος εὐλογηθεὶς κανονικῶς, ἤγουν τὴν συνήθη σφραγῖδα δεξάμενος. Τοὺς δὲ ἄλλως ποιοῦντας παρὰ τὰ ὁρισθέντα ὁ κανὼν ἀφορίζει.

characterе de more consignaverit. Qui vero hujus canonis decreta violarint, eos canon segregatione puniendos esse decernit.

ARIST. « Qui ordinatione dignus est, sive a genere « sacerdotali sive alio prognatus, ordinetur. Qui « non detonsus et benedictionem assecutus est, e « suggestu sacras Scripturas ne legat. »

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ χειροτονίας ἐπάξιος, καὶ ἱερατικοῦ « τελῶν γένους καὶ ἑτέρου, χειροτονείσθω. Μὴ « κεκαρμένος καὶ εὐλογίας τυχὼν, ἐπ' ἄμβωνος « ἱεροὺς λόγους οὐκ ἀναγνώσεται. »

Guill. Beveregii notæ.

(12) *Τοῦ Μεσημβρίας*. Ms. Amerbachianus legit. τοῦ μέση μέρη. Verum Mesembria est urbs archiepiscopalis Thraciæ, cujus hic episcopus commemoratur.

Digitized by Google

Τοῖς Ἰουδαϊκοῖς ἑπόμενοι ἔθεσιν οἱ ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀρμενίων, μόνους τοὺς ἐκ γένους ἱερατικοῦ ὄντας εἰς κλῆρον προσδέχονται. Ἀλλὰ καὶ τοὺς μὴ εὐλογίας τυχόντας ἐπισκόπου, καὶ ἱερατικῇ κουρᾷ χρησαμένους, ἱεροψάλτας καθίστων, καὶ τῷ λαῷ ἐπ' ἀμβωνος τὰς ἱερὰς βίβλους ἀναγινώσκειν ἐπέταττον. Διὰ τοῦτο γοῦν ταῦτα καὶ ἀμφότερα ὁ παρὼν οὗτος ἀπαγορεύων κανὼν, προστάττει μήτε εἰς τὸ γένος ἀφορᾶν τοῦ βουλομένου εἰς κλῆρον προαχθῆναι· ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἀνερευνᾶν, εἰ ἄξιός ἐστι· μήτε τινὶ συγχωρεῖν, ὥστε ἀναγινώσκειν ἢ ψάλλειν ἐπ' ἀμβωνος, εἰ μὴ παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου εὐλογίας τύχῃ κανονικῆς, καὶ ἱερατικῇ κουρᾷ χρήσηται· τὸν δὲ παρὰ τὰ ἐνταῦθα διατεταγμένα ποιοῦντα ἀφορίζεσθαι.

A Qui in Armeniorum sunt regione Iudaicos sequentes mores eos solos, qui ex genere sunt sacerdotali, in clerum admittunt. Sed et eos, qui episcopi benedictionem non habuerunt, nec sacerdotali tonsura sunt usi, sacros lectores constituebant, et e suggestu sacros libros populo legere imperabant. Propterea horum utrumque prohibens hic præsens canon, mandat nec ad genus illius respicere, qui in clerum promoveri **196** cupit; sed hoc tantum perscrutari an dignus sit: nec cuiquam concedere, ut legat aut canat e suggestu, nisi a suo episcopo canonicam susceperit benedictionem, et tonsura sacerdotali utatur: eum vero, qui contra ea quæ hic decernuntur, fecerit, deponi.

B

ΚΑΝΩΝ ΛΔ'.

« Καὶ τοῦτο δὲ τοῦ ἱερατικοῦ κανόνος σαφῶς διαγορεύοντος, ὡς τὸ τῆς συνωμοσίας ἢ φρατρίας (13) « ἔγκλημα καὶ παρὰ τῶν ἔξω νόμων κεκώλυται· « πολλῷ δὲ μᾶλλον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦτο γίνεσθαι ἀπαγορεύειν προσήκει· καὶ ἡμεῖς φυλάττειν σπουδάζομεν, ὡς, εἴ τινες κληρικοὶ ἢ μοναχοὶ εὑρεθεῖεν ἢ συνομνύμενοι ἢ φρατριάζοντες, ἢ « κατασκευὰς τυρεύοντες ἐπισκόπων ἢ συγκληρικῶν, ἐκπιπτέτωσαν πάντη τοῦ οἰκείου βαθμοῦ. »

CANON XXXIV.

« Porro autem, cum et hoc canon sacerdotalis aperte « edicat, quod conjurationis vel sodalitatis crimen « etiam ab externis legibus est vetitum, multo « autem magis hoc fieri in Ecclesia prohibere « oportet: nos quoque observare studemus, ut si « qui clerici aut monachi inventi sint, vel con- « jurantes vel sodalitates ineuntes, vel adversus « episcopos vel conclericos aliquid struentes, a « proprio gradu prorsus excidant. »

ΒΑΛΣ. Περὶ συνωμοσίας καὶ φρατρίας ἐγράψαμεν ἐν τῷ ιη' κανόνι τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου. Καὶ ἀνάγνωθι τοῦτον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. Ἐζητήθη δέ ποτε εἰ ὀφείλουσι κολάζεσθαι καὶ οἱ συνωμοσίας ποιήσαντες χάριν ἀγαθοῦ τινος, τυχὸν ἐὰν ὁμογνωμονήσωσι καὶ ὁμόσωσι χωρὶς προστάξεως βασιλικῆς ἢ ἀρχοντικῆς ὑπὲρ καταπολεμουμένης ὑπὸ ἐχθρῶν πόλεως ἀποθανεῖν, ἢ ἀναιρῆσαί τινα λυμεῶνα τῆς κατ' αὐτοὺς πόλεως, ἢ ἄλλο τι ἀγαθὸν ποιῆσαι. Καὶ τινὲς μὲν εἶπον ὡς, ἐπεὶ σπανίως γίνεται τὸ ὑπὲρ ἀγαθοῦ πράγματος συνομόσασθαί τινας, καὶ οὐδὲ ῥητῶς ὑπὸ τῶν νόμων ἢ τῶν κανόνων τοῦτο ἐπιτέτραπται, κεκώλυται πάντη τὸ συνομνύειν, ἵνα μὴ τῇ προφάσει τοῦ ἀγαθοῦ οἱ πολλοὶ καὶ ἐλαφρότεροι εἰς πολλὰ κακὰ περιπίπτωσι, νομίζοντες ἀγαθόν τι ποιεῖν· περιαιρεθῇ δὲ ἐντεῦθεν καὶ ἡ βασιλικὴ καὶ ἀρχοντικὴ ἐξουσία, ἡ τὰ κακὰ διεκδικοῦσα, καὶ εἰς τὰ καλὰ τὸν δῆμον διεγείρουσα. Ἐχρήσαντο δὲ καὶ τρίτῳ κεφ. τοῦ λς' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου λέγοντι περὶ τὰ μέσα κολάζεσθαι τὸν πολεμοῦντα παρὰ κέλευσιν βασιλέως καὶ τῇ ἐν αὐτῷ παραγραφῇ λεγούσῃ, Κἂν νικήσῃ, οὗτος τιμωρεῖται· ἕτεροι δὲ, τῷ παρόντι κανόνι χρώμενοι καὶ τοῖς καταστρωθεῖσι παρ' ἡμῶν νόμοις εἰς τὸ λζ' κεφ. τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, διδάσκουσι δι' ὅλου περὶ συνωμοσίας κατά τινων τυρευθείσης, ἀντέθεντο μόνας τὰς ἐπὶ κακῷ γινομένας συνωμοσίας κωλύεσθαι καὶ κολάζεσθαι, οὐ μὴν καὶ τὰς χάριν ἀγαθοῦ τινος. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ πᾶσαν συνωμοσίαν ὑπὸ τοῦ νόμου κολάζεσθαι δι' ἃ τε ἄνωθεν εἴρηται, καὶ διὰ τὸ ἐν ἀδήλῳ εἶναι

BALS. De conjuratione et sodalitate scripsimus etiam in 18 canone Chalcedon. synodi. Lege autem eum, et quæ in eum scripta sunt. Est autem aliquando quæsitum an ii etiam puniri debeant, qui C boni alicujus gratia conjurationem fecere, forte si conspiraverint ac conjuraverint, sine imperatoris vel magistratus jussu, se pro defendenda ab hostibus oppugnata urbe morituros, vel aliquem suæ civitatis eversorem de medio sublaturos, vel aliquid aliud boni facturos. Ac nonnulli quidem dixerunt, quod, quoniam raro accidit ut pro aliqua re bona aliqui conjurent, et nec a canonibus vel legibus expresse permissum est, conjurare omnino prohibitum est, ne boni prætextu multi, iidemque leviores, in multa mala incidant, se boni aliquid facere existimantes. Hinc autem excepta sit imperatoria et magistratuum potestas, quæ mala ulciscitur, et populum ad honesta excitat. Usi sunt autem et 3 cap. 37 tit. 60 libri dicente circa D medium, Puniri eum qui bellum gerit injussu imperatoris; et quæ in eo est, præscriptione dicente, Etiam si is vicerit, punitur. Alii autem præsenti canone utentes, et legibus quæ a nobis positæ sunt in 37 cap. 9 tit. præsentis operis, quæ omnino docent de conjuratione, quæ adversus aliquos struitur, dixerunt, eas solas, quæ ad malum fiunt, conjurationes prohiberi et puniri; non autem eas quæ alicujus boni gratia fiunt. Mihi autem videtur omnem conjurationem a lege puniri, tum propter ea quæ superius dicta sunt, et quod incertus sit

Guill. Beveregii notæ.

(13) *Φρατρίας*. In ms. Amerbachiano scribitur φατρίας: ut et postea φατριάζοντες, pro φρατριάζοντες. Quemadmodum etiam in annotationibus ad syn. Chalced. can. 18, observatum est.

Digitized by Google

ejus eventus; et eo magis, quod turbam quomodo eumque cogi sine imperatoris facultate a lege valde punitur, etiamsi in bonum facta videatur conjuratio. Inveniens autem constitutionem imperatoris domini Alexii filii imperatoris domini Manuelis Comneni sitam in convenientibus secretis mense Julio, indict. 15, factam, et statuentem magnos nobilesque principes, qui conjurarunt, non condemnandos esse, quoniam quod factum est conjuratio non reputatur, sed legitimum jusjurandum, quia pro illius imperio juratum est, ne dicas conjurationem quæ fit ad malum puniri, quæ vero ad bonum facta est commendari; sed dic omnem conjurationem puniri, propter prædictas causas. Quæ autem in imperatoria prædicta constitutione continentur privata esse, et imperatoria misericordia digna : non autem legum et canonum interpretationes.

ZONAR. Hunc qui de conjuratione est canonem duodevicesimum quarta synodus numerat, eumdemque a nobis suo loco explicatum reperies.

197 ARIST. « Si qui clerici aut monachi conjura-
« tiones vel sodalitates inierint, vel insidias con-
« tra episcopum aut conclericum struxerint,
« gradu excidant. *Perspicuus.* »

CANON XXXV.

« Nulli omnium metropolitanorum liceat, mortuo
« episcopo qui ejus throno subest, res ejus ve-

Α το ἀποτέλεσμα ταύτης, καὶ μᾶλλον ὅτι καὶ τὸ συνάγεσθαι ὄχλον ὁπωσδήποτε χωρὶς ἐξουσίας βασιλικῆς μεγάλως ὑπὸ τοῦ νόμου τιμωρεῖται, κἂν ἐπὶ δοκοῦντι ἀγαθῷ (14) γίνηται ἡ συνωμοσία. Εὑρίσκων δὲ σημείωμα τοῦ βασιλέως κυρίου Ἀλεξίου τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ κατεστρωμένον ἐν τοῖς προσφόροις σεκρέτοις γεγονὸς κατὰ μῆνα Ἰούλιον τῆς ιε' ἰνδικτ. καὶ διαλαμβάνον μὴ ὑποκεῖσθαι καθοσίωσιν τοὺς τότε συνωμοσαμένους μεγάλους καὶ ὑψηλοὺς ἄρχοντας διὰ τὸ μὴ λογίζεσθαι συνωμοσίαν καὶ γεγονὸς, ἀλλὰ θεμιτὸν ὅρκον διὰ τὸ ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τὸν ὅρκον γίνεσθαι, μὴ εἴπῃς τὴν ἐπὶ κακῷ γενομένην συνωμοσίαν εὐθύνεσθαι, τὴν δὲ ἐπὶ ἀγαθῷ εὐλογεῖσθαι· ἀλλὰ λέγε πᾶσαν συνωμοσίαν εὐθύνεσθαι διὰ τὰς προρρηθείσας
Β αἰτίας. Τὰ δὲ τῷ ῥηθέντι βασιλικῷ σημειώματι περιεχόμενα ἰδικὰ εἶναι καὶ ἄξια συμπαθείας βασιλικῆς· οὐ μὴν ἑρμηνείας νόμων καὶ κανόνων εἶναι.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ περὶ τῆς συνωμοσίας κανὼν οὗτος τῆς τετάρτης ἐστὶ συνόδου ὀκτωκαιδέκατος, ὃς ἐκεῖσε ἡρμήνευται.

ΑΡΙΣΤ. « Εἴ τινες κληρικοὶ ἢ μοναχοὶ συνωμοσίας
« ἢ φρατρίας ποιήσαιεν, ἢ συσκευὰς κατ' ἐπισκό-
« που ἢ συγκληρικοῦ, τοῦ βαθμοῦ ἐκπιπτέτωσαν.
« *Σαφής.* »

ΚΑΝΩΝ ΛΕ'.

« Μὴ ἐξέστω τινὶ (15) τοῦ πάντων μητροπολιτῶν τε-
« λευτῶντος ἐπισκόπου, τελοῦντος ὑπὸ τὸν κατ' αὐ-

Guill. Beveregii notæ.

(14) *Κἂν ἐπὶ δοκοῦντι ἀγαθῷ.* Hæc usque ad finem hujus interpretationis, in Parisiensi editione desiderata, ex ms. Bodleiano supplevimus. In Amerbachiano non exstant. Sed in Supplemento ad Parisiensem Balsamonis editionem ex mss. Vaticanis, eorum loco, hæc habentur : Νομίζω καλῶς ἑρμηνευθῆναι τὸν κανόνα, καὶ μὴ ὀφείλειν ἐκλαμβάνεσθαι αὐτὸν, καθώς τινες λέγουσι, πρὸς τοὺς ποιησαμένους συνωμοσίαν ἐπὶ ἀγαθῷ· κἂν ὅπως γὰρ γίνηται, κολάζεται, καθὼς ἐγράφη ἄνωθεν. Εὑρίσκω δὲ σημείωμα κατεστρωμένον ἐν τοῖς προσφόροις σεκρέτοις τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, τελεστὴν φέρον τὸν Ἰούλιον μῆνα, τῆς ιε' ἰνδικτ. καὶ διαλαμβάνον μὴ εὐθύνεσθαι τοὺς καθοσιώσει ὑποπεσόντας διὰ βασιλικῆς προστάξεως πολλοὺς εὐγενεῖς καὶ μεγάλους ἀνθρώπους, κατὰ τοὺς συνωμοσίαν ποιησαμένους, ὡς τοῦ βασιλέως ἀποφηναμένου μὴ συνωμοσίαν τὸ παρὰ τούτων γενόμενον εἶναι, ἀλλὰ θεμιτὸν ὅρκον, διὰ τὸ ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῆς τὴν συνωμοσίαν γενέσθαι. Μὴ εἴπῃς, τὴν μὲν ἐπὶ κακῷ γενομένην συνωμοσίαν κολάζεσθαι, τὴν δὲ ἐπὶ καλῷ μὴ εὐθύνεσθαι, ἀλλὰ λέγε, πᾶσαν συνωμοσίαν ὑπεύθυνον εἶναι διὰ τὰς ἐν τῇ ἄνω κειμένῃ ἑρμηνείᾳ τεθείσας αἰτίας, τὰ δὲ ἐν τῷ ῥηθέντι βασιλικῷ σημειώματι δηλούμενα ἰδικὰ εἶναι καὶ συμπαθείας βασιλικῆς μέτοχα, οὐ μὴν καὶ ἑρμηνείας νόμων καὶ κανόνων. *Existimo recte expositum esse canonem, nec debere illum accipi, prout affirmant nonnulli, ad eos qui conjurationem instruxerunt ad bonum. Quocunque enim modo fiat, punitur, ut supra dictum est. Invenio autem constitutionem sitam in convenientibus secretis imperatoris domini Manuelis Comneni, Julium mensem, quo perfecta est, indicantem, indictione* xv, *quæ continet, multos nobiles magnosque homines, qui imperatoris jussu se invicem sacramentis obstrinxerunt, non esse corrigendos, ut qui conjurationem fecerunt. Nempe cum imperator pronuntiaverit, non esse conjurationem quod ab illis factum est, sed licitum jusjurandum; quoniam pro ipso imperio conjuratio facta est : ne dixeris, eam quidem conjurationem, quæ fit ad malum puniri, quæ vero ad bonum, non corrigi : sed dic, omnem conjurationem pœnæ esse obnoxiam, propter causas in supra posita interpretatione adductas. Quæ autem in dicta imperatoris constitutione declarata sunt, esse privata ac specialia, non autem etiam legum canonumque interpretationes.* Qui hæc cum iis, quæ nos ex ms. Bodleiano edimus, contulerit, statim eumdem sensum, sed aliis verbis expressum, inveniet. Constitutio autem, quæ hic dicitur Manuelis Comneni, in nostro codice Alexio filio Manuelis Comneni ascribitur : quæ autem hic traduntur, se Balsamonis non esse produnt. In ipso enim exordio, uti videre est, dicitur, νομίζω καλῶς ἑρμηνευθῆναι τὸν κανόνα, quod Balsamon de sua ipsius interpretatione dicere voluisse vix credibile est. Sed ista verba in nostro codice Bodleiano desunt : omissa forsitan a transcriptore aliquo, ne quæ sequuntur supposititia viderentur. Et, ut alia taceam, si quæ hic traduntur revera Balsamonis fuissent, descriptores ea pro libitu ita non immutassent. Non enim variantes tantum occurrunt lectiones, sed totum variatur. Quod in genuinis Balsamonis Commentariis nunquam accidit.

(15) *Μὴ ἐξέστω τινὶ.* Cum hoc loco cautum sit, ne metropolitani episcoporum suorum vita functorum bona sibi vindicent, hinc fit, quod in Oriente, cum metropolitanus aliquis, aut archiepiscopus ordinaretur, hoc ei inter alia in mandatis dari consuetum est, Δεῖ τὴν σὴν θεοφίλειαν, εἴ ποτέ τινι τῶν ἐπισκόπων τὸ τοῦ βίου τέλος ἐπέλθοι, μηδὲν μηδαμῶς ἐκ τῶν αὐτοῦ ἀφαιρεῖσθαι πραγμάτων, μηδὲ σεμνῷ ὀνόματι συνηθείας ἐπισκιάζειν τὴν τῆς ἁρπαγῆς καὶ τυραννίδος ἀπηγορευμένην πρᾶξιν· παρεγγυᾶσθαι δὲ πᾶσι, σῶα πάντα διαφυλάττεσθαι, καὶ κατὰ τὴν αὐτῷ ἐκείνου διάταξιν οὕτως ἕκαστον

Digitized by Google

« τὸν θρόνον, τὰ αὐτοῦ πράγματα ἢ τῆς κατ' A
« αὐτὸν ἐκκλησίας ἀφαιρεῖσθαι ἢ σφετερίζεσθαι·
« ἀλλ' ὑπὸ παραφυλακὴν ἑστωσαν τοῦ κλήρου τῆς
« ἐκκλησίας, ἧς ὁ τελευτήσας ἐτύγχανεν πρόεδρος,
« μέχρι τῆς ἑτέρου ἐπισκόπου παραγωγῆς· ἐκτὸς
« εἰ μὴ κληρικοὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἐκκλησίᾳ οὐχ ὑπε-
« ελείφθησαν· τηνικαῦτα γὰρ ὁ μητροπολίτης
« ταῦτα παραφυλάξει ἀμείωτα, τῷ χειροτονηθέντι
« ἐπισκόπῳ πάντα ἀποδιδούς. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ κβ' κανόνι τῆς δ' συνόδου γέγραπται καθαιρεῖσθαι τοὺς ἁρπάζοντας κληρικοὺς τὰ διαφέροντα τῷ ἀποθανόντι ἐπισκόπῳ πράγματα· ὁ δὲ παρὼν κανὼν κωλύει τὸν μητροπολίτην σφετερίζεσθαι ταῦτα. Ἀκούων δὲ ὡς ὑπὸ φυλακὴν ὀφείλουσιν εἶναι ταῦτα ἢ παρὰ τῷ κλήρῳ ἢ παρὰ τῷ μητροπολίτῃ, B ὅταν οὐκ ὦσι κληρικοί, ἐφ' ᾧ δοθῆναι τῷ χειροτονηθησομένῳ ἐπισκόπῳ, μὴ εἴπῃς ἐξ ἀνάγκης ὀφείλειν τοῦτο γίνεσθαι. Εἰ γὰρ ὁ τελευτήσας ἐπίσκοπος ἐποίησεν ἀπογραφὴν, κατὰ τὸν μ' ἀποστολικὸν κανόνα, ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι, τοῖς ἐξ ἀδιαθέτου κληρονόμοις τούτου δοθήσεται τὰ ἐκείνου πράγματα. Καὶ ἀνάγνωθι τὰ ἐν τῷ ῥηθέντι κβ' κανόνι χάριν τούτου γραφέντα. Ἐπὶ τούτοις ἔχε ἐπὶ μνήμης καὶ τὸ κατὰ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα τῆς ιδ' ἰνδικτιῶνος ἀπολυθὲν πρόσταγμα τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως (16), χάριν τοῦ μὴ ἁρπάζεσθαι τὰ τοῖς τελευτῶσιν ἐπισκόποις ἀνήκοντα παρὰ τῶν πρακτόρων, καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα διαλαμβάνον· Πρᾶγμα καὶ εἰς Θεοῦ τολμώμενον περιφρόνησιν, καὶ εἰς ἀθέτησιν θεσμῶν φυσικῶν παρὰ τῶν, ὅ φασι, μήτε Θεοῦ ὅπα C μήτ' ἀνθρώπων νέμεσιν ὑφορωμένων, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἀνεκτὸν ὅλως ἐλογίσθη τῇ βασιλείᾳ μου, εἰς ἀκοὰς αὐτῇ πεπτωκός· ἔνθεν τοι καὶ ὡς πάντη τοῦ τῶν Χριστωνύμων ἀνάξιον ἐπαγγέλματος, διορθοῦται τοῦτο ἡ βασιλεία μου. Ἀνηνέχθη γὰρ αὐτῇ ὡς ἐν ταῖς ἀπὸ τοῦ ζῆν ἐκδημίαις τῶν ὁπουδήποτε ἀρχιερατευόντων ἐν ταῖς τοῦ Θεοῦ ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, πῆ μὲν καὶ πρὸ τῆς αὐτῶν ἐκφορᾶς, πῆ δὲ καὶ κατὰ τὴν ἐκφοράν, οἱ κατὰ χώραν ἐνεργοῦντες προφάσει τῆς αὐτῶν τελευτῆς τῶν τε κελλίων αὐτῶν ἀπανθρώπως κατεπεμβαίνουσι καὶ τῶν ὑπὸ τὰς λαχούσας αὐτοὺς ἐκκλησίας ἀκινήτων, καὶ ἁφαιροῦνται μὲν ἅπαντα τὰ ἐν τούτοις παρευρεθέντα τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς· καθολικὴν δὲ ποιοῦνται τῶν τοιούτων ἀκινήτων ἀπαίτησιν, καὶ παντοίως ἑτέρως ταῦτα D συντρίβουσιν. Ἡ δὲ βασιλεία μου μηδὲ μέχρι καὶ εἰς ἄκουσμα μόνον ἀνεκτὴν ἡγησαμένη τὴν τοσαύτην

« ipsius ecclesiæ auferre vel sibi vindicare; sed
« sint sub custodia cleri ecclesiæ, cui defunctus
« præfuit, usque ad alterius episcopi promotio-
« nem: nisi in eadem ecclesia non relicti
« sint clerici. Tunc enim metropolitanus ea non
« diminuta servabit, ordinato episcopo omnia
« reddens. »

BALS. In vicesimo secundo canone quartæ synodi scriptum est, deponendos clericos, qui rapiunt bona quæ ad mortuum episcopum pertinent. Præsens autem canon prohibet metropolitanum ea sibi vindicare. Cum autem audis ea debere esse sub custodia, vel apud clerum, vel quando non fuerint clerici, apud metropolitanum, ut dentur ordinando episcopo: ne dixeris hoc debere necessario fieri. Si enim defunctus episcopus inventarium fecerit (ut vult 40 canon apostolicus) cum primum fuit ordinatus; hæredibus ejus ab intestato illius bona dabuntur. Et lege quæ in dicto 22 canone de eo scripta sunt. Præterea autem tene memoria constitutionem potentis sanctique imperatoris domini Emanuelis Comneni Septembri mense 14 indictione emissam, de non rapiendis, ab exactoribus, bonis quæ ad defunctos episcopos pertinent, quæ quidem hæc verbatim complectitur: Res, quæ et in Dei contemptum, et ad legum naturæ infirmationem, ab iis qui, ut aiunt, neque Dei vocem neque hominum vindictam formidant, ut est verisimile, audetur, non ferenda omnino imperiali meæ potestati, cum ad ejus aures pervenisset, visa est. Quamobrem eam, ut omnino Christiana professione indignam, mea corrigit imperialis potestas. Ei enim relatum est, quod in excessu e vita eorum, qui ubivis pontificatum gerunt in sanctissimis Dei ecclesiis, partim quidem et antequam funus efferatur, partim vero et postquam elatum fuerit, ii, qui in ea regione fisci procurationem exercent, ipsorum mortis prætextu, eorum cellas inhumane invadunt, et ecclesiarum, quæ eis obtigerant immobilia, et omnes quidem facultates, quæ in illis inventæ fuerint, auferunt, universam autem ejusmodi immobilium exactionem faciunt, et ea alioqui omnino eliquant. Imperialis ergo mea potestas ne vel auditu quidem ferendam eorum esse audaciam existimans, ne cum damnum et calamitas ex antistitum morte ad eorum

Guill. Beveregii notæ.

τῶν καταλιμπανομένων εἰδῶν διοικεῖσθαι. *Debet tua pietas si quis episcoporum vitam cum morte commutarit, omnino nihil ex ejus rebus auferre, nec honesto nomine consuetudinis prohibitum rapinæ tyrannidisque facinus obumbrare: sed universis denuntiare futurum, ut omnia salva conserventur, et secundum ipsiusmet dispositionem quævis relictæ species administrentur.* In *Jur. Gr. Rom.* l. VI, pag. 430. Quod quidem mandatum ex præsenti canone originem traxisse videtur.

(16) *Κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως.* Ms. Amerbachianus legit αὐθέντου βασιλέως. Sed nomen imperatoris hujus, qui constitutionem hic laudatam edixit, nec in isto, nec in nostris mss. commemoratur: at in codice Tiliano Emmanuel Comnenus nominatur; uti constat ex Latina Herveti versione, qui reddidit, *imperatoris domini Emanuelis Comneni*, quam propterea versionem nos immutare noluimus, ut imperatoris nomen indicantem. Nam Emanuelem Comnenum hanc edidisse constitutionem ex his ipsis etiam verbis constat, ἁγίου ἡμῶν βασιλέως. Nam Balsamonis temporibus ille imperator erat, cujus etiam jussu Balsamon præclarum hoc opus suscepit; ut ipse in præfatione ad Nomocanonem Photii testatus est. Hinc etiam est, quod hæc ipsa Constitutio sub ejusdem imperatoris nomine exstet etiam in *Juris Græco-Romani* l. II, p. 154.

Digitized by Google

ecclesias pervaserit, hi multo majorem calamitatem invehant, et ea sint quam jam habent molestia longe molestiores; statuit per hanc præsentem constitutionem, ne ab iis, qui ducales magistratus gerunt, vel descriptiones vel aliqua alia publici jure exerent, tale quid in sanctissimas ecclesias, vel earum immobilia, vel antistitum cellas, in eorum morte deinceps amplius innovetur : sed si testati quidem moriantur antistites juxta eorum voluntatem et ordinationem omnia fiant, quod ad ea attinet quæ in eorum cellis inveniuntur. Quod si forte etiam intestati decesserint, omnia quoque fiant, prout in sacris canonibus et legibus fieri præscriptum est. Atqui in viduarum ecclesiarum immobilia ne pedem quidem omnino immittet aliquis ex ducibus, vel aliquibus aliis, ut dictum est : sed nec quælibet illinc pars quomodocunque auferatur, sed omnia a partibus ejusmodi ecclesiarum in ipsis administrabuntur, quemadmodum de ea legitime et canonice edictum est, donec scilicet, qui post mortuos antistites in ecclesias renuntiati sunt, in regione fuerint, et eorum **198** administrationem susceperint. Interim sciat is, qui ad infirmationem alicujus eorum, quæ a præsenti imperialis potestatis meæ constitutione decreta sunt processerit, quod etiamsi Deus in tali ejus tamque audaci incepto in præsentia siluerit, omnino in futurum dignum ejus supplicium reservans, imperialis tamen mea potestas eum acerbius in præsentia aggredietur, pœnis eum corporalibus subjiciens, et suorum membrorum truncationibus, bonorumque publicationi, et diuturno exsilio. Non solum enim ex eo simplum reddet ecclesiæ, quod ei illo modo ab ipso auferendum est, sed etiam a fisco talis quantitatis duplum absque ulla commiseratione exigetur, perfectissima ea de re cognitione per antistitem ei, qui pro tempore mysticus erit, data, qui etiam utraque administrare debet : de suo autem peccato omnino excusationem non habebit. Venit enim imperialis mea potestas, et eis per præsentem constitutionem evangelice locuta est, quæ in sacro chartophylacio reponetur, sanctissimis ecclesiis sufficiens futura, si ejus solum exempla authentica ac competenti fide munita ab ipsis partibus ostendantur. Ea enim archetypi vim habebunt, et exhibentibus ad æternam securitatem erunt.

τόλμαν αὐτῶν, ἵνα μὴ καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς θανάτοις τῶν ἀρχιερέων ἐπιούσης ταῖς κατ' αὐτοὺς ἐκκλησίαις ζημίας καὶ συμφορᾶς οὗτοι βαρυσυμφορώτεροι γίνοιντο, καὶ τῆς ἐπὶ αὐτοῖς ἀνίας ἀνιαρώτεροι, διορίζεται διὰ τῆς παρούσης προστάξεως μηκέτι παρὰ τῶν κατὰ χώραν τὰς δουκικὰς ἀρχὰς διεπόντων ἢ ἀναγραφὰς ἢ ἕτερ' ἄττα δικαίῳ τοῦ δημοσίου ἐνεργούντων τοιοῦτόν τι κατὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν, ἢ τῶν ὑπ' αὐτὰς ἀκινήτων, ἢ τῶν κελλίων τῶν ἀρχιερέων, ἐν ταῖς αὐτῶν τελευταῖς τοῦ λοιποῦ νεωτερισθῆναι· ἀλλ' εἰ μὲν ἐνδιαθήκως οἱ ἀρχιερεῖς τελευτῷεν, κατὰ τὰς αὐτῶν βουλάς τε καὶ διατάξεις ἅπαντα γίνεσθαι ὅσον ἐπὶ τοῖς παρευρισκομένοις ἐν τοῖς κελλίοις αὐτῶν· εἰ δ' ἴσως καὶ ἀδιάθετοι ἀπαλλάτοιντο, πάντα καὶ οὕτω συντελεῶσθῆναι κατὰ τὸ τοῖς ἱεροῖς κανόσι καὶ τοῖς νόμοις δοκοῦν. Τοῖς ἀκινήτοις μέντοι τῶν χηρευουσῶν ἐκκλησιῶν οὐδὲ πόδα ὅλως ἐπιβαλεῖ τις τῶν κατὰ χώραν δουκῶν ἢ τινων ἑτέρων, ὡς εἴρηται, οὐδέ τι οἱονοῦν ἐκεῖθεν ὀπωσοῦν ἀναλάθηται· ἀλλὰ πάντα παρὰ τῶν μερῶν τῶν τοιούτων ἐκκλησιῶν ἐν αὐτοῖς οἰκονομηθήσεται, καθὼς ἄρα καὶ περὶ τούτου νομίμως καὶ κανονικῶς διηγόρευται, μέχρις ἂν δηλαδὴ οἱ κατὰ τοὺς τεθνηκότας ἀρχιερεῖς εἰς ἐκκλησίας ἐπικηρυττόμενοι κατὰ χώραν γεγονότες αὐτοί, τῆς τούτων οἰκονομίας ἀναδέξωνται. Εἰδέναι ὀφειλοντος τοῦ εἰς ἀθέτησίν τινος τῶν ἐν τῇ παρούσῃ προστάξει τῆς βασιλείας μου διωρισμένων χωρήσαντος ὡς, εἰ καὶ θεὸς ἐπὶ τῷ τοιούτῳ αὐτῶν τολμήματι πρός τε τὸ παρὸν παρασιωπήσεται, πάντως εἰς τὸ μέλλον αὐτοῖς τὴν ἀξίαν δίκην ταμιευόμενος, ἀλλ' ἡ βασιλεία μου καὶ εἰς τὸ παρὸν πικρότερον αὐτὸ μετελεύσεται, σωματικαῖς ποιναῖς αὐτὸν καθυποβαλοῦσα, μελῶν τε οἰκείων ἀκρωτηριασμοῖς, καὶ τῶν ὑπαρχόντων δημεύσει, καὶ ἐξορίᾳ μακρᾷ. Οὐ μόνον γὰρ τὸ ἁπλοῦν ἀπεντεῦθεν ἀποδώσει ὁ τοιοῦτος τῇ ἐκκλησίᾳ, τὸ ἐξ αὐτῆς τοιουτοτρόπως παρ' αὐτοῦ ἀφαιρεθησόμενον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοῦ δημοσίου εἰς τὸ διπλοῦν ἀσυμπαθῶς ἀπαιτηθήσεται τὴν τοιαύτην ποσότητα, εἰδήσεως ἀκριβεστάτης διδομένης περὶ τούτου παρὰ τοῦ τηνικαῦτα ἀρχιερέως τῷ κατὰ τὴν ἡμέραν μυστικῷ, ὃς καὶ ὀφείλει καὶ ἄμφω οἰκονομεῖν· πρόφασιν δὲ πάντως οὐχ ἕξει περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ. Ἦλθε γὰρ ἡ βασιλεία μου εὐαγγελικῶς καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς διὰ τῆς παρούσης προστάξεως, ἥτις καταστρωθήσεται καὶ τῷ ἱερῷ χαρτοφυλακίῳ ἐναποτεθήσεται, ἀρκέσουσα ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, κἂν ἰσότυπα καὶ μόνα ταύτης πεπιστωμένα παρὰ τῶν μερῶν αὐτῶν ἐμφανίζηται. Ἐξουσι γὰρ πρωτοτύπων ἰσχὺν ταῦτα καὶ τοῖς πορισαμένοις προσέσονται εἰς ἀσφάλειαν αἰωνίζουσαν.

ZONAR. Idem argumentum quartæ quoque synodi canon vicesimus secundus exsequitur. Ibi et hujus canonis mentio a nobis facta, et alia per quæ ejusdem explicationi satisfactum arbitramur, allata fuere.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ εἰκοστὸς δεύτερος κανὼν τῆς τετάρτης συνόδου περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου διαλαμβάνει, ἔνθα καὶ τοῦ παρόντος κανόνος ἐμνήσθημεν· ἀρκεῖ οὖν τὰ εἰρημένα ἐκεῖ.

ARIST. « Episcopo vita defuncto, clerus bona re-
« servabit. Si vero nullus relinquatur clericus,
« metropolitanus ea conservabit, donec alter
« ordinetur. »

ΑΡΙΣΤ. « Τελευτῶντος ἐπισκόπου, ὁ κλῆρος φυλάξει
» τὰ πράγματα· εἰ δὲ μὴ ὑπολέλειπται κληρικός, ὁ μητροπολίτης ταῦτα διαφυλάξει ἕως τῆς ἑτέρου χειροτονίας. »

Nec clericis post mortem episcopi sui nec metropolitano licet quidquam e vacantis ecclesiæ

Οὔτε τοῖς κληρικοῖς μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ ἐπισκόπου αὐτῶν οὔτε τῷ μητροπολίτῃ ἔξεστιν ἀφαιρεῖ-

Digitized by Google

σθαί τι τῶν τῆς χηρευουσης ἐκκλησίας πραγμάτων· ἀλλὰ πάντα ὀφείλουσι παραφυλάττεσθαι παρ' αὐτῶν δὴ τῶν κληρικῶν, μέχρις ἂν ἕτερος ἐπίσκοπος χειροτονηθῇ. Εἰ δ' ἴσως κληρικὸς ἐν τῇ τοιαύτῃ οὐχ ὑπελείφθη ἐκκλησίᾳ, ὁ μητροπολίτης ταῦτα παραφυλάξει ἀμείωτα, ἀποδοῦναι μέλλων πάντα τῷ χειροτονηθησομένῳ ἐπισκόπῳ.

A bonis auferre, sed omnia custodiri debent ab illis ipsis clericis, usque dum alius episcopus constituatur. Si forte autem clericus in illa non relinquatur ecclesia, metropolitanus ea imminuta servabit omnia futuro episcopo redditurus.

ΚΑΝΩΝ ΛϚ'.

« Ἀνανεούμενοι τὰ παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντηκοντα « ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν τῇ θεοφυλάκτῳ ταύτῃ « καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων, καὶ τῶν ἑξακο- « σίων τριάκοντα τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων « νομοθετηθέντα, ὁρίζομεν τὸν Κωνσταντινουπό- « λεως θρόνον τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων τοῦ « τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης θρόνου, καὶ ἐν τοῖς B « ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκεῖνον μεγαλύνεσθαι πρά- « γμασι, δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ὑπάρχοντα· μεθ' « ὃν ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ἀριθμεί- « σθω θρόνος, εἶτα ὁ Ἀντιοχείας, καὶ μετὰ τοῦτον « ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως. »

CANON XXXVI.

« Renovantes quæ a sanctis centum et quinqua- « ginta Patribus, qui in hac a Deo conservata et « regia urbe, et sexcentis triginta, qui Chalce- « done convenere, constituta sunt, decernimus, « ut thronus Constantinopolitanus æqualia pri- « vilegia cum antiquæ Romæ throno obtineat, et « in ecclesiasticis negotiis ut ille magnifiat, ut qui « sit secundus post illum. Post quem magnæ « Alexandrinorum civitatis numeretur thronus, « deinde Antiochiæ, et post eum Hierosolymitanæ « civitatis. »

ΒΑΛΣ. Περὶ τοῦ δευτέρου καὶ τρίτου κανόνος φασὶ τῆς δευτέρας συνόδου· καὶ τοῦ κη' κανόνος τῆς ὀ συνόδου. Καὶ ἀνάγνωθι τὰ ἐν τούτοις παρ' ἡμῶν γραφέντα.

BALS. De secundo et tertio canone secundæ synodi, et 28 can. quartæ synodi loquuntur. Et lege quæ iu eos a nobis scripta sunt.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ ἐν τῇ ἐξηγήσει τῶν εἰρημένων κανόνων, ὧν μέμνηται ὁ παρὼν κανών, εἰρημένα ἡμῖν περὶ τοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως ζητητέον, καὶ οἶμαι ὡς οὐ πλειόνων δεήσει τῷ τοῦτον ἀναγινώσκοντι.

ZONAR. Quæ a nobis de Constantinopolitana sede in eorum canonum, qui hic laudantur, explicatione dicta sunt, ea quærenda; quæ qui legerit, plura in hanc sententiam ut arbitror, non requiret.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ Κωνσταντινουπόλεως μετὰ τὸν Ῥώ- C « μης ἔστω, τῶν ἴσων ἀπολαύων πρεσβείων· « μεθ' ὃν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας· ἐξῆς ὁ Ἀντιο « χείας· εἶτα ὁ Ἱεροσολύμων. »

199 ARIST. « Thronus Constantinopolitanus post « Romanum proximus, æqualibus fruatur privile- « giis. Post eum Alexandrinus, deinceps Antio- « chenus, et deinde Hierosolymitanus. »

Τὸ τὸν Κωνσταντινουπόλεως τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων μετὰ τὸν Ῥώμης οὕτως ἐν τῷ τρίτῳ κανόνι τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συνόδου ἡρμηνεύσαμεν, καὶ ἐν τῷ εἰκοστῷ ὀγδόῳ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου· ὥστε μὴ κατὰ τὴν τιμὴν δεύτερον τοῦ Ῥώμης τάττεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τοὺς χρόνους. Οὕτω γοῦν καὶ ἐνταῦθα δεῖ νοεῖν τὴν μετὰ πρόθεσιν τοῦ χρόνου εἶναι δηλωτικήν, ἀλλ' οὐ τῆς τιμῆς. Μετὰ γὰρ χρόνους πολλοὺς τῶν ἴσων πρεσβείων τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ καὶ ὁ θρόνος οὗτος τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἔτυχε, διὰ τὸ βασιλείᾳ τε καὶ συγκλήτῳ τιμηθῆναι τὴν πόλιν ταύτην, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ.

Episcopum Constantinopolitanum æqualibus frui privilegiis post Romanum, sic in tertio synodi Constantinopolitanæ, et in vicesimo octavo synodi Chalcedonensis canone interpretati sumus, ut non honoris, sed temporis respectu secundus a Romano collocetur. Sic itaque et hic intelligendum est præpositionem, post, tempus indicare, non autem honorem. Nam *post* annos multos æqualia Romanæ Ecclesiæ obtinuit thronus hic Constantinopolitanus privilegia; eo quod imperio et senatu hæc civitas honorata est, æqualibus veteri Romæ gaudet D privilegiis.

ΚΑΝΩΝ ΛΖ'.

« Ἐπειδὴ κατὰ διαφόρους καιροὺς βαρβαρικαὶ γε- « γόνασιν ἔφοδοι, καὶ πλεῖσται πόλεις ἐντεῦθεν « ὑποχείριοι τοῖς ἀνόμοις κατέστησαν, ὡς ἐντεῦ- « θεν μὴ δυνηθῆναι τὸν τῆς τοιαύτης πόλεως « πρόεδρον μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ χειροτονίαν τὸν « οἰκεῖον θρόνον καταλαβεῖν, καὶ ἐν αὐτῷ ἱερα- « τικῇ καταστάσει ἐνιδρυνθῆναι· καὶ οὕτω κατὰ « τὸ κρατῆσαν ἔθος τὰς χειροτονίας καὶ πάντα ἃ « τῷ ἐπισκόπῳ ἀνήκει πράττειν τε καὶ μεταχειρί- « ζεσθαι· ἡμεῖς, τὸ τίμιον καὶ σεβάσμιον τῇ ἰε- « ρωσύνῃ φυλάττοντες, καὶ μηδαμῶς πρὸς λύμην « τῶν ἐκκλησιαστικῶν δικαίων τὴν ἐθνικὴν ἐπή-

CANON XXXVII.

« Quoniam diversis temporibus barbaricæ incur- « siones fuere, et ex eo plurimæ civitates ab ini- « quis subjugatæ, ut ideo non possit ejus civi- « tatis præsul, postquam ordinatus fuerit, suum « thronum occupare, et in sacerdotali statu in « eo collocari, et sic pro ea quæ invaluit consue- « tudine, ordinationes et omnia quæ ad episcopum « pertinent, agere et tractare: nos honorem ac « venerationem sacerdotio servantes, et gentilem « injuriam nequaquam ad ecclesiasticorum jurium « perniciem posse quidquam agere volentes, eis « qui sic ordinati sunt, et propter prædictam

Digitized by Google

« causam in suis thronis non sunt constituti, ut absque ullo ex ea re præjudicio conserventur « decrevimus, et ut diversorum clericorum ordinationes canonice faciant, et præsulatus auctoritate secundum proprios fines utantur, et sit « firma ac legitima quæcunque sub iis procedit « administratio. Non enim a tempore necessitatis « exacta juris observatione circumscripta dispensationis terminus definietur. »

« ρειαν ἐνεργεῖσθαι βουλόμενοι, τοῖς οὕτω χειροτονηθεῖσι, καὶ διὰ τὴν προκειμένην αἰτίαν ἐν τοῖς ἑαυτῶν μὴ ἐγκαταστᾶσι θρόνοις, τὸ ἀπροκριμάτιστον τηρεῖσθαι συνεωράκαμεν, ὥστε καὶ « χειροτονίας κληρικῶν διαφόρων κανονικῶς « ποιεῖν, καὶ τῇ τῆς προεδρίας αὐθεντίᾳ κατὰ « τὸν ἴδιον ὅρον κεχρῆσθαι, καὶ βεβαίαν καὶ νε« νομισμένην εἶναι πᾶσαν ὑπ' αὐτῶν προϊοῦσαν « διοίκησιν (17). Οὐ γὰρ ὑπὸ τοῦ τῆς ἀνάγκης « καιροῦ τῆς ἀκριβείας περιγραφείσης ὁ τῆς οἰ« κονομίας ὅρος περιορισθήσεται.

BALS. Nota præsentem canonem propter eos qui dicunt, patriarchas Antiochenum et Hierosolymitanum, et alios qui ad ecclesias suas non prius veniebant, nec posse in throno constitui ad causas ecclesiasticas, de quibus synodice agendum est, dignoscendas, vel ad ordinandum, vel aliud quippiam sacerdotale celebrandum; hujusmodi enim hominibus os occludit. Hunc enim canonem incomparabilis ille dominus Alexius Aristenus contra sanctissimum illum patriarcham Hierosolymitanum dominum Nicephorum protulit. Tricesimus sextus canon apostolicus, et decimus septimus et decimus octavus Antiochenæ synodi, episcopos quidem, qui postquam ordinati fuerint in eas quæ illis obtigerunt diœceses non proficiscuntur, segregationi subjiciunt: eos autem, qui non sua culpa, sed propter causam aliquam rationabilem, non accesserint, puniendos non esse dicunt, et eos suum honorem habere decernunt, perinde ac si in regione versati, et in sede collocati essent. Præsens autem canon decernit episcopos, qui non potuerint, propter barbaricam incursionem, in eos qui eis obtigerunt thronos proficisci, similiter honorari, et sine ullo præjudicio omnia pontificalia exercere, et omnino reputari, perinde ac si in regionem secessissent, et in throno suo collocati essent. Quamobrem et Iconii metropolitanus, et Orientales alii metropolitani, non habentes ecclesias, ut quæ a Barbaris teneantur, episcopos recte ordinant, et pontificalia omnia exercent, etiamsi omnino in ecclesias, quæ illos sortitæ sunt, non venerint, nec in throno collocati fuerint. Vidi enim hoc sæpe dictum, et in controversiam deductum. Lege et, quæ in mense Novembri secunda indictione emissa est, constitutionem illustris imperatoris domini Alexii **200** Comneni, et decernentem eos, qui in Orientales ecclesias

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα (18) διὰ τοὺς λέγοντας μὴ δύνασθαι τόν τε Ἀντιοχείας καὶ Ἱεροσολύμων πατριάρχας, καὶ τοὺς λοιποὺς τοὺς μὴ φθάσαντας εἰς τὰς ἰδίας ἐκκλησίας ἀπελθεῖν, καὶ ἐνθρονισθῆναι μὴ δύνασθαι, διαγινώσκειν χάριν ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων λαλουμένων συνοδικῶς ἢ χειροτονεῖν, ἢ ἄλλο τι ἀρχιερατικὸν ἐνεργεῖν· ἀντιστομίζει γὰρ τοὺς τοιούτους· προεβάλετο γὰρ τὸν τοιοῦτον κανόνα ὁ ὑπέρτιμος ἐκεῖνος κῦρος Ἀλέξιος ὁ Ἀριστηνὸς κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου Ἱεροσολύμων κυροῦ Νικηφόρου. Ὁ λς' ἀποστολικὸς κανὼν, καὶ ὁ ιζ' καὶ ὁ ιη' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου τοὺς μὲν ἐπισκόπους, τοὺς μετὰ τὸ χειροτονηθῆναι μὴ ἐπιδημήσαντας εἰς τὰς λαχούσας, αὐτοὺς ἀφορισμῷ καθυποβάλλουσι· τοὺς δὲ μὴ παρ' αἰτίαν οἰκείαν, ἀλλά διά τινα πρόφασιν εὔλογον μὴ ἀπελθόντας ἀνευθύνους εἶναί φασι, καὶ διορίζονται ἔχειν τούτους τὴν οἰκείαν τιμὴν τοιαύτην, ὥσπερ ἂν εἰ κατὰ χώραν ἐνεδήμησαν καὶ ἐνεθρονίσθησαν. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν θεσπίζει τοὺς ἐπισκόπους, τοὺς μὴ δυνηθέντας διὰ βαρβαρικὴν ἔφοδον ἀπελθεῖν εἰς τοὺς λαχόντας αὐτοῖς θρόνους, παρομοίως τιμᾶσθαι, καὶ ἐνεργεῖν ἀπροκριματίστως πάντα τὰ ἀρχιερατικὰ, καὶ ἁπλῶς λογίζεσθαι, ὥσπερ εἰ κατὰ χώραν ἀπῆλθον καὶ ἐνεθρονίσθησαν. Ὥστε καὶ ὁ μητροπολίτης Ἰκονίου καὶ ἕτεροι Ἀνατολικοὶ μητροπολῖται μὴ ἔχοντες ἐκκλησίας, ὡς κρατουμένας ὑπὸ βαρβάρων καλῶς ἐπισκόπους χειροτονοῦσι, καὶ πάντα τὰ ἀρχιερατικὰ ἐνεργοῦσι, κἂν οὐκ ἔφθασαν ὅλως εἰς τὰς λαχούσας αὐτοὺς ἐκκλησίας ἀπελθεῖν καὶ ἐνθρονισθῆναι. Εἶδον γὰρ τοῦτο πολλάκις λαληθὲν καὶ εἰς ἀμφιβολίαν ἐλθόν. Ἀνάγνωθι καὶ τὴν κατὰ τὸν Νοέμβριον μῆνα τῆς β' ἰνδικτιῶνος ἀπολυθεῖσαν πρόσταξιν τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως (19) κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ διοριζομένην τοὺς ψηφισθέντας εἰς Ἀνατολικὰς ἐκκλησίας ἔχειν αὖθις

Guill Beveregii notæ.

(17) *Προϊοῦσαν διοίκησιν.* Ms. Amerbachianus et Æthoniensis legunt προνοοῦσαν, reliqui nostræ, ut veriori quidem lectioni, suffragantur.

(18) *Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα.* Hæc, usque ad κυροῦ Νικηφόρου inclusive, nec in Parisiensi editione neque in ms. Amerbachiano leguntur, sed tantum in codice nostro Bodleiano, cui ea accepta ferimus.

(19) *Πρόσταξιν τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως.* Balsamon in *Meditat. de patriarcharum privilegiis*, non modo præsentem canonem laudat, verum hujus etiam ipsius Alexii Comneni edicti mentionem fecit et summam tradidit, dicens, Σὺν τῷ τοιούτῳ δὲ κανόνι ἀναδιδάσκω τοὺς ἐντυγχάνοντας τῇ παρούσῃ γραφῇ, ὡς καὶ πρόσταξίς ἐστι τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, κατὰ τὸν Νοέμβριον μῆνα τῆς δευτέρας ἐπινεμήσεως ἀπολυθεῖσα, καὶ τοῖς δημοσιακοῖς καὶ ἐκκλησιαστικοῖς σεκρέτοις καταστρωθεῖσα, καὶ διοριζομένη μὴ μόνον ἀπαρεμποδίστως ἀρχιερεῖς ψηφίζεσθαι εἰς τὰς ἀνατολικὰς Ἐκκλησίας, τὰς παρὰ τῶν ἐθνῶν κατεχομένας, κἂν οὐ δύνανται οἱ ἐν αὐταῖς ἐπικηρυττόμενοι καταλαμβάνειν τοὺς λαχοῦντας τούτους θρόνους διὰ τὴν ἐθνικὴν κακίαν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἔχειν ὅσα πρὸ ταύτης ἔσχον κατὰ τὴν μεγαλόπολιν δίκαια, ἡγουμενείας δηλαδὴ, ἀδελφάτων σιτηρέσια, καὶ λοιπά. Bals. *Medit. in Jur. Gr. Rom* t. VII, p. 455.

Digitized by Google

τὰ προσόντα αὐτοῖς ἡγουμενεῖα καὶ ἀδελφάτα καὶ ὀφφίκια· ἥτις ἔχει κατὰ ῥῆμα οὕτως· Ἀνέμαθεν ἡ βασιλεία μου, ἁγιώτατε δέσποτά μου καὶ οἰκουμενικὲ πατριάρχα, ὅτι τῶν ἐν ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις ψήφων προβαινουσῶν, τινὲς τῶν εἰς τὰς ψήφους ἐπιλεγέντων ἡγουμενεύοντες ἐν μοναστηρίοις καὶ οἰκονομοῦντες, ἢ καὶ ἑτέρας τινὰς ὑπηρεσίας διενεργοῦντες, καὶ ἁπλῶς τυγχάνοντες μοναχοί, ἕτεροι δὲ ἐν τε τῇ τοῦ Θεοῦ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν ἑτέραις, ἀπό τε ὀφφικίων καὶ ἑτέρων τινῶν λειτουργιῶν τὰ ζωαρκῆ κεκτημένοι, δυσχερῶς ἔχουσι τὸν τῆς ἱερωσύνης ζυγὸν (20) ὑπελθεῖν, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιστατῆσαι αἷς ἐπεκηρύχθησαν, δεδιότες μήποτε, τῶν τοιούτων ἐκκλησιῶν ἐν τοῖς τῆς Ἀνατολῆς μέρεσι διακειμένων, ἐπιλείψειε τούτοις τὰ ἀναγκαῖα· ἅτε τῶν μὲν ἐν αἷς ἐπεψηφίσθησαν ἐκκλησιῶν πάντη τυγχανουσῶν ἀπόρων καὶ ἀπροσβάτων αὐτοῖς παντελῶς, στερουμένων δὲ καὶ αὐτῶν, διὰ τὸ τὴν ἐπιστασίαν τούτων ὑπεισελθεῖν, τῶν προσουσῶν αὐτοῖς ἡγουμενειῶν καὶ οἰκονομιῶν, καὶ ἑτέρων λειτουργιῶν, καὶ τῶν ἁπλοϊκῶς λεγομένων ἀδελφάτων ἢ καὶ ὀφφικίων, καὶ ἑτέρων τινῶν ὑπηρεσιῶν. Διορίζεται τοίνυν ἡ βασιλεία μου, οἰκονομικῷ τινι λόγῳ διευθετοῦσα τὰ κατ' αὐτούς, μή τινα τούτων μετὰ ταῦτα δυσχεραίνειν τῷ ζυγῷ τῆς ἀρχιερωσύνης ὑποδραμεῖν. Πάντες γὰρ οὗτοι καταπολαύσουσι καὶ πάλιν τῶν προσουσῶν αὐτοῖς ἡγουμενειῶν τε καὶ οἰκονομιῶν, τῶν ἑτέρων τε ὑπηρεσιῶν καὶ λειτουργιῶν καὶ ὀφφικίων, καὶ τῶν προσόντων αὐτοῖς ἀδελφάτων· καὶ τὸν τῆς διδασκαλίας ὑπεισερχόμενοι λόγον, καὶ τὴν τελειοποιὸν τάξιν ἀναδεξάμενοι, καὶ τῶν ἀπ' ἐκείνων προσόδων κατεξουσιάσουσι μέχρις ἂν ἄνεσιν λάβοιεν, καὶ ἀπὸ τῆς νῦν δυσκληρίας κατασταλεν πρὸς εὐκληρίαν τὴν τῶν ἐπιψηφισθεισῶν αὐτοῖς ἐκκλησιῶν, ὡς εἴρηται, ἀβάτων οὐσῶν τούτοις, ὡς ὑπὸ τῶν ἐχθίστων κατεχομένων ἐχθρῶν. Πλὴν τὰ ἐνταῦθα διωρισμένα παρὰ τῆς βασιλείας μου οὐκ ἐπὶ τῶν ἀρχοντικίων κρατήσει καὶ τῶν βαθμῶν τῶν ἱερέων τε καὶ τῶν διακόνων καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ κλήρου τῆς τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας. Κατάστρωσον οὖν τὸ παρὸν πιττάκιον ἐν τοῖς κώδιξι τοῦ χαρτοφυλακίου τῆς τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας.

A electi sunt, habere in posterum monasteriorum præfecturas, et fraternitates, et officia, ad illos pertinentia. Quæ verbatim sic se habet : Didicit imperialis mea potestas, sanctissime domine et universalis patriarcha, quod cum in Dei Ecclesia electiones procedant, quidam eorum, qui electi sunt, in monasteriis gubernantes et domus administrationis curam gerentes, vel alia etiam ministeria exercentes, et omnino monachi exsistentes, alii autem in Magna Dei ecclesia, et in aliis, ex officiis et aliis muneribus ac ministeriis, ea quæ victui sufficiunt possidentes, ægre ferunt pontificale jugum subire, et illis ecclesiis præesse, in quas renuntiati sunt, veriti ne cum ejusmodi ecclesiæ in Orientis partibus sint, eis necessaria desint ; utpote, cum ecclesiæ B quidem, in quibus electi sunt, admodum indigentes sint et illis omnino inaccessæ, priventur autem et ipsi, eo quod illarum curam suscipiant, præfecturis et œconomiis, quæ sibi adsunt, et aliis muneribus, et iis, quæ simpliciter dicuntur fraternitates, et officiis, et quibusdam aliis ministeriis. Mea itaque statuit imperialis potestas, ea, quæ ad ipsos pertinent, dispensativa quadam ratione disponens, ne quis posthac pontificale jugum subire recuset. Ii enim omnes etiam rursus fruentur iis, quæ sibi adsunt, præfecturis, et œconomiis, et aliis item ministeriis ac muneribus et officiis, et quæ illis adsunt fraternitates : et doctrinæ rationem subeuntes, perficiente a se suscepto ordine, illorum quoque reditus libere percipient, donec remissionem acceC perint, et ab ea, quæ nunc est, cleri calamitosa sorte ad meliorem cleri successum eis attributarum ecclesiarum, quæ ab eis, ut dixi, adiri non possunt, ut quæ ab infestissimis teneantur hostibus, pervenerint. Sed, quæ a mea imperiali potestate constituta sunt, locum non habebunt in officiis vel gradibus sacerdotum et diaconorum et cæterorum cleri Magnæ Dei ecclesiæ. Pone ergo præsentem constitutionem in codicibus chartophylacii Magnæ Dei ecclesiæ.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς κληθέντας εἰς λαοῦ προστασίαν, D καὶ μὴ πειθομένους ἀπελθεῖν, ἀφορίζει ὁ ἑπτακαιδέκατος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανών. Τοὺς δὲ χειροτονηθέντας, μὴ ἀπελθόντας δέ, οὐ παρ' αἰτίαν οἰκείαν, ἀλλ' ἢ διὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν, ἢ δι' ἑτέραν αἰτίαν οὐκ ἐξ αὐτῶν γενομένην, ὁ ὀκτωκαιδέκατος τῆς αὐτῆς συνόδου κανὼν μετέχειν τῆς τιμῆς καὶ τῆς λειτουργίας κελεύει. Τοῦτο δὴ πλατύτερον καὶ ὁ παρὼν θεσπίζει κανών, λέγων ὡς, ἐάν τις εἰς ἐπισκοπὴν προαχθεὶς μὴ δυνηθῇ ἀπελθεῖν εἰς τὴν λαχοῦσαν αὐτὸν πόλιν, ὑπὸ Βαρβάρων ἴσως κατεχομένην, ὁ τοιοῦτος ἅπαν ἔξει προνόμιον

ZONAR. Qui assignatum præfecturæ munus defugiunt, Antiochenæ synodi 17 can. segregantur. Qui vero pastores renuntiati, non aliquo suo vitio, sed vel a multitudine exclusi, vel alia causa, in qua culpa ipsi vacarent, impediti, muneris sui partes obire vetarentur, iis ut honore nihilominus et ministerii prærogativis frui liceat, decimo octavo ejusdem synodi can. constitutum. Idem hoc canone, fusius explicata constitutione, decernitur. Si quis enim, inquit, ad episcopatum evectus, destinatam sibi civitatem, quippe a Barbaris forte occupatam, obire non queat, omnia is privilegia, sibi pro mu-

Guill. Beveregii notæ.

(20) *Τῆς ἱερωσύνης ζυγόν.* Amerbachianus et Ætoniensis codices mss. legunt ἀρχιερωσύνης, quam sane lectionem sensus requirit ; neque enim de sacerdotali, sed episcopali jugo hic agitur. Et quidem in vera hac lectione omnes codices paulo consentiunt, ubi dicitur, τῷ ζυγῷ τῆς ἀρχιερωσύνης ὑποδραμεῖν.

Digitized by Google

nere præfecturæ, quam obtinet debita, nihilominus vindicabit. Itaque et clericos ordinibus insignire, canonice tamen, hoc est, servatis in eo canonum sanctionibus poterit, et honorem episcopi et cathedræ dignitatem obtinebit. Est hæc namque præsulatus auctoritas secundum proprios fines sive prout definitum est et constitutum, honore affici illam civitatem, ita ut prima sit forte, vel secunda, vel alia deinceps. Non enim de ea dejicietur, propterea quod sacram ipsius urbis cathedram tenere adhuc non potuerit. Sed et quæcunque episcopali auctoritate ab eo constituta actave fuerint, rata omnia et quam optimo jure firma haberi placet. Nec enim, quia temporum iniquitate, excitatæque a Barbaris procellæ periculo exclusus ecclesiæ suæ possessionem episcopus adire non possit, idcirco circumscribetur diligentia, et œconomiæ sive dispensationis termini angustius definientur; hoc est, non ea de causa minus exacte ac religiose can. servari placet, quorum auctoritate episcopis, in sua cuique diœcesi, concessa facultas.

Α ἀρχιερατικὸν ἀνῆκον αὐτῷ. Καὶ χειροτονήσει γὰρ κληρικοὺς, πλὴν μέντοι κανονικῶς, ὡς οἱ κανόνες δηλαδὴ διατάττονται, καὶ τὴν τιμὴν ἕξει τοῦ ἐπισκόπου καὶ καθέδρας ἀξιωθήσεται. Αὕτη γὰρ ἡ τῆς προεδρίας αὐθεντία κατὰ τὸν ἴδιον ὅρον, ἤγουν καθὼς ὥρισται καὶ τετύπωται τιμᾶσθαι τὴν πόλιν ἐκείνην, πρώτην εἶναι τυχὸν, ἢ δευτέραν, ἢ ἐφεξῆς. Οὐ γὰρ ὑποβιβασθήσεται, διὰ τὸ μὴ ἐνιδρυνθῆναι αὐτῇ τῇ ἱερᾷ καθέδρᾳ. Ἀλλὰ καὶ ὅσα ἂν διοικήσῃ καὶ διαπράξηται ἀρχιερατικῷ δικαίῳ, βέβαια ἔσονται πάντα, καὶ νόμιμα λογισθήσονται. Οὐ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ δυνηθῆναι αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ καιροῦ, καὶ τὴν περίστασιν τὴν ἐκ τῶν Βαρβάρων, παραγραφήσεται ἡ ἀκρίβεια, καὶ ὁ τῆς οἰκονομίας ὅρος περιορισθήσεται, ἀντὶ τοῦ, συστολὴν ἕξει τινὰ καὶ ἐλαττωθήσεται Β ἡ τῶν κανόνων ἀκρίβεια, διδοῦσα τοῖς ἐπισκόποις ἐξουσίαν τῆς διοικήσεως τῶν ἐν ταῖς ἐπισκοπαῖς αὐτῶν πάντων.

de omnibus quæ ad eam pertinent statuendi est

201 ARIST. « Episcopus qui propter Barbarorum « incursionem in throno non collocatur, et cathe- « dra sua fruatur, et ordinet, atque omnibus « sacerdotis muneribus firmissime fungatur. »

Si quis episcopus ordinetur, et propter Barbarorum incursiones non possit ad urbem, in quam ordinatus erat, se recipere, ut in ea constituatur, et in statu collocetur sacerdotali : ne prohibeatur agere quæ ad episcopum pertinent, sed omnia faciat tractetque, et honoris qui in cathedra est particeps sit, et clericorum variorum ordinationes canonice faciat, et quidquid ab eo secundum jus canonicum factum fuerit firmum habeatur. Temporis enim necessitas eum non circumscribet, ut dignitas ejus episcopalis ullo modo imminuta sit.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐπίσκοπος ὁ διὰ Βαρβάρων ἔφοδον μὴ « ἐπιστὰς τῷ θρόνῳ, καὶ καθέδραν τὴν οἰκείαν « ἐχέτω, καὶ χειροτονείτω, καὶ πάντα τὰ τῆς ἱε- « ρωσύνης ἐνεργείτω βεβαιότατα. »

Εἴ τις ἐπίσκοπος χειροτονηθῇ, καὶ διὰ τὰς τῶν Βαρβάρων ἐπιδρομὰς οὐ δυνηθῇ ἀπελθεῖν εἰς ἣν ἐχειροτονήθη πόλιν, ὥστε ἐν αὐτῇ καταστῆναι, καὶ ἐγκαθιδρυνθῆναι ἱερατικῇ καταστάσει· μὴ κωλυέσθω ἐνεργεῖν ἃ τοῖς ἐπισκόποις ἀνήκει, ἀλλὰ πάντα πραττέσθω, καὶ μεταχειριζέσθω, καὶ τὴν ἐν τῇ καθέδρᾳ τιμὴν C ἐχέτω, καὶ χειροτονίας κληρικῶν διαφόρων κανονικῶς ποιείτω, καὶ πᾶν ὑπ' αὐτοῦ πραχθὲν κατὰ κανονικὴν ἀκρίβειαν ἔστω βέβαιον. Ἡ γὰρ ἀνάγκη τοῦ καιροῦ εἰς περιγραφὴν αὐτοῦ οὐ γενήσεται, ὥστε τὴν ἐπισκοπικὴν αὐτοῦ ἐλαττοῦσθαι ἀξίαν.

CANON XXXVIII.

« Canonem, qui a Patribus factus est, nos quoque « observamus, qui sic edicit : Si qua civitas ab « imp. potestate innovata sit, vel posthac inno- « vanda, civiles ac publicos typos et ecclesiasti- « carum quoque rerum ordo consequatur. »

ΚΑΝΩΝ ΛΗ'.

« Τὸν ἐκ τῶν Πατέρων τεθέντα κανόνα καὶ ἡμεῖς « παραφυλάττομεν, τὸν οὕτω διαγορεύοντα· Εἴ τις « ἐκ βασιλικῆς ἐξουσίας ἐκαινίσθη πόλις, ἢ αὖθις « καινισθείη, τοῖς πολιτικοῖς καὶ δημοσίοις τύ- « ποις καὶ ἡ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων « τάξις ἀκολουθείτω. »

« ἀναθεματίζομεν. »

« martyrum historiæ, ut Christi martyres igno-
« minia afficerent, et qui eas audituri essent, ad
« infidelitatem deducerent, in ecclesiis non pu-
« blicari jubemus, sed eas igni tradi. Qui eas
« autem admittunt, vel tanquam veris iis mentem
« adhibent, anathematizamus. »

ΒΑΛΣ. Οὐκ ἔλαθε τοὺς ἁγίους Πατέρας, ὅτι πολλοὶ τῶν ἀπίστων καὶ μιτοχρίστων μὴ παραδεχόμενοι τοὺς τῶν ἁγίων μαρτύρων καὶ ὁμολογητῶν ἆθλους, ἢ καὶ καταμωκώμενοι τῶν ταῦτα δεξαμένων Χριστιανῶν, συνεπλάσαντό τινα ψευδῆ καὶ ἀλλόκοτα, καὶ ἄξια τῆς αὐτῶν κακίας, ὡς δῆθεν παρὰ τῶν μαρτύρων λαληθέντα ἢ πραχθέντα· ἐφ' ᾧ τοὺς ἐντυγχάνοντας ἐνάγεσθαι εἰς ἀπιστίαν ἢ γέλωτα, καὶ τοὺς ἁγίους περιυβρίζεσθαι. Διὸ καὶ ὥρισαν B τὰ τοιαῦτα συγγράμματα μὴ δημοσιεύεσθαι ὅλως, ἀλλὰ καίεσθαι· τοὺς δὲ παραδεχομένους ταῦτα ἀναθεματίζεσθαι. Διὰ τὴν τοιαύτην οὖν, ὡς ἔοικεν, αἰτίαν καὶ ὁ πε' κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων διωρίσατο ποῖα ὀφείλουσι βιβλία ἀναγινώσκεσθαι ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, καὶ ποῖα ἀπὸ τῆς Νέας· καὶ τὰ λοιπὰ ὠβέλισεν ὡς νενοθευμένα. Χάρις τοίνυν τῷ μακαρίτῃ Μεταφραστῇ τῷ τὰ μαρτυρικὰ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας σκάμματα (72) πολλοῖς πόνοις καὶ ἱδρῶσι καταχαλλύναντι εἰς ὕμνον Θεοῦ καὶ δόξαν αἰωνίζουσαν τῶν ἁγίων μαρτύρων. Ὁ ἁγιώτατος δὲ πατριάρχης ἐκεῖνος κυρὸς Νικόλαος ὁ Μουζάλων, εὑρὼν συγγραφέντα τὸν βίον τῆς ἁγίας Παρασκευῆς, τῆς ἐν τῷ χωρίῳ τῇ Καλλικρατείᾳ C τιμωμένης, παρά τινος χωρίτου ἰδιωτικῶς καὶ ἀναξίως τῇ ἀγγελικῇ διαγωγῇ τῆς ἁγίας, ὥρισε πυρὶ παραδοθῆναι· καὶ ἐπέτρεπε τῷ διακόνῳ ἐκείνῳ τῷ Βασιλικῷ συγγράψασθαι τὸν ταύτης θεάρεστον βίον.

BALS. Non latuit sanctos Patres, quod multi infideles et Christum exosi, sanctorum martyrum et confessorum certamina non admittentes, vel etiam Christianos qui hæc recipiunt irridentes, quædam falsa et aliena, suaque improbitate digna confixerunt, tanquam a martyribus dicta vel facta essent : ut qui in ea inciderent, vel ad infidelitatem deducerentur vel risum, sanctique ignominia ac probro afficerentur. Et ideo statuerunt hæc scripta non omnino in vulgus edenda, sed esse igni mandanda : eos autem, qui hæc admittunt, esse anathematizandos. Propter hanc itaque causam, ut est consentaneum, 85 canon sanctorum apostolorum definiit, quinam libri legi debeant ex Antiquo Testamento, et quinam ex Novo : et reliqua ut adulterina obelisco confodit. Magna itaque fleato Metaphrastæ agenda est gratia, qui martyrum pro veritate certamina non sine multis laboribus et sudoribus repurgavit et exornavit, ad Dei laudem et sanctorum martyrum perennem gloriam. Porro sanctissimus ille patriarcha dominus Nicolaus Muzalon, cum vitam sanctæ Parasceves, quæ in quodam Callicratiæ vico colebatur, a quodam vicano inepte ac indocte, et sanctæ angelicæ vivendi ratione indigne compositam invenisset, eam igni mandari jussit : et diacono illi Basilico mandavit, vitam ejus Deo gratam conscribere.

Guill. Beveregii notæ.

canonis sic se habet, Τὰ ὑφ' Ἑλλήνων συμπλασθέντα μαρτυρολόγια πυρὸς γενέσθωσαν παρανάλωμα, καὶ οἱ ὡς ἀληθῆ ταῦτα δεχόμενοι ἀναθεματιζέσθωσαν, *Libri de martyribus a paganis conficti, ab igne consumantur, et qui eos tanquam veros admittant, anathemate percutiantur.* In quam epitomen scholiastes hæc notat, Ὡς ἔοικεν, ὑφ' Ἑλλήνων συνεγράφησάν τινα ὡς λεχθέντα καὶ πραχθέντα παρὰ ἁγίων μαρτύρων, ἀλλόκοτα καὶ γελοῖα· ἵνα δι' αὐτῶν κατεγελῶτο μὲν ἡ πίστις ἡμῶν, ὑβρίζοιντο δὲ καὶ οἱ μάρτυρες. *Ut videtur, quædam a paganis conscripta sunt, velut dicta et facta a sanctis martyribus, absurda et ridicula, ut per ea tum fides nostra irrideretur, tum contumelia martyres afficerentur.* Harmenop. epit. can. sect. 5, tit. 5.

(71) *Τοὺς Χριστοῦ μάρτυρας.* Sic quidem legit ms. Bodleianus : sed Amerbachianus et Tilianus τοὺς τοῦ Θεοῦ μάρτυρας.

(72) *Τὰ μαρτυρικὰ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας σκάμματα.* Gentianus Hervetus vertit *martyricas pro veritate fossas.* Quæ quidem versio nobis minime arrisit : σκάμματα enim hoc in loco *certamina* potius significat, metaphora a saltu sumpta. Saliendibus enim terminus, quo primo stant et unde surgunt, vocatur βατήρ, terminus autem in quem deciduut vel quem saltu pertingunt, σκάμμα dicitur ; quemadmodum et medium inter utrumque spatium κανὼν appellatur. Sic Julius Pollux, ὅθεν ἅλλεται βατήρ, τὸ δὲ μέτρον τοῦ πηδήματος, κανών, ὁ δὲ ὅρος, τὰ ἐσκαμμένα. Poll. l. III. Nimirum ubi calcem post saltum figunt, humus aliquantulum subigitur, et calce foditur ; unde locus iste σκάμμα dicitur. Hinc vox ista latius etiam sæpissime sumitur, pro loco cujusvis certaminis, ac deinde etiam pro ipso certamine. Sic Clemens Romanus, Ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ ἐσμεν σκάμματι, καὶ ὁ αὐτὸς ἡμῖν ἀγὼν ἐπίκειται, Clem. ep. ad Corinth. p. 9, D. Chrysostomus, Οὐδέπω σου τὸ θέατρον λέλυται, ἀλλ' εἰσάτης πάλης πάσας ἀναπαλαῖσαι τὰς ἥττας. Chrysost. in Epist. ad Rom. λογ. ιη' pag. 160, edit. Savil. et alibi, Καὶ γὰρ ἔδει τῶν σκαμμάτων εἴσω μένοντα ἀγωνίσασθαι, οὐ μετὰ τὸ λυθῆναι τὸ θέατρον ἀποδύρεσθαι καὶ δακρύειν ἀνόνητα. Id. in Ep. I ad Corinth. λογ. κγ', pag. 293. Idem etiam alibi eadem voce pro certaminibus a Christianis suscipiendis aperte utitur ; ut ubi ait, Διὸ καὶ μείζονα ἡμῖν προσετέθη τὰ σκάμματα, ἅτε μείζονος μετεσχηκόσι τῆς βοηθείας. Id. in Epist. ad Rom. λόγ. ια', pag. 82. Et hoc quidem sensu Balsamon in præsenti loco certamina illa, quæ martyres pro veritate subierunt, μαρτυρικὰ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας σκάμματα vocat. Quæ propterea verba nos rectius transtulimus, *Martyrum pro veritate certamina.* Quam interpretationem ipse etiam locus exigit. Balsamon enim hic loquitur de Symeone Metaphraste, qui sanctorum martyrumque vitas conscripsit, ac proinde quæ illi pro veritate sustinuerunt certamina nobis transmisit : cui propterea Balsamon gratias deberi asserit.

Digitized by Google

ZONAR. Quidam a fide alieni homines, nostrorum accusationi et contumeliis intenti, nonnulla plena absurditatis et ineptiarum, quasi a martyribus dicta aut effecta fuissent, litteris consignaverant : ut in eo scilicet fidei nostræ contemptus, et sanctis quoque martyribus ignominia conciliaretur. Eorum non modo lectione interdicit, **233** sed flammis quoque aboleri canon jubet. Qui vero ea legerint, ac pro veris acceperint, anathemate puniendos esse decernit.

ARIST. « Martyrologia ab ethnicis conficta in « ecclesia ne publicentur. »

Martyrologia in Christi martyrum ignominiam ab ethnicis conscripta non oportet in ecclesiis legere, sed igni tradere. Si quis autem deprehendatur ea, ut vera, recipiens, anathemate percutiatur.

CANON LXIV.

« Quod non oportet laicum publice disputare vel « docere, docendi auctoritatem ex eo sibi vindicantem, sed ordini a Domino tradito cedere, « et aurem iis, qui docendi gratiam acceperunt, « aperire, et divina ab eis doceri. In una enim « Ecclesia diversa membra fecit Deus, ut est « vox Apostoli : quam interpretans Gregorius « Theologus, eum qui in iis est ordinem aperte « commendat, dicens : Hunc ordinem revereamur, fratres, hunc servemus. Hic quidem sit « auris; ille vero lingua; hic autem manus; ille « vero aliquid aliud. Hic quidem doceat : ille « vero discat. Et paulo post : Et qui discit, in « docilitate, et qui suppeditat, in hilaritate, et « qui opem fert ac subministrat, in alacritate. « Ne simus omnes lingua, quod est promptissimum; ne omnes apostoli; ne omnes prophetæ; ne omnes interpretemur. Et post « quædam : Cur te pastorem facis, cum sis ovis? « Cur caput efficeris, cum sis pes? Cur imperator esse conaris, cum relatus sis in numerum militum? Et alibi jubet Sapientia, Ne sis « velox in sermonibus; ne, cum sis pauper, « una cum divite extendaris; nec quæras sapientibus esse sapientior. Si quis autem præsentem canonem labefactans deprehensus « fuerit, quadraginta diebus segregetur. »

BALS. Populum Domini docere, et divina decreta interpretari, solis antistibus a divina Spiritus gratia concessum est, et iis quibus ab illis permissum est. Ut est ergo verisimile, quidam laici et forte etiam docti, de quibusdam ecclesiasticis argumentis publice disputabant, et quamdam auctoritatem docendi præ se ferebant. Divini ergo Patres hoc prohibentes, statuerunt, ne quid amplius ejusmodi fieret, ne Ecclesiæ ordo confunderetur. Sed quoniam, inquit, Deus ex diversis membris Ecclesiam suis stabilivit et erexit, et constitutum est ut laici docerentur, non docerent, debent potius aurem docentibus præbere, quam linguam movere, ac multos offendere : et unusquisque manere

ΖΩΝΑΡ. Ὑπὸ ἀπίστων, ὡς ἔοικε, θελόντων διασύρειν τὰ τῶν Χριστιανῶν συνεγράφησάν τινα, ὡς λεχθέντα καὶ πραχθέντα παρὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων, ἀλλόκοτα ἢ καὶ γελοῖα, ἵν' οὕτω καταγελῶτο μὲν ἡ πίστις ἡμῶν, ὑβρίζοιντο δὲ καὶ οἱ μάρτυρες. Τὰ γοῦν τοιαῦτα οὐ μόνον ἀναγινώσκεσθαι κωλύει ὁ κανών, ἀλλὰ καὶ καίειν αὐτὰ ἀπαιτεῖ. Εἰ δέ τινες τούτοις χρῶνται πιστεύοντες ὡς ἀληθέσιν, ἀναθεματίζεσθαι κελεύει αὐτούς.

ΑΡΙΣΤ. « Τὰ ὑφ' Ἑλλήνων συμπλασθέντα μαρτυ« ρολόγια μὴ ἐκκλησιάζοιτο. »

Οὐ δεῖ ἐπ' ἐκκλησίαις ἀναγινώσκεσθαι, ἀλλὰ καὶ πυρὶ παραδίδοσθαι, τὰ πρὸς ὕβριν τῶν τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων παρὰ τῶν Ἑλλήνων γραφέντα μαρτυρολόγια. Εἰ δέ τις εὑρεθῇ, ὡς ἀληθῆ ταῦτα παραδεχόμενος, ἀναθεματιζέσθω.

ΚΑΝΩΝ ΞΔ'.

« Ὅτι οὐ χρὴ δημοσίᾳ λαϊκὸν λόγον κινεῖν ἢ διδά« σκειν, ἀξίωμα ἑαυτῷ διδασκαλικὸν ἐντεῦθεν « περιποιούμενον, ἀλλ' εἴκειν τῇ παραδοθείσῃ « παρὰ τοῦ Κυρίου τάξει, καὶ τὸ οὖς τοῖς τὴν « χάριν τοῦ διδασκαλικοῦ λαβοῦσι λόγου διανοί« γειν, καὶ τὰ θεῖα παρ' αὐτῶν ἐκδιδάσκεσθαι. « Ἐν γὰρ τῇ μιᾷ ἐκκλησίᾳ διάφορα μέλη πε« ποίηκεν ὁ Θεὸς, κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου φω« νήν. Ἣν ὁ Θεολόγος ἑρμηνεύων Γρηγόριος, « σαφῶς τὴν ἐν τούτοις τάξιν παρίστησι, λέγων· « Ταύτην αἰδώμεθα τὴν τάξιν, ἀδελφοὶ, ταύτην « φυλάττωμεν. Ὁ μὲν ἔστω τις ἀκοή, ὁ δὲ « γλῶττα, ὁ δὲ χεὶρ, ὁ δὲ ἄλλο τι· ὁ δὲ διδασκέτω· « ὁ δὲ μανθανέτω· καὶ μετὰ βραχέα· Καὶ ὁ « μανθάνων ἐν εὐπειθείᾳ, καὶ ὁ χορηγῶν ἐν ἱλα« ρότητι, καὶ ὁ ὑπουργῶν ἐν προθυμίᾳ· μὴ πάν« τες ὦμεν γλῶσσα, τὸ ἑτοιμότατον· μὴ πάντες « ἀπόστολοι, μὴ πάντες προφῆται, μὴ πάντες « διερμηνεύωμεν· καὶ μετά τινα· Τί σεαυτὸν « ποιεῖς ποιμένα, πρόβατον ὤν; Τί γίνῃ κεφαλὴ, « ποῦς τυγχάνων; Τί στρατηγεῖν ἐπιχειρεῖς, « τεταγμένος ἐν στρατιώταις; καὶ ἑτέρωθι ἡ σο« φία διακελεύεται· Μὴ ἴσθι ταχὺς ἐν λόγοις· μὴ « συμπαρεκτείνου πένης ὢν πλουσίῳ, μηδὲ ζήτει « τῶν σοφῶν εἶναι σοφώτερος. Εἰ δέ τις ἀλῷ τὸν « παρόντα παρασαλεύων κανόνα, ἐπὶ ἡμέρας τεσ« σαράκοντα ἀφοριζέσθω.

ΒΑΛΣ. Τὸ διδάσκειν τὸν τοῦ Κυρίου λαὸν, καὶ ἑρμηνεύειν τὰ θεῖα δόγματα, μόνοις ἐδόθη παρὰ τῆς χάριτος τοῦ παναγίου Πνεύματος τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς παρὰ τούτων ἐπιτρεπομένοις. Ὡς ἔοικεν οὖν, τινὲς λαϊκοὶ, ἴσως πεπαιδευμένοι σοφίαν, διελέγοντο δημοσίᾳ περί τινων ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων, καὶ διδασκαλικὸν ὑπεκρίνοντο ἀξίωμα. Τοῦτο ἀπαγορεύοντες οἱ ἅγιοι Πατέρες, διωρίσαντο μηκέτι τοιοῦτόν τι γίνεσθαι, καὶ συγχέεσθαι τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν. Ἀλλ' ἐπεὶ, φασὶν, ἐκ διαφόρων μελῶν ὁ Θεὸς τὴν Ἐκκλησίαν ἐστερέωσέ τε καὶ ὕψωσε, καὶ οἱ λαϊκοὶ διδάσκεσθαι ἐτάχθησαν, οὐχὶ διδάσκειν, ὀφείλουσι μᾶλλον ὑπέχειν τὸ οὖς τοῖς διδάσκουσιν ἢ τὴν γλῶτταν κινεῖν, καὶ σκανδαλίζειν

Digitized by Google

πολλάκις· καὶ ἕκαστον μένειν ἐν ᾗ ἐκλήθη τάξει, κατὰ τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. Ἐχρήσαντο δὲ εἰς ἐπισύστασιν τοῦ λόγου αὐτῶν καὶ γραφικοῖς διαφόροις ῥητοῖς, ἀποστολικοῖς δηλαδὴ, θεολογικοῖς, καὶ προφητικοῖς. Τοὺς μέντοι παραβαίνοντας τὸν παρόντα κανόνα, ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέραις ἀφορίζεσθαι διωρίσαντο. Ἐρωτήσει δέ τις, ὡς τοῦ κανόνος κωλύοντος δημοσίᾳ διδάσκειν ἢ διαλέγεσθαι τοὺς λαϊκοὺς περὶ ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων, κωλυθήσονται κληρικοὶ καὶ μοναχοὶ παρομοίως τοῖς λαϊκοῖς ἢ οὔ; Λύσις. Ἐπεὶ τὸ διδάσκειν μόνων τῶν ἀρχιερέων ἐστὶ, καὶ τῶν τεταγμένων εἰς τοῦτο, εἴ τις ἐξ αὐτῶν τὴν κανονικὴν παραβράμῃ παραγγελίαν, ὑπεύθυνος ἔσται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐν τῇ κατεξετάσει τοῦ εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ, τοῦ λέγοντος· *Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστι*, πολλοὶ μοναχοὶ καὶ κληρικοὶ, ὅτι περὶ τούτου ἀντιθετικῶς ἢ ἐλάλησαν ἢ ἔγραψαν, ἐκολάσθησαν. Καλῶς δὲ προσετέθη τὸ δημοσίᾳ. Ἐπεί τοίγε κατ' ἰδίαν ἐρωτώμενός τις συνετὸς περί τινος δογματικῆς ὑποθέσεως, ἢ περὶ ἄλλης ψυχωφελοῦς αἰτίας, οὐ κωλυθήσεται τὸ δοκοῦν αὐτῷ ἀποκρίνεσθαι. Καὶ τὸ δ' γὰρ κεφάλ. τοῦ α' τίτλου τοῦ α' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν φησί· Μηδεὶς ἢ κληρικὸς ἢ μοναχὸς στρατευόμενος, ἢ ἄλλος οἱοσδήποτε πλῆθὺν συνάγων δημοσίᾳ περὶ τῆς πίστεως διαλεγέσθω. Ὑβρίζειν γὰρ δοκεῖ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, τὴν δεόντως πάντα διατυπώσασαν, ἥτις καὶ τοῖς αἱρετικοῖς πᾶσι δίδωσι γινώσκειν τὰ ἡμέτερα. Ὥστε οὖν, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη ὁ ταῦτα ποιῶν, τοῦ συλλόγου τῶν κληρικῶν ἐκπεσεῖται, εἰ δὲ στρατευόμενος, τῆς στρατείας. Οἱ δὲ λοιποὶ κατὰ τὴν ἰδίαν τύχην τιμωρείσθωσαν.

ZΩNAP. Ἕκαστος ἐν ᾗ ἐκλήθη τάξει, ἐν ταύτῃ μενέτω, φησὶν ἡ θεία Γραφή. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ κανὼν οὗτος νομοθετεῖ, καὶ λαϊκὸν δημοσίᾳ διαλέγεσθαι περὶ πίστεως, ἢ διδάσκειν ὡς διδάσκαλον, οὐ βούλεται, ἀλλ' ὑπέχειν τὸ οὖς τοῖς ταχθεῖσιν εἰς τὸ διδάσκειν. Ἓν γάρ ἐστι σῶμα ἡ Ἐκκλησία, ὑπὸ διαφόρων δὲ συμπληροῦται μελῶν, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. Εἶτα τοῦ Θεολόγου ἐπάγει ῥητὰ, ἑρμηνεύοντος τὰ ἀποστολικὰ ῥήματα, καὶ προσεπάγει τὰ τῆς Σοφίας λεγούσης· Μὴ ἴσθι ταχὺς ἐν λόγοις, καὶ τὰ λοιπά. Τοὺς δὲ παραβαίνοντας τὸν κανόνα, ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα ἀφορίζει. Ἰδίᾳ δέ τις ἐρωτώμενος, οὐ κωλυθήσεται ἀποκρίνεσθαι καὶ διδάσκειν τὸν ἐρωτῶντα.

in quo vocatus est ordine, ut dicit sacra Scriptura. Ad ejus autem, quod dixerunt, confirmationem diversis Scripturæ dictis apostolicis scilicet, et theologicis, et propheticis usi sunt. Eos autem qui præsentem can. transgrediuntur, 60 diebus segregari jusserunt. Interrogaverit autem quispiam, cum can. prohibeat laicos de rebus ecclesiasticis publice docere vel disserere, an clericus vel monachus prohibebitur similiter ac laici, an non? Solutio. Quoniam docere solorum est antistitum, et eorum qui ad hoc sunt ordinati, si quis ex eis canonicum præceptum transgressus fuerit, is, ut mihi videtur, canone tenebitur. Propterea enim et evangelici dicti examinatione, quod dicit; *Pater meus major me est*[94], multi monachi et clerici, quoniam de eo contentiose vel locuti fuerant, vel scripserant, puniti sunt. Recte autem adjectum est illud, publice. Si quis enim intelligens privatim de aliqua decreti materia, vel de alia ad animæ utilitatem pertinente causa, interrogetur, non prohibebitur id quod sibi videtur respondere. 4 enim cap. 1 tit. **234** primi lib. Basilic. dicit, Nemo vel clericus, vel monachus militans, vel quicunque is sit alius cogens multitudinem, publice de fide disserat. Videtur enim injuriam facere Chalcedon. syn. quæ omnia apte definiit; quæ etiam dat omnibus hæreticis nostra cognoscenda. Quocirca si is quidem, qui hæc facit, fuerit clericus, a clericorum conventu excidet: si autem miles, a militia. Reliqui autem, prout cujusque fuerit conditio, puniantur.

ZONAR. Ordinem ab unoquoque, in quem vocatus est, retinendum, divino oraculo admonemur. Idem hic quoque canon præcipit, laicumque hominem, neque publice disputationem de fide instituere, neque docendi sibi munus usurpare, verum quibus ea docendi cura demandata est silentio attentas aures præbere jubet. Unicum est enim Ecclesiæ corpus, quod ex multis membris perficitur, ut divinus Apostolus docet. Deinde Theologi verba, hoc Apostoli dictum interpretantis, subnectit. Tum illa quoque Sapientiæ subjicit, Ne sis velox in loquendo[95], et quæ sequuntur. Qui vero canoni non obtemperaverint, quadraginta dierum segregatione multari placet. Privatim tamen quis interroganti respondere, ac propositæ ab eo quæstioni docendo satisfacere, non prohibebitur.

ΑΡΙΣΤ. « Λαϊκὸς μὴ διδάσκοι· μὴ γὰρ πάντες « προφῆται, μὴ πάντες ἀπόστολοι. »

Ἕκαστος ὀφείλει τὴν ἑαυτοῦ τάξιν εἰδέναι, καὶ μὴ ποιμένα ἑαυτὸν ποιεῖν, πρόβατον ὤν, ἢ κεφαλὴν καθιστᾷν ποῦς τυγχάνων· ἀλλ' ὑπείκειν τῇ παραδοθείσῃ παρὰ τοῦ Κυρίου τάξει, καὶ τὸ οὖς διανοίγειν τοῖς τὴν χάριν τοῦ διδασκαλικοῦ λόγου λαβοῦσιν. Οὐ γὰρ πάντες προφῆται, οὐδὲ πάντες ἀπόστο-

ARIST. « Laicus ne doceat: non enim omnes « prophetæ; non omnes apostoli. »

Unusquisque debet suum cognoscere ordinem, et non se pastorem facere, cum sit ovis, vel caput se efficere, cum sit pes: sed ordine a Domino tradito contentum esse, et aurem iis aperire qui docendi gratiam acceperunt. Omnes enim non sunt prophetæ, nec omnes apostoli. Quapropter laici

[94] Joan. xiv, 28. [95] Eccle. vii, 10.

Digitized by Google

neque doceant, nec verba dogmatica moveant, docendi autoritatem sibi exinde vindicantes.

λοι. Διὰ τοῦτο οἱ λαϊκοὶ μήτε διδασκέτωσαν, μήτε λόγους δογματικοὺς κινείτωσαν, ἀξίωμα διδασκαλικὸν ἐντεῦθεν ἑαυτοῖς περιποιούμενοι.

CANON LXV.

« Qui in noviluniis a quibusdam ante suas officinas « et domos accenduntur rogos, supra quos « etiam antiqua quadam consuetudine salire « nonnulli inepte ac delire solent, jubemus de- « inceps cessare. Quisquis ergo tale quid fecerit, « si sit quidem clericus, deponatur : sin autem « laicus, segregetur. In quarto enim libro Regum « scriptum est : Et ædificavit Manasses altare « universæ militiæ cœli, in duobus atriis domus « Domini, et filios suos traduxit per ignem, « sortibusque et auguriis auspiciisque usus est, « et fecit ventriloquos, et divinatores multipli- « cavit, et perrexit facere malum coram Domino, « ut eum ad iram provocaret [96]. »

ΚΑΝΩΝ ΞΕ'.

« Τὰς ἐν ταῖς νουμηνίαις ὑπό τινων πρὸ τῶν οἰκείων « ἐργαστηρίων ἢ οἴκων ἀναπτομένας πυρκαϊάς, ἃς « καὶ ὑπεράλλεσθαί τινες κατά τι ἔθος ἀρχαῖον « ἐπιληροῦσι, ἀπὸ τοῦ παρόντος καταργηθῆναι « προστάσσομεν. Ὅστις οὖν τοιοῦτόν τι πράξει, « εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκός, « ἀφοριζέσθω. Γέγραπται γὰρ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν « Βασιλειῶν· Καὶ ᾠκοδόμησε Μανασσῆς θυσια- « στήριον πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ ἐν ταῖς « δύο αὐλαῖς οἴκου Κυρίου, καὶ διήγαγε τὰ τέκνα « αὐτοῦ ἐν πυρὶ, καὶ ἐκληδονίζετο καὶ οἰωνίζετο, « καὶ ἐποίησεν ἐγγαστριμύθους, καὶ γνώστας· « ἐπλήθυνε, καὶ ἐπλήθυνε τοῦ ποιῆσαι τὸ πο- « νηρὸν ἐνώπιον Κυρίου, τοῦ παροργίσαι αὐτόν. »

BALS. Novilunia dicebantur dies primi mensium. Mos ergo erat apud Judæos et Græcos festum tunc agere et genu flectere, ut totum mensem feliciter transigerent. De quibus Deus quoque dixit per prophetam : Novilunia vestra et Sabbata odit anima mea [97]. Sed et ante suas officinas et ædes rogos incendebant, et supra eos saliebant, per id existimantes ea quæ illis prius obtigissent mala comburi, foreque ut in alia bona inciderent. His ergo consequenter faciebant etiam quidam orthodoxi eo tempore quo hæc habita est synodus. Unde etiam Patres ea cessare jusserunt; et eum quidem qui tale quid fecisset, si esset clericus, deponi; si vero laicus, segregari sanxerunt. Cum autem vellent ostendere hæc esse mala maxima, et a Deo alienationem : ex quarto quoque libro Regum verbis usi sunt, de rege Manasse, qui Deum ad iram provocavit, quia in domus Domini atriis sacrificavit militiæ cœli, astris scilicet, et quod filios suos per ignem traduxit, sortibusque et auguriis auspiciisque **235** usus est, et ventriloquos divinatores multiplicavit. Ac de rogis quidem seu pyris prius diximus quomodo fierent. Sors autem est divinatio, quæ fit per signa. Augurium est ex volatu vel garritu avium, hoc est, silvestrium pennatorum animalium, eorum quæ quis scire desiderat, co-

ΒΑΛΣ. Νουμηνίαι ἐλέγοντο (73) αἱ πρῶται ἡμέραι τῶν μηνῶν. Εἴθιστο οὖν παρὰ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησιν ἑορτάζειν τηνικαῦτα καὶ γονυκλιτεῖν, ὡς ἂν τὸ μηνιαῖον διάστημα εὐτυχῶς διέλθωσι· περὶ ὧν καὶ ὁ Θεὸς εἶπε διὰ τοῦ προφήτου· Τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα μισεῖ ἡ ψυχή μου. Ἀλλὰ καὶ ἔμπροσθεν τῶν ἐργαστηρίων αὐτῶν καὶ τῶν οἰκείων ἀνῆπτον πυρκαϊάς, καὶ ἐπήδων ἐπάνω τούτων, νομίζοντες διὰ τοῦτο τὰ προσυμβάντα ἴσως αὐτοῖς δυσχερῆ καταικαίεσθαι, καὶ ἑτέροις ἀγαθοῖς ἐντυγχάνειν. Ἀκολούθως οὖν τούτοις ἐποίουν καί τινες ὀρθόδοξοι ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς ἡ παροῦσα γέγονε σύνοδος. Ἔνθεν τοι καὶ διωρίσαντο οἱ Πατέρες καταργηθῆναι ταῦτα· καὶ τὸν τοιοῦτόν τι ποιήσαντα, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι. Θέλοντες δὲ παραστῆσαι ὅτι μέγιστόν τι κακὸν ταῦτά εἰσι, καὶ ἀπαλλοτρίωσις τοῦ Θεοῦ, ἐχρήσαντο καὶ ῥήμασιν ἀπὸ τῆς δ' τῶν Βασιλειῶν περὶ τοῦ βασιλέως τοῦ Μανασσῆ τοῦ τὸν Θεὸν παροργίσαντος, ὅτι ἔθυσεν ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ οἴκου Κυρίου τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, ἤτοι τοῖς ἄστρασι, καὶ ὅτι διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, καὶ ἐκληδονίζετο καὶ οἰωνίζετο, καὶ ἐγγαστριμύθους καὶ γνώστας ἐπλήθυνε. Καὶ περὶ μὲν τῶν πυρκαϊῶν ὅπως ἐτελοῦντο, εἴπομεν ἄνωθεν. Κληδὼν δέ ἐστιν ἡ διά τινων σημείων μαντεία. Οἰωνισμὸς ἡ ἀπὸ κραυγῆς;

[96] IV Reg. XXIII, 12 sqq. [97] Isa. I, 14.

Guill. Beveregii notæ.

(73) *Νουμηνίαι ἐλέγοντο.* In ms. nostro Bodleiano, ante ista prima hujus interpretationis verba, hæc habentur, Κληδὼν ἐστιν ἡ διὰ λόγου τῶν μελλόντων παρατήρησις· οἰωνισμὸς, ἡ διὰ πτήσεως ἢ κραυγῆς τῶν ὀρνέων, ἐξ οὗ οἱ οἰωνοσκόποι γνῶσται λέγονται, οἱ διὰ ἀνατομῆς ὀρνέων μαντευόμενοι, διὸ καὶ ἡπατοσκοπή. Ἐγγαστρίμυθοι δὲ διὰ μυθώδεις καὶ σατανικὰς φλυαρίας κυΐσκειν. Sed in editione Parisiensi hæc plenius rectiusque leguntur, ad finem interpretationis, hoc modo. Κυρίως κληδὼν ἐστιν ἡ διὰ λόγων τῶν μελλόντων παρατήρησις, ἐκ τοῦ καλῶ τὸ καλῶ. Οἰώνισμα, ἡ διὰ κραυγῆς πτηνῶν ἢ πτήσεως μάθησις, ἐξ οὗ καὶ οἰωνοσκοπία. Γνῶσται δὲ λέγονται, οἱ διὰ ἀνατομῆς τῶν ζώων μαντευόμενοι, ἐξ οὗ καὶ ἡπατοσκοπία. Καλῶς μέντοι πάντες οὗτοι καὶ οἱ λοιποὶ ψευδοπροφῆται ἐγγασθρίμυθοι καλοῦνται, διὰ τὸ μυθώδεις φλυαρίας σατανικὰς κυΐσκειν. *Sors sive* κληδὼν *proprie est, quæ fit per verba futurorum observatio, ex verbo* καλῶ, *quod idem est, ac* καλέω, *voco.* Οἰώνισμα *vero, per volucrum garritum aut volatum cognitio; unde* οἰωνοσκοπία, *id est, auspicium.* Γνῶσται *autem sive auspices, qui per animalium sectionem vaticinantur, unde etiam dicitur* ἡπατοσκοπία, *id est jecorum inspectio. Communiter autem is omnes, et reliqui pseudoprophetæ* ἐγγαστρίμυθοι *dicuntur, eo quod fabulosas Satanæ nugas concipiant.* Cum autem hæc in medio hujus interpretationis exstent, nec in principio nec fine repeti debuerunt; et idcirco nos ea omittimus ut superflua. Et sic quidem in ms. Amerbachiano utrobique, recte omittuntur.

Digitized by Google

ἢ πτήσεως οἰωνῶν, τουτέστιν ἀγρίων πτερωτῶν ζώων, περὶ ὧν αἱρεῖταί τις μάθησις· ἐξ οὗ καὶ οἰωνοσκόποι λέγονται. Ἐγγαστρίμυθοι δὲ καὶ γνῶσται λέγονται πάντες οἱ σατανικῶς ἐνθουσιῶντες, καὶ προλέγοντες δῆθεν τὰ ἄγνωστα· ὡς οἱ κριτρίαι, οἱ ἀθίγγανοι, οἱ ψευδοπροφῆται, ἐρημῖται, καὶ ἕτεροι. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου, ἡ μὲν τῆς νουμηνίας ἑορτὴ πρὸ ἀμνημονεύτων χρόνων ἐσχόλασε, καὶ ἀντὶ ταύτης Θεοῦ χάριτι ἱλαστήριοι εὐχαὶ πρὸς Θεὸν καὶ ἁγιασμοὶ ἐπ' ἐκκλησίας παρὰ τοῦ πιστοῦ λαοῦ γίνονται καθ' ἑκάστην ἀρχιμηνίαν, καὶ ὕδασιν εὐλογίας, οὐκ ἀντιλογίας, χριόμεθα. Ἡ δὲ τῶν πυρκαϊῶν δαιμονιώδης τελετὴ καὶ αἱ κληδόνες ἐγίνοντο μέχρι τῆς ἐφημερίας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ γεγονότος ὑπάτου τῶν φιλοσόφων εἰς ταύτην τέως τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν οὕτως. Κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς κγ' τοῦ Ἰουνίου μηνὸς ἠθροίζοντο ἐν ταῖς ῥηγμῖσι καὶ ἔν τισιν οἴκοις ἄνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ πρωτότοκον κοράσιον νυμφικῶς ἐστόλιζον. Μετὰ γοῦν τὸ συμποσιάσαι καὶ βαχχικώτερον ὀρχήσασθαι, καὶ χορεῦσαι καὶ ἀλαλάξαι, ἔβαλον ἐν ἀγγείῳ συστόμῳ χαλκῷ θαλάττιον ὕδωρ, καὶ εἶδη τινὰ ἑκάστῳ τούτων ἀνήκοντα· καὶ ὥσπερ τῆς παιδὸς ἐκείνης λαβούσης ἰσχὺν ἐκ τοῦ Σατανᾶ προμηνύειν τὰ ἐρωτώμενα, αὐτοὶ μὲν περὶ τοῦδέ τινος ἀγαθοῦ ἢ καὶ ἀποτροπαίου ἀνεβόων ἐρωτηματικῶς. Τὸ δὲ κοράσιον, ἀπὸ τῶν ἐν τῷ ἀγγείῳ ἐμβληθέντων εἰδῶν τὸ παρατυχὸν ἐξαγαγὼν, ὑπεδείκνυεν· ὃ καὶ λαμβάνων ὁ ἀνόητος τούτου δεσπότης, ἐπληροφορεῖτο τάχα τὰ ἐπ' αὐτῷ συνεχθῆναι μέλλοντα, εὐτυχῆ τε καὶ δυστυχῆ. Τῇ ἐπαύριον δὲ μετὰ τυμπάνων καὶ χορῶν σὺν τῷ κορασίῳ εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς ἀπερχόμενοι, καὶ ὕδωρ θαλάττιον ἀφθόνως ἀναλαμβανόμενοι, τὰς κατοικίας αὐτῶν ἐῤῥαινον· καὶ οὐ μόνον ταῦτα ἐτελοῦντο παρὰ τῶν εὐσυνετωτέρων, ἀλλὰ καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἀπὸ χόρτου πυρκαϊὰς ἀνάπτοντες, ἐπήδων ὑπεράνω αὐτῶν, καὶ ἐκληδονίζοντο ἤτοι ἐμαντεύοντο περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας καὶ ἄλλων τινῶν δαιμονιωδῶς. Τὰς δὲ ἔνθεν κἀκεῖθεν εἰσόδους αὐτῶν καὶ τὸ δωμάτιον ἐν ᾧ ἐτελεῖτο ἡ κληδὼν σὺν τοῖς παρακειμένοις ὑπαίθροις, χρυσίζουσι πέπλοις καὶ σηρικοῖς κατεκόσμουν ὑφάσμασιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ φυλλάσι δένδρων κατεστεφάνουν, εἰς τιμὴν καὶ ὑποδοχὴν, ὡς ἔοικε, τοῦ οἰκειωσαμένου αὐτοῖς Σατανᾶ· ἃ δὴ πάντα ὁ ῥηθεὶς ἁγιώτατος πατριάρχης μετὰ πάσης ἐπιμελείας καταργηθῆναι ἐπέτρεψεν· ὃ καὶ γέγονε. Καὶ νῦν εὐδοκοῦντος Θεοῦ τὰ τοιαῦτα θεοστυγῆ ἔργα παντελῶς ἠπράκτησαν· ὡς τῶν ἐν ταῖς γειτονίαις ὄντων προκριτωτέρων καὶ τῶν ἱερέων ἐπιτιμηθέντων παντοίως φρουτίζειν καὶ μὴ παραχωρεῖν τοιοῦτόν τι γίνεσθαι. Γένοιτο δὲ καὶ τὰς ἀπὸ τῶν κορωνῶν καὶ τῶν κοράκων καὶ τῶν λοιπῶν ἀγρίων ζώων οἰωνοσκοπίας καταργηθῆναι, ὡσαύτως καὶ τὰς φλυαρίας τῶν κριτριῶν καὶ τῶν ἑτέρων λαοπλάνων. Τὸ μέντοι, Διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, ὁ μέγας Κύριλλος, ἐξηγούμενος τὸν προφήτην Ἡσαΐαν, ἀντὶ τοῦ Ὁλοκαύτωσε, ἡρμήνευσεν, ἤγουν θυσίαν προσήγαγε τοῖς δαίμοσιν.

gnitio, unde et auspices seu avium inspectores auguresque dicuntur. Ventriloqui autem aruspicesque dicuntur omnes, qui Satanica incitatione afflati, dicunt ea quæ cognosci non possunt, ut critriæ, athingani, pseudoprophetæ, eremitæ et alii. Hæc statuente canone, Novilunii quidem festum ante annos omnem memoriam superantes cessavit, et ejus loco Dei gratia propitiatoriæ preces ad Deum ac sanctificationes in Ecclesia a fideli populo fiunt, in uniuscujusque mensis principio, et aqua benedictionis, non contradictionis, inungimur. Rogorum autem dæmoniacum mysterium sortesque fiebant, usque ad tempus sanctissimi patriarchæ domini Michaelis, qui fuit philosophorum princeps in hac urbium regina. Hoc modo 23 mensis Junii vespere cogebantur in littoribus et quibusdam ædibus viri et mulieres, et primogenitam puellam instar sponsæ ornabant. Postquam ergo convivati essent, et bacchantum ritu saltassent et choreas duxissent, in festisque consuetas exclamationes usurpassent, in vas oris contractioris marinam aquam injiciebant, et res quasdam ad unumquemque eorum pertinentes: et tanquam puella illa a Satana facultatem accepisset futura prædicendi, ipsi quidem de bono aliquo, vel etiam aversando ac fugiendo quopiam, interrogando exclamabant. Puella autem ex rebus in vas injectis eam, quæ incidisset, eductam ostendebat; quam etiam accipiens stultus ejus dominus, certior forsan fiebat de prosperis vel adversis ex eo eventuris. Postridie autem cum tympanis et choris una cum puella ad littora venientes, et aquam marinam copiose accipientes, ædes suas aspergebant: et a paulo sapientioribus hæc non solum fiebant, sed et per totam noctem rogos ex fœno accendentes, supra eos saliebant, et sortiebantur seu divinabant de felicitate et infelicitate, et de quibusdam aliis plane dæmoniace. Eorum autem hinc et illinc aditus, et domunculam, in qua sors illa fiebat, una cum iis sub dio locis quæ prope erant, aureis vestibus et sericeis textibus exornabant. Quinetiam arborum foliis coronabant, ad honorandum, ut verisimile est, et excipiendum Satanam, qui illos sibi familiares effecerat. Quæ quidem omnia prædictus sanctissimus patriarcha cum omni diligentia prohiberi et penitus aboleri curavit; quod et factum. Et nunc, ut Deo placuit, hæc opera Deo invisa omnino exoleverunt; ideo quod qui prope habitabant, et judices et sacerdotes sæpe sunt reprehensi, et admoniti, ut omnino curarent ac viderent, ne quid tale fieret. Ac utinam corvorum et cornicum et reliquarum ferarum avium inspectiones abolitæ essent: similiter autem et critriarum nugæ et aliorum populi seductorum. Illud autem, Traduxit filios suos per ignem, magnus Cyrillus, prophetam Isaiam explicans, interpretatus est, in holocausto obtulit seu sacrificabat dæmonibus.

Digitized by Google

ZONAR. Græcorum ethnicorumque consuetudines a majoribus acceptas nonnulli servabant, hodieque servant, etsi quid iis, quæ per ipsos geruntur, indicetur haud satis intelligant. Tale illud est, cum pro foribus officinæ aut domus rogos incendunt saltuque transiliunt. Atque id quidem et fieri vetat canon, et qui fecerit clerico depositionis, laico vero segregationis pœnam injungit. Deinde ut hæc antiqua quoque lege vetita fuisse ostendat, rei demonstrandæ illa ex quarto Regum protulit: Et ædificavit Manasses altare [98], etquæ sequuntur. Ergo **236** si qui minus perfecta vivendi lege tenebantur, prava hæc nihilominus esse, Deique iracundiam elicere arbitrantur: quanto magis ea nobis, qui magis perfectam, magisque spiritualem legem accepimus, et iniqua et inconcessa videri debent? Verba porro illa, Et traduxit filios suos per ignem [99], hujus quidem synodi Patres videntur accipere, pro his, transilire fecit ignem accensum. Magnus vero Cyrillus illud, traduxit filios suos per ignem, hoc est, holocaustum obtulit dæmonibus sacrificans, interpretatus est. Ita ille in suis in Isaiam commentariis. Et sortibus usus est. Sors autem est, cum per signa quædam fortuna cujuspiam infortuniave indagatur; quod quidem hoc quoque tempore nonnullis fortunæ suæ cognoscendæ cupidis est usitatum. Et utebatur auspiciis. Auspicium vero est, cum volatus avium (nam aves vocantur οἰωνοί), clangor et alia hujusmodi observantur: quæ observatio οἰωνοσκοπία a Græcis dicta, maximoque olim in honore tota hæc auspiciorum ratio apud Romanos habita est. Militiam porro cœli stellas intellige.

ARIST. « Rogi, qui noviluniis in officinis exstruuntur, et qui eos transiliunt, abrogentur. »

Quidam coram officinis domibusve suis rogos accendentes, eis juxta antiquam quamdam consuetudinem insiliebant. Et illud abolentes Patres, jubent, quod si quidem clericus inveniatur aliquid ejusmodi faciens, deponetur: si laicus autem, segregabitur. Nam et Manasses per ignem filios suos traducens, et auguriis usus, Deum ad iram provocavit.

CANON LXVI.

« A sancta Christi Dei nostri resurrectionis die usque « ad novum Dominicum, tota septimana in sanctis ecclesiis vacare fideles jugiter oportet « psalmis et hymnis et Spiritualibus canticis, « in Christo gaudentes festumque celebrantes, « et divinarum Scripturarum lectioni mentem « adhibentes, et sanctis mysteriis jucunde et « laute fruentes. Sic enim cum Christo una « resurgemus et exaltabimur. Nequaquam « ergo prædictis diebus equorum cursus vel « aliquod publicum fiat spectaculum. »

[98] IV Reg. xxiii, 12. [99] IV Reg. xxi, 6.

ΖΩΝΑΡ. Ἔθη Ἑλληνικά τε καὶ ἐθνικὰ κατὰ παράδοσιν ἐποίουν τινὲς, καὶ ποιοῦσι, μηδὲ εἰδότες τί δηλοῦσι τὰ γινόμενα παρ' αὐτῶν· οἷόν ἐστι καὶ τὸ πυρκαϊὰς ἀνάπτεσθαι ἔμπροσθεν ἐργαστηρίων καὶ οἰκιῶν, καὶ αὐτῶν ὑπεράλλεσθαι. Καὶ τοῦτο δὲ ὁ κανὼν ἀπείργυσι γίνεσθαι, καὶ τοὺς τοιοῦτόν τι πράσσοντας, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖ, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζει. Εἶτα δεικνὺς ὅτι ἀπηγορευμένα εἰσὶ ταῦτα καὶ τῷ παλαιοτέρῳ νόμῳ, ἐκ τῆς τετάρτης τῶν Βασιλειῶν ἐποιήσατο τὴν ἀπόδειξιν λεγούσης· « Καὶ ᾠκοδόμησε Μανασσῆ; θυσιαστήριον, » καὶ τὰ ἑφεξῆς. Εἰ οὖν παρὰ τοῖς τὸν ἀτελέστερον δεξαμένοις νόμον ταῦτα πονηρὰ ἐδόκει, καὶ εἰς ὀργὴν Κυρίου, πόσῳ μᾶλλον ἐφ' ἡμῖν, τοῖς τὸν τελειώτερον καὶ πνευματικώτερον παραλαβοῦσι νόμον, ἄθεσμα ταῦτα καὶ ἀπηγορευμένα λογίζεσθαι χρή; Τὸ δὲ, « Καὶ διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, » οἱ μὲν τῆς συνόδου ταύτης Πατέρες ἐοίκασι νοῆσαι ἀντὶ τοῦ, Ὑπερπηδᾶν ἐποίει τὸ ἀναπτόμενον πῦρ. Ὁ δὲ μέγας Κύριλλος τὸ, « Διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, » ἀντὶ τοῦ, Ὁλοκαύτωσεν, ἡρμήνευσε, θυσίας προσάγων τοῖς δαίμοσι. Τοῦτο δὲ τὸν Ἡσαΐαν φησὶν ἐξηγούμενος. Καὶ ἐκληδονίζετο. Κληδὼν λέγεται τὸ διά τινων ζητεῖν γνῶναι εἰ μέλλοι τις εὐπραγῆσαι ἢ δυσπραγῆσαι, οἷα καὶ νῦν ποιοῦσί τινες θέλοντες τὴν τύχην τὴν ἰδίαν καταμαθεῖν. Καὶ οἰωνίζετο. Οἰωνισμὸς δ' ἐστὶ τὸ ἐπιτηρεῖν τὰς τῶν ὀρνέων πτήσεις· οἰωνοὶ γὰρ τὰ ὄρνεα λέγονται· καὶ τὰς αὐτῶν κλαγγὰς, καὶ τοιαῦτά τινα, ἃ καὶ οἰωνοσκοπίαι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὠνομάζοντο, καὶ ἐν τάξει τιμῆς μεγίστης ἡ οἰωνοσκοπικὴ παρὰ Ῥωμαίοις λελόγιστο. Στρατιὰν δὲ τοῦ οὐρανοῦ τοὺς ἀστέρας νοητέον.

ΑΡΙΣΤ. « Αἱ ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις ἐν νουμηνίαις « πυρκαϊαὶ καὶ οἱ ταύτας ὑπεραλλόμενοι κατ« αργείσθωσαν. »

Τινὲς, ἔμπροσθεν τῶν ἐργαστηρίων ἢ τῶν οἴκων πυρκαϊὰς ὑπανάπτοντες, ἐν αὐταῖς κατά τι ἀρχαῖον ἔθος ἐπήδων. Καὶ καταργοῦντες αὐτὸ οἱ Πατέρες προστάττουσιν ὡς, εἰ μὲν κληρικὸς εὑρεθήσεται τοιοῦτόν τι πράττων, καθαιρεθήσεται· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορισθήσεται. Καὶ γὰρ ὁ Μανασσῆς ἐν πυρὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ διαγαγὼν, καὶ οἰωνιζόμενος, παρώργισε τὸν Θεόν.

ΚΑΝΩΝ ΞϚ'.

« Ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστασίμου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ « ἡμῶν ἡμέρας μέχρι τῆς καινῆς Κυριακῆς « τὴν ὅλην ἑβδομάδα ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις « σχολάζειν δεῖ ἀπαραλείπτως τοὺς πιστοὺς, ἐν « ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς « εὐφραινομένους Χριστῷ καὶ ἑορτάζοντας, καὶ « τῇ τῶν θείων Γραφῶν ἀναγνώσει προσέχοντας, « καὶ τῶν ἁγίων μυστηρίων κατατρυφῶντας. « Ἐσόμεθα γὰρ οὕτω Χριστῷ συνανιστάμενοί τε « καὶ συνανυφούμενοι. Μηδαμῶς οὖν ἐν ταῖς « προκειμέναις ἡμέραις ἱπποδρομία ἢ ἑτέρα δη« μώδης θέα ἐπιτελείσθω. »

Digitized by Google

ΒΑΛΣ. Ὡς μία Κυριώνυμος ἡμέρα λογίζεται κατὰ πάντα ἡ μετὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τρέχουσα ἑβδομάς, κατὰ δὲ τὸ μὴ γόνυ κάμπτειν, καὶ ἡ ὅλη Πεντηκοστή. Ἐπεὶ δὲ ἑορτῆς καὶ παννυχίδος ἀφορμὴ ἐνομίζοντό τισιν αἱ ἱπποδρομίαι, πρὸς δὲ καὶ αἱ ἄλλαι δημοτικαὶ παιγνιώδεις θέαι, διωρίσαντο οἱ Πατέρες μὴ οὕτως ἑορτάζειν ἡμᾶς κατὰ ταύτην τὴν πασχάλιον ἑβδομάδα, ἀλλὰ θεοφιλῶς καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἁγιοπρεπῶς δηλονότι σχολάζειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ διὰ τῶν θείων ψαλτῳδημάτων κορέννυσθαι· καὶ ὡς ἤδη ἀξίους γενομένους ἑορτάσαι τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάστασιν, κατατρυφᾷν τῶν θείων μυστηρίων, καὶ συναναστῆναι τῷ ἀναστάντι, καὶ ἡμᾶς εἰς οὐρανοὺς ἀνυψώσαντι, Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν. Σημείωσαι οὖν ὅτι πάντες οἱ πιστοὶ ὀφείλουσιν ἐν ἑτοιμότητι εἶναι τοῦ μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων μυστηρίων καθ' ἑκάστην, εἰ δυνατὸν, καθὼς καὶ ἐν ἑτέροις κανόσι τοῦτο προείρηται. Τοῦ δὲ κανόνος ταῦτα διοριζομένου, ἐρωτήσει τις, οἱ χειρωνάκται μετὰ τὴν τρίτην τῆς ἑβδομάδος ταύτης τὰ οἰκεῖα ἐργάζονται ἐργόχειρα; Νομίζω οὖν ὅτι κακῶς τοῦτο ποιοῦσι. Κἂν γὰρ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος οὐ κολάζονται οἱ οὕτω τὴν ἑορτὴν καταλύοντες, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἑτέρου κανόνος τοῦ ἀφορίζοντος τοὺς λαϊκοὺς, μὴ ὄντας γεωργοὺς, καὶ κατὰ τὰς Κυριωνύμους ἐργαζομένους, καὶ οὗτοι κολασθήσονται. Ζήτει καὶ τὴν νδ' Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ, διαλαμβάνουσαν μηδὲ αὐτοὺς τοὺς γεωργοὺς κατὰ τὴν Κυριώνυμον ἐργάζεσθαι. Ὥστε ἀπηγόρευται καὶ αὐτοῖς κατὰ τὴν ὅλην πασχάλιον ἑβδομάδα ἐργάζεσθαι, ὡς μιᾶς Κυριωνύμου λογιζομένης αὐτῆς.

BALS. Tanquam unus dies Dominicus per omnia reputatur ea quæ post sanctam Domini et Dei et Servatoris nostri Jesu Christi resurrectionem currit septimana: in eo vero quod genu non flectatur, et tota etiam Pentecoste. Quoniam autem festi celebrandi prætextu apud quosdam inoleverant equorum cursus, et alia etiam publica ludicra spectacula, statuerunt Patres, nos sic festum non oportere celebrare in hac Paschali hebdomade, sed religiose et quoad fieri potest, sancte videlicet ecclesia vacare, divinisque canticis satiari: et tanquam jam digni simus resurrectionem Domini celebrare, divinis mysteriis jucunde lauteque perfrui, et una consurgere cum eo qui resurrexit, et nos in cœlum una sustulit, Christo Deo nostro. Nota ergo quod omnes fideles debent esse parati sancta mysteria participare unoquoque die, si fieri potest, quemadmodum et in aliis canonibus ante scriptum est. Cum autem canon hæc statuat, interrogaverit quispiam, quomodo artifices post diem tertium hujus septimanæ suas mechanicas artes et opera exercent? Existimo ergo eos male hoc facere. Etsi enim a præsenti canone non puniuntur, qui festum sic solvunt: ab alio tamen canone, qui laicos, qui non sunt agricolæ et in diebus **237** Dominicis operantur, segregat, ii quoque punientur. Quære etiam 54 domini imp. Leonis Sapientis novellam, statuentem ne ipsos quidem agricolas in die Dominico operari debere. Quare eis quoque prohibitum est tota Paschali septimana operari, neque cum ipsa unus dies Dominicus reputetur.

ΖΩΝΑΡ. Ἑορτάζειν οἱ ἀπὸ Χριστοῦ κεκλημένοι ὀφείλομεν, οὐ τρυφὰς ἑαυτοῖς καὶ λαμπρότητας καὶ ἀνέσεις ἐπιτηδεύοντες, ἀλλὰ πνευματικῶς εὐφραινόμενοι. Πνευματικὴ δ' ἐστὶν εὐφροσύνη τὸ ᾄδειν τῷ Κυρίῳ, καὶ δοξάζειν αὐτὸν ἐφ' οἷς ἐποίησε θαυμασίοις, ῥυσάμενος ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας τοῦ διαβόλου. Οὕτω τοίνυν καὶ τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν βούλεται ἑορτάζειν ἡμᾶς ὁ κανὼν, ὅλην τὴν ἑβδομάδα ἐν ἐκκλησίαις σχολάζοντας, ἐν ψαλμοῖς τε καὶ ὕμνοις ᾄδοντας τῷ Κυρίῳ, καὶ οὕτως ἐν Χριστῷ ἑορτάζοντας καὶ τῇ μελέτῃ προσέχοντας τῶν θείων Γραφῶν, καὶ κατατρυφῶντας τῶν θείων μυστηρίων. Καὶ οὕτω, φησὶν, ἑσόμεθα Χριστῷ συναναστάμενοι, καὶ συνανυψούμενοι· ἀνιστάμενοι μὲν τοῦ πτώματος τῆς ἁμαρτίας καὶ τῆς χαμαιζήλου καὶ γηΐνης ζωῆς· ἀνυψούμενοι δὲ πρὸς ὑψηλοτέραν καὶ πνευματικὴν τῷ ὄντι διαγωγήν. Ὅθεν οὔτε ἱπποδρομίας ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἑβδομάδι γίνεσθαι συγχωρεῖ, οὔτε θέας ἑτέρας δημώδεις, ἐν αἷς δηλονότι ὁ δῆμος ἀθροίζεται θεώμενος τὰ γινόμενα.

ZONAR. Non delicias aut luxum otiave sectantes, sed spirituali gaudio exsultabundi, festos dies agere Christiani debemus. Spiritualis porro lætitiæ est canticis Numen venerari, illiusque laudes, pro iis quæ admirabilia præstitit, quodque diabolo mancipatos in libertatem nos asseruit, celebrare. Hanc ergo rationem Paschæ quoque festos atque solemnes dies agitandi præscribit canon, ut eo nimirum septimana, perpetuam in ecclesiis stationem agentes, psalmis hymnisque Domino concinendis occupati, in Christo proinde lætemur, sacrarumque Litterarum accurata meditatione tempora traducentes, divinorum mysteriorum epulis insaturabiliter expleamur. Atque hoc pacto, inquit, cum Christo simul exsurgere, atque ad altiora simul eniti continget. A peccati scilicet lapsu menteque humi depressa et ad terrena abjecta exsurgemus: ad sublimiorem autem et vere spiritualem vivendi rationem excitabimur. Proinde nec equestres ludos tota Paschatis hebdomada, nec alia publica spectacula, ad quæ nimirum tuenda multitudo convenit, exhibenda facultatem esse decernit.

ΑΡΙΣΤ. « Τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν πᾶσαν ἑβδομάδα πᾶς ἐκκλησιαζέτω πιστός. »

Ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις δεῖ σχολάζειν τοὺς πιστοὺς, καὶ ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις εὐφραίνεσθαι

ARIST. « Quisque fidelis per totam post resurrectionem hebdomadam in ecclesia versetur. »

In sanctis ecclesiis fideles oportet vacare, et in psalmis et hymnis gaudio exsultare totam septi-

Digitized by Google

manam post sanctam Christi veri Dei nostri resurrectionem.

A πᾶσαν τὴν ἑβδομάδα τὴν μετὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

CANON LXVII.

« Divina nobis Scriptura mandavit, a sanguine, et « suffocato, et fornicatione abstinere. Eos ergo, « qui propter lautum et delicatum ventrem cu- « juscunque animalis sanguinem arte aliqua « esculentum condiunt ac instruunt, et sic illo « vescuntur, ut par est punimus. Si quis ergo « deinceps animalis sanguinem quovis modo « comedere aggrediatur, si sit clericus, deponatur : sin laicus, segregetur. »

ΚΑΝΩΝ ΞΖ'.

« Ἡ θεία ἡμῖν Γραφὴ ἐνετείλατο ἀπέχεσθαι αἵματος, « καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας. Τοῖς οὖν διὰ τὴν « λίχνον γαστέρα αἷμα οἱουδήποτε ζώου τέχνῃ « τινὶ κατασκευάζουσιν ἐδώδιμον, καὶ οὕτω τοῦτο « ἐσθίουσι, προσφόρως ἐπιτιμῶμεν. Εἴ τις οὖν « ἀπὸ τοῦ νῦν αἷμα ζώου ἐσθίειν ἐπιχειρήσει « οἱῳδή τινι τρόπῳ, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαι- « ρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. »

BALS. Scriptum est in Actibus apostolorum, Ne nos quemvis sanguinem comedamus, vel suffocatum animal, et etiam a fornicatione abstineamus [1]. Atque etiam lex jubet Mosaica, Sanguinem ne comedatis [2]. Quoniam ergo nonnulli sanguinem, non quidem comedebant, nonnulla autem esculenta et ex aliis et ex sanguine faciebant, et se sacram Scripturam observare dicebant, quod non sanguinem nulla re intercedente comederent, statuerunt sancti Patres, ejusmodi sacræ legis circumscriptionem cessare oportere ; eumque, qui quavis arte vel ratione animalis sanguinem comederit, si sit quidem clericus, deponendum : sin vero laicus, segregandum. Et hæc quidem canon. Latini vero indiscriminatim suffocata comedunt. Adrianopolitani etiam, ut audio, animalium sanguine cum quibusdam esculentis utuntur. Quære et imp. domini Leonis Sapientis novellam 58, quæ statuit eos, qui quancunque sanguinolentam speciem comedunt, publicandos et corpore puniendos, et impressa enti tonsura notandos, et perpetuo exsilio condemnandos : eos autem, qui hæc non vindicant, magistratus decem librarum auri multa corrigendos.

ΒΑΛΣ. Γέγραπται ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων μὴ ἐσθίειν ἡμᾶς οἱονδηποτοῦν αἷμα, ἢ ζῶον πνικτὸν, ἀπέχεσθαι δὲ καὶ πορνείας. Καὶ ὁ Μωσαϊκὸς δὲ νόμος παρακελεύεται · Αἷμα οὐ φάγεσθε. Ἐπεὶ οὖν τινες αἷμα μὲν οὐκ ἤσθιον, ἐποίουν δέ τινα ἐδώδιμα ἔκ τε ἄλλων καὶ ἐξ αἱμάτων, καὶ ἔλεγον φυλάττειν τὰ τῆς θείας Γραφῆς, ὅτι οὐκ ἤσθιον ἀμέσως αἷμα, ὥρισαν οἱ ἅγιοι Πατέρες τὴν τοιαύτην περιγραφὴν τῆς θείας νομοθεσίας σχολάσαι · καὶ τὸν καθ' οἱονδήτινα λόγον ἢ τέχνην φαγόντα αἷμα ζώου τινὸς κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα· οἱ δὲ Λατῖνοι ἀδιαφόρως ἐσθίουσι τὰ πνικτά. Ἀλλὰ καὶ οἱ Ἀδριανουπολῖται, ὡς ἀκούω, τοῖς αἵμασι τῶν ζώων χρῶνται μετὰ ἐδωδίμων τινῶν. Ζήτει καὶ τὴν νη' νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, διοριζομένην τοὺς μὲν πωλοῦντας ἢ ἐσθίοντας εἶδος οἱονδηποτοῦν αἱματηρὸν δημεύεσθαι καὶ αἰκίζεσθαι, καὶ διὰ τῆς ἐν χρῷ κουρᾶς τιμωρεῖσθαι, καὶ ἀειφυγίᾳ κατακρίνεσθαι · τοὺς δὲ μὴ τὰ τοιαῦτα διεκδικοῦντας ἄρχοντας δέκα λιτρῶν χρυσίου προστίμῳ εὐθύνεσθαι.

ZONAR. A sanguine, suffocato et fornicatione abstinendum esse in Actis apostoli decrevere. Cum enim circumcisionem fidelibus necessariam esse nonnulli asseverarent, convenere simul apostoli cum fratre Domini Jacobo, et consilio ea de re habito, fideles ab idolothytis, sanguine, suffocato et fornicatione, nihil eis præterea oneris imponentes, abstinere jusserunt. Verum in Genesi quoque præceptum hujusmodi exstat : Carnem, in sanguine animæ non comedetis [3]. Divinæ igitur Scripturæ auctoritatem, cum mactatorum animantium sanguinem a nonnullis quadam **238** arte condiri, atque ab iis esitari cognovissent, id hoc canone fieri vetuere ; quique non paruerint, clericos quidem depositione, laicos vero segregatione multari jubent.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ αἵματος ἀπέχεσθαι, καὶ πνικτοῦ καὶ πορνείας ἐν ταῖς Πράξεσι γέγραπται. Τινῶν γὰρ λεγόντων δεῖν τοὺς πιστεύοντας περιτέμνεσθαι, συνελθόντες οἱ ἀπόστολοι καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος ἐβουλεύσαντο περὶ τούτου, καὶ ἐπέστάλκασι τοῖς πιστοῖς ἀπέχεσθαι τῶν εἰδωλοθύτων, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας, καὶ μηδὲν πλέον αὐτοῖς ἐπιτίθεσθαι βάρος. Κα ἐν τῇ Γενέσει δὲ διατέτακται · Τὸ κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε. Τῇ θείᾳ τοίνυν Γραφῇ καὶ οἱ θεῖοι Πατέρες ἑπόμενοι, ἐπεὶ ἐμαθόν τινας μεθόδοις τισὶ τὸ αἷμα τῶν σφαττομένων ζώων ποιοῦντας ἐδώδιμον, καὶ ἐσθίοντας αὐτὸ, διὰ τοῦ κανόνος τούτου κεκωλύκασι τὸ τοιοῦτόν τι ποιεῖν, ἐπιτιμήσαντες τοῖς τοιοῦτόν τι ποιοῦσιν, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, καθαίρεσιν, εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀφορισμόν.

ARIST. « Clericus sanguinem edens deponitur : « laicus autem segregatur. » *Perspicuus.*

ΑΡΙΣΤ. « Κληρικὸς αἷμα ἐσθίων καθαιρεῖται, λαϊκὸς δὲ ἀφορίζεται. » *Σαφής.*

CANON LXVIII.

« Nemini licere Veteris et Novi Testamenti li- « brum, sanctorumve nostrorum et approbato-

ΚΑΝΩΝ ΞΗ'.

« Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναί τινι τῶν πάντων βιβλίων τῆς « παλαιᾶς καὶ καινῆς Διαθήκης, τῶν τε ἁγίων

[1] Act. xv, 29. [2] Levit. xvii, 12. [3] Genes. ix, 4.

Digitized by Google

« καὶ ἐγκρίτων ἡμῶν κηρύκων καὶ διδασκάλων, A
« διαφθείρειν ἢ κατατέμνειν, ἢ τοῖς βιβλιοκαπή-
« λοις, ἢ λεγομένοις μυρεψοῖς, ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν
« ἁπάντων πρὸς ἀφανισμὸν ἐκδιδόναι· εἰ μή τι
« ἄρα τέλεον, εἴτε ὑπὸ σητῶν, ἢ ὕδατος, ἢ ἑτέρῳ
« τρόπῳ ἀχρειωθῇ. Ὁ δέ τι τοιοῦτο ποιεῖν ἀπὸ τοῦ
« νῦν ἁλισκόμενος, ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀφοριζέσθω·
« ὁμοίως καὶ ὁ τὰς τοιαύτας βίβλους ὠνούμενος,
« εἰ μήτε αὐτὸς ταύτας κατέχοι πρὸς οἰκείαν
« ὠφέλειαν, μήτε ἑτέρῳ πρὸς εὐεργεσίαν καὶ τὸ
« διαμεῖναι ἀποδοίη, ἀλλὰ ταῦτα διαφθείρειν ἐπι-
« χειρήσοι, ἀφοριζέσθω. »

« rum præconum ac doctorum, corrumpere vel
« conscindere, vel librorum cauponatoribus, vel
« iis qui dicuntur unguentarii, vel alii cuicun-
« que, ad eum perdendum tradere : nisi utique
« omnino, vel a tineis, vel ab aqua, vel aliquo
« alio modo redditus fuerit inutilis. Qui autem
« tale quid facere deinceps deprehensus fuerit,
« anno uno segregetur. Similiter et qui tales
« libros emit, si eos quidem ipse non ad suam
« utilitatem retineat, nec alteri, ad ejus benefi-
« cium, et ut ii permaneant, vendat, sed eos
« corrumpere aggressus fuerit, segregetur. »

ΒΑΛΣ. Τινὲς δι' αἰσχροκέρδειαν βιβλίων τῶν θείων Γραφῶν ἐμπορευόμενοι ἀπήλειφον, ἢ καὶ κατέτεμνον, μὴ συλλογιζόμενοι τὴν ἐντεῦθεν τοῦ B Θεοῦ κατάκρισιν. Διορθούμενοι οὖν τὰ περὶ τούτου οἱ θεῖοι καὶ ἅγιοι Πατέρες, διωρίσαντο μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τινὰ τῶν ἁπάντων διαφθείρειν ἢ κατατέμνειν ἢ πωλεῖν πρὸς μυρεψοὺς ἢ βιβλιοκαπήλους χάριν ἀπαλοιφῆς ἢ κατατομῆς οἱονδηποτοῦν βιβλίου ἐκ τῆς θείας Γραφῆς, ἔκ τε τῆς Παλαιᾶς δηλονότι Διαθήκης καὶ τῆς Νέας, εἰ μήπω τὸ τοιοῦτον βιβλίον ἢ ἀπὸ ὕδατος, ἢ ἀπὸ σκωλήκων, ἢ ἀπὸ ἑτέρου τρόπου, πυρὸς δηλονότι, πάμπαν ἀχρειωθῇ· τὸν δὲ παρὰ τοῦτο ποιοῦντα ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀφορίζεσθαι, καὶ τὸν ἐξωνούμενον οὕτω ταῦτα, καὶ μὴ ἐπικτώμενον αὐτὰ ἢ δι' οἰκείαν ἢ διὰ ἀλλοτρίαν ὠφέλειαν. Ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος, μὴ ἀπαλείφεσθαι ἢ ὁπωσδήποτε διαφθείρεσθαι βιβλίων τῆς Παλαιᾶς ἢ τῆς Καινῆς Διαθήκης, ἢ ἕτερον ἐκ τῆς θείας Γραφῆς, περὶ C ἐκείνων τῶν βιβλίων λέγε τὸν κανόνα διαλέγεσθαι τῶν ἐκχωρηθέντων ἀναγινώσκεσθαι. Τὰ γὰρ ἀπρακτήσαντα καὶ κατατέμνων τις καὶ ἀπαλείφων οὐ κολασθήσεται. Σημείωσαι ταῦτα διὰ τοὺς βιβλιοκαπήλους, τοὺς ἀπαλείφοντας τὰς μεμβράνας τῶν θείων Γραφῶν, καὶ μὴ παραδέξῃ τούτους λέγοντας ὡς ἐφεῖται τόδε τι ἐκ τῆς θείας Γραφῆς ἀπαλείφειν, καὶ ἕτερον ἐν τοῖς ἀπαλειφεῖσι μεταγράφειν. Ἑνὸς γὰρ ἀτόπου δοθέντος, καὶ ἕτερα πολλὰ ἄτοπα συνακολουθήσουσιν· οἱ μέντοι βιβλιοπῶλαι ἐπαινετέοι εἰσὶ (75).

BALS. Nonnulli turpis quæstus gratia divinarum Scripturarum libros ementes delebant, vel etiam conscindebant, Dei quæ ex ea re proficiscebatur condemnationem non reputantes. Hæc ergo divini sanctique Patres corrigentes, nulli licere statuerunt corrumpere, vel conscindere, vel vendere unguentariis vel librorum cauponatoribus, ad delendum vel conscindendum, quemcunque librum divinæ Scripturæ, et ex Vetere Testamento et Novo: nisi talis liber vel ab aqua, vel a vermibus, vel ab alio modo, ab igne vincencet, fuerit omnino redditus inutilis : eum autem, qui aliter facit, anno uno segregandum, eumque etiam, qui ejusmodi libros emit, et eos non possidet vel ad suam vel ad alienam utilitatem. Cum autem audis canonem dicentem, non esse delendos vel quomodocunque corrumpendos libros Veteris vel Novi Testamenti, vel aliquem alium ex divina Scriptura, dic canonem de iis libris loqui, quos permissum est legi. Eos enim, qui non sunt usui, si quis deleat et conscindat, non punietur. Nota autem hæc propter librorum cauponatores, qui divinarum Scripturarum membranas delent : et ne admiseris eos dicentes, quod licet hunc divinæ Scripturæ librum delere, et alium loco delctorum transcribere. Dato enim uno absurdo, multa quoque alia absurda consequentur : sed sunt quidem laudandi bibliopolæ.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ βιβλία τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, τῆς τε Παλαιᾶς Διαθήκης καὶ τῆς Καινῆς, καὶ τὰ τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ διδασκάλων, τῶν ἐγκριθέντων δηλαδή, τῶν μετὰ δοκιμασίας δεχθέντων (πολλοὶ γὰρ συνεγράψαντο περὶ πίστεως λόγους καὶ ἑρμηνείας Γραφῶν, ἀλλ' ἀπεβλήθησαν καὶ ἀπεδοκιμάσθησαν)· τὰ γοῦν τῆς Παλαιᾶς καὶ Νέας Διαθήκης βιβλία, καὶ τὰ τῶν ἐγκριθέντων Πατέρων φυλάττεσθαι ὁ κανὼν κελεύει, ἀλλὰ μὴ διαφθείρεσθαι, μηδὲ κατατέμνεσθαι, μηδὲ τοῖς βιβλιοκαπήλοις, ἢ τοῖς D

ZONAR. Veteris ac Novi Testamenti, divino Spiritu dictante, conscriptos libros, ut et sanctorum Patrum ac doctorum, qui non sine probatione videlicet admissi rectique sunt (multi namque res fidei, multi sacrarum Litterarum interpretationes scripserunt, verum improbatis postea damnatisque operibus prosecuti fuerant), sacros igitur Veteris ac Novi Testamenti, et probatorum Patrum libros hic canon studiose conservare jubet. Neque vero eos inquit corrumpere aut conscindere, vel libro-

Guil. Beveregii notæ.

(74) *Εἰ μή τι ἄρα τέλεον.* Legendum juxta ms. Amerbachianum εἰ μή τοι ἄρα βιβλίον τῶν θείων Γραφῶν. Ms. Amerbachianus rectius legit, βιβλία τῶν θείων Γραφῶν.

(75) *Ἐπαινετέοι εἰσί.* In ms. nostro Bodleiano hæc sequuntur, Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα, καὶ φύλαττε τοῦτον· κἂν ἐγὼ οὐκ ἠδυνήθην κωλῦσαι τοὺς εἰσερχομένους κοσμικοὺς εἰς τὸ ἅγιον βῆμα τῆς ὑπεραγίας μου Θεοτόκου τῆς ὁδηγητρίας, λέγοντας ἀρχῆθεν κρατῆσαι τὴν τοιαύτην συνήθειαν, ἔν τε τῷ ἁγίῳ οἴκῳ τῆς Θεομήτορος, καὶ ἐν τῷ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐν τῇ Χαλκῇ. Verum hæc verba non ad præsentem sed sequentem canonem jure pertinent, tanquam nota videlicet marginalis. In manuscripto Amerbachiano nullibi leguntur.

Digitized by Google

rum cauponatoribus, unguentariisque perituros tradere cuiquam liceat. Cauponatores autem librorum, non qui libros vendunt, sed quæ in libris scripta sunt obliterantes, ipsisve alia ratione, ita ut Scriptura intereat, abutentes canon intelligit. Si quæ vero forte exemplaria sic a tineis corrosa sunt, ut corrupta penitus censeantur, vel superfusa aqua, aut alio malo ita consumpta, ut nullo amplius usui legentibus esse possint, ea si quis obliteravit, non idcirco pœnam canonis violati propositam, ut uno anno segregetur, incurret. Reus autem violati canonis est, tum qui vendit libros, tum qui emit, eo nomine ut corrumpat.

ARIST. « Divinas Scripturas non corrumpes « nec corrumpendas trades, nisi sint prorsus inu- « tiles. »

Non licet cuiplam Veteris et Novi Testamenti vel etiam eximiorum et sanctorum nostrorum magistrorum **239** librum quemvis corrumpere, vel librorum cauponatoribus aut unguentariis tradere, ad eum destruendum perdendumve, nisi reddatur prorsus inutilis a tineis aut aqua aut alio modo. Qui hoc autem decretum transgreditur, anno segregatur.

CANON LXIX.

« Non liceat cuiplam ex laicorum numero intra « sacri altaris septum ingredi : ab eo tamen « nequaquam prohibita potestate et auctoritate « imperatoria quando quidem voluerit Creatori « dona offerre, ex antiquissima traditione. »

BALS. Prohibet præsens canon, ne laici ad divinum altare ingrediantur, ut quod solis sacratis hominibus sit destinatum. Id autem, inquit, imperatori soli, licet sit laicus, concessum est, quando munera Deo offerre voluerit, ex antiqua quadam consuetudine. Quomodo ergo in divinum adytum inclyti templi Domini nostri Jesu Christi, quod est in Chalce, quicunque vult citra ullum impedimentum ingreditur, nescio. De Latinis autem audio, quod non solum viri laici, sed et mulieres in sanctum tribunal ingrediuntur, et sedent, stantibus sæpe iis qui sacrificant. De imperatoribus autem dixerunt quidam, verbis canonis insistentes, quod tunc non prohibebuntur intra septum altaris ingredi, quando sunt Deo munera oblaturi, non ambrosii admonitione pœnitentia ductus altare ingressus est, ut dona sua ibi offerret : sed diutius ibi mancre a præstantissimo eodem Patre non permissus est ; ἐπειδὴ δὲ ὁ καιρὸς ἐκάλει τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκεῖν, ἀναστὰς μετὰ τῶν ἴσων δακρύων τῶν ἀνακτόρων ἐπέβη· προσενεγκὼν δὲ, ὥσπερ εἰώθει, ἔνδον παρὰ τας κιγκλίδας μεμένηκεν. Ἀλλὰ πάλιν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος οὐκ ἐσίγησεν, ἀλλ' ἐξεπαίδευσε τὴν τῶν τόπων διαφοράν. Theodoret. *Hist. Eccl.* l. v, c. 17. Et paulo post de eodem Constantinopoli offerente ait, τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκὼν ἐξελήλυθεν. Ibid. v, Niceph. Callist. lib. xii, cap. 41.

A μυρεψοῖς ἐκδίδοσθαι εἰς ἀφανισμόν. Βιβλιοκαπήλους δὲ οὐ τοὺς τὰ βιβλία πωλοῦντας φησὶν ὁ κανὼν, ἀλλὰ τοὺς ἀπαλείφοντας ἢ καὶ ἄλλως χρωμένους ταῖς βίβλοις εἰς ἀφανισμὸν τῶν ἐν αὐτοῖς γεγραμμένων. Τὰ δὲ ὑπὸ σκωλήκων ἴσως βρωθέντα ὡς τέλεον διαφθαρῆναι, ἢ ὑπὸ ὕδατος, ἢ ἄλλως ἀχρειωθέντα, ὡς μὴ χρησιμεύειν εἰς ἀνάγνωσιν, εἰ ἀπαλείψει τις, οὐχ ὑποπεσεῖται τῷ ἐπιτιμίῳ, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀφορίζεσθαι τὸν παραβαίνοντα τὸν κανόνα. Παραβάτης δ' ἐστὶ καὶ ὁ πωλῶν ταύτας ἐπὶ διαφθορᾷ καὶ οὕτως ὠνούμενος.

ΑΡΙΣΤ. « Οὐ διαφθαρεῖς θεῖον Βιβλίον, οὐδὲ δώσεις « διαφθαρῆναι εἰ μὴ τέλεον κατηχρείωται. »

B Οὐκ ἐξέσται τινὶ τῶν ἁπάντων βιβλίων τῆς Παλαιᾶς ἢ τῆς Καινῆς Διαθήκης. καὶ τῶν ἐγκρίτων καὶ ἁγίων ἡμῶν διδασκάλων διαφθείρειν, ἢ τοῖς βιβλιοκαπήλοις, ἢ τοῖς μυρεψοῖς διδόναι, πρὸς τὸ καταλῦσαι καὶ ἀφανίσαι αὐτὸ, εἰ μὴ τέλεον ἠχρειώθη ὑπὸ σητῶν, ἢ ὕδατος ἢ ἑτέρου τρόπου. Ὁ δὲ παραβαίνων τὸ ὁρισθὲν ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀφορίζεται.

ΚΑΝΩΝ ΞΘ'.

« Μὴ ἐξέστω τινὶ τῶν ἁπάντων ἐν λαϊκοῖς τελοῦντι « ἔνδον ἱεροῦ εἰσιέναι θυσιαστηρίου, μηδαμῶς « ἐπὶ τοῦτο τῆς βασιλικῆς εἰργομένης ἐξουσίας « καὶ αὐθεντίας ἡνίκα δ' ἂν βουληθείη προσάξαι « δῶρα (76) τῷ πλάσαντι, κατά τινα ἀρχαιοτάτην C « παράδοσιν. »

ΒΑΛΣ. Ἀπαγορεύει ὁ κανὼν εἰσιέναι τοὺς λαϊκοὺς ἔνδον τοῦ θείου θυσιαστηρίου, ὡς ὄντος τούτου ἀφωρισμένου μόνοις τοῖς ἱερωμένοις. Τῷ βασιλεῖ δὲ, καὶ λαϊκῷ ὄντι, ἐνεδόθη, φησὶ, τοῦτο, ἡνίκα προσάξαι δῶρα τῷ Θεῷ αἱρετίσεται, κατά τινα παλαιὰν παράδοσιν. Ὅπως οὖν εἰς τὸ θεῖον ἄδυτον τοῦ περιωνύμου ναοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐν τῇ Χάλκῃ ἀκωλύτως εἰσέρχεται ὁ βουλόμενος, ἀγνοῶ. Περὶ δέ γε τῶν Λατίνων μανθάνω ὅτι οὐ μόνον λαϊκοὶ ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες εἰς τὸ ἅγιον βῆμα εἰσέρχονται καὶ κάθηνται, ἱσταμένων πολλάκις καὶ τῶν ἱερουργούντων. Περὶ μέντοι τῶν βασιλέων εἰπόν τινες, τοῖς ῥήμασιν ἐπικαθήμενοι τοῦ κανόνος, D ὅτι τότε οὐ κωλυθήσονται ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου εἰσιέναι, ὅτε προσαγαγεῖν δῶρον τῷ Θεῷ μέλλουσιν,

Guill. Beveregii notæ.

(76) *Ἡνίκα ἂν βουληθείη προσάξαι δῶρα.* Imperatoribus hic conceditur etiam intra sacrum altaris septum ingredi, cum dona Deo oblaturi sunt, idque ex antiqua traditione recte quidem. Nam diu ante celebratum hoc concilium istiusmodi consuetudo obtinuit : ut patet ex istis Theodosii Junioris verbis in Actis concilii Ephesini, *Nos, qui legitimis imperii armis semper circumdamur, quosque sine armatis et stipatoribus esse non convenit, Dei templum ingressuri foris arma relinquimus, et ipsum etiam diadema, regiæ majestatis insigne, deponimus. Et sacra altaria munerum tantum offerendorum causa accedimus, quibus quoque oblatis ad eximium communeque atrium mox nos recipimus.* Sic etiam Theodoretus tradidit, ut Theodosius D.

Digitized by Google

οὐ μὴν ὅτε χάριν προσκυνήσεως μόνον βουληθῶσιν εἰσελθεῖν ἐν αὐτῷ· ἐμοὶ δὲ τοῦτο οὐ δοκεῖ. Οἱ γὰρ πατριάρχας προβαλλόμενοι ὀρθόδοξοι βασιλεῖς δι' ἐπικλήσεως τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ χριστοὶ ὄντες Κυρίου, ἀκωλύτως, ὅτε καὶ βούλονται, εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον εἰσέρχονται (77) καὶ, θυμιῶσι, καὶ σφραγίζουσι μετὰ τρικηρίου καθὼς οἱ ἀρχιερεῖς.

ZΩNAP. Τὸ θυσιαστήριον τοῖς ἱερωμένοις ἀφώρισται. Διὸ καὶ ὁ κανὼν τοῖς λαϊκοῖς ἀπαγορεύει τὴν πρὸς αὐτὸ εἴσοδον· τῷ δὲ βασιλεῖ μόνῳ παραχωρεῖ τῆς εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσόδου, ὅτε προσάγει δῶρα τῷ Θεῷ. Ὥσπερ δ' ὑπεραπολογούμενοι ἑαυτῶν οἱ τοῦτο δόντες τῷ βασιλεῖ τὸ προνόμιον τῆς ἐξουσίας καὶ τῆς αὐθεντίας ἐμνήσθησαν, μονονουχὶ τοῦτο λέγοντες ὅτι οὐδὲ τοῦτον, καὶ λαϊκός ἐστιν, ἐχρῆν ἐντὸς εἰσιέναι τοῦ θυσιαστηρίου· ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν αὐθεντίαν ἐνεδόθη αὐτῷ ἀρχῆθεν τοῦτο παραδόντων τῶν παλαιοτέρων Πατέρων.

ARIST. « Εἰ μὴ βασιλεὺς, οὔτις τῶν λαϊκῶν εἰς « ἱλαστήριον εἴσεισιν. »

Τοῖς κοσμικοῖς τὸ ἱλαστήριον ἄβατον. Βασιλεὺς δὲ οὐ κεκώλυται εἰσέρχεσθαι ἐν αὐτῷ, ἡνίκα ἂν βουληθῇ καὶ προσάγειν δῶρα τῷ Θεῷ.

ΚΑΝΩΝ Ο'.

« Μὴ ἐξέστω ταῖς γυναιξὶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς θείας « λειτουργίας λαλεῖν. Ἀλλὰ κατὰ τὴν φωνὴν « Παύλου τοῦ ἀποστόλου σιγάτωσαν· οὐ γὰρ ἐπι- « τέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάττεσθαι, κα- « θὼς καὶ ὁ νόμος φησίν· εἰ δέ τι μαθεῖν θέλουσιν, « ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν. »

ΒΑΛΣ. Πρὸς Κορινθίους ἐπιστέλλων ὁ μέγας Παῦλος, παρεγγυᾶται ταῖς γυναιξὶ σιγᾶν, καὶ τοῖς οἰκείοις ἀνδράσιν ὑπείκειν, κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον, τὸν λέγοντα· « Πρὸς τὸν ἄνδρα σου, γύναι, ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. » Ἀκολούθως οὖν τούτοις διορίζεται ὁ κανὼν μὴ λαλεῖν τὰς γυναῖκας ἐν καιρῷ τῆς θείας λειτουργίας, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀνδρῶν οἴκοι μανθάνειν περὶ ὧν θέλουσι. Τούτου δὲ ὁρισθέντος οὕτω, μὴ εἴπῃς κατὰ μὲν τὸν καιρὸν τῆς λειτουργίας κωλύεσθαι αὐτὰς τοῦ λαλεῖν· κατὰ δὲ τὰς ἑτέρας ἐκκλησιαστικὰς συνάξεις ἁπαρ-

tem si solius adorationis gratia ipsum ingredi voluerint : sed mihi non ita videtur. Orthodoxi enim imperatores, qui per sanctæ Trinitatis invocationem patriarchas provehunt, et sunt uncti Domini, sine ullo impedimento, quando etiam voluerint, ad sacrum altare accedunt, et suffiunt, et eum triplici cereo signant, sicut et pontifices.

ZONAR. Altare sacratis hominibus destinatur. Proinde laicos ab illius ingressu arceri canon jubet; sed ita, ut imperatori tamen, cum sacra munera Deo oblaturus accesserit, sacra adyta intrandi soli sit facultas. Quasi vero se abunde excusarent, qui hanc imperatori prærogativam concesserant, imperatoriæ potestatis supremæque auctoritatis mentionem idcirco injecere, ferme hoc dicentes, quod imperatori quoque, qua laicus est, ad sacrum altare ingredi non licet : sed propter eam, qua præditus est, supremæ potestatis ac auctoritatis amplitudinem, id ei pervetusto antiquorum Patrum exemplo ipsi quoque concedere non recusarunt.

ARIST. « Nullus laicus excepto imperatore ad « altare accedit. »

Laicis altare esse inaccessum. Imperator autem non prohibetur intra septum ejus ingredi, quandocunque voluerit dona etiam Deo offerre.

CANON LXX.

« Ne liceat mulieribus divini ministerii tempore « loqui; sed secundum apostoli Pauli præceptum « sileant. Non enim eis loqui permissum est, sed « subjici, sicut dixit lex : si quid autem volunt « discere, domi proprios maritos interrogent. »

BALS. Corinthiis scribens magnus Paulus, præcipit mulieribus silere, et maritis suis subjectas esse [4], convenienter legi Mosaicæ, quæ dicit : « Ad virum tuum, mulier, conversio tua, et ipse dominabitur tibi [5]. » His ergo consequenter decernit canon, ne mulieres divini ministerii tempore loquantur, sed domi a viris suis ea discant, quæ scire volunt. Hoc autem sic constituto, ne dixeris eas quidem prohiberi loqui tempore ministerii : in aliis autem ecclesiasticis conventibus **240** nihil vetare eas loqui. Debent enim tunc quoque tacere. Ut est autem

[4] I Cor. xiv, 35. [5] Genes. iii, 16.

Guill. Beveregii notæ.

(77) *Εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον εἰσέρχονται.* In codice Auerbachiano scribitur εἰσελεύσονται, qua etiam voce hæc Balsamonis interpretatio in isto codice desinit; in nostro autem Bodleiano non secus ac in editione Parisiensi cætera leguntur, nimirum καὶ θυμιῶσι καὶ σφραγίζουσι μετὰ τρικηρίου, καθὼς οἱ ἀρχιερεῖς. Post quæ verba hæc insuper in ms. nostro leguntur, Ἀλλὰ καὶ κατηχητικῶς διδάσκουσι τὸν λαὸν, ὅπερ μόνοι οἱ ἐγχώριοι ἐπίσκοποι ἔχουσιν. Εὗρον δὲ ἐν τῷ ιθ' λόγῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας Φλαβίου Ἰωσήπου, ὑπογραφὴν βασιλικὴν ἔχουσαν οὕτως· Καὶ Τιβέριος Κλαύδιος Καῖσαρ σεβαστὸς Γερμανὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας ὕπατος χειροτονηθεὶς τὸ δεύτερον. *Sed et catechetice docent populum, quod penes solos provinciales est episcopos. Inveni autem in 19 libro Judaicæ antiquitatis Flavii Josephi, imperialem subscriptionem sic se habentem : Et Tiberius Claudius Cæsar Augustus Germanus pontifex maximus Tribunitiæ potestatis consul secundo ordinatus.* Exstant hæc verba in Joseph *Jud. Antiq.* lib. x, cap. 4. Verum hæc in nullo alio codice exstant. Nec sane Balsamonis esse videntur : sed ad marginem primo ascripta, a Græculo quodam, non animadvertente imperatores Romanos, Ethnicos præsertim, qualis fuit hic Tiberius Claudius, toto cœlo a Christianis episcopis distare, etiamsi ἀρχιερεῖς appellentur, et χειροτονηθῆναι dicantur. Nam istarum duarum vocum causa hæc verba citata videntur.

Digitized by Google

verisimile, mulieres quædam eo tempore divinas Scripturas legere præ se ferentes, concionari sæpe aggrediebantur, et ad interrogationes ac responsiones se comparare. Quod quidem Patribus nequaquam mulieribus convenire visum est; ideoque est prohibitum. Privatim autem prudentiores interrogare de aliquibus animæ conducibilibus, novum non est. Lege et VIII lib. Basil. tit. 1, cap. 1, decret. 5, quod prohibet mulieres publice causas agere, sic expresse dicens: Pro se solis causas agunt mulier et cæcus: mulier enim virili officio non fungitur; et XXI lib. tit. 1, cap. 11, dicens: Mulier in testamento non fert testimonium: in aliis autem dicit testimonium, in quibus viri non accersuntur. Et 48 Novellam imp. domini Leonis Sapientis, quæ prohibet mulieres in conventionibus et contractibus ferre testimonium: in partu autem, et in iis, in quibus solus femininus aspectus admittitur, non etiam oculi hominum, eas testimonium præbere permittit. Quære et Justiniani 118 Novellam, seu caput 14, 4 tit. XXXVII libri Basilic. quæ prohibet mulieres fieri tutrices, et hæc præcise dicit: Feminis enim nos quoque prohibemus, ne tutelæ munera subeant, nisi sit mater vel avia. Iis enim solis secundum hæreditatis ordinem tutelam quoque subire permittimus, si scriptis et aliis nuptiis, et senatusconsulti Velleiani auxilio renuntiaverint. Si hæc enim servaverint, omnibus qui in transversa sunt linea cognatis in tutela præferentur, testamentariis demum tutoribus eas antecuntibus. Defuncti enim voluntatem et electionem præferri volumus. Lege et tit. 5 ejusdem libri cap. 20, thema 3, dicens: Mulier non est curatrix.

A

B

C

προτιμᾶσθαι βουλόμεθα. Ἀνάγνωθι καὶ τίτλον ε' τοῦ αὐτοῦ βιβλίου κεφ. κ' καὶ θέμα γ', λέγον· Γυνὴ οὐ κουρατωρεύει.

ZONAR. Silentium feminis, non solum quamdiu sacra mysteria peraguntur, sed ubicunque fideles convenerint, magnus Paulus indicit. Hoc autem iis etiam, qui sunt extra ecclesiam, conveniens visum est. Mulieres enim, inquit poeta, nescio quis, ornat silentium. Hic vero canon sacri ministerii tempore feminas silere duntaxat jubet. Si quid autem scire cupiunt, viros, inquit canon, idque ex Apostolo, domi interrogent. Legis porro nomine apostolica oracula hoc canone significantur.

ARIST. « Mulieribus in ecclesiis loqui non per-
« mittitur. »

Si enim discere aliquid velint, maritos suos domi interrogent.

CANON LXXI.

« Eos, qui docentur leges civiles, Græcis moribus
« uti non oportere, et neque in theatrum induci,
« neque quæ dicuntur cylistræ peragere, vel
« præter usum communem sibi vestes induere,
« nec quo tempore disciplinam aggrediuntur, vel

ἐμποδίττως λαλεῖν. Καὶ τηνικαῦτα γὰρ σιγᾷν ὀφείλουσιν. Ὡς ἔοικε δὲ γυναῖκές τινες, κατὰ τὸν τότε καιρὸν ἀνάγνωσιν θείων Γραφῶν ὑποκρινόμεναι, ἐκκλησιάζειν ἐπεχείρουν τὰ πολλὰ, καὶ πρὸς ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις ἑτοιμάζεσθαι ὅπερ ἀνοίκειον εἶναι γυναιξὶν ἔδοξε τοῖς Πατράσι· κἀντεῦθεν καὶ ἐκωλύθη. Κατ' ἰδίαν δὲ ἐρωτᾷν τὰς συνετωτέρας περὶ ψυχωφελῶν τινων οὐκ ἔστι καινόν. Ἀνάγνωθι καὶ βιβλίου ἡ' τῶν Βασιλικῶν τίτλου α', θέμα ε' κωλύον τὰς γυναῖκας συνηγορεῖν δημοσίᾳ, λέγον οὕτω ῥητῶς· Ὑπὲρ μόνων ἑαυτῶν συνηγοροῦσι γυνὴ καὶ τυφλός· ἡ γυνὴ γὰρ οὐ μετέρχεται ἀνδρῶν ὀφφίκια· καὶ βιβλίον κα', τίτλ. α', κεφ. ια', λέγον· Γυνὴ ἐν διαθήκῃ οὐ μαρτυρεῖ· ἐν ἄλλοις δὲ μαρτυρίαν νέμει, ἐν οἷς ἄνδρες οὐ προσκαλοῦνται· καὶ τὴν μὴ' Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ κωλύουσαν γυναῖκας ἐπὶ συμφώνοις μαρτυρεῖν καὶ συναλλάγμασιν· ἐπὶ δὲ τοκετῶν καὶ ἐφ' ὧν μόνη θηλυκὰ ὄψις ὁρᾷ, οὐ μὴν καὶ ὀφθαλμοὶ ἀῤῥένων, ἐπιτρέπουσαν αὐτὴν μαρτυρεῖν. Ζήτει καὶ τὴν ριη' Ἰουστινιάνειον Νεαρὰν, ἤτοι κεφ. τοῦ ιδ' τίτλου τοῦ λζ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, κωλύουσαν τὰς γυναῖκας ἐπιτρόπους γίνεσθαι, καὶ λέγουσαν οὕτω ῥητῶς ἐν μέρει· Ταῖς γὰρ γυναιξὶ καὶ ἡμεῖς ἀπαγορεύομεν τὰ τῆς ἐπιτροπῆς ὑπελθεῖν λειτουργήματα, εἰ μὴ μήτηρ ἢ μάμμη εἴη. Ταύταις γὰρ μόναις κατὰ τὴν τῆς κληρονομίας τάξιν καὶ τὴν ἐπιτροπὴν ὑπελθεῖν ἐφίεμεν, ἐὰν ἐν ὑπομνήμασι καὶ γάμοις ἑτέροις καὶ τῇ βοηθείᾳ τοῦ Βελλιανείου δόγματος ἀπαγορεύσωσι. Ταῦτα γὰρ φυλάττουσαι πάντων τῶν ἐκ πλαγίου συγγενῶν εἰς τὴν ἐπιτροπὴν προτιμηθήσονται, τῶν ἐκ διαθήκης μόνων ἐπιτρόπων προλαμβανόντων ταύτας. Τὴν γὰρ τοῦ τελευτήσαντος βούλησίν τε καὶ ἐπιλογὴν

ΖΩΝΑΡ. Σιγᾷν ὁ μέγας Παῦλος ταῖς γυναιξὶν ἐπιτάττει οὐ κατὰ τὸν καιρὸν μόνον τῆς λειτουργίας, ἀλλ' ἐπὶ πάσης συνελεύσεως τῶν πιστῶν. Τοῦτο δὲ καὶ τοῖς θύραθεν ἁρμόδιον ἔδοξε· φησὶ γάρ τις τῶν ποιητῶν· Γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Τέως δὲ ὁ παρὼν κανὼν σιγὴν αὐταῖς ἐπιτάττει ἐν τῷ τῆς λειτουργίας καιρῷ. Εἰ δέ τι, φησὶ, μαθεῖν θέλουσι, τοὺς οἰκείους ἄνδρας οἴκοι ἐρωτάτωσαν. Καὶ τοῦτο δὲ ἀποστολικόν ἐστι. Νόμον δὲ ταῦτα ὠνόμασεν ὁ κανὼν τὰ ἀποστολικὰ διατάγματα.

ΑΡΙΣΤ. « Γυναιξὶ λαλεῖν ἐπ' ἐκκλησίαις οὐκ ἐπι-
« τέτραπται. »

Εἰ γὰρ θελήσουσί τι μαθεῖν, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν.

ΚΑΝΩΝ. ΟΑ'.

« Τοὺς διδασκομένους τοὺς πολιτικοὺς νόμους μὴ
« δεῖν τοῖς Ἑλληνικοῖς ἔθεσι κεχρῆσθαι, μήτε
« μὴν ἐπὶ θεάτρων ἀνάγεσθαι (78), ἢ τὰς λεγο-
« μένας κυλίστρας ἐπιτελεῖν, ἢ παρὰ τὴν κοινὴν
« χρῆσιν στολὰς ἑαυτοῖς περιτιθέναι· μήτε καθ'

Guill. Beveregii notæ.

(78) *Ἐπὶ θεάτρων ἀνάγεσθαι.* Legendum potius, cum codice Amerbachiano, ἐπὶ θεάτρων ἐνάγεσθαι.

Digitized by Google

« ὃν καιρὸν τῶν μαθημάτων ἀπάρχονται, ἢ πρὸς A « τὸ τέλος αὐτῶν καταντῶσιν, ἢ καθόλου φάναι, « διὰ μέσης τῆς τοιαύτης παιδεύσεως. Εἰ δέ τις « ἀπὸ τοῦ νῦν τοῦτο πρᾶξαι τολμήσοι, ἀφορι- « ζέσθω (79). »

ΒΑΛΣ. Ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος γράφει εἰς τὸν ἐπιτάφιον τοῦ μεγάλου Βασιλείου λόγον τοῦτο, ὡς οἱ πλεῖστοι καὶ ἀφρονέστεροι τῶν ἐν Ἀθήναις νέων σοφιστομανοῦντες, καὶ κατὰ τοὺς ἱπποδρομομανοῦντας (80) μαχόμενοι πρὸς τοὺς ἀντιθέτους, προκαταλαμβάνουσι τὰς πόλεις καὶ τὰς ὁδούς. Καὶ τοὺς νεήλυδας σοφιστὰς δεξιοῦνται μετὰ πομπείας καὶ ξεναγωγίας, καί τινων ἑτέρων παιδιῶν συνήθων τοῖς σοφιστεύουσιν. Ὡς ἔοικεν οὖν εἴθιστό ποτε καὶ ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων, ὅτε καὶ ἡ τῶν νόμων μάθησις ἥκμαζε, τοιούτοις Ἑλληνικοῖς ἔθεσι κεχρῆσθαί τινας, καὶ τοὺς μέλλοντας πρὸς τὴν τῶν νόμων μάθησιν ἀποδύεσθαι, ἢ τοὺς διὰ μέσης τῆς διδασκαλίας προοδεύοντας, ἢ τοὺς τελειωθέντας μετὰ πρεπομπῆς καὶ πολυτελῶν ἀσυνήθων ἱματίων θεατρίζειν· καὶ διὰ τοῦτο τοὺς Πατέρας θεσμοθετῆσαι τὰ ἐν τῷ παρόντι κανόνι. Κυλίστραι δὲ ἐγίνοντο, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μεταξὺ τῶν διδασκόντων. Τοῦ μὲν γὰρ ἰδιουμένου τόνδε τὸν μαθητὴν, τοῦ δὲ ἑτέρωθεν ἀντιπίπτοντος, αἱ κυλίστραι ἐπενοήθησαν, καὶ τὸ ἐκ τῆς τύχης ἀποτέλεσμα, ὡς γίνεσθαι σήμερον ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις χάριν τῶν καγκέλων. Ταῦτα οὖν πάντα οἱ ἅγιοι Πατέρες ἀπαγορεύοντες, καὶ Ἑλληνικὰ ἔργα κατονομάζοντες, διορίζονται μηδέν τι τοιοῦτον γίνεσθαι πάντως, διὰ τὸ πολλὰ σκάνδαλα ταραχώδη χάριν τούτων ἀναφύεσθαι μέσον τῶν πιστῶν, καὶ ἐθνικῆς εὐτυχίας ἢ δυστυχίας εἶναι ἐπίχειρον τὸ γινόμενον. Τοὺς δὲ παραβάτας τοῦ κανόνος ἀφορισμῷ ὑποκεῖσθαι παρεκελεύσαντο.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ ἔθεσιν Ἑλληνικοῖς τοὺς πιστοὺς χρῆσθαι ἐν πᾶσιν οἱ θεῖοι Πατέρες ἀπαγορεύουσιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ τοὺς πολιτικοὺς μανθάνοντες νόμους ἔθεσι τοιούτοις ἐκέχρηντο, καὶ στολὰς ἀλλοκότους τινὰς ἐνεδύοντο τῶν μαθημάτων ἀρχόμενοι, ἢ καὶ πρὸς τὸ τέλος τούτων γινόμενοι, κωλύουσι καὶ ταῦτα πάντα ὁποῖά ποτ' ἂν ἦσαν τὰ παρ' ἐκείνων γινόμενα, καὶ ἀφορισμὸν τῶν τοιοῦτόν τι πραξάντων καταψηφίζονται.

ΑΡΙΣΤ. « Ἀφορίζεται νομομαθὴς ἔθει Ἑλληνικῷ « χρώμενος, καὶ θεάτροις ὑπαγόμενος, καὶ κυ- « λίων, ἢ παρὰ τὴν κοινὴν χρῆσιν στολιζό- « μενος. »

Ἔθεσιν εἰ χρήσεταί τις Ἑλληνικοῖς τοὺς πολι-

« ad finem ejus perveniunt, vel, ut in summa « dicam, in ejus doctrinæ dimidio : si quis au- « tem deinceps hoc facere ausus fuerit, segre- « getur. »

BALS. Magnus Theologus Gregorius hæc scribit in funebri magni Basilii oratione, quod plurimi, iique stultissimi, ex adolescentibus qui erant Athenis, sophistico quodam furore perciti, et non secus ac ii, qui equestris cursus certaminis furioso desiderio tenentur, contra adversarios suos pugnantes, urbes viasque anticipant, et recenter advenientes sophistas excipiunt et complectuntur, magna splendidaque pompa deducentes, et hospitaliter comitantes, et alia quædam ludibria sophistis familiaria facientes. Ut est ergo credibile, in hac **241** urbium regina hæc consuetudo invaserat, quando legum quoque disciplina vigebat, ut quidam his Græcis moribus uterentur, et eos, qui legum erant disciplinam aggressuri, vel qui per mediam doctrinam processerant, vel qui jam perfecti erant, cum magna quadam pompa et sumptuosis insuetis vestibus in theatrum deducerent : et ideo statuisse Patres ea quæ sunt in præsenti canone. Cylistræ autem fiebant, ut mihi videtur, inter eos qui docebant. Cum enim hic sibi discipulum vindicaret, ille vero ex altera parte resisteret, cylistræ excogitatæ fuere, idque fortuito, ut sit hodie in equorum curriculis pro cancellis. Hæc ergo omnia prohibentes sancti Patres, et Græca opera nominantes, statuunt nihil tale fieri omnino oportere, eo quod multa offendicula turbulenta eorum gratia inter fideles nascantur, et sit id, quod eo modo fit, gentilitiæ felicitatis vel infelicitatis præmium. Eos autem, qui canonem transgrediuntur, segregationi subjici jusserunt.

ZONAR. Profanas ethnicorum consuetudines nulla in re divini Patres a fidelibus usurpari patiuntur. Cum igitur ex iis aliquas juris civilis candidati adhuc retinerent, ac peregrino vestium ornatu, sive cum studiorum curriculum ingrederentur, sive cum eorumdem metam attigissent, induti prodirent; hæc, et alia ejus generis omnia, quæcunque ab illis fieri consueverunt, prohibent; quique tale quidquam admiserint segregari jubet.

ARIST. « Qui juri discendo incumbit, more « gentili utens, et ad theatra deductus, et sese « volutans, vel præter communem consuetudinem « indutus, segregatur. »

Moribus gentilibus si quis usus sit, civiles edo-

Guill. Beveregii notæ.

(79) *Τολμήσοι, ἀφοριζέσθω.* Inter hæc ultima canonis verba et Balsamonis scholia in codice nostro Bodleiano hæc leguntur, Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα, καὶ τὰ τῆς ἑρμηνείας αὐτοῦ, ἐξ ὧν οἶμαι κωλύεσθαι τὰ παρὰ τῶν νοταρίων γινόμενα ἐν προόδοις τῆς ἑορτῆς τῶν ἁγίων νοταρίων, καὶ τὰ ἐν ταῖς ἐπιστασίαις ταῖς γραμματικαῖς ἄνευ τῶν εὐχῶν. *Nota præsentem canonem, et quæ in interpretatione ejus scripta sunt, ex quibus, ut opinor, prohibentur quæ a notariis fiunt in processionibus festi sanctorum notariorum, et quæ in administrationibus grammaticis sine precibus fiunt.* Præterquam autem, quod hæc verba se Balsamonis non esse prodant, in nullo alio codice exstant.

(80) *Ἱπποδρομομανοῦντας.* Codex Amerbachianus rectius legit, ἱππεδρομανοῦντας.

Digitized by Google

ctus leges, ad theatra fortasse deductus, aut cylistras dictas peragens, aut vestes præter usum communem induens, segregabitur.

τικοὺς νόμους ἐνδιδασκόμενος, ἐπὶ θέατρα ἴσως ἀναγόμενος, ἢ τὰς λεγομένας κυλίστρας; ἐπιτελῶν ἢ στολάς τινας παρὰ τὴν κοινὴν χρῆσιν ἐνδιδυσκόμενος, ἀφορισθήσεται.

CANON LXXII.

« Non licere virum orthodoxum cum muliere hæ-
« retica conjungi, neque vero orthodoxam cum
« viro hæretico copulari : sed et si quid ejus-
« modi a quopiam factum apparuerit, irritas
« nuptias existimare, et nefarium conjugium
« dissolvi. Neque enim ea quæ non sunt mi-
« scenda misceri, nec ovem cum lupo, nec pec-
« catorum sortem cum Christi parte conjungi
« oportet : si quis autem ea quæ a nobis decreta
« sunt, transgressus fuerit, segregetur. Si autem
« aliqui, qui adhuc infideles sunt, et in ortho- B
« doxorum gregem nondum relati, sunt inter se
« legitimo matrimonio conjuncti ; deinde hic
« quidem, eo quod est honestum electo, ad lucem
« veritatis accurrerit : ille vero erroris vinculo
« detentus fuerit, nolens divinos radios fixis
« oculis intueri (si infideli uxori placeat cum
« viro fideli habitare, vel vice versa viro infideli
« cum fideli uxore) ne a se invicem separentur
« juxta divinum Apostolum. « Nam sanctificatus
« est vir infidelis per mulierem, et sanctificata
« est mulier infidelis per virum [a]. »

ΚΑΝΩΝ ΟΒ'.

« Μὴ ἐξεῖναι ὀρθόδοξον (81) ἄνδρα αἱρετικῇ συν-
« άπτεσθαι γυναικί, μήτε μὴν αἱρετικῷ ἀνδρὶ
« γυναῖκα ὀρθόδοξον ζεύγνυσθαι· ἀλλ' εἰ καὶ
« φανῇ τι τοιοῦτον ὑπό τινος τῶν ἁπάντων γινό-
« μενον, ἄκυρον τὸν γάμον ἡγεῖσθαι, καὶ τὸ
« ἄθεσμον διαλύεσθαι συνοικέσιον. Οὐ γὰρ χρὴ
« τὰ ἄμικτα μιγνύναι, οὐδὲ τῷ προβάτῳ τὸν λύ-
« κον συμπλέκεσθαι, καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ μερίδι
« τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν κλῆρον. Εἰ δὲ παραβῇ τις
« τὰ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντα, ἀφοριζέσθω. Εἰ δέ
« τινες, ἔτι ἐν τῇ ἀπιστίᾳ τυγχάνοντες, καὶ οὕτω
« τῇ τῶν ὀρθοδόξων ἐγκαταλεγέντες ποίμνῃ,
« ἀλλήλοις γάμῳ νομίμῳ ἡρμόσθησαν, εἶτα ὁ μὲν
« τὸ καλὸν ἐκλεξάμενος τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας
« προσέδραμεν, ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ τῆς πλάνης (82)
« κατεσχέθη δεσμοῦ, μὴ πρὸς τὰς θείας ἀτενίσαι
« ἀκτῖνας ἑλόμενος (εὐδοκεῖ δὲ τῷ πιστῷ ἡ ἄπι-
« στος συνοικεῖν, ἢ τὸ ἔμπαλιν ὁ ἄπιστος τῇ
« πιστῇ)· μὴ χωριζέσθωσαν, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπό-
« στολον. Ἡγίασται γὰρ ὁ ἄπιστος ἀνὴρ ἐν γυ-
« ναικί, καὶ ἡγίασται ἡ ἄπιστος γυνὴ ἐν τῷ ἀν-
« δρί. »

BALS. Lex civilis definit matrimonium, societatem et communicationem divini et humani juris. Huic ergo consequenter sancti Patres decernunt, C jure matrimonii non esse conjungendum virum fidelem mulieri infideli, vel e contra; sed et si quid ejusmodi factum fuerit, divellendum esse matrimonium, ut quod consistere non possit. Quæ est enim, inquiunt, lupo cum agno societas, quorum est penitus contraria voluntas, sibique sunt invicem in omnibus adversi et infesti, quod sit contraria eorum vivendi ratio? Et non solum separandum esse matrimonium, sed et eum, qui tale quid ausurus est, segregandum esse. Sed si alter ex conjugibus fidem orthodoxam elegerit, non propterea separabitur matrimonium. Magnus **242** enim apostolus Paulus in Epistola sua ad Corinth. sta- D tuit, eos non esse separandos, quoniam sanctificatus est vir infidelis per fidelem mulierem, et contra, sanctificatur infidelis mulier per virum qui credidit. Est autem spes fore ut ejusdem sint sententiæ conjuges, si alter ex ipsis fidem orthodoxam ele-

ΒΑΛΣ. Ὁ πολιτικὸς νόμος τὸν γάμον ὁρίζεται κοινωνίαν καὶ συγκλήρωσιν θείου τε καὶ ἀνθρωπίνου δικαίου. Ἀκολούθως οὖν τούτῳ διορίζονται οἱ ἅγιοι Πατέρες, συνάπτεσθαι κατὰ νόμον γάμου ὀρθόδοξον ἄνδρα αἱρετικῇ γυναικί, ἢ τὸ ἀνάπαλιν· ἀλλ' εἴ ποτε γένηταί τι τοιοῦτον, διασπᾶσθαι τὸ συνοικέσιον ὡς ἀνυπόστατον. Τίς γάρ, φησί, κοινωνία ἔσται λύκῳ καὶ ἀρνίῳ ἐναντιοφρονοῦσι κατὰ πάντα καὶ ἐχθραίνουσι διὰ τὸ τῆς διαγωγῆς διάφορον; Καὶ οὐ μόνον διασπᾶσθαι τὸ συνοικέσιον, ἀλλὰ καὶ τὸν τοιοῦτόν τι τολμήσαντα ἀφορίζεσθαι. Εἰ μέντοι ἕτερος τῶν ὁμοζύγων προέληται τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, οὐ παρὰ τοῦτο τοῦ συνοικεσίου διασπασθήσεται. Ὁ γὰρ μέγας ἀπόστολος Παῦλος διωρίσατο ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῇ αὐτοῦ τοὺς τοιούτους μὴ χωρίζεσθαι, ὅτι ἡγίασται ὁ ἄπιστος ἀνὴρ διὰ τῆς πιστῆς γυναικός, καὶ ἀντιστρόφως ἁγιάζεται ἡ ἄπιστος γυνὴ διὰ τοῦ πεπιστευκότος ἀνδρός. Ἔστι δὲ καὶ ἐλπὶς ὁμοφρονῆσαι τοὺς ὁμοζύγους ἐκ τοῦ προελέσθαι θάτερον ἐξ αὐτῶν τὴν ὀρθόδοξον πίστιν. Σημείωσαι οὖν τὸν παρόντα κα-

[a] I Cor. vii, 14.

Guill. Beveregii notæ.

(81) *Μὴ ἐξεῖναι ὀρθόδοξον.* Harmenopulus in epitome canonum hunc cum syn. Laod. c. 10 conjungit, et scholiastes in eos hæc observat : Ἐπὶ τοῦ πατριάρχου Θεοδοσίου βυκινάτωρ βασιλικὸς βαπτισθείς, πατριαρχικῷ γράμματι διεζύγη τῆς γυναικός, μὴ πειθομένης τῷ ἀνδρὶ, πολλὰ παρακαλοῦντι τὰ τῆς εὐσεβείας ἑλέσθαι· ὅπερ ἐστὶν ἐναντίον τῷ κανόνι τούτῳ, *Sub patriarcha Theodosio buccinator quidam imperatorius baptizatus, per scripturam patriarchicam ab uxore separatus est, quæ marito non obtemperabat, multum roganti, ut religionem amplecteretur : id quod huic canoni contrarium est.* Harmen. epit. can. sect. 5, tit. 2.

(82) *Ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ τῆς πλάνης.* Codex Amerbachianus rectius legit ἡ δὲ, etc. ut et postea ἑλομένη, videlicet genere feminino. Nam cum de utroque conjuge hic sermo habeatur, necesse est ut altera sit femina, de viro enim ante dictum

Digitized by Google

νώνα, διὰ τοὺς Ἴβηρας τοὺς ἀδιαφόρως τὰ οἰκεῖα θυγάτρια τοῖς Ἀγαρηνοῖς ἐκγαμίζοντας. Ὡσαύτως σημείωσαι καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ κανόνος τὸ λέγον· Εὐδοκεῖ δὲ τῷ πιστῷ ἡ ἄπιστος συνοικεῖν; ἢ τὸ ἔμπαλιν ὁ ἄπιστος τῇ πιστῇ; μὴ χωριζέσθωσαν. Εἰ γὰρ αἱρετίσεταί τις τούτων διαζυγῆναι, ἀπεντεῦθεν ὁ γάμος διασπασθήσεται. Ὅπερ γέγονε καὶ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Θεοδότου. Διεζύγη γὰρ Βασιλικὸς Βυκινάτωρ μετὰ τὸ βαπτισθῆναι ἀπὸ τῆς ἀπίστου γυναικὸς αὐτοῦ μετὰ πατριαρχικοῦ ὁρισμοῦ, ὡς μὴ πειθομένης βαπτισθῆναι κατὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς παράκλησιν. Ἀνάγνωσον καὶ τὸ ι' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ.

ZONAP. Οἱ τῆς συνόδου ταύτης ἱεροὶ καὶ θεῖοι Πατέρες περὶ τῶν ἄρτι ζευγνυμένων εἰς γάμου κοινωνίαν νομοθετοῦσιν· ὧν τὸν μὲν πιστὸν εἶναι ὑποτιθέασι, τὴν δὲ ἄπιστον, ἢ τοὐναντίον καὶ ἀπαγορεύουσι τὰς τοιαύτας συζυγίας, καὶ γενομένας δὲ διασπᾶσθαι κελεύουσιν. Οὐ γὰρ χρὴ, φασὶ, μιγνύναι τὰ ἄμικτα. Εἰ γὰρ ἡ τῆς ψυχῆς περὶ τὴν πίστιν διάθεσις ἐναντία τοῖς συνοικοῦσι, πῶς ἂν περὶ τὰ ἄλλα ὁμόψυχοι ἔσονται; ἢ πῶς ἐν τῷ μείζονι, τῇ πίστει λέγω, ἀσύμβατοι ὄντες καὶ ἀκοινώνητοι, συμβαίεν ἀλλήλοις καὶ συγκοινωνήσαιεν ἐν τοῖς λοιποῖς; Διὸ καὶ μετὰ τὴν λύσιν τοῦ ἀθέσμου τούτου γάμου καὶ ἀφορίζεσθαι βούλονται τοὺς τὸν παρόντα κανόνα παραβαίνοντας. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν ἄρτι πρώτως ζευγνυμένων ἀλλήλοις εἰς γάμου κοινωνίαν οἱ Πατέρες φασὶ, τοῦ μὲν ὀρθοδόξου τυγχάνοντος, τῆς δὲ μὴ τοιαύτης. Εἰ δὲ, ὅτε εἰς γάμον συνῆλθον ἀλλήλοις, καὶ ἄμφω τῶν ὀρθοδόξων ἠλλωτρίωντο, εἶτα τὸ μὲν τῶν προσώπων ἐπέγνω τὴν ἀλήθειαν, καὶ προσῆλθε πίστει, τὸ δὲ ἔτι τῷ σκότει τῆς πλάνης συνέχεται, τῇ τοῦ μεγάλου Παύλου διαταγῇ ἕπεσθαι καὶ οἱ Πατέρες οὗτοι ψηφίζονται. Εἰ γὰρ θέλει, φησὶ, τῷ πιστῷ ἡ ἄπιστος συνοικεῖν, ἢ τοὐναντίον, μὴ χωριζέσθωσαν· ἡγίασται γὰρ ὁ ἄπιστος ἀνὴρ ἐν τῇ γυναικὶ, καὶ τὸ ἔμπαλιν.

gerit. Nota ergo præsentem canonem propter Iberos, qui suas filias Agarenis indiscriminatim in matrimonio collocant. Similiter nota et verbum canonis, quod dicit : Infideli autem mulieri cum viro fideli, cohabitare placet? vel contra, infideli viro cum muliere fideli? ne separentur. Si quis enim horum separari maluerit, matrimonium ex eo divelletur. Quod quidem factum est tempore sanctissimi patriarchæ domini Theodoti. Separatus est enim a sua infideli uxore Basilicus Buecinator, postquam baptizatus fuerat, cum decreto patriarchali : utpote quæ a viri suasione induci non posset ut baptizaretur. Lege et decimum caput primi tituli præsentis operis, et quæ in eo sunt.

ZONAR. De iis qui inter se non ita pridem matrimonii fœdere juncti sunt, si eorum alterum fidelem esse, alterum a fide abhorrere contigerit, canonem hunc sacri et divini Patres promulgaverunt; eoque societatem ejusmodi damnant, et postquam etiam contracta fuerit, rescindi jubent. Non enim ea, inquiunt, miscenda sunt, quæ naturam, ut inter se misceri possint, non habent. Nam qui simul ita vivunt, ut eorum animi, in iis quæ ad fidem pertinent, contrario modo affecti sint, quo pacto eos in aliis rebus convenire posse quispiam arbitretur? quorumque sensus, in iis quæ sunt fidei, quorum prima est atque præcipua ratio, minime congruunt, quo pacto inter se æquis animis in reliqua vitæ societate communicabunt! Quamobrem et nuptiarum fœdus male contractum rescindi, et eos insuper, qui canonem hunc violaverint, segregari volunt. Atque hæc quidem de matrimonio nuper inito, quo hæreticam sibi mulierem vir orthodoxus copularit, aut contra, Patres sanxere. Quod si quo tempore uterque ab orthodoxis dissidebat, mutuam inter se conjugii societatem contraxere, decursu vero temporis, altera persona adhuc errorum tenebris involuta, altera agnita veritate fidem amplexa est, tunc quidem divini Patres magni Pauli præceptis standum esse decernunt. Si enim, ait, cum fideli vitæ societatem infidelis retinere velit, aut contra, ne segregentur. Sanctificatus est enim vir infidelis par mulierem [1], et e contra.

ΑΡΙΣΤ. « Ἄκυρος ὁ μετὰ τῶν αἱρετικῶν γάμος. « Οἱ δὲ προλαβόντες, εἰ ἐθέλοιεν, μένοιεν. »

ARIST. « Irritum est matrimonium cum hæreticis « contractum. Qui vero antea contraxerant, si « velint, maneant. »

Οὐκ ἐξέσται ὀρθοδόξῳ αἱρετικῇ συνάπτεσθαι γυναικὶ ἢ τὸ ἀνάπαλιν. Εἰ δέ τινες, ἄπιστοι ὄντες, νομίμῳ γάμῳ ἡρμόσθησαν, εἶτα ὁ μὲν προσῆλθε τῇ πίστει, ἡ δὲ ἔτι ὑπὸ τῆς πλάνης κατέχεται· καὶ εὐδοκεῖ ὁ πιστὸς συνοικεῖν τῇ ἀπίστῳ, ἢ τὸ ἀνάπαλιν. μὴ χωριζέσθωσαν, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον Παῦλον.

Non licet viro orthodoxo cum muliere hæretica conjungi, aut e contrario. Si quis autem, cum sint infideles, legitimo matrimonio cunjuncti sunt, postea autem vir quidem ad fidem accedit, mulier vero in errore detinetur; et fideli placet cum infideli cohabitare, aut vice versa : ne separentur, juxta divinum apostolum Paulum.

ΚΑΝΩΝ ΟΓ'.

« Τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ δείξαντος ἡμῖν τὸ σωτήριον, πᾶσαν σπουδὴν ἡμᾶς τιθέναι χρὴ τοῦ « τιμὴν τὴν ἀξίαν ἀποδιδόναι τῷ δι' οὗ σεσώσμεθα τοῦ παλαιοῦ παραπτώματος. Ὅθεν

CANON LXXIII.

« Cum crux nobis vivifica salutare ostenderit, nos « omnem diligentiam adhibere oportet, ut ei, « per quem ab antiquo lapsu salvati sumus, eum « quem par est honorem habeamus. Quamobrem

[1] 1 Cor. vii, 14.

Digitized by Google

« et mente, et sermone, et sensu adorationem ei tribuentes, crucis figuras, quæ a nonnullis in solo ac pavimento fiunt, omnino deleri jubemus, ne incedentium conculcatione victoriæ nobis trophæum injuria afficiatur. Eos itaque, qui deinceps crucis signum in solo construunt, segregari decernimus. »

BALS. Nonnulli in ecclesiarum vel aliorum etiam locorum pavimentis crucis signa in lapide, vel aliqua alia specie, imprimebant. Hoc ergo prohibens canon, dicit, quod salus hominum per crucem vivificam **243** facta est, et oportet nos ei convenientem et proportione respondentem honorem adorationemque tribuere, mente, sermone et sensu: mente scilicet, per tacitam gratiarum actionem; sermone, per boni quod in nos factum est apud omnes confessionem; et sensu, quando eam actu videntes salutamus. Unde etiam omnes qui ubivis inveniuntur, crucis typos in pavimento deleri et tolli jubet, ne ab incedentibus conculcetur nostrum adversus diabolum trophæum : eos autem, qui aggressi fuerint crucis figuram in solo construere, jubet segregationi subjici. Dicit autem et 5 cap. primi tituli primi libri, Nec monachus nec ullus alius in publico loco, vel in quo spectaculum peragitur, crucem imponat, vel sanctorum reliquias. Et cap. 6 : Nemo in solo, vel molari lapide, vel marmore pavimenti, crucem insculpat vel pingat : sed auferat, eo qui id transgreditur gravissimum subeunte supplicium. Et cap. 58 primi tit. III lib. imperat præcise dicens : Sed et pretiosas cruces, cum quibus in supplicationibus egrediuntur, non alibi quam in sanctis locis reponi. Hæc cum et canon et leges statuant, crucem quidem in pavimento non audet quis ex aliqua materia construere : sanctæ autem imagines et cruces in publicis viis a volente eriguntur. Et nos quidem, propter puram erga Deum et ejus sanctos fidem, sancta ejusmodi ubicunque erecta adoramus et salutamus. Leges autem, ut est consentaneum, propter infidelium, eorumque qui sine ulla honesta consideratione indiscriminatim vivunt, improbitates, hæc scripserunt. Existimo ergo, quod illi segregationi subjiciuntur, qui sunt simpliciores, et propter pietatem in solo pretiosam crucem fabricantur. Qui enim mala animi affectione hoc agunt, ut salutaris crucis figura, eo quod conculcetur, contumelia afficiatur, ut impii punientur.

ZONAR. Domino nostro Deo ac servatore Jesu Christo cruci affixo, nos salutem adepti, atque ab antiqua peccati tyrannide liberati sumus. Crucem igitur, quippe quæ salutis nostræ causam præbuit, mente, sermone et sensu colendam a nobis esse sancti Patres affirmant. Ac mente quidem illam veneramur, cum tacita meditatione, quam ingentia bona per illam ad nos devenerint recolentes, tantæ Dei in nos beneficentiæ magnitudinem obstupescimus; sermone, cum eadem illa sermonibus usur-

« καὶ νῷ, καὶ λόγῳ, καὶ αἰσθήσει τὴν προσκύνησιν αὐτῷ ἀπονέμοντες, τοὺς ἐν τῷ ἐδάφει τοῦ σταυροῦ τύπους ὑπό τινων κατασκευαζομένους ἐξαφανίζεσθαι παντοίως προστάσσομεν, ὡς ἂν μὴ τῇ τῶν βαδιζόντων καταπατήσει τὸ τῆς νίκης ἡμῖν τρόπαιον ἐξυβρίζοιτο. Τοὺς οὖν ἀπὸ τοῦ νῦν τοῦ σταυροῦ τύπον ἐπὶ ἐδάφους κατασκευάζοντας ὁρίζομεν ἀφορίζεσθαι. »

ΒΑΛΣ. Τινὲς ἐν ἐδάφεσιν ἐκκλησιῶν ἢ καὶ ἄλλων τόπων σταυρικὰ σημεῖα ἀπὸ λίθου ἢ ἀπὸ ἑτέρου τινὸς εἴδους ἐχάραττον. Τοῦτο οὖν κωλύων ὁ κανὼν φησὶν ὅτι ἡ σωτηρία τῶν ἀνθρώπων διὰ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ γέγονε. Καὶ χρὴ ἡμᾶς τὴν ἀνάλογον τιμὴν καὶ προσκύνησιν αὐτῷ ἀπονέμειν νῷ, καὶ λόγῳ καὶ αἰσθήσει· ἤτοι νῷ μὲν διὰ εὐχαριστίας σωπηρᾶς· λόγῳ δὲ διὰ τῆς πρὸς πάντας ὁμολογίας τοῦ γεγονότος ἀγαθοῦ πρὸς ἡμᾶς· καὶ αἰσθήσει, ὅταν καὶ πραγματικῶς τοῦτον ὁρῶντες κατασπαζώμεθα. Ὅθεν καὶ τοὺς ὁπουδήποτε εὑρισκομένους τύπους τοῦ σταυροῦ ἐν ἐδάφει διωρίσατο ἀφανισθῆναι, ὡς ἂν μὴ καταπατῆται ὑπὸ τῶν βαδιζόντων τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον ἡμῶν· τοὺς δὲ ἐπιχειρήσοντας σταυροῦ τύπον ἐν ἐδάφει κατασκευάσαι ἀφοριτμῷ καθυποβάλλεσθαι. Φησὶ δὲ καὶ τὸ ε' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ α' βιβλίου· Μήτε μοναχὸς μήτε ἕτερός τις ἐν δημοσίῳ τόπῳ, ἢ ἐν ᾧ θέα ἐπιτελεῖται, σταυρὸν ἐπιβαλλέτω ἢ λείψανα ἁγίων· καὶ κεφ. ς'· Μηδεὶς ἐν ἐδάφει ἢ μυλίτῃ λίθῳ ἢ ἐν μαρμάρῳ ἐδαφικῷ ἐγγλυφέτω ἢ γραφέτω σταυρόν· ἀλλὰ περιαιρείσθω, τὴν βαρυτάτην τοῦ παραβαίνοντος ὑφισταμένου ποινήν· καὶ κεφ. νη' τοῦ α' τίτλου τοῦ γ' βιβλίου λέγον ἐν μέρει· Ἀλλὰ καὶ τοὺς τιμίους σταυροὺς, μεθ' ὧν ἐν ταῖς λιταῖς ἐξέρχονται, μὴ ἀλλαχόσε πλὴν εἰ μὴ ἐν εὐαγέσι τόποις ἀποτίθεσθαι. Ταῦτα τοῦ κανόνος καὶ τῶν νόμων διοριζομένων, σταυρὸν μὲν ἐδάφει οὐ τολμᾷ τις κατασκευάσαι ἀπό τινος ὕλης. Ἅγιαι δὲ εἰκόνες καὶ σταυροὶ ἐν δημοσίοις ὁδοῖς παρὰ τοῦ θέλοντος ἀναστηλοῦνται. Καὶ ἡμεῖς μὲν διὰ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ καθαρὰν πίστιν τὰ ὁπουδήποτε ἀναστηλούμενα τοιαῦτα ἅγια προσκυνοῦμεν καὶ κατασπαζόμεθα· οἱ δὲ νόμοι, ὡς ἔοικε, διὰ τὰς τῶν ἀπίστων καὶ τῶν ἀδιαφόρως ζώντων κακίας τὰ ῥηθέντα γεγράφασιν. Οἱόμαι δὲ ὅτι ἐκεῖνοι καθυποβάλλονται ἀφορισμῷ, οἱ ἁπλούστεροι, καὶ δι' εὐλάβειαν δῆθεν κατασκευάζοντες ἐν τῷ ἐδάφει τίμιον σταυρόν· οἱ γὰρ κακῇ διαθέσει τοιοῦτόν τι ποιοῦντες χάριν τοῦ τὸν σωτηριώδη τύπον τοῦ σταυροῦ διὰ τοῦ καταπατεῖσθαι περιυβρίζεσθαι ὡς ἀσεβεῖς κολασθήσονται.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Χριστοῦ ἐν τῷ σταυρῷ κρεμασθέντος ἡμεῖς σεσώσμεθα, καὶ τῆς ἀρχαίας δουλείας τῆς ἁμαρτίας ἠλευθερώμεθα. Τούτῳ τοίνυν τῷ τῆς νίκης ἡμῖν αἰτίῳ τὴν τιμὴν ἀπονέμειν χρῆναι φασιν οἱ ἱεροὶ Πατέρες καὶ νῷ, καὶ λόγῳ, καὶ αἰσθήσει. Νῷ μὲν οὖν ἀποδιδόαμεν, ὅτε καθ' ἑαυτοὺς ἐνθυμούμενοι καὶ λογιζόμενοι ὅσων ἀγαθῶν ἐτύχομεν δι' αὐτοῦ, ἐκπληττόμεθα τὴν εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίαν τοῦ Θεοῦ· λόγῳ δὲ, ὅτε καὶ πρὸς ἑτέρους ταῦτα λέγοντες;

Digitized by Google

χάριτας ὁμολογοῦμεν τῷ σώσαντι ἡμᾶς· αἰσθήσει δὲ, ὅτε αὐτὸν ὁρῶντες τιμῶμεν καὶ κατασπαζόμεθα. Ἐπεὶ δέ τινες, ὡς τάχα πλείονα τιμὴν νέμοντες τῷ σταυρῷ, πανταχοῦ ἐτύπουν αὐτὸν, πρὸς ἰδὲ τοῖς ἄλλοις καὶ ἐν ἐδάφεσι· τοῦτο ὁ παρὼν ἀπαγορεύει κανὼν, κελεύων μὴ ἐδάφει τυποῦσθαι σταυρὸν, καὶ οὕτω τὸ τῆς νίκης ἡμέτερον τρόπαιον ἀτιμάσθαι καταπατούμενον. Τοὺς δὲ τοῦτο τολμῶντας ὑπάγει ἀφορισμῷ.

ARIST. « Ὁ ἐν ἐδάφει σταυρὸς ἀφανίζεται. »

Πᾶσαν σπουδὴν χρὴ τιθέναι ἡμᾶς τὴν ἀξίαν ἀποδιδόναι τιμὴν τῷ ζωοποιῷ σταυρῷ, δι' οὗ τοῦ πάλαι σεσώσμεθα παραπτώματος· καὶ ἐὰν ἐν τῷ ἐδάφει ὁ τοῦ σταυροῦ τύπος κατεσκευάσθη ὑπό τινος, ἀπαλειφέσθω, ἵνα μὴ τῇ τῶν βαδιζόντων καταπατήσει τὸ τῆς νίκης ἡμῶν ἐφυβρίζηται τρόπαιον.

ΚΑΝΩΝ ΟΔ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς Κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας (83) ποιεῖν, καὶ « ἔνδον ἐν τῷ οἴκῳ ἐσθίειν, καὶ ἀκούβιτα στρωνύειν. Οἱ δὲ τοῦτο ποιεῖν τολμῶντες ἢ παυσάσθωσαν ἢ ἀφοριζέσθωσαν. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μέγας Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῇ αὐτοῦ μέμφεται τοὺς ἐν ἐκκλησίαις συμποσιάζοντας, λέγων· Μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; Ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; Ἐπεὶ οὖν πᾶς τόπος τῷ Κυρίῳ ἀνατεθειμένος Κυριακὸς λέγεται, κἂν μὴ ἐκκλησία ἐστὶν, ἀλλὰ πρόναος τυχὸν ἢ ἕτερόν τι ἱερὸν, διορίζεται ὁ κανὼν μὴ συμποσιάζειν τινὰς ἐν ἐκκλησίαις ἢ ἐν τοιούτοις τόποις (τοῦτο γὰρ ἀγάπην καλεῖ, ἢ ὡς συστατικὸν ἀγάπης, ἢ δι' ἀγάπην γινόμενον)· ἀλλὰ μηδὲ ἔνδον τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ ἐσθίειν καὶ ἀκουβίτα στρωννύειν. Τοὺς δὲ τοιοῦτόν τι ποιοῦντας, καὶ μετὰ παραγγελίαν μὴ διορθουμένους ἀφορισμῷ καθυποβάλλεσθαι. Καὶ ἀγάπη μὲν καλεῖται ἡ ἀδελφοσύνη καὶ τὰ διὰ ταύτης συμπόσια· ἄτινα ἐκωλύθησαν ὡς παρεῖτια σκανδάλων καὶ ὕβρεων, ἔστιν ὅτε καὶ συνωμοσιῶν καὶ φατριῶν. Ἀκούβιτον δὲ λέγεται πᾶν ἐπίθετον στρωμνῆς κατασκεύασμα εἰς ὕψος ἠρμένον καὶ μαλακόν. Ἀκούμβω γὰρ παρὰ Λατίνοις, τὸ ἀναπίπτω. Τινὲς γοῦν, ὡς ἔοικεν, ὑποστελλόμενοι κλινίδια ἐν τῷ μεσονάῳ εἰσάγειν, ἢ καὶ διὰ θρύψιν πλείονα ἐποίουν ἢ ἀλλοτρόπως εἰς ἀνάπαυσιν αὐτῶν στρωμνὰς τοιαύτας· ὅπερ καὶ ἐκωλύθη. Ἐπεχείρησαν δέ τινες εἰπεῖν τὸ αὐτὸ εἶναι Κυριακὸν τόπον καὶ ἐκκλησίαν· καὶ ἡρμήνευσαν τὸ Ἢ συμπλεκτικὸν καὶ οὐ διαζευκτικόν. Ἐμοὶ δὲ οὐκ ἔδοξε. Μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν μὴ γίνεσθαι ἀγάπας ἐν Κυριακοῖς ἢ ἐν ἐκκλησίαις κωλύει τὸ ἐσθίειν καὶ ἀκούβιτα στρωνύειν εἰς μόνους τοὺς οἴκους, ἤγουν τὰς ἐκκλησίας.

pantes, quantum proinde nostro Salvatori debeamus, apud alios profitemur. Sensu vero, cum eam aspicientes veneramur atque salutamus. Quoniam igitur nonnulli, studio forte amplius honestandæ crucis, eam cum aliis locis tum in pavimento quoque efformabant : id fieri præsens canon, ac ex eo nostræ victoriæ trophæum per contumeliam conculcandum proponi, vetat. Qui vero ausi fuerint, segregationi obnoxios esse decernit.

ARIST. « Crux in pavimento, tollitur. »

Omnem adhibere debemus diligentiam, ut dignum vivificæ cruci tribuamus honorem, per quam ab antiquo lapsu servamur : et si a quopiam in pavimento crucis figura ponitur, deleatur; ne incedentium conculcatione victoriæ nostræ trophæum injuria afficiatur.

CANON LXXIV.

« Quod non oportet in Dominicis locis vel ecclesiis « agapas, ut vocant, facere, et intus in æde co- « medere, et accubitus sternere. Qui autem hoc « ausi fuerint, vel cessent vel segregentur. »

BALS. Magnus Paulus in Epistola sua ad Corinthios eos reprehendit, qui in ecclesia convivantur, dicens : Annon habetis domos ad edendum vel bibendum? An Dei ecclesiam contemnitis, et eos qui non habent pudore afficitis [a]? **244** Quoniam ergo omnis locus Domino consecratus Dominicus dicitur, etiamsi non est ecclesia, sed templi vestibulum aut aliud sacrum, statuit canon, ne aliqui in ecclesia conviventur, vel in ejusmodi locis (hoc enim vocat ἀγάπην, id est dilectionem, vel quod sit dilectionis efficiens eamque constituens, vel quod fiat propter dilectionem) : sed neque intra domum Dei comedant, et accubitus sternant. Eos autem qui tale quid faciunt, et post denuntiationem non abstinent, segregationi subjici. Et vocatur quidem Agape, fraternitas, et quæ propter eam ineuntur convivia. Quæ quidem sunt prohibita, ut quæ offendiculorum et contumeliarum, et nonnunquam etiam conjurationum et sodalitatum, causæ essent. Accubitus autem dicitur omnis imposita strati strues, quæ in altitudinem erecta apud Latinos idem est, quod ἀναπίπτω. Nonnulli ergo, ut videtur, lectulos in medium templi submittentes, hujusmodi toros seu strata, vel ad majores delicias, vel alioqui ad suam quietem faciebant : quod est etiam prohibitum. Nonnulli autem dicere conati sunt, idem esse locum Dominicum et ecclesiam : et interpretati sunt illud, Vel, ut conjunctivum, et non disjunctivum. Mihi autem non ita visum est. Postquam enim dixisset non faciendas agapas in

[a] I Cor. xi, 22.

Guill. Beveregii notæ.

(83) *Καὶ ἀκούβιτα στρωννύειν* Scholiastes Harmenopuli, Ἀκούβιτα στρωμνὰς μεγάλας λέγει, κατὰ Λατίνους. *Accubita vocat instratus sive toralia magna, juxta Latinos*, Harmen. epit. can. sect. 5, tit. 2 Vide Balsamonis de hac voce scholia, quæ etiam Joannes Citri episcopus loco paulo ante citato verbatim excripsit.

Digitized by Google

Dominicis vel in ecclesiis, prohibet comedere et accubitus sternere in solis ædibus sive ecclesiis. Quamobrem est differentia inter ecclesias et pronaos et alios locos Dominicos.

A Ὥστε διαφορά ἐστιν ἐκκλησιῶν καὶ προνάων καὶ ἄλλων Κυριακῶν τόπων.

ZONAR. Moris antiqui fuit divinorum mysteriorum communione peracta convivia, cibariis ditiorum liberalitate collatis, ac per eos tenuioribus quoque ad mensæ societatem admissis, celebrare; cujus etiam magnus Paulus Epistola ad Corinthios meminit, eosque, quod privatim aliis non exspectatis epularentur, objurgat. *Unusquisque*, inquit, *suam cœnam præoccupat in edendo; et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Numquid enim domos non habetis, ut manducetis et bibatis? aut ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos qui non habent* [9]? Hanc igitur epulandi consuetudinem, quam etiam agapen sive charitatem nuncupavit, quasi a charitate profectam, vel quia charitatis efficiens sit (nam illa mensæ communio quamdam inter eos, qui una cibum capiunt, procreat charitatem) in ecclesiis renovatam, convenientibus intra sacra templa vestibulave ad vescendum convivis, hic canon improbat, neque in ecclesiis, aut intra sacrarum domorum septa, sed alicubi extra epulari jubet: accubitus etiam sterni vetat. Est autem accubitus Latina vox: Idem enim Latinis accumbo, quod ἀναπίπτω. Strata vero altius excitata molioraque, quæ deliciarum inertiæque sunt, significat. Dominici porro nomen pro ecclesia passim canones usurpasse reperias. Hic autem canon solus inter ecclesiam atque Dominicum forte discriminis aliquid statuit. Particulam vero, Aut, non habere hoc loco disjungendi vim, sed explicationis gratia, pro, Sive, positam esse arbitror. Siquidem in sacris quoque Libris particulam, Et, non copulative, sed causaliter pro voce, Enim, invenimus usurpatam. Ut in iis verbis, *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax* [10]: causam divinæ gloriæ concelebrandæ Scriptura explicat, pacem terris conciliatam; ut pro voce, Enim, particula, Et, sit recipienda. David quoque, *Da nobis auxilium*, ait, *de tribulatione, et vana salus hominis* [11]. Tu, inquit, auxiliare, hominum enim adjumenta ad salutem inania atque irrita sunt [12]. Libri quoque, quibus legum sanctiones continentur, disjunctivam conjunctionem pro copulativa non raro adhibent. Sic libro quadragesimo quarto, titulo tertio, Si quis scripserit, Hic vel Ille meus hæres esto, aut Hunc vel illum manumittam; illud, Vel, conjunctive pro, Et, accipi volunere. Et ejusdem libri titulo decimo quinto: Si legavero uxori meæ ornamenta, vel quæcunque ejus gratia comparavi, ad eam omnia lege perveniunt: **245** conjunctione, Vel, pro, Et, intellecta. Et secundo titulo secundi libri, qui de verborum significatione inscribitur, capite quinquagesimo tertio: Conjunctivæ particulæ quandoque, inquit, pro disjunctivis, ac vicissim hæ pro illis usurpantur. Eodem

ZΩNAP. Ἀρχαῖον ἔθος ἦν τὸ μετὰ τὴν κοινωνίαν τῶν θείων μυστηρίων συσσίτια γίνεσθαι καὶ συμπόσια τῶν πλουσίων χορηγούντων τὰ βρώματά, προσκαλουμένων δὲ καὶ τοὺς πενεστέρους. Οὗ καὶ ὁ μέγας Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῇ μέμνηται, μεμφόμενος αὐτοῖς, ὅτι ἰδίᾳ ἤσθιον μὴ ἀναμένοντες καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ ἐπάγων· *Ἕκαστος τὸ ἴδιον δεῖπνον προσλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν, καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει. Μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν, ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας;* Τοῦτο οὖν τὸ τῶν συμποσίων ἔθος, ὃ καὶ ἀγάπην ἐκάλεσεν ὁ κανών, διὰ τὸ ἐξ ἀγάπης γίνεσθαι, ἢ ὡς ἀγάπης συστατικὸν (τὸ γὰρ συνεσθίειν εἰς ἀγάπην τὴν πρὸς ἀλλήλους ἄγει τοὺς συνεσθίοντας) ἐν ἐκκλησίαις ὕστερον γινόμενον ἔνδον τῶν θείων ναῶν ἢ τῶν προτεμενισμάτων ἐσθιόντων τῶν συνερχομένων εἰς τὸ φαγεῖν αἰτιᾶται ὁ κανὼν οὗτος, καὶ κελεύει μὴ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ταῦτα ποιεῖν, καὶ ἐντὸς τῶν θείων οἴκων ἐσθίειν, ἀλλ' ἔξω που· μηδὲ ἀκούειτο στρωννύειν. Ἡ δὲ λέξις τῶν ἀκουβίτων τῶν Λατίνων ἐστίν. Ἀκούμβω γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ ἀναπίπτω. Σημαίνει δὲ στρωμνὰς ἠρμένας εἰς ὕψος καὶ μαλακάς. Αὗται δὲ τρυφῆς καὶ βλακείας εἰσί. Πολλαχοῦ δὲ τὸ τοῦ Κυριακοῦ ὄνομα εὑρηται ἐν τοῖς κανόσιν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας λαμβανόμενον. Μόνος δ' ὁ κανὼν οὗτος διαστέλλει τάχα τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ Κυριακόν. Οἶμαι δὲ τὸ Ἢ ἐνταῦθα μὴ διαζευκτικῶς κεῖσθαι, ἀλλ' ὡς ἑρμηνευτικόν, καὶ ἀντὶ τοῦ Ἤτοι. Εὑρίσκομεν γὰρ καὶ ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ τὸ Καὶ μὴ ὡς σύνδεσμον συμπλεκτικὸν παραλαμβανόμενον, ἀλλ' ὡς αἰτιολογικόν, καὶ ἀντὶ τοῦ Γὰρ δεχόμενον· ὡς ὅταν λέγῃ· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη*· αἰτίαν τοῦ δοξάζεσθαι τὸν Θεὸν τιθείσης τῆς Γραφῆς, ὅτι ἐπὶ γῆς εἰρήνη, τοῦ Καὶ ἀντὶ τοῦ Γὰρ τεθέντος. Καὶ ὁ Δαβὶδ δέ φησι· *Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως, καὶ ματαία σωτηρία ἀνθρώπου*· Σὺ, λέγων, βοήθει· ἡ γὰρ ἀνθρωπίνη σωτηρία ματαία καὶ ἀνωφελής. Καὶ ἐν ταῖς νομικαῖς δὲ βίβλοις εὕρηται πολλάκις ὁ διαζευκτικὸς σύνδεσμος ἀντὶ συμπλεκτικοῦ παραλαμβανόμενος. Φησὶ γὰρ βιβλίον μδ' τίτλος γ'· Ἐάν τις γράψῃ, Ὁ δεῖνα ἢ ὁ δεῖνα ἔστω μου κληρονόμος, ἢ τόνδε ἢ τόνδε ἐλευθερῶ, ἔδοξε τὸ Ἢ ἀντὶ τοῦ Καὶ δεχθῆναι συμπλεκτικοῦ. Καὶ τίτλος ιε' τοῦ αὐτοῦ βιβλίου φησίν· Ἐὰν ληγατεύσω τῇ γυναικί μου κόσμια, ἢ ὅσα χάριν αὐτῆς ἠτρέπικα, πάντα λαμβάνει· τοῦ Ἢ συνδέσμου, ἀντὶ τοῦ Καὶ παραλαμβανομένου. Καὶ ὁ δεύτερος δὲ τίτλος τοῦ δευτέρου βιβλίου, ὃς περὶ ῥημάτων ἐπιγέγραπται σημασίας, ἐν κεφαλαίῳ ιγ' φησίν· Ὁ συμπλεκτικὸς καὶ ὁ διαζευκτικὸς ἐσθ' ὅτε ἀντὶ ἀλλήλων παραλαμβάνονται. Οὕτως ἐοίκασι καὶ οἱ τῆς ων-

[9] 1 Cor. xi, 21, 22. [10] Luc. ii, 14. [11] Psal. lix, 13. [12] Psal. xxxv, 7.

Digitized by Google

σόου ταύτης Πατέρες τῷ Ἤ ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ Ἤτοι χρήσασθαι.

ΑΡΙΣΤ. « Ἀγάπαι ἐν τοῖς Κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις οὐ τελοῦνται, οὐδὲ ἀκούβιτα στρώννυνται· « ἀλλ' οἱ μὴ παυόμενοι ἀφορίζονται.

Οὐ δεῖν γὰρ τοῦ Θεοῦ οἶκον κοινὸν ἡγεῖσθαι οἶκον, καὶ ἐν αὐτῷ τὰς λεγομένας ἀγάπας τελεῖσθαι, καὶ ἔνδον ἐσθίειν, ἢ στρωννύειν ἀκούβιτα. Τὸν δὲ τοῦτο ποιεῖν τολμῶντα, εἰ μὴ παύοιτο, ἀφορίζεσθαι.

ΚΑΝΩΝ ΟΕ'

« Τοὺς ἐπὶ τὸ ψάλλειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις παραγινο- « μένους βουλόμεθα, μήτε βοαῖς ἀτάκτοις κεχρῆ- « σθαι καὶ τὴν φύσιν πρὸς κραυγὴν ἐκβιάζεσθαι, « μήτε τι ἐπιλέγειν τῶν μὴ τῇ ἐκκλησίᾳ ἁρμο- « δίων τε καὶ οἰκείων· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς προσ- « οχῆς καὶ κατανύξεως τὰς ψαλμῳδίας προσάγειν « τῷ τῶν κρυπτῶν ἐφόρῳ Θεῷ. Εὐλαβεῖς γὰρ « ἔσεσθαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ τὸ ἱερὸν ἐδίδαξε λό- « γιον (84). »

ΒΑΛΣ. Αἱ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαι οἶκοι προσευχῶν λέγονται· ὅθεν καὶ οἱ προσευχόμενοι παρακαλεῖν τὸν Θεὸν ὀφείλουσι μετὰ δακρύων καὶ ταπεινώσεως, οὐ μὴν μετὰ ἀτάκτου καὶ ἀναιδοῦς σχήματος. Διωρίσαντο οὖν οἱ Πατέρες, μὴ γίνεσθαι τὰ ἱερὰ ψαλμῳδήματα διὰ βοῶν ἀτάκτων καὶ ἐπιτεταμένων καὶ τὴν φύσιν παραβιαζομένων· μήτε τὴν διά τινων καλλιφωνιῶν ἀνοικείων τῇ ἐκκλησιαστικῇ καταστάσει καὶ ἀκολουθίᾳ, οἷά εἰσι τὰ θυμελικὰ μέλη, καὶ αἱ περιτταὶ ποικιλίαι τῶν φωνῶν· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς κατανύξεως καὶ θεαρέστου τρόπου προσάγειν τῷ Θεῷ τὰς εὐχάς, τῷ εἰδότι τὰ κρυπτὰ τῶν καρδιῶν ἡμῶν. Ταῦτα δὲ παρεκελεύσαντο ἀκολούθως τῷ εὐαγγελικῷ ῥητῷ, τῷ διοριζομένῳ μὴ κατὰ ἐθνικοὺς εὔχεσθαι ἡμᾶς μετὰ βαττολογίας καὶ κραυγῆς, ὡς οἰομένους εἰσακουσθῆναι διὰ τὴν πολυλογίαν ἡμῶν, ἀλλ' ἐν τῷ κρυπτῷ προσάγειν τὸν ὕμνον τῷ Θεῷ· ποιεῖν δὲ καὶ τὰς αἰτήσεις ὁμοίως, ἵνα καὶ ὁ Πατὴρ ἡμῶν ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσῃ ἡμῖν ἐν τῷ φανερῷ. Ἐπεὶ δὲ, φασὶ, καὶ ὁ Μωσαϊκὸς νόμος εἶπεν ἐν τῷ Λευϊτικῷ· Εὐλαβεῖς ποιεῖτε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, μᾶλλον ἡμεῖς, οἱ τοῦ νόμου τούτου δεξάμενοι τὸ πλήρωμα, ὀφείλομεν εὐλαβέστεροι εἶναι, καὶ κατὰ τὰ νενομισμένα πολιτεύεσθαι. Ἐπεὶ δὲ παρὰ διαφόροις ἁγιωτάτοις πατριάρχαις ἐλαλήθη μὴ μόνον ἐν ταῖς ἑορταῖς γίνεσθαι τοιαῦτα παρὰ τῶν ψαλτῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν παννυχίσι καὶ μνημοσύνοις τεθνεώτων· γεγόνασι διάφορα σημειώματα συνοδικὰ ἀφορισμῷ καθυποβάλλοντα τοὺς τοιαῦτα ποιοῦντας, καὶ μὴ διὰ ψαλμῳδημάτων καὶ ἀλληλουϊαρίων λιτῶν

modo igitur ab hujus quoque synodi Patribus particulam, Vel, pro, Sive, adhibitam fuisse existimarim.

ARIST. « Agapæ in ecclesiis non sunt peragendæ, « nec accubitus sternendi : quinetiam qui non « desistunt, segregantur.

Non oportet Dei domum communem domum existimare, et in ea agapas dictas peragere, et intus comedere, aut accubitus sternere : is autem, qui hoc ausus est facere, et non cessat, segregetur.

CANON LXXV.

« Eos, qui in ecclesiis ad psallendum accedunt, « volumus, nec inordinatis vociferationibus uti « et naturam ad clamorem urgere, nec aliquid « eorum, quæ ecclesiæ non conveniunt et apta « non sunt, asciscere : sed cum magna atten- « tione et compunctione psalmodias Deo, qui « est occultorum inspector, offerre. Pios enim « fore filios Israel sacrum docuit oraculum. »

BALS. Dei ecclesiæ dicuntur domus orationis; unde etiam qui orant, cum lacrymis Deum orare debent et cum humilitate, non autem cum inordinato et impudente habitu. Statuerunt ergo Patres non esse sacra canenda cantica et psalmodias inordinatis et intentis vociferationibus, et naturæ vim afferentibus; nec etiam quibusdam flexis modulatisque vocibus, ecclesiasticæ constitutioni et consequentiæ non convenientibus, cujusmodi sunt modi scenici et supervacaneæ vocis varietates : sed cum multa compunctione et moribus piis et sanctis Deo preces offerre, qui novit cordium nostrorum occulta. Hæc autem jusserunt consequenter dicto evangelico, quod statuit : Non oportere nos, sicut et ethnici, cum loquacitate et clamore precari, tanquam per multiloquium nostrum nos exaudiendos arbitremur, sed in occulto, Deo hymnum offerre : facere autem petitiones similiter, ut Pater noster cœlestis, qui videt in abscondito, nobis reddat in aperto [13]. Quoniam autem, inquiunt, lex quoque Mosaica dixit in Levitico, pios filios Israel futuros, nos quoque, qui hujus legis complementum accepimus, magis pii esse debemus, et prout constitutum est, nos gerere [14]. Quoniam autem apud diversos sanctissimos patriarchas dictum est, non solum in festis hæc fieri a cantoribus, sed etiam in vigiliis et mortuorum monumentis : fuerunt multa synodalia edicta segregationi subjicientia eos, qui talia faciunt, et non per cantica, et triodia simplicia minimeque elaborata, et

[13] Matth. VI, 18. [14] Levit. XVIII, 5.

Guill. Beveregii notæ.

(84) *Ἐδίδαξε λόγιον.* Post hæc verba, et ante Balsamonis scholia, in codice nostro Bodleiano hæc interseruntur, Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα κωλύοντα τὰς θυμελικὰς ψαλμῳδίας, καὶ τὰ λεγόμενα διπλάσματα, καὶ θαύμασον πῶς ἀναιδῶς γίνεται ἡ τούτου καταφρόνησις, *Nota præsentem canonem, scenicas psalmodias, et quæ diplasmata dicuntur, retantem; et mirare ut impudenter neglectui habetur.* Hæc autem e margine in textum transcripta videntur.

Digitized by Google

secundum Ecclesiæ constitutionem cantata nocturnam psalmodiam peragunt. Lege et synodi Carthaginensis canonem 108, et quæ in eum scripta sunt. Lege etiam Patris nostri Joannis Chrysostomi jam inter beatos, homiliam in seraphim, item in illud, Vidi Dominum sedentem in throno alto et elato. Prohibet enim psalmodias scenicas, et manuum gesticulationes, vocesque protractas et vibratas.

A καὶ ψαλλομένων κατὰ τὸ θεμέλιον τῆς ἐκκλησίας ἐκπληροῦντας τὴν πανύχιον ψαλμῳδίαν. Ἀνάγνωθι καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ (85) συνόδου κανόνα ρη', καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γραφέντα. Ὡσαύτως ἀνάγνωθι καὶ τὸν εἰς τὰ Σεραφιμὰ καὶ εἰς τὸ, Εἶδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, λόγον τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. Κωλύει γὰρ τὰς θυμελικὰς ψαλμῳδίας καὶ ὀρχήσεις τῶν χειρῶν καὶ τὰς ἐκτεταμένας φωνὰς καὶ κινήσεις.

ZONAR. Psalmos in ecclesia recitandi consuetudo deprecatio quædam est ad Deum, qua Numinis, ob ea quæ admisimus irritati, pacem nobis ac veniam votis supplicibus imploramus. Supplicantes vero ac rogantes humili abjectoque habitu incedere par est. Clamores autem inconditæque vociferationes, non demissionis, sed elati ac temere exsultantis animi sunt argumentum. Qui ergo psalmis in ecclesia recitandis vacant, eos attente ac mœrentium habitu psallere, non inconditis ac violentis vociferationibus (est vero vociferatio intenta et vehementiore conatu explosa vox), obstrepere jubet canon. **246** Neque id tantum, sed quidquam præterea minus accommodatum atque ab ecclesiæ sanctitate alienum, quales sunt infracti illi modorum soni argutæque cantilationes, atque ad scenicos meretriciosque ritus nimis evariata modulatio, quibus præcipua hoc tempore in templis canentium cura impenditur, adhiberi vetat. Quibus sic constitutis, testimonium quoque postea ex sacris Litteris profert. Pios namque, inquit, fore filios Israel sacro oraculo edocti sumus. Nos autem filiorum Israel nomine significari indicant illa divi Pauli: Non enim omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii: sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filii carnis, hi sunt filii Dei; sed qui filii sunt promissionis æstimantur in semine [15]

ΖΩΝΑΡ. Ἡ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γινομένη ψαλμῳδία παράκλησίς ἐστι πρὸς Θεὸν, δεομένων ἡμῶν ἵλεων ἔσεσθαι τὸ Θεῖον ἡμῖν ἐφ' οἷς αὐτῷ προσκεκρούκαμεν. Οἱ δὲ παρακαλοῦντές τε καὶ δεόμενοι ταπεινὸν ἦθος καὶ κατανενυγμένον ἔχειν ὀφείλουσι. Τὸ δὲ βοᾷν καὶ κραυγάζειν οὐ κατεσταλμένου ἤθους, ἀλλὰ θρασέος ἐστὶ καὶ γεγαυρωμένου. Διὸ καὶ τοὺς ψάλλοντας ἐν ἐκκλησίαις ὁ κανὼν ἀπαιτεῖ μετὰ προσοχῆς καὶ κατανύξεως ψάλλειν, ἀλλὰ μὴ ἀτάκτως βοᾷν, καὶ τὴν φωνὴν ἐκβιάζεσθαι πρὸς κραυγήν. Κραυγὴ δ' ἐστὶν ἐπιτεταμένη φωνὴ καὶ βίᾳ ἐκρηγνυμένη. Καὶ οὐ μόνον τοῦτο ἀπαγορεύει, ἀλλ' οὐδέ τι ἐπιλέγειν συγχωρεῖ ἀνοίκειον καὶ ἀνάρμοστον ἐκκλησίᾳ, οἷά εἰσι τὰ κεκλασμένα μέλη καὶ μινυρίσματα, καὶ ἡ περιττὴ τῶν μελῳδιῶν ποικιλία, εἰς ᾠδὰς ἐκτρεπομένη θυμελικὰς καὶ εἰς ᾄσματα πορνικὰ, τὰ νῦν ἐν ψαλμῳδίαις ἐπιτηδευόμενα μάλιστα. Ταῦτα διατατόμενος ἐπάγει καὶ γραφικὴν μαρτυρίαν, λέγων· Εὐλαβεῖς γὰρ ἔσεσθαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ τὸ ἱερὸν ἐδίδαξε λόγιον. Υἱοὶ δὲ Ἰσραὴλ ἐσμεν ἡμεῖς κατὰ τὸν ἅγιον Παῦλον, λέγοντα· Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραὴλ, οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ πάντα τέκνα, ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα· τουτέστιν οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα.

ARIST. « Inordinata psallentium vociferatio non « admittitur, et qui asciscit quæ ecclesiis non con- « veniunt. »

ΑΡΙΣΤ. « Ἄτακτος κραυγὴ τοῦ ψάλλοντος ἀδεκτος, « καὶ ὁ ἐπιλέγων τὰ καὶ ἐκκλησίαις ἀνάρμοστα. »

Cum compunctione et attentione multa psalmodies Deo occultorum inspectori offerre oportet, et non inordinatas edere vociferationes, et naturam ad clamorem urgere; filios enim Israel pios fore sacrum docuit oraculum: sed nec quidquam, quod non aptum et accommodatum est ecclesiasticæ constitutioni, psallere oportet.

Μετὰ κατανύξεως καὶ προσοχῆς πολλῆς δεῖ τὰς ψαλμῳδίας προσάγειν τῷ τῶν κρυπτῶν ἐφόρῳ Θεῷ, καὶ μὴ ἀτάκτοις χρᾶσθαι βοαῖς, καὶ τὴν φύσιν πρὸς κραυγὴν ἐκβιάζεσθαι. Εὐλαβεῖς γὰρ ἔσεσθαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ τὸ ἱερὸν ἐδίδαξε λόγιον· ἀλλὰ μηδέ τι ψάλλειν ἀνοίκειον, καὶ τῇ ἐκκλησιαστικῇ καταστάσει μὴ ὂν ἁρμόδιον.

CANON LXXVI.

« Quod non oportet intra sanctos ambitus caupo-

ΚΑΝΩΝ ΟϚ'.

« Ὅτι οὐ χρὴ ἔνδον τῶν ἱερῶν περιβόλων καπηλεῖον

[15] Rom. ix, 6.

Guill. Beveregii notæ.

(85) *Ἀνάγνωθι καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ.* Hæc usque ad finem hujus interpretationis in codice Amerbachiano desiderantur. Exstant autem in editione Parisiensi, sed aliter lecta quam hic e ms. Bodleiano edita; his nimirum verbis, Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα ρη' καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γραφέντα. Ὡσαύτως ἀνάγνωθι καὶ τὸν πανηγυρικὸν λόγον τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, τὸν γραφέντα εἰς τὴν ἑρμηνείαν τοῦ προφητικοῦ ῥητοῦ τοῦ λέγοντος, *Εἶδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου.* Κωλύει γὰρ τὰς θυμελικὰς ψαλμῳδίας καὶ τὰς ὀρχήσεις τῶν χειρονομούντων, καὶ τὰς ἐκτεταμένας ἐκβοήσεις. Hic autem omittitur oratio ejus in Seraphim, quæ exstat in quinto divi Chrysostomi operum tomo, pag. 155, edit. Savil.

Digitized by Google

« ἢ τὰ διὰ ἀρωμάτων εἴδη προτιθέναι, ἢ ἑτέρας A « πράσεις ποιεῖσθαι, τὸ σεβάσμιον ταῖς ἐκκλη- « σίαις φυλάσσοντας. Ὁ γὰρ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ « Θεὸς, διὰ τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας παιδαγωγῶν « ἡμᾶς, μὴ ποιεῖν τὸν οἶκον τοῦ Πατέρος αὐτοῦ « ἐμπορίου οἶκον παρεκελεύσατο· ὃς καὶ τῶν « κολλυβιστῶν τὸ κέρμα ἐξέχεε, καὶ τοὺς τὸ ἱε- « ρὸν κοινοποιοῦντας ἀπήλασεν. Εἴ τις οὖν ἐπὶ « τῷ προκειμένῳ ἁλῷ πλημμελήματι, ἀφοριζέ- « σθω (86). »

ΒΑΛΣ. Τὴν ἀνάλογον τιμὴν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν καὶ τῶν περὶ αὐτὰς συντηροῦντες οἱ θεῖοι Πατέρες, καὶ μὴ ἀνεχόμενοι ὅλως κοινοῦσθαι παρά τινος τὰ ἱερὰ, διωρίσαντο μὴ προτίθεσθαι ἀρωματικὰ εἴδη ἔνδον τῶν ἱερῶν περιβόλων, μηδὲ καπηλεῖον γίνε- B σθαι ἐν αὐτοῖς, μηδὲ ἁπλῶς πιπράσκεσθαί τι ἔνδον τούτων· ἀλλ' εἶναι ἀνεπικοινώνητα παντελῶς τοῖς ἐμπορευομένοις· Ὅτι, φασὶ, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ Θεὸς, πραγματικῶς διδάσκων ἡμᾶς διὰ τῆς ἐνσάρκου πολιτείας αὐτοῦ μεγάλως κολάζεσθαι τὸν κοινοῦντα τὸ ἱερὸν, καὶ οἶκον ἐμπο- ρίου τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ ποιοῦντα, τοὺς κολλυβιστὰς, τουτέστι τοὺς τραπεζίτας, ἐκ τῶν ἱερῶν περιβόλων ἐξήλασε· κόλλυβος δὲ τὸ λεπτὸν νόμισμα· καὶ τὰ κέρματα αὐτῶν, τουτέστι τὰ διὰ νομισμάτων προ- γείρια, ἐξέχεεν. Τοὺς γοῦν τοιοῦτόν τι ποιῆσαι τολ- μήσαντας ἀφορισμῷ καθυπέβαλον. Διαφόρων δὲ ἁγιωτάτων πατριαρχῶν προσταξάντων ἀπό τε τοῦ Αὐγουστεῶνος (87) καὶ τῶν προσεχεστέρων μερῶν τῷ προνάῳ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκ- C κλησίας τοὺς τραπεζίτας διωχθῆναι, καὶ τοὺς ψωμο- πώλας καὶ ὀπωροπώλας, καὶ τοὺς λοιποὺς ἐμπόρους, εἶπόν τινες, ὡς περιβόλους ἐκκλησιαστικοὺς ὁ κανὼν ὀνομάζει τοὺς προνάους ἑκάστου ναοῦ, οὐ μὴν τὰς φιάλας καὶ τὰ ἕτερα μέρη τῶν θείων ναῶν, τὰ συνη- νωμένα αὐτοῖς. Τοῖς πλείοσι δὲ τοῦτο οὐκ ἤρεσεν. Εἶπον γὰρ ὡς, ἐπεὶ ὁ κανὼν ἐκκλησίας οὐκ ἐμνήσθη (τὸ γὰρ ἐν μεσονάῳ ἢ προνάῳ καπηλεῖον γενέσθαι ἢ ἀγορανόμων συνέδριον, οὐδὲ εἰς ἐνθύμησίν τινος Χριστιανοῦ ἔλθοι, ὡς ἀσεβέστατον), ἀλλὰ ἱερῶν πε- ριβόλων ναοῦ, ὀφείλομεν περὶ τούτων τὴν πᾶσαν

« natoriam officinam, vel quæ fiunt per aro- « mata species proponere, vel alias venditiones « facere, suam venerationem ecclesiis servantes. « Servator enim noster et Deus, per suam in « carne vitæ agendæ rationem nos instituens, « non facere domum Patris sui domum negotia- « tionis jussit; qui etiam nummulariorum æs « effudit, et eos, qui sacrum commune faciebant, « ejecit [16]. Si quis ergo in prædicto delicto de- « prehensus fuerit, segregetur. »

BALS. Sanctarum ecclesiarum convenientem honorem, eorumque quæ ad illas pertinent, sancti Patres conservantes, nec sustinentes ut ab ullo omnino quæ sunt sacra fiant communia, decreve- runt non esse proponendas aromaticas species in- tra sanctos ambitus, nec in eis fieri cauponatoriam officinam, nec intra ipsos aliquid omnino vendi: sed eos esse a mercatorum communione alienos; Quoniam, inquiunt, Dominus quoque noster Jesus Christus et Deus, per suam in carne vitæ agendæ rationem, nos diserte docens esse valde puniendum eum, qui quod est sacrum commune facit, et do- mum negotiationis reddit, nummularios, hoc est, mensarios seu argentarios ex sacris ambitibus ab- egit (κόλλυβος autem exiguum nummum significat), et æs eorum, hoc est, nummos expositos effudit. Eos ergo, qui hoc facere ausi fuerint, segregationi subjecerunt. Cum autem permulti sanctissimi pa- triarchæ, et ab Augustali et a propinquioribus Magnæ ecclesiæ vestibulo partibus, nummularios, et crustularum fructuumque venditores, et reliquos mercatores, expelli jussissent, dicebant quidam, canonem ecclesiasticos ambitus nominare porticus ac vestibula uniuscujusque templi, sed non et phialas aliasque divinarum ædium partes, quæ eis unitæ sunt: hoc autem pluribus non placuit. Di- cebant enim, quod quoniam canon de Ecclesia non meminit (quod enim in medio templi vel in ejus vestibulo sit caupona vel mercatorum conventus, nulli Christiano ne in mentem quidem venerit, ut quod sit a pietate alienissimum), sed de sacris

[16] Joan. II, 16.

Guill. Beveregii notæ.

(86) *Πλημμελήματι. ἀφοριζέσθω.* Inter hæc ul- D tima canonis verba et Balsamonis interpretationem nota quædam marginalis in ms. nostro Bodleiano interponitur, quæ sic se habet Σημείωσαι τὸν παρόντα ος' κανόνα, καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ, καὶ ζήτει τὴν διόρθωσιν τῶν ἐν τοῖς μυρεψίοις τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας τελουμένων, καὶ ἐν τῷ τοῦ πρω- τεκδίκου περιβολαίῳ· καὶ ἔστι τούτου ἐνδότερος. Ὡσαύτως καὶ τῶν ἀπερχομένων ἐν ταῖς ὁπουδήποτε τελεταῖς καὶ πανηγύρεσι, χάριν πραγμάτων καὶ δο- σοληψιῶν· μεγάλης γὰρ εἰσὶ κατακρίσεως οἱ τοιοῦτοι ἄξιοι. Φησὶ γὰρ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς ἀσκη- τικοῖς αὐτοῦ ταῦτα, οὐ μὴν ἐπειδὴ ἕτεροι προλαβόν- τες παρέφθειραν τὴν κεκρατηκυῖαν συνήθειαν ἐπὶ τῶν ἁγίων, καὶ ἀντὶ τοῦ προσεύχεσθαι, τόν τε καιρὸν καὶ τὸν τόπον ποιοῦνται ἀγορὰν καὶ πανήγυ- ριν καὶ ἐμπορίαν. Ex eo autem, quod non solum canon, sed et ipsa Balsamonis interpretatio hic no- tetur, palam est hæc verba ad Balsamonis textum nequicquam pertinere; ac proinde in aliis omnibus codicibus, quos videre contigit, rectius omit- tuntur.

(87) *Ἀπό τε τοῦ Αὐγουστεῶνος.* Sic dictus est locus quidam Constantinopoli, ubi opsonia vende- bantur. Codinus ἐπωνόμασε τὸν τόπον αὐγουστεῶνα, πρότερον γουστεῖον λεγόμενον ἤγουν ὀψοπώλιον. Cod. De orig. Constantinop. Prope fuit Magnam Ecclesiam, ut non solum ex hoc Balsamonis loco, sed et ex Niceta Choniata constat, dicente, οὐκοῦν ὅσαι τῷ ἱερῷ οἰκίαι κατὰ τὸν Αὐγουστεῶνα συνή- πτοντο, παρὰ τῶν ὑπ' αὐτὴν ἀπερράγησαν. Et paulo post. τέλος δὲ τοῖς πάντοθεν βάλλουσιν ἐκ τοῦ νεὼ πιεζόμενοι, ἀφίστανται τῆς τοῦ Αὐγουστεῶνος αὐ- λαίας, καὶ εἰσίασι τὸ πρόναον, Nic. Choniat. in Alexio Man. Comn. fil

Digitized by Google

templi ambitibus, de his debemus omnem dubitationem adducere. Omnes autem illos esse sacros ambitus dixerunt, qui rationis expertium animantium conculcationi permissi non sunt, etiamsi alio quodam modo sint communes : ex 12 cap., primi tit., v lib. quod dicit : Usque ad terminos ecclesiæ in foro publico securitatem habeant, qui confugerunt interioribus lavacris, vel hortis, vel domiciliis, vel porticibus, vel atriis utentes **247** et prohibeantur intra templum dormire vel comedere, lavacra et hortos, et porticus ecclesiæ conjuncta sacros ambitus esse ne dixeris, ut illic etiam prohibeantur proponi venalia. Hæc enim ecclesiæ quidem partes reputabuntur : sacri autem ambitus non dicentur. Et, ut communia quidem, sanctorum ambituum honore digna non habebuntur : sed propter ecclesiæ privilegium, qui eum, qui eo confugit, ex ipsis abripuerit, punietur. Nota vero, intra solum templum edere ac bibere prohiberi eos, qui ad ipsum confugerint.

ZONAR. *Domus mea*, dixit Dominus ad Judæos, *domus orationis vocabitur : vos autem fecistis illam speluncam latronum* [17]. Ne igitur eadem fidelibus objici queant, ne intra sacri loci ambitum cauponas exstruere, neve esculenta aut alia quæcunque venalia habere liceat, Patres decrevere. Neque vero intra ecclesiam, sed intra sacri loci ambitum ea fieri vetant. Sunt vero sacri ambitus omnia sanctorum templorum septa, ita ut neque in templorum areis, neque in vestibulis aliquid ejusmodi fieri canon sinat : quamvis ea nunc impie fiant. Suam vero sententiam Patres ex Evangelio confirmant, nos ita a Christo edoctos esse dicentes; qui et Judæis, ne domum Patris sui domum negotiationis facerent, imperavit, et sacrilegos nundinatores a templo expulit, et nummulariorum æs effudit. Sunt vero κολλυβισταὶ, seu nummularii, qui exigua numismata, hoc est, nummos, vendunt. Κόλλυβος enim apud Græcos exiguum numisma est, quod a Romanis nummus vocatur. Est vero κέρμα, idem quod numisma.

ARIST. « Intra sacrum ambitum caupona con-
« stitui non debet; ac ibidem cibos vendi ineptum :
« et qui utrumvis facit, segregatur. »

Dei domum domum negotiationis non facere jussit Sospitator et Deus noster : quapropter intra sacros ambitus non oportet officinam cauponatoriam instituere, et quæ per edulia fiunt species proponere, aut alias facere venditiones. Si quis itaque in hujusmodi peccato deprehensus fuerit, segregabitur.

A εἰσάγειν ἀμφιβολίαν. Πάντες δὲ ἐκείνους εἶπον εἶναι ἱεροὺς περιβόλους, τοὺς μὴ ἀπολυθέντας εἰς ἀλόγων ζώων καταπάτησιν, καὶ ἀλλοτρόπως κοινωθέντας. Ἀπὸ μέντοι τοῦ ιβ' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ ε' βιβλίου, τοῦ λέγοντος· Μέχρι τῶν ἐπὶ τῆς δημοσίας ἀγορᾶς τῆς ἐκκλησίας ὅρων τὸ ἀσφαλὲς ἐχέτωσαν οἱ προσφυγόντες ταῖς ἐνδοτέροις λουτροῖς, ἢ κήποις, ἢ οἰκήμασι, ἢ στοαῖς, ἢ αὐλαῖς χρώμενοι, καὶ κωλυέσθωσαν ἐντὸς τοῦ ναοῦ ὑπνοῦν ἢ ἐσθίειν· μὴ εἴπῃς καὶ τὰ λυτρὰ καὶ τοὺς κήπους καὶ τὰς στοὰς, τὰς συνημμένας ταῖς ἐκκλησίαις ἱεροὺς περιβόλους εἶναι, ὡς ἐντεῦθεν κωλύεσθαι καὶ τὸ προτίθεσθαι ὤνια ἐπ αὐτοῖς. Ταῦτα γὰρ μέρη μὲν τῆς ἐκκλησίας λογίζονται· ἱεροὶ δὲ περίβολοι οὐ λεχθήσονται. Καὶ ὡς κοινὰ μὲν, τῆς τιμῆς τῶν ἱερῶν περιβόλων οὐκ B ἀξιωθήσονται· διὰ δὲ τὸ τῆς ἐκκλησίας προνόμιον, ὁ ἐξ αὐτῶν ἁρπάσας πρόσφυγα κολασθήσεται. Σημείωσαι δὲ ὅτι ἐντὸς μόνου τοῦ ναοῦ ἐσθίειν καὶ πίνειν τοὺς πρόσφυγας κεκώλυται.

ZONAR. *Ὁ οἶκός μου*, τοῖς Ἰουδαίοις ἔφη ὁ Κύριος, *οἶκος προσευχῆς κληθήσεται· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν*. Ἵν' οὖν μὴ καὶ τοῖς πιστοῖς τοῦτο ῥηθῇ, ἀπηγόρευσαν οἱ Πατέρες ἔνδον τῶν ἱερῶν περιβόλων καπηλεῖα συνιστᾷν, ἢ ἐδώδιμα προτιθέναι εἰς πρᾶσιν, ἢ ἕτερά τινα. Οὐκ εἶπον δὲ ἔνδον τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ τῶν ἱερῶν περιβόλων. Περίβολοι δ' εἰσὶν ἱεροὶ αἱ τῶν θείων ναῶν ἅπασαι περιοχαί· ὥστε οὐδ' ἐν προτεμενίσμασιν, C οὐδ' ἐν προαυλίοις τοιοῦτόν τι γίνεσθαι παραχωρεῖ ὁ κανών· εἰ καὶ νῦν ἀνεύλαβῶς ταῦτα γίνονται. Κατασκευάζουσι δὲ τὸν οἰκεῖον λόγον οἱ Πατέρες ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου, λέγοντες τὸν Χριστὸν τοῦτο παραδοῦναι ἡμῖν, λέγοντα τοῖς Ἰουδαίοις· Μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου οἶκον ἐμπορείου· καὶ ἀπελάσαντα ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοὺς θεοκαπήλους, καὶ τῶν κολλυβιστῶν τὸ κέρμα ἐκχέαντα. Κολλυβισταὶ δ' εἰσὶν οἱ τὰ λεπτὰ νομίσματα πωλοῦντες, ἤτοι τοὺς νούμμους· κόλλυβος γὰρ παρ' Ἕλλησι τὸ λεπτὸν νόμισμα, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις νοῦμμος καλεῖται. Καὶ κέρμα δὲ τὸ νόμισμα λέγεται.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐν ἱερῷ περιβόλῳ καπηλεῖον ἀσύστατον,
« καὶ πωλούμενα βρώματα μάταια· καὶ ἐν ἀμ-
« φοτέροις ὁ ποιῶν ἀφορίζεται. »

Τὸν τοῦ Θεοῦ οἶκον μὴ ποιεῖν ἐμπορείου οἶκον παρεκελεύσατο ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Θεός· διὰ τοῦτο οὐ χρὴ ἔνδον τῶν ἱερῶν περιβόλων καπηλεῖον συνιστᾷν, καὶ τὰ διὰ βρωμάτων εἴδη προτιθέναι, ἢ ἑτέρας πράσεις ποιεῖσθαι. Εἴ τις οὖν τοιοῦτόν τι φανῇ πλημμελῶν, ἀφορισθήσεται.

CANON LXXVII.

« Quod non oportet sacris initiatos, vel clericos, vel
« ascetas, lavari cum mulieribus : nec omnem
« Christianum vel laicum. Hæc est enim prima
« condemnatio apud gentes. Si quis autem hac

ΚΑΝΩΝ ΟΖ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς, ἢ κληρικοὺς, ἢ ἀσκητὰς ἐν
« βαλανείῳ μετὰ γυναικῶν ἀπολούεσθαι· μηδὲ
« πάντα Χριστιανὸν ἢ λαϊκόν. Αὕτη γὰρ πρώτη
« κατάγνωσις παρὰ τοῖς ἔθνεσιν. Εἰ δέ τις ἐπὶ

[17] Matth. xxi, 13.

Digitized by Google

« τοῦτο φωραθείη, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαι- A
« ρείσθω (88) · εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. »

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικε πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ἐλούοντο ἱερωμένοι τινὲς, καὶ μοναχοὶ, καὶ λαϊκοὶ μετὰ γυναικῶν, μὴ ἐπιστρεφόμενοι τῆς ἀποστολικῆς θείας παραγγελίας, τῆς λεγούσης · Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. Διορθούμενοι οὖν τοῦτο οἱ ἅγιοι Πατέρες, ὡς ἀπρεπέστατον καὶ σκανδαλοποιὸν, καὶ διεγεῖρον εἰς δαιμονιώδεις ἐπιθυμίας, φέρον τε τοὺς χρωμένους τῇ ἀσέμνῳ ταύτῃ διαγωγῇ εἰς μεγάλην κατάγνωσιν, διωρίσαντο τὸν οὕτως ἀδιαφόρως καὶ ἀπρεπῶς εἰς τὸ ἑξῆς μετὰ γυναικὸς λουόμενον, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι. Σημείωσαι δὲ ὅτι ὁ κανὼν διαφορὰν ποιεῖται κληρικῶν, ἱερωμένων, λαϊκῶν, καὶ ἀσκητῶν. Ἱερωμένοι γάρ εἰσιν οἱ τοῦ βήματος, οἱ καὶ χειροτονούμενοι · ἐπίσκοποι δηλονότι, ἱερεῖς, διάκονοι καὶ ὑποδιάκονοι. Κληρικοὶ πάντες οἱ ἐκτὸς τοῦ βήματος ἐν ναοῖς ἐξυπηρετούμενοι, ἤγουν ἀναγνῶσται, θεωροὶ, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι · ἀσκηταὶ δὲ οἱ μοναχοὶ ὅσοι οὐκ ἔφθασαν ἐπισκοπικὴν σφραγῖδα δέξασθαι, ἀλλὰ μόνην ἐπικουρίδα μοναχικήν. Οἱ γὰρ σφραγῖδα δεξάμενοι ἐπισκοπικὴν μοναχοὶ κληρικοὶ λέγονται. Ἀσκητῶν δὲ καὶ μοναχῶν οὐδεμία διαφορά. Συναγαγὼν οὖν εἶπε ὡς οἱ μὲν τοῦ βήματος δι' ἐγγραφῆς ὀμνύειν ὀφείλουσιν · οἱ δὲ ἐκτὸς τοῦ βήματος κατὰ λαϊκοὺς ἐπομόσονται, κἂν μοναχοὶ ὦσι. Τινὲς μέντοι λαϊκοὶ μετὰ τῶν οἰκείων ὁμοζύγων ἐν βαλανείοις λουόμενοι, καὶ χάριν τούτου ἐλεγχόμενοι, C
λέγουσι μὴ κωλύεσθαι τοῦτο ὑπὸ τοῦ κανόνος. Σάρξ γὰρ μία εἰσὶ, καὶ οὐδέν τι ἄσεμνον δοκεῖ γίνεσθαι μέσον αὐτῶν, μὴ διεστηκότων ἀλλήλων τοῖς σώμασιν · ἐκείνους δὲ κολάζεσθαι, τοὺς σὺν τῇ πορνείᾳ καὶ ἀσχημόνως διάγοντας, καὶ τῆς φύσεως μὴ αἰσχυνομένους τὴν ἀπρέπειαν. Οὐκ ἤρεσαν δὲ ταῦτα τοῖς εὐλαβεστέροις, εἰποῦσι κατάγνωσιν πρώτην εἶναι τοῦτο παρὰ τοῖς ἔθνεσιν, ὡς ὁ κανὼν φησι, κάντεῦθεν καὶ κολάζεται ὁπωσδήποτε γινόμενον · καὶ ὅτι κἂν δοκῶσιν οἱ ὁμόζυγοι ἓν σῶμα εἶναι, ἀλλ' οὐκ ἐφεῖται αὐτοῖς κακῶς τοῖς οἰκείοις χρήσασθαι μέλεσιν. Ἐπεὶ τοί γε, εἰ τοῦτο ἦν, οὐδὲ οἱ ἐπιχειρήσαντες ἑαυτοὺς ἀνελεῖν ἵνα ἐκολάζοντο (89).

ΖΩΝΑΡ. Ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος, Δεῖ, φησὶ, D
καλὰ προνοεῖσθαι ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων · καὶ πάλιν · *Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ*

« in re deprehensus fuerit, si sit quidem cleri-
« cus, deponatur : sin vero laicus, segregetur. »

BALS. Ut est verisimile, ante hanc synodum lavabantur sacerdotes quidam et monachi et laici cum mulieribus, apostolicum divinum præceptum non curantes, quod dicit: Sine offendiculo sitis et Judæis et Græcis et Ecclesiæ Dei [18]. Corrigentes hoc ergo sancti Patres, ut maxime indecorum et offensionem scandalumque afferens, et ad dæmoniacas cupiditates excitans, et eos qui hoc turpi instituto utuntur ad magnam condemnationem deducens, statuerunt ut qui deinceps adeo inconsiderate et indecore cum muliere lavabitur, si sit quidem clericus, deponatur ; si vero laicus, segregetur. Nota autem, quod canon facit differentiam B
inter sacris initiatos, clericos, laicos et ascetas. Sacris initiati sunt, qui sunt ex sacro tribunali, qui etiam ordinantur ; episcopi scilicet, sacerdotes, diaconi et hypodiaconi. Clerici, omnes qui extra sacrum tribunal in templis serviunt, ut lectores, ostiarii et alii ejusmodi. Ascetæ autem monachi qui episcopalem characterem non accepere, sed solam tonsuram monachalem. Monachi enim qui episcopalem tonsuram accepere dicuntur clerici. Ascetarum autem et monachorum nulla est differentia. **248** Dic ergo in summam redigens, quod qui sunt quidem ex sacro tribunali in scriptis jurare debent : qui autem sunt extra tribunal, ut laici jurabunt, etiamsi sint monachi. Quidam autem laici, cum in balneis una cum conjugibus C
lavantur, et propterea reprehenduntur, dicunt istud ab hoc canone non prohiberi. Sunt enim caro una, et nihil turpe ac indecorum inter eos fieri videatur, cum a se invicem non sint disjuncti corporibus : illos autem puniri, qui cum scortatione se turpiter et indecore gerunt, naturæque pudendorum nullo penitus pudore afficiuntur. Hæc autem religiosioribus non placuere, dicentibus hoc esse primam apud gentes condemnationem, ut dicit canon : et ideo id esse puniendum quomodocunque fiat : et quod etiamsi videantur conjuges unum esse corpus, eis tamen non permittitur suis membris male uti. Si enim ita esset, nec ii qui sibi mortem consciscere conati sunt, punirentur.

ZONAR. *Oportet*, inquit divinus apostolus Paulus, *bona providere coram Deo et hominibus* [19] ; D
et alibi, *Sine offensione estote et Judæis, et Græcis,*

[18] I Cor. x, 32. [19] II Cor. VIII, 21.

Guill. Beveregii notæ.

(88) *Εἰ δὲ λαϊκὸς ἀφοριζέσθω.* In codice nostro Bodleiano post hæc ultima canonis verba habes, Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα ἀφορίζοντα τοὺς μετὰ γυναικῶν λουομένους, καὶ εὔξαι διορθωθῆναι τοὺς τοῦτο καταφρονοῦντας, καὶ μᾶλλον τοὺς εὐγενεῖς τῆς ἡμέρας ἀδιαφόρως λουομένους μετὰ γυναικῶν αὐτῶν. Sed etiamsi hæc in ipso textu scribantur, e margine tamen illuc irrepsisse primo intuitu patet : unde etiam in reliquis codicibus mss. non leguntur.

(89) *Ἵνα ἐκολάζοντο.* In codicibus impressis, item Ætoniensi et Amerbachiano mss. hæc ultima sunt hujus interpretationis verba ; sed in Bodleiano nostro hæc sequuntur : Σημείωσαι τὴν παροῦσαν ἑρμηνείαν διδάσκουσαν τινες τῶν κληρικῶν δι' ἐγγράφων ὀμνύουσι, καὶ τίνες σωματικὸν ὅρκον ἀπαιτοῦνται · ἀμφιβάλλεται γάρ. Hanc autem notam esse marginalem, et ad Balsamonis interpretationem non pertinere, ex ipsis verbis palam est ; utpote quibus interpretatio ista diserte indigitatur et notatur.

Digitized by Google

et Ecclesiæ Dei [10]. Quod si viri cum mulieribus simul laventur, magnam offensionem apud eos, qui id conspicati fuerint, ea res facile excitabit. Etenim si vel ipse mulieris in privata domo aut in via forte occurrentis aspectus perturbationum fluctus in animis virorum ut plurimum commovet: una cum iis lavari, qui fieri potest ut non iisdem laticibus ipsorum quoque mentem demergat, et cupiditatis aliquid excitet? Quod si etiam demus aliquos, quamvis eodem balneo cum feminis utentes, id sine periculo facere: quominus tamen, et qui vident offensionem ex ea re capiant, et fidelium in eo licentiam tacita cogitatione damnent, id qua ratione quisquam vitare possit? His igitur de causis, id canon Christianis omnibus vetitum esse decernit: qui vero id fecerint, si quidem sacrati fuerint, hoc est, ex eorum numero qui circa sacrum tribunal versantur, aut clerici, hoc est, clero quacunque ratione ascripti, depositione: ascetas vero et laicos segregatione puniri jubet. Est porro hic canon idem cum Laodicenæ synodi trigesimo, quamvis illic absque ulla pœnarum mentione editus.

ARIST. « Christianus cum mulieribus non lava-
« tur: clericus enim deponitur; laicus autem se-
« gregatur. » Perspicuus.

CANON LXXVIII.

« Quod oportet eos qui illuminantur fidem discere,
« et quinta septimanæ feria episcopo vel presby-
« teris renuntiare. »

BALS. Quomodo qui recens sunt illuminati debent fidem orthodoxam doceri, a diversis canonibus didicimus. Præsens autem canon iis adjicit, nobis sufficere non debere assertiones eorum qui illuminantur, affirmantium, se rectam fidem fuisse edoctos: sed eos quidem oportere sacra oracula discere totis primis quatuor diebus septimanæ; quinto autem die ea episcopo, vel iis quibus hoc ab illo permittetur, scilicet catechistis, renuntiare. Sic enim facientes perfecte demonstrabunt, quod tota anima ad fidem orthodoxam accesserunt, et in divinis ejus mysteriis initiati, satisque confirmati sunt. Hoc autem non semel facient, sed per totam fere suam vitam. Præsens autem canon omnino idem est cum canone 43 synodi Laodicenæ.

ZONAR. Est hic canon idem cum Laodicenæ synodi quadragesimo tertio, iisdem namque verbis inter alios ejus synodi canones recensetur. Porro eos qui illuminantur, hoc est, ad illuminationem se comparant, et inter catechumenos numerantur, mysteria fidei ediscere, et quinto quoque cujuslibet hebdomadæ die, quæ tota hebdomada didicere, audiente episcopo aut sacerdotibus, **249** recitare jubet. Id vero ita fieri, ne mysteriorum nostræ religionis ignarus aliquis baptizetur, ac proinde parum stabilis hæreticorum artibus se a recto tramite auferri abducive patiatur.

[10] I Cor. x, 32.

A Ἕλλησι καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. Τὸ δὲ ἀνδρας συλλούεσθαι γυναιξὶ σκάνδαλον μέγα τοῖς ὁρῶσι τοῦτο δύναται ἐμποιεῖν. Εἰ γὰρ καὶ ἡ ἐν οἰκίᾳ ἢ ἐν ὁδῷ ἐντυχία τῶν γυναικῶν ζάλην τῷ λογισμῷ τῶν ἐντυγχανόντων αὐταῖς ἀνδρῶν ὡς τὰ πολλὰ ἐμποιεῖ· τὸ ταύταις συλλούεσθαι πῶς οὐκ ἂν τὸν νοῦν τῶν συλλουομένων αὐταῖς κατεβάπτισε, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἠρέθισεν; Εἰ δὲ καὶ δοίη τις καθ' ὑπόθεσιν μὴ βλάπτεσθαι ἴσως τινὰς, κἂν συλλούωνται γυναιξίν· ἀλλά γε τὸ τοὺς ὁρῶντας τοῦτο σκανδαλίζεσθαι, καὶ καταγινώσκειν τῶν τοῦτο ποιούντων πιστῶν τί; ἂν ποτε δυνηθείη φυγεῖν; Διὰ ταῦτα τοίνυν ἀπαγορεύει τοῦτο ὁ κανὼν πᾶσι Χριστιανοῖς· τοῖς δὲ τοῦτο ποιοῦσιν, ἱερατικοῖς μὲν οὖσι, τοῖς περὶ τὸ βῆμα δηλαδὴ καὶ κληρικοῖς τοῖς ἄλλως ἐν B κλήρῳ τεταγμένοις, καθαίρεσιν ὁρίζει τὸ ἐπιτίμιον· ἀσκηταῖς δὲ καὶ λαϊκοῖς ἐπάγει ἀφορισμόν. Οὗτος δὲ ὁ κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συγκροτηθείσης συνόδου τριακοστός ἐστιν, ἄνευ τῶν ἐπιτιμίων ἐκεῖσε ἐκφωνηθείς.

ΑΡΙΣΤ. « Χριστιανὸς γυναιξὶν οὐ συλλούεται. Κλη-
« ρικὸς μὲν γὰρ καθαιρεῖται· λαϊκὸς δὲ ἀφορίζε-
« ται. » Σαφής.

ΚΑΝΩΝ ΟΗ'.

« Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους τὴν πίστιν ἐκμανθά-
« νειν, καὶ τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος ἀπαγγέλλειν
« τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις. »

C ΒΑΛΣ. Οἱ νεοφώτιστοι ὅπως ὀφείλουσι διδάσκεσθαι τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ἀπὸ διαφόρων κανόνων ἐμάθομεν. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν προστίθησι μὴ ἀρκεῖν ἡμᾶς ταῖς καταθέσεσι τῶν φωτιζομένων, διαβεβαιουμένων ἀναδιδαυθῆναι τὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· ἀλλὰ μανθάνειν μὲν αὐτοὺς τὰ ἱερὰ λόγια δι' ὅλων τῶν πρώτων τεσσάρων ἡμερῶν τῆς ἑβδομάδος, κατὰ δὲ τὴν πέμπτην ἀπαγγέλλειν αὐτὰ τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς ἐπιτραπησομένοις παρὰ τούτου, ἤγουν τοῖς κατηχηταῖς. Οὕτω γὰρ ποιοῦντες δώσουσιν ἐντελῆ πληροφορίαν, ὡς ὁλοψύχως τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει προσῆλθον, καὶ τὰ θεῖα ταύτης ἐμυήθησαν μυστήρια, καὶ ἱκανῶς ἐστηρίχθησαν. Τοῦτο δὲ οὐχ ἅπαξ ποιήσουσιν, ἀλλὰ σχεδὸν δι' ὅλης D τῆς ζωῆς αὐτῶν. Ὁ μέντοι παρὼν κανὼν μγ' ἐστὶν ἀπαράλλακτος τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Οὗτος ὁ κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου ἐστὶ τεσσαρακοστὸς τρίτος· αὐτοῖς γὰρ ῥήμασι τοῖς ἄλλοις κανόσι τῆς συνόδου ἐκείνης ἐγκατέστρωται. Κελεύει δὲ τοὺς φωτιζομένους, ἤγουν τοὺς πρὸς τὸ φώτισμα ἑτοιμαζομένους καὶ κατηχουμένους τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐκμανθάνειν καὶ τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἑκάστης ἑβδομάδος· ἀπαγγέλλειν, ἃ διὰ τῆς ἑβδομάδος ἔμαθον, τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις. Τοῦτο δὲ γίνεσθαι, ἵνα μὴ ἀμύητος τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου ὤν τις βαπτισθῇ, καὶ ἀστήρικτος ὢν ὑπὸ αἱρετικῶν ὑποσυρῇ καὶ ὑποκλαπῇ.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ φωτισθεὶς τὴν πίστιν ἀπαγγελλέτω A
« τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος. »

Δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ θείῳ φωτίσματι, καθὼς καὶ ὁ τεσσαρακοστὸς ἕκτος κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου διαλαμβάνει, τὴν πίστιν ἐκμανθάνειν, καὶ τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος, καθ' ἣν μέλλει φωτισθῆναι τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις ταύτην ἀπαγγέλλειν.

ARIST. « Illuminatus quinta hebdomadis feria
« fidem renuntiet. »

Eum qui divinam adit illuminationem, ut et quadragesimus sextus synodi Laodicensis canon statuit, fidem oportet discere, et quinta hebdomadis, qua illuminandus est, feria, eam episcopo aut presbyteris renuntiare.

ΚΑΝΩΝ ΟΘ'.

« Ἀλόχευτον τὸν ἐκ τῆς Παρθένου θεῖον τόκον
« ὁμολογοῦντες, ὡς καὶ ἀσπόρως συστάντα, καὶ
« παντὶ τῷ ποιμνίῳ κηρύσσοντες, τοὺς ἐξ ἀγνοίας
« πράττοντάς τι τῶν οὐ δεόντων διορθώσει καθ-
« υποβάλλομεν. Ὅθεν, ἐπειδή τινες μετὰ τὴν
« ἡμέραν τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν
« γεννήσεως δείκνυνται σεμίδαλιν ἕψοντες, καὶ B
« ταύτης ἀλλήλοις μεταδιδόντες, προφάσει τιμῆς
« δῆθεν λοχειῶν τῆς ἀχράντου Παρθενομήτορος,
« ὁρίζομεν μηδὲν τοιοῦτον ὑπὸ τῶν πιστῶν τε-
« λεῖσθαι. Οὔ γὰρ τιμή γε τοῦτο τῇ Παρθένῳ,
« τῇ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τὸν ἀχώρητον τεκούσῃ
« Λόγον σαρκὶ, ἐκ τῶν κοινῶν τε καὶ καθ' ἡμᾶς
« κατὰ τὸν ἄφραστον αὐτῆς τόκον ὁρίζειν καὶ
« ὑπογράφειν. Εἴ τις οὖν ἀπὸ τοῦ νῦν πράττων
« τοιοῦτο φωραθείη, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθ-
« αιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. »

CANON LXXIX.

« Absque puerperio editum ex Virgine divinum
« partum esse confitentes, ut qui sine semine
« constitutus sit, idque toti gregi annuntiantes,
« eos qui ex ignorantia faciunt quod non decet,
« correctioni subjicimus. Quare, quoniam ali-
« quos post sanctæ Christi Dei nostri nativitatis
« diem similam coquere compertum est, et eam
« sibi invicem impartiri, honoris scilicet præ-
« textu puerperii impollutæ Virginis Matris;
« statuimus, ut deinceps nihil tale fiat a fideli-
« bus. Neque enim hoc honor est Virgini, quæ
« supra mentem et sermonem, quod compre-
« hendi non potest, Verbum peperit carne, ex
« communibus, et iis quæ in nobis fiunt, ine-
« narrabilem ejus partum definire ac describere.
« Si quis ergo deinceps hoc facere aggressus
« fuerit, si sit quidem clericus, deponatur: si
« vero laicus, segregetur.

ΒΑΛΣ. Μαθόντες οἱ ἅγιοι Πατέρες ὅτι τινὲς διὰ τιμὴν τῆς ἀχράντου Δεσποίνης ἡμῶν καὶ Θεοτόκου ἑορτάζουσι μετὰ μίαν ἡμέραν τῆς γεννήσεως τοῦ C Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὰ ἐπιλόχεια ταύτης μετὰ σεμιδάλεως ἑψητῆς καὶ ἑτέρων τινῶν εἰδῶν, ὥρισαν μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι παρὰ τῶν Χριστιανῶν. Τὸν γὰρ τόκον, φασὶ, τῆς Θεομήτορος ὁμολογοῦμεν μὴ τοιοῦτον γενέσθαι, καθὼς παρὰ τῶν λοιπῶν γυναικῶν γίνεται, ἀλλὰ ἀλόχευτον· ὅτι καὶ ἡ σύλληψις ὑπὲρ φύσιν καὶ ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἐγένετο. Τῇ γοῦν μὴ γνούσῃ λοχείαν πῶς ἡμεῖς τὰ τῶν λοχευομένων διαπραξόμεθα; Ὅθεν οὐκ ἔστι τοῦτο τιμὴ τῆς ἁγίας Παρθένου, τῆς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τεκούσης τὸν Θεὸν Λόγον σαρκὶ ἄνευ ὠδίνων μητρικῶν. Κἀντεῦθεν οὐ χρὴ τὰ ὑπὲρ φύσιν συνεξισοῦσθαι τοῖς κατὰ φύσιν, καὶ οἷον κοινοῦσθαι ταῦτα, καὶ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς γεωδῶν ὑπογράφεσθαι. Τοίνυν καὶ διορίζονται τὸν τοιοῦτόν D τι ποιήσαντα, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι. Διά τοι τοῦτο καὶ Χριστοῦ χάριτι τέως εἰς ταύτην τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν οὐδέν τι τολμᾶται τοιοῦτον παρά τινος, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἄῤῥητον γέννησιν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἑορτάζει τὸ πλήρωμα τῶν πιστῶν τὰ ἐπιλόχεια τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου διὰ θείων ψαλμῳδημάτων καὶ ὑμνῳδίας ἐκκλησιαστικῆς.

BALS. Cum intellexissent sancti Patres, quod quidam propter honorem impollutæ Dominæ nostræ et Deiparæ, post unum diem natalis Dei et Servatoris nostri Jesu Christi, ejus puerperium celebrant cum cocta simila et quibusdam aliis speciebus; statuerunt hoc a Christianis non esse amplius faciendum. Dei Matris enim partum, inquiunt, talem non fuisse profitemur, quemadmodum a reliquis fit mulieribus, sed absque puerperio: quoniam conceptio et supra naturam et ex sancto Spiritu facta est. Ei ergo, quæ puerperium non novit, quomodo nos ea quæ ad puerperas pertinent peregerimus? Quare non est hoc honor sanctæ Virginis, quæ supra mentem et sermonem Deum Verbum peperit carne, absque ullis maternis in partu doloribus. Quocirca non oportet ea, quæ sunt supra naturam, iis, quæ sunt secundum naturam, exæquare, et ea veluti communia reddere, ex nostrisque terrestribus describere et metiri. Statuunt ergo, ut qui est hoc facturus, si sit quidem clericus, deponatur; sin vero laicus, segregetur. Hanc ergo ob causam, Christi Dei gratia, in hac urbium regina nemo tale quidpiam audet facere: sed post ineffabilem Christi Dei nostri nativitatem, fidelium cœtus sanctissimæ Deiparæ festum celebrat divinis canticis hymnisque ecclesiasticis.

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς, δοκοῦντες εἰς τιμὴν τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεομήτορος ποιεῖν τι, τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ μετὰ τὴν ἑορτὴν τῆς ἁγίας γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ ἐποίουν τινὰ, οἷα ἐπὶ ταῖς λοχευομέναις γίνονται γυναιξί. Ταῦτα οὖν κωλύει γίνεσθαι ὁ παρὼν κανὼν, ἀλόχευτον εἶναι λέγων τὸν τόκον τῆς ἁγίας

ZONAR. Nonnulli, se in eo semper Virginis ac Dei Matris honori aliquid deferre existimantes die, qui sanctam Christi natalis festivitatem proxime consequitur, quædam facere soliti sunt, ex iis quæ in aliarum quoque mulierum puerperio agi consuevere. Eas res igitur hic canon prohibet, sanctæ

Digitized by Google

Virginis partum absque ullo puerperio fuisse dicens. Est vero puerperium emissio fœtus, quam doloris sensus ac profluvium sanguinis comitantur : quibus quidem malis nullatenus obnoxiam fuisse Deiparam credimus. Partus etenim naturales ista consequuntur ; ejus vero conceptio fuit supra naturam, nam a Spiritu sancto effecta est ; ejusdemque partus nequaquam iis, quæ partum naturalem proprie consequuntur, obnoxius fuit. Quæ igitur puerperium non agnovit, quid nos ei quæ puerperarum sunt exhibebimus? Est id quidem sacrosanctæ Virgini contumeliosum **250** potius quam honorificum, eorum aliquid in ejus eximio partu, quale in aliarum mulierum fœtura contingit, usurpari. Qui ergo tale quidpiam admiserit, depositione clericus : laicos vero segregatione teneri jubet.

A Παρθένου. Λοχεία δ' ἐστὶν ἡ μετ' ὠδίνων τοῦ βρέφους ἀπότεξις, καὶ ἡ τῶν αἱμάτων ἀκόλουθος ῥύσις· ὧν μὴ πειραθῆναι τὴν Θεοτόκον πιστεύομεν. Ταῦτα γὰρ ταῖς φυσικῶς συλλαβούσαις παρομαρτεῖ· τῇ δὲ ὑπὲρ φύσιν ἡ σύλληψις· ἐκ γὰρ Πνεύματος ἁγίου ἐγένετο, καὶ ὁ τόκος τῶν φυσικῶν ἰδιωμάτων ὑπέρτερος. Τῇ γοῦν μὴ γνούσῃ λοχείαν πῶς ἡμεῖς τὰ τῶν λοχευομένων διαπραξόμεθα ; Ὕβρις γὰρ καὶ οὐ τιμὴ τῆς ὑπεραγίας Παρθένου ἐστὶ τὸ γίνεσθαί τι ἐπὶ τῷ ἀνεκφράστῳ τόκῳ αὐτῆς, οἷον ἐπὶ τῶν ἄλλων γίνεται γυναικῶν τικτουσῶν. Τοὺς δὲ τοιοῦτόν τι πράττοντας, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖ, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζει.

ARIST. « Qui post Deiparæ festum similam vel « aliud quidlibet, propter ea quæ dicuntur puerperia, præparat, segregatur. »

B ΑΡΙΣΤ. « Ἀφορίζεται ὁ μετὰ τὴν ἑορτὴν τῆς « Θεοτόκου, σεμίδαλιν ἢ ἄλλο τι κατασκευάζων, « διὰ τὰ λεγόμενα ἐπιλόχεια. »

Hoc Virgini, quæ supra mentem et sermonem incomprehensibile peperit carne Verbum, non est honor, ex communibus et iis quæ in nobis sunt, inenarrabilem ejus partum definire et describere. Si quis itaque post sanctæ Christi veri Dei nostri nativitatis diem similam coquere deprehenditur, eamque aliis exhibere, puerperii scilicet immaculatæ Virginis Matris honoris prætextu; si quidem clericus est, deponetur : sin vero laicus, segregabitur. Divinum enim e Virgine partum, ut sine semine constitutum, sine puerperio editum confitemur.

Οὐκ ἔστι τοῦτο τιμὴ τῇ Παρθένῳ, τῇ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τὸν ἀχώρητον τεκούσῃ Λόγον σαρκὶ, ἐκ τῶν κοινῶν τε καὶ καθ' ἡμᾶς τὰ κατὰ τὸν ἄφραστον αὐτῆς τόκον ὁρίζειν καὶ ὑπογράφειν. Διὰ τοῦτο, εἴ τις μετὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν γεννήσεως σεμίδαλιν εὑρίσκεται ἕψων, καὶ ταύτην παρέχων τισὶ προφάσει τιμῆς δῆθεν λοχειῶν τῆς ἀχράντου Παρθενομήτορος· εἰ μὲν κληρικός ἐστι, καθαιρεθήσεται, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορισθήσεται. Ἀλόχευτον γὰρ ὁμολογοῦμεν τὸν ἐκ τῆς Παρθένου θεῖον τόκον, ὡς καὶ ἀσπόρως συστάντα.

CANON LXXX.

« Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel « eorum qui in clero enumerantur, vel laicus, « nullam graviorem habeat necessitatem vel negotium difficile, ut a sua ecclesia absit diutissime, sed in civitate agens, tribus diebus Dominicis in tribus septimanis una non conveniat, si sit quidem clericus, deponatur : sin vero laicus, communione moveatur. »

C

ΚΑΝΩΝ Π'.

« Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ τῶν « ἐν τῷ κλήρῳ καταλεγομένων, ἢ λαϊκὸς, μηδεμίαν ἀνάγκην βαρυτέραν ἔχοι ἢ πρᾶγμα δυσχερὲς, ὥστε ἐπὶ πλεῖστον ἀπολείπεσθαι τῆς αὐτοῦ « ἐκκλησίας, ἀλλ' ἐν πόλει διάγων, τρεῖς Κυριακὰς ἐν τρισὶν ἑβδομάσι μὴ συνέρχοιτο, εἰ « μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, « ἀποκινείσθω τῆς κοινωνίας. »

BALS. Alii quidem diversi canones, alio modo puniunt episcopos et clericos, qui aliquandiu a suis ecclesiis peregre absunt. Præsens autem canon non solum episcopos et clericos, sed etiam laicos, qui a suis regionibus in alieno solo degentes absunt, cogit una cum fidelibus communicare et orare; et statuit, quod si quis eorum, nulla necessitate proposita, morbi scilicet, vel gravissimæ servitutis, quæ ei non concedit ut in ecclesia versetur, tribus diebus Dominicis cum fidelibus non convenerit, et una non oraverit, sed in hanc salutiferam communionem negligenter affectus fuerit, si sit quidem clericus, deponatur : si vero laicus, a communione moveatur, hoc est, segregetur. Ex eo enim duorum alterum apparet, eum vel divina præcepta divinasque psalmodias et orationes non curare, vel non esse fidelem. Cur enim 20 diebus cum Christianis in ecclesia versari noluit, unaque cum Dei fideli populo communicare?

ΒΑΛΣ. Ἄλλοι μὲν κανόνες διάφοροι ἀλλοτρόπως κολάζουσι τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς κληρικοὺς ἐφ' ἱκανὸν ἀποδημοῦντας ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν οὐ μόνον ἐπισκόπους καὶ κληρικοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς λαϊκοὺς τοὺς ἀπὸ τῶν χωρῶν αὐτῶν ἐν ἀλλοδαπῇ διάγοντας, καταναγκάζει μετὰ τῶν πιστῶν συγκοινωνεῖν καὶ συνεύχεσθαι· καὶ διορίζεται ὡς εἴπερ τις ἐκ τούτων μηδεμιᾶς προκειμένης ἀνάγκης, νόσου τυχὸν ἢ δουλείας βαρυτάτης μὴ παραχωρούσης αὐτῷ ἐκκλησιάζειν, ἐπὶ τρεῖς Κυριακὰς οὐ συνέλθῃ μετὰ τῶν πιστῶν καὶ συνεύξηται, ἀλλ' ἀμελῶς διατεθῇ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ σωτηριώδει κοινωνίᾳ, κληρικὸς μὲν ὢν, καθαιρείσθω· λαϊκὸς δὲ, ἀποκινείσθω τῆς κοινωνίας, τουτέστιν ἀφοριζέσθω. Δυοῖν γὰρ θάτερον ἐκ τούτου ἀναφαίνεται, ἢ μηδεμίαν φροντίδα τίθεσθαι τὸν τοιοῦτον τῶν θείων παραγγελιῶν καὶ τῆς εἰς Θεὸν εὐχῆς καὶ ὑμνῳδίας, ἢ τὸ μὴ εἶναι πιστόν· ἵνα τί γὰρ ἐπὶ εἴκοσιν ἡμέραις μετὰ τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησιάσαι οὐχ ᾑρετίσατο, καὶ συγκοινωνῆσαι τῷ πιστῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ ;

Digitized by Google

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἐπὶ τρεῖς ἑβδομάδας ἀπολειφθέντας τῆς ἐκκλησίας αὐτῶν ἄνευ βαρείας ἀνάγκης τινὸς ἢ δυσχερείας ἑτέρας, ἀλλ' ἐν πόλει διάγοντας, μὴ συνερχομένους δὲ εἰς ἐκκλησίαν τοῖς πιστοῖς ἐπισκόπους μὲν καὶ κληρικοὺς ὄντας ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι προστάττει· λαϊκὸς δὲ, ἀφορίζεσθαι. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀποκινεῖσθαι τῆς κοινωνίας.

ΑΡΙΣΤ. « Εἰ μὴ δι' ἀνάγκην ἀπολιμπάνεταί τις « τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ τρισὶ Κυριακαῖς, ἀκοινώ- « νητος. »

Ὁ τῆς ἐκκλησίας ἐν τρισὶ Κυριακαῖς ἀπολειφθεὶς ἄνευ βαρυτάτης ἀνάγκης ἢ δυσχερείας τινὸς, εἰ μὲν κληρικός ἐστι, καθαιρεῖται· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεται.

A ZONAR. Qui tribus hebdomadis ab ecclesia sua nulla gravi necessitate difficilive alia causa impediti, abfuerint, verum in urbe degentes cum fidelibus in ecclesiam non convenerint, si quidem episcopi aut clerici sint, eos canon deponi : laicos autem segregari (hoc namque illud est, communione moveri) jubet.

ARIST. « Si quis nulla cogente necessitate ec- « clesiam tribus Dominicis derelinquat, commu- « nione privatur. »

Qui ab ecclesia tribus diebus Dominicis abest, sine necessitate aliqua et difficultate gravissima, si quidem clericus est, deponitur : sin vero laicus, segregatur.

ΚΑΝΩΝ ΠΑ'.

« Ἐπειδήπερ ἔν τισι χώραις μεμαθήκαμεν ἐν τῷ B « Τρισαγίῳ ὕμνῳ ἐν προσθήκης μέρει ἐκφωνεῖ- « σθαι μετὰ τὸ, Ἅγιος ἀθάνατος, τὸ, Ὁ σταυρωθεὶς « δι' ἡμᾶς, ἐλέησον ἡμᾶς· τοῦτό τε ὑπὸ τῶν πάλαι « ἁγίων Πατέρων, ὡς τῆς εὐσεβείας ἀλλότριον, ἐκ « τοῦ τοιούτου ἀπηλάθη ὕμνου, σὺν τῷ τὴν τοιαύτην « φωνὴν καινουργήσαντι παρανόμῳ αἱρετικῷ· καὶ « ἡμεῖς, κυροῦντες τὰ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων « ἡμῶν εὐσεβῶς θεσμόθετηθέντα, ἀναθεματίζο- « μεν ἔτι μετὰ τὸν παρόντα ὅρον μεταδεχομένους « τὴν τοιαύτην φωνὴν ἐπ' ἐκκλησίαις, ἢ ἄλλως « πως τῷ Τρισαγίῳ ὕμνῳ συνάπτοντας. Καὶ εἰ « μὲν ἱερατικός ἐστιν ὁ παραβάτης τῶν ὁρισθέν- « των, ἀπογυμνοῦσθαι τοῦτο τῆς ἱερωσύνης « προστάσσομεν· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μοναχὸς, ἀφορί- C « ζεσθαι.

251 CANON LXXXI.

« Quoniam in nonnullis locis didicimus, in san- « ctissimo hymno additamenti loco dici post « illud, Sanctus immortalis, hoc : Qui crucifixus « es pro nobis, miserere nostri ; id autem ab « antiquis sanctis Patribus, ut a pietate alienum, « ex hoc hymno ejectum cum scelerato hæretico, « qui hanc vocem innovavit : nos quoque con- « firmantes ea quæ a sanctis nostris Patribus « pie constituta sunt, anathematizamus eos, qui « post præsens decretum ejusmodi vocem in ec- « clesiis admittunt, vel aliquo alio modo san- « ctissimo hymno adjungunt. Et si est quidem « sacerdotalis ordinis qui transgressus est, eum « sacerdotio privari jubemus : sin autem laicus « vel monachus, segregari. »

Ὁ ματαιόφρων ἐκεῖνος καὶ βλάσφημος Πέτρος ὁ Κναφεὺς προσθήκην ἐν τῷ Τρισαγίῳ ὕμνῳ ἐποίησε, μετὰ τὸ ἐκφωνεῖσθαι τό· *Ἅγιος ἀθάνατος*, εἰπὼν ὀφείλειν λέγεσθαι τό· *Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, ἐλέησον ἡμᾶς*. Ἣν δὴ προσθήκην ἡ Ἐκκλησία οὐ παρεδέξατο, ὡς παρεισάγουσαν τέταρτον πρόσωπον, καὶ ἀνὰ μέρος τιθεῖσαν τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν τὴν τοῦ Πατρὸς ἐνυπόστατον δύναμιν, καὶ ἀνὰ μέρος τὸν ἐσταυρωμένον Χριστὸν, ὡς ἄλλον ὄντα παρὰ τὸν ἰσχυρὸν, ἢ ὡς παθητὴν τὴν Τριάδα δοξάζουσαν, καὶ συσταυροῦσαν τῷ Υἱῷ τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ ἐδογμάτισεν εὐσεβῶς τὸν Τρισάγιον ὕμνον χάριν τῆς Τριάδος λέγεσθαι· ὅπερ τι διὰ μὲν τῆς τρισσῆς ἁγιότητος τὰς τρεῖς τῆς ὑπερουσίου D θεότητος ὑποστάσεις τὰ ἅγια Σεραφὶμ ἡμῖν ὑπεμφαίνουσι· διὰ δὲ τῆς μιᾶς κυριότητος τὴν μίαν τῆς θεαρχικῆς Τριάδος οὐσίαν τε καὶ βασιλείαν γνωρίζουσι. Εὕρηται δὲ καὶ ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ (90) ὅτι λιτανεύοντος τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει

BALS. Stolidus ille et blasphemus Petrus Fullo in sanctissimo hymno fecit additamentum, dicens, postquam dictum esset, *Sanctus immortalis*, debere dici, *Qui crucifixus es pro nobis, miserere nostri*. Quod quidem additamentum Ecclesia non admisit, ut quod quartam personam inducat, et Dei Filium, Salvatoris scilicet consistentem facultatem, seorsum ponat, et Christum crucifixum tanquam alium a forti, et tanquam affectionibus subjectam Trinitatem glorificet, et Patrem una cum Filio crucifigat et Spiritum sanctum. Et decrevit quidem sanctissimum hymnum pie dici de sancta Trinitate, quod per trinam sanctitatem tres supersubstantialis Deitatis personas sancta nobis Seraphim ostendant : per unam vero dominationem unam divinæ Trinitatis substantiam regnumque significant. In ecclesiastica autem historia inventum est, cum populus Constantinopoli supplicaret, propter quasdam divinitus intentatas minas, quæ tempore Procli

Guill. Beveregii notæ.

(90) *Εὕρηται δὲ καὶ ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ*. Sane hæc historia de Trisagio a Theophane refertur, his verbis : Ἐπὶ τούτου τοῦ ἐν ἁγίοις Πρόκλου σεισμοὶ γεγόνασι μεγάλοι ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ τέσσαρας μῆνας, ὥστε φοβηθέντες οἱ Βυζάντιοι ἔφυγον ἔξω τῆς πόλεως ἐν τῷ λεγομένῳ Κάμπῳ· καὶ ἦσαν προσκαρτεροῦντες μετὰ τοῦ ἐπισκόπου ἐν ταῖς λιταῖς, κλαίοντες πρὸς τὸν Θεόν. Ἐν μιᾷ οὖν ἡμέρᾳ κυμαινομένης τῆς γῆς, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ κράζοντος τό· Κύριε, ἐλέησον, ἐκτενῶς, περὶ ὥραν τρίτην ἄφνω πάντων ὁρώντων, συνέβη ὑπὸ θείας δυνάμεως ἀρθῆναί τινα νεάνισκον εἰς τὸν ἀέρα, καὶ ἀκοῦσαι θείας φωνῆς παραινούσης αὐτὸν ἀναγγεῖλαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ λαῷ λιτανεύειν οὕτως· Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, μηδὲν ἕτερον προστεθέντας. Ὁ δὲ ἐν ἁγίοις Πρόκλος, τὴν τοιαύτην δεξάμενος τὴν ἀπόφασιν, ἐπέτρεψε τῷ λαῷ ψάλλειν οὕτως, καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ σεισμός, Theoph.

Digitized by Google

archiepiscopi fuere, ex populo raptum fuisse puerum, et sic ter sanctum hymnum ab angelica aliqua doctrina fuisse institutum, *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri*: et converso rursus puero, cum quod institutum erat renuntiasset, universam multitudinem hymnum cecinisse, et sic minas cessasse. Porro autem et in sancta et universali Chalcedon. synodo sic sanctissimum hymnum canendum esse traditum est. Sed cum ne sic quidem multorum eorumque blasphemorum improbitas ad orthodoxum decretum traducta esset, ut est verisimile, qui in hac synodo convenerant sancti Patres, iis quæ a sanctis Patribus qui Chalcedone convenerant de hoc sanctissimo hymno constituta erant, confirmatis, anathemati eos subjecerunt, qui post præsentem canonem Fullonis additamentum Trisagio adjungant. Et si est quidem sacerdotalis, inquit, ordinis, qui transgreditur, deponatur: sin autem laicus vel monachus, segregetur. Cum autem canon eos anathematizet, qui malum hoc additamentum susc**ipiunt**, et ex anathematizatione non solum fiant, qui anathematizantur, infames, sed omnis etiam generis exitium subeant, et ab omni in mundo conversatione alienentur, miror quomodo canon depositionis et segregationis una cum anathematismo meminit. Sed, ut est verisimile, hoc quoque episcopali discretioni ac prudentiæ relictum est, ut qui blasphemum quidem hoc additamentum admisit et facile convertitur, deponatur vel segregetur: qui autem non convertitur, sed blasphemis nugis adhæret, anathematizetur, et sic non solum sacerdotio vel ecclesiastica communione privetur, sed etiam exterminetur, ut non aliis quoque hæresim communicet.

252 ZONAR. Quidam affectionibus obnoxiam divinitatem existimantes, Trisagio hymno verba illa, Qui pro nobis crucifixus est addidere. Quod quidem ante hanc synodum alii quoque sancti Patres, ut adulterinum rectæque sententiæ minus consentaneum, repudiavere; et a quibusdam adhuc, ut credibile est, usurpatum, hujus synodi auctores ex Trisagio tollunt, quique id nihilominus adhibuerint, ac Trisagio quomodocunque adjunxerint, anathemate damnant. Atque hujus decreti violatores, sacratos quidem depositione; monachos vero aut laicos segregationis pœna teneri jubent

A λαοῦ διά τινα θεῖλατον ἀπειλὴν ἐπὶ Πρόκλου ἀρχιεπισκόπου γεγενημένην ἁφαρπαγῆναι παιδίον ἐκ τοῦ λαοῦ, καὶ οὕτω μυηθῆναι ὑπ' ἀγγελικῆς τινος διδασκαλίας τὸν Τρισάγιον ὕμνον· Ἅγιος ὁ Θεός, *ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς*. Καὶ αὖθις ἐπιστραφέντος τοῦ παιδίου, καὶ τὸ μυηθὲν ἀπαγγείλαντος, ἅσαι τὸν ὕμνον ἅπαν τὸ πλῆθος, καὶ οὕτω κοπάσαι τὴν ἀπειλήν. Καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ δὲ καὶ οἰκουμενικῇ τετάρτῃ συνόδῳ τῇ ἐν Χαλκηδόνι οὕτως ὑμνεῖσθαι ὁ Τρισάγιος ὕμνος παραδέδοται. Ἀλλὰ τῆς τῶν πολλῶν καὶ βλασφημάτων κακίας μηδὲ διὰ τούτων πρὸς τὸ ὀρθόδοξον δόγμα μεταριθμηθείσης, ὡς ἔοικεν, οἱ κατὰ ταύτην συνελθόντες τὴν σύναδον ἅγιοι Πατέρες, ἐπικυρώσαντες τὰ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Χαλκηδόνι σύνελθόντων περὶ τοῦ B Τρισαγίου ὕμνου θεσμοθετηθέντα, ἀναθέματι καθυπέβαλλον τοὺς μετὰ τὸν παρόντα κανόνα τὴν προσθήκην τοῦ Κναφέως τῷ Τρισαγίῳ συνάπτοντας· καὶ εἰ μὲν ἱερατικός ἐστι, φασὶν, ὁ παραβαίνων, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μοναχὸς, ἀφορίζέσθω. Τοῦ δὲ κανόνος ἀναθεματίζοντος τοὺς τὴν κακόδοξον ταύτην προσθήκην παραδεχομένους, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀναθεματισμοῦ μὴ μόνον ἀτίμων γινομένων τῶν ἀναθεματιζομένων, ἀλλὰ καὶ παντελῆ ἀπώλειαν ὑφισταμένων, καὶ πάσης τῆς ἐν κόσμῳ διαγωγῆς ἀπαλλοτριουμένων, θαυμάζω πῶς ὁ κανὼν σὺν τῷ ἀναθεματισμῷ καθαιρέσεως ἐμνήσθη καὶ ἀφορισμοῦ. Ἀλλ', ὡς ἔοικε, τὰ περὶ τούτου εἰς τὴν ἐπισκοπικὴν διάκρισιν ἀνήρτησεν, ἐφ' ᾧ τὸν μὲν παραδεξάμενον C τὴν βλάσφημον ταύτην προσθήκην καὶ ῥᾳδίως μετατιθέμενον καθαιρεῖσθαι, ἢ ἀφορίζεσθαι· τὸν δὲ μὴ μετατιθέμενον, ἀλλ' ἐκ τῆς βλασφήμου φλυαρίας ἐξεχόμενον ἀναθεματίζεσθαι, καὶ οὕτω μὴ μόνον τῆς ἱερωσύνης ἢ τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας ἀπογυμνοῦσθαι, ἀλλὰ καὶ περιορίζεσθαι, ἐφ' ᾧ μὴ μεταδοῦναι τῆς αἱρέσεως καὶ ἄλλοις.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ τῇ θεότητι πάθος προσαρμόζοντες προσέθεντο τῷ Τρισαγίῳ τὴν προσθήκην ταύτην, τὸ, Ὁ σταυρωθεὶς δ' ἡμᾶς. Ὅπερ καὶ πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ὑφ' ἑτέρων ἁγίων Πατέρων, ὡς νόθον καὶ τῆς ὀρθῆς δόξης ἀλλότριον, ἀπεβλήθη, καὶ ἔστι δὲ παρά τινων, ὡς ἔοικε, λεγόμενον οἱ τῆς συνόδου ταύτης τοῦ Τρισαγίου αὐτὸ ἐξορίζουσιν, ἀναθέματι καταδικάζοντες τοὺς ἔτι αὐτὸ παραδεχομένους, καὶ D τῷ Τρισαγίῳ ὁπωσδήποτε συνάπτοντας. Καὶ καθαιροῦσι μὲν τοὺς ἱερατικοὺς παραβαίνοντας τὰ ὁρισθέντα, τοὺς δὲ μοναχοὺς ἢ λαϊκοὺς ἀφορίζουσιν.

Guill. Beveregii notæ.

in Chronico. Idem etiam ab ecclesiasticis historiis traditum observat Damascenus: Φασὶ μὲν οὖν καὶ οἱ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν συντάξαντες, ὅτι λιτανεύοντος τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει λαοῦ, διά τινα θεῖλατον ἀπειλὴν ἐπὶ Πρόκλου τοῦ ἀρχιεπισκόπου γεγενημένην, συνέβη ἁρπαγῆναι παιδίον ἐκ τοῦ λαοῦ, καὶ οὕτω μυηθῆναι ὑπ' ἀγγελικῆς τινος διδασκαλίας τὸν Τρισάγιον ὕμνον, Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς· καὶ αὖθις ἐπιστραφέντος του παιδίου, καὶ τὸ μυηθὲν ἀπαγγείλαντος, ἅσαι τὸν ὕμνον ἅπαν τὸ πλῆθος, καὶ οὕτω κοπάσαι τὴν ἀπειλήν. Damasc. *De orthod. fide* l. III, cap. 10. Quinetiam Goffridus Viterbiensis, Cedrenus, Codinus, Marianus Scotus, Landulphus Sagax, aliique hanc historiam tradiderunt. Quibus etiam adjungatur Aristenus in præsentem canonem: qui tamen dicit puerum audiisse ista verba, Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, Trisagio non addenda esse, eo nimirum quod in hymno, quem puer audiisse dicitur, ista verba non inserta erant.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤ. « Τῷ τρισαγίῳ ὕμνῳ ὁ συνάπτων τὸ, Ὁ σταυρωθείς, ἑτερόδοξος.

Λέγεται, ὡς ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ ἤρθη παιδίον ἐν τῇ τοῦ κάμπου λιτῇ, καὶ ἐπὶ πολλὰς ὥρας μετέωρον γέγονε, καὶ ἤκουσε θείας φωνῆς, μὴ προστιθέναι ἐν τῷ Τρισαγίῳ τό· *Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*, ὡς ὁ παράφρων Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ἐληρώδει (91). Εἴ τις οὖν τὴν τοιαύτην φωνὴν τῷ Τρισαγίῳ ὕμνῳ συνάψει, ὡς ἑτερόδοξος ἀναθεματισθήσεται. Εὑρήσεις δὲ καὶ ἐν τῷ Δαμασκηνῷ νγ' κεφάλαιον διαλαμβάνον πλατύτερον περὶ τοῦ Τρισαγίου, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ἤρθη τὸ παιδίον.

ARIST. « Qui hymno Trisagio, illud, Qui crucifixus, adjungit, heterodoxus censetur.

Dicitur, quod sub Theodosii Junioris imperio puer in campi precibus sublatus est, et per multas horas in sublimi suspensus; et audivit vocem divinam, ne hoc, *Qui pro nobis crucifixus*, in Trisagio adderetur, ut vesanus Paulus Samosatenus delire effutiebat. Si quis itaque talem vocem hymno Trisagio adjunxerit, ut heterodoxus anathemate percutiatur. Invenies autem in Damasceno cap. 54 de Trisagio plenius tractans; et propter quam causam puer in sublimi attollebatur.

ΚΑΝΩΝ ΠΒ'.

« Ἔν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων γραφαῖς ἀμνὸς δακτύλῳ τοῦ Προδρόμου δεικνύμενος ἐγχαράττεται, ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος τὸν ἀληθινὸν ἡμῖν διὰ νόμου προϋποφαίνων ἀμνὸν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν. Τοὺς οὖν παλαιοὺς τύπους καὶ τὰς σκιάς, ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολά τε καὶ προχαράγματα, τῇ Ἐκκλησίᾳ παραδεδομένους κατασπαζόμενοι, τὴν χάριν προτιμῶμεν καὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς πλήρωμα νόμου ταύτην ὑποδεξάμενοι. Ὡς ἂν οὖν τὸ τέλειον κἂν ταῖς χρωματουργίαις ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσιν ὑπογράφηται, τὸν τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν κόσμου, ἀμνοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα καὶ ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀντὶ τοῦ νῦν, ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἀμνοῦ, ἀναστηλοῦσθαι ὁρίζομεν, δι' αὐτοῦ τὸ τῆς ταπεινώσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου κατανοοῦντες, καὶ πρὸς μνήμην τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας, τοῦ τε πάθους αὐτοῦ καὶ τοῦ σωτηρίου θανάτου χειραγωγούμενοι, καὶ τῆς ἐντεῦθεν γενομένης τῷ κόσμῳ ἀπολυτρώσεως.

CANON LXXXII.

« Inter nonnullas venerabilium imaginum picturas, « agnus, qui digito Præcursoris monstratur, « depingitur, qui ad gratiæ figuram assumptus « est, verum nobis Agnum per legem Christum « Deum nostrum præmonstrans. Antiquas ergo « figuras et umbras, ut veritatis signa et charac- « cteres, Ecclesiæ traditas amplectentes, gratiam « et veritatem præponamus, eam ut legis imple- « tionem suscipientes. Ut ergo quod perfectum « est, saltem coloribus effigiatum, omnium ocu- « lis subjiciatur, Agni ejus, qui tollit peccatum « mundi, Christi Dei nostri, instar hominis cha- « racterem, etiam in imaginibus deinceps pro « veteri agno statui jubemus, ut per ipsum « Verbi Dei humiliationem mente comprehen- « dentes, ad memoriam quoque ejus in carne « conversationis, ejusque passionis et salutaris « mortis manu ducamur, ejusque quæ ex eo fa- « cta est mundo redemptionis. »

ΒΑΛΣ. Ὅτε τὴν κατὰ τῶν πρωτοτόκων Αἰγυπτίων ἀπειλὴν διελάλησε κατὰ κέλευσιν τοῦ Θεοῦ ὁ Μωϋσῆς, ἐνετείλατο τοῖς Ἑβραίοις σφαγιάσαι ἀμνὸν, καὶ τῷ αἵματι τούτου χρισθῆναι τὰς Ἰουδαϊκὰς φλιάς, ὡς ἂν ἄβατοι ὦσι τῷ τῶν πρωτοτόκων ὀλοθρευτῇ· Προετύπου οὖν ὁ τοιοῦτος ἀμνὸς τὸν Κύριον. Ὅθεν καὶ ὁ μέγας ἐν προφήταις καὶ ἰσάγγελος πρόδρομος ἰδὼν τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν, εἶπεν. Ἰδοὺ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Τινὲς οὖν, ἐν ἁγίαις εἰκόσι τὸν ἅγιον Πρόδρομον ἀναστηλοῦντες, ἀμνὸν ἀντικρὺ αὐτοῦ ἀνεχάραττον ὑπὸ τοῦ Προδρόμου δακτυλοδεικτούμενον (92) Τοῦτο τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος ἀποτρέπουσα, ὥρισεν, ὡς ἐπεὶ ὁ ἀμνὸς εἰς τύπον τῆς ἀληθείας παρελήφθη, αἱ σκιαὶ δὲ καὶ οἱ τύποι καὶ τὰ σύμβολα παρῆλθαν, ὡς τῆς ἀληθείας παῤῥησιασθείσης· κατασπαζόμεθα

BALS. Quomodo adversus Ægyptiorum primogenita Moses jussu Dei elocutus est, jussit ab Hebræis agnum interfici, et ejus sanguine Judæorum limina inungi: ut a primogenitorum destructore ad eos adiri non posset. Hic ergo agnus præfigurabat Dominum. Unde etiam magnus propheta angelisque æqualis Præcursor, cum Dominum et Deum nostrum Jesum Christum vidisset, dixit: Ecce Agnus Dei, Filius Patris, qui tollit peccatum mundi [91]. Quidam ergo in sacris imaginibus sanctum Præcursorem describentes, e regione ejus agnum imprimebant, qui a Præcursoris digito monstrabatur. Hoc ergo sancta synodus prohibens, statuit quod, quoniam agnus in typum veritatis acceptus est, umbræ autem et signa et typi præterierunt, utpote cum veritas exhibeatur, typos quoque et umbras, ut signa veritatis, amplectimur; sed veritatem

[91] Joan. I, 29.

Guill. Beveregii notæ.

(91) *Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ἐληρώδει.* Aristenus hic Paulum cum Petro confundere videtur. Neque enim Paulus Samosatenus, sed Petrus Fullo, sic delirasse perhibetur.

(92) *Δακτυλοδεικτούμενον.* Codex Amerbachianus et Ætoniensis rectius legunt δακτυλοδεχτούμενον.

Digitized by Google

præponimus. Et ideo typum quidem cæsare statuerunt; pro agno autem in sanctis imaginibus ipsum Dominum et Deum nostrum Jesum Christum humana forma describi. Si hæc autem ita se habeant, eos male facere arbitror, qui in ecclesia columbas emittunt pro sancti Spiritus adventu : et qui pro illa stella, quæ novo modo apparuerat et erat admirabilis, cereos accendunt : et qui ineffabilem et salutarem Domini et Dei et Servatoris nostri Jesu Christi generationem puero et thoro strato exprimunt, et quæ sunt supra rationem et mentis cogitationem humanis studiis describunt.

A μὲν καὶ τοὺς τύπους καὶ τὰς σκιὰς ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολα, προτιμώμεθα δὲ τὴν ἀλήθειαν. Διὸ καὶ ὥρισαν τὰ μὲν τοῦ τύπου σχολάσαι· ἀντὶ δὲ ἀμνοῦ ἐν ταῖς ἁγίαις εἰκόσιν ἀναστηλοῦσθαι αὐτὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν, κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχουσι, νομίζω ὅτι κακῶς ποιοῦσιν οἱ ἐπ' ἐκκλησίας περιστερὰς ἀπολύοντες ἀντὶ Πνεύματος ἁγίου ἐπιδημίας, καὶ ἀντὶ τοῦ ἀστέρος ἐκείνου τοῦ ὑπερφυοῦς καὶ καινοφανοῦς κηρὸν ἀνάπτοντες· καὶ τὴν ἀπόῤῥητον καὶ σωτήριον ἐν σπηλαίῳ γέννησιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ παιδὸς καὶ στρωμνῆς ὑποτυποῦντες, καὶ τὰ ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν ἀνθρωπίνοις ἐπιτηδεύμασι διαγράφοντες.

253 ZONAR. Qui ab Hebræis agnus Mose præcipiente immolatus est, cujus sanguine consignata domorum limina primogenitorum interfectori inaccessa fuere, in Christi Jesu Domini nostri typum ac imaginem referebat. Quapropter et Baptista, cum Christum populo indicaret, Ecce, inquit, Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Proinde in imaginibus quoque agnus, cum Præcursore illum intento digito monstrante, effingebatur. Quod quidem hæc synodus fieri vetat, figuras dicens, et umbras, ut signa veritatis indiciaque, veneramur; sed gratiam et veritatem longe pluris facienda esse judicamus : ac ne in posterum is, qui peccatum mundi tollit, agni specie in imaginibus pingatur, sed humano habitu ac figura exprimatur, decernimus; ut hinc, quæ nostra causa Verbi Dei abjectio demissionisque immensitas fuerit, intelligamus, ejusque in carne conversationis, et passionis ac mortis quoque salutaris, et quæcunque demum in nos contulit, beneficiorum, memoriam perpetuo conservemus.

B ΖΩΝΑΡ. Ὁ τοῖς Ἑβραίοις παρὰ Μωσέως ἐνταλθεὶς σφαγιασθῆναι ἀμνός, οὗ τῷ αἵματι αἱ φλιαὶ τῶν οἴκων αὐτῶν χρισθεῖσαι ἄβατοι τῷ τῶν πρωτοτόκων ἦσαν ὀλοθρευτῇ, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν προετύπου καὶ προεικόνιζεν. Ὅθεν καὶ ὁ Βαπτιστὴς δεικνύων τοῖς λαοῖς τὸν Χριστὸν, Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ἔφη, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Ἐγράφετο οὖν ἐν εἰκόσιν ἀμνὸς, καὶ ὁ Πρόδρομος τῷ δακτύλῳ δεικνύων αὐτόν. Τοῦτο δὲ μὴ γίνεσθαι ἡ σύνοδος αὕτη θεσμοθετεῖ, λέγουσα ὅτι τοὺς μὲν τύπους καὶ τὰς σκιὰς τιμῶμεν ὡς σύμβολα τῆς ἀληθείας καὶ προχαράγματα, προτιμῶμεν δὲ τὴν χάριν καὶ τὴν ἀλήθειαν (93)· καὶ ὁρίζομεν μηκέτι ἐν εἴδει ἀμνοῦ γράφεσθαι τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀλλὰ κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα ἀναστηλοῦσθαι αὐτὸν ἐν εἰκόσιν· ἵν' οὕτω κατανοῶμεν τὴν συγκατάβασιν τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ τὸ τῆς αὐτοῦ ταπεινώσεως ἄμετρον, καὶ μνημονεύωμεν τῆς ἐν σαρκὶ ἀναστροφῆς αὐτοῦ, καὶ τοῦ πάθους καὶ τοῦ σωτηρίου θανάτου, καὶ ὅσων εὐεργεσιῶν ἐτύχομεν δι' αὐτοῦ.

C

ARIST. « Non depinges agnum in typum Christi : « sed illum ipsum. »

Agnus in veri Christi Dei nostri typum assumptus fuit. Et non oportet typum veritati præponere, et agnum in venerabilibus imaginibus Præcursoris digito monstratum depingere : sed ipsum Christum et Deum nostrum etiam coloribus delineatum forma humana exprimere.

ΑΡΙΣΤ. « Οὐ χαράξεις ἀμνὸν εἰς τύπον Χριστοῦ, « ἀλλ' ἐκεῖνον αὐτόν. »

Ὁ ἀμνὸς εἰς τύπον παρελήφθη τοῦ ἀληθινοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Καὶ οὐ χρὴ τὸν τύπον προτιμᾶσθαι τῆς ἀληθείας, καὶ ἀμνὸν ἐν ταῖς σεπταῖς εἰκόσιν ἐγγράφειν, τῷ δακτύλῳ τοῦ Προδρόμου δεικνύμενον· ἀλλ' αὐτὸν τὸν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν, καὶ ἐν ταῖς χρωματουργίαις κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἐγχαράττειν.

D

CANON LXXXIII.

« Nemo mortuorum corporibus Eucharistiam com-
« municet. Scriptum est enim, *Accipite, comedite* [22]. Mortuorum autem corpora nec accipere possunt, nec comedere. »

BALS. Dominus et Deus noster Jesus Christus, cum una cum suis discipulis cœnans eis panem impertiisset, dixit : *Accipe, comedite; hoc est*

ΚΑΝΩΝ ΠΓ'.

« Μηδεὶς τοῖς σώμασι τῶν τελευτησάντων τῆς εὐχα-
« ριστίας μεταδιδότω. Γέγραπται γάρ· *Λάβετε, φάγετε*· τὰ δὲ τῶν νεκρῶν σώματα οὐδὲ λαβεῖν « δύνανται, οὐδὲ φαγεῖν. »

ΒΑΛΣ. Ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, δειπνήσας μετὰ τῶν οἰκείων μαθητῶν, καὶ τοῦ ἄρτου τούτοις μεταδιδοὺς, *Λάβετε, φάγετε*, ἔφησε· τοῦτό

[22] Matth. xxvi, 26.

Guill. Beveregii notæ.

(93) *Τὴν χάριν καὶ τὴν ἀλήθειαν.* In Henrici II. et Gallandi J. C. codicibus locus hic sic legitur· Προτιμῶμεν δὲ τὴν χάριν καὶ τὴν ἀλήθειαν, ἤγουν αὐτὰ τὰ πράγματα, τὰ διὰ τῶν συμβόλων τυπούμενα καὶ δηλούμενα, *Sed gratiam et veritatem, hoc est, res ipsas, quæ signis exprimuntur et declarantur, longe pluris facienda esse judicamus.* Sed in codice Amerbachiano lectus est, ut a nobis editus.

Digitized by Google

ἐστι τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· καθὼς τοῦτο ἐν Εὐαγγελίοις γέγραπται. Εἰθίστο γοῦν πρὸ τῆς συνόδου ταύτης παρά τισι μεταδιδόναι τῶν θείων ἁγιασμάτων (ταῦτα γὰρ Εὐχαριστίαν οἱ Πατέρες ὠνόμασαν) σώμασι νεκροῖς. Τοῦτο οὖν κωλύοντες οἱ Πατέρες, διωρίσαντο μηκέτι τοιοῦτόν τι γίνεσθαι. Ὅτι, φασὶ, γέγραπται· *Λάβετε, φάγετε*· τὰ δὲ σώματα τῶν νεκρῶν οὔτε λαβεῖν οὔτε φαγεῖν δύνανται. Ἀνάγνωσον καὶ τὸν ιη' κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου. Τὸ μέντοι χειρίζεσθαι τοῖς ἀρχιερεῦσι μετὰ τελευτὴν ἅγιον ἄρτον, καὶ οὕτως ἐνταφιάζεσθαι, νομίζω γίνεσθαι εἰς ἀποτροπὴν τῶν δαιμονίων, καὶ ἵνα δι' αὐτοῦ ἐφοδιάζηται πρὸς οὐρανὸν ὁ τοῦ μεγάλου καὶ ἀποστολικοῦ καταξιωθεὶς ἐπαγγέλματος.

A *corpus meum, quod pro vobis frangitur pro remissionem peccatorum*, sicut hoc scriptum est in Evangeliis. Ante hanc ergo synodum mos erat nonnullis divina sacramenta (ea enim Patres Eucharistiam nominavere) corporibus mortuis impertire. Patres ergo hoc fieri prohibentes, tale quid non amplius faciendum decreverunt. Quoniam, inquiunt, scriptum est, *Accipite, comedite* : mortuorum autem corpora non possunt accipere nec comedere. Lege et 18 can. Carth. syn. Quod autem sanctus panis antistitibus post mortem tradatur, et sic sepeliantur, existimo hoc fieri ad avertendos dæmonas, et ut per ipsum, tanquam viaticum, deducatur ad cœlum, qui magna et apostolica professione dignus est habitus.

ΖΩΝΑΡ. Ἔθος ἦν παλαιὸν μεταδίδοσθαι τοῖς νεκροῖς σώμασι τῶν τελευτησάντων τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου. Τοῦτο γὰρ ὠνόμασται Εὐχαριστία, ὅτι εὐχαριστεῖν ἡμᾶς χρὴ μεταλαμβάνοντας τούτων, ὡς ἀξιωθέντας τοιούτων δωρεῶν. Τοῦτο τοίνυν γίνεσθαι ὁ κανὼν ἀπηγόρευσε, καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει λέγων ὅτι ὁ Κύριος διανέμων τὸν ἄρτον τοῖς μαθηταῖς, *Λάβετε, φάγετε*, εἶπε· τὰ δὲ νεκρωθέντα σώματα οὔτε λαβεῖν οὔτε φαγεῖν δύναται. Καὶ ὁ ὀκτωκαιδέκατος κανὼν τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ἀπηγόρευσε τὸ τῆς Εὐχαριστίας μεταδίδοσθαι τοῖς νεκροῖς.

B ZONAR. Antiquæ consuetudinis fuit corpus et sanguinem Domini mortuorum corporibus impertiri. Illa siquidem Eucharistiæ nomine intelliguntur, quod ea dum percipimus, sit a nobis, qui ejusmodi muneribus digni habiti simus, gratiarum actio adhibenda. Id igitur hic canon fieri vetuit, ejusque rei rationem hanc subdit, quod panem Dominus in discipulos dividens, *Accipite*, ait, *et comedite* : mortuis autem cadaveribus neque accipere neque comedere datum est. Carthaginensis quoque synodi decimo octavo canone, jam olim ante hanc synodum, Eucharistiam vita functis præbere ne liceat interdictum est.

ΑΡΙΣΤ. « Σώματι νεκρῷ οὐ μεταδοτέον τῶν ἁγιασμάτων. »

ARIST. « Corpori mortuo sacramenta non sunt communicanda. »

C

Ἐπειδὴ γέγραπται· *Λάβετε, φάγετε*· τὰ δὲ τῶν νεκρῶν σώματα οὔτε λαβεῖν οὔτε φαγεῖν δύνανται· οὐδεὶς μεταδώσει τοῖς τελευτήσασι τῶν θείων καὶ ἁχράντων ἁγιασμάτων.

Quoniam scriptum est : *Accipite, edite;* ac mortuorum **254** corporum nec accipere possunt, nec comedere : nemo mortuis divina sacramenta communicabit.

ΚΑΝΩΝ ΠΔ'.

« Τοῖς κανονικοῖς τῶν Πατέρων θεσμοῖς (94) κατ-
« ακολουθοῦντες, ὁρίζομεν καὶ περὶ τῶν νηπίων,
« ὁσάκις μὴ εὑρίσκωνται βέβαιοι μάρτυρες, οἱ
« ταῦτα ἀναμφιβόλως βαπτισθέντα εἶναι λέγοντες,
« καὶ οὐδὲ ταῦτα (95) διὰ τὴν κεῖραν περὶ τῆς
« παραδοθείσης αὐτοῖς μυσταγωγίας ἀποκρίνα-
« σθαι ἐπιτηδείως ἔχουσι, χωρίς τινος προσκόμ-
« ματος ὀφείλειν ταῦτα βαπτίζεσθαι· μήποτε ὁ
« τοιοῦτος δισταγμὸς ἀποστερήσῃ αὐτὰ τῆς τοιαύ-
« της τοῦ ἁγιασμοῦ καθάρσεως. »

CANON LXXXIV.

« Canonicas Patrum leges sequentes, de infantibus
« quoque decernimus, quoties non inveniuntur
« firmi testes, qui eos indubie baptizatos esse
« dicant, nec ipsi propter ætatem de sibi tradito
« mysterio apte respondere possint, debere sine
« ulla offensione baptizari : ne forte ejusmodi
« dubitatio eos tali sanctitatis puritate privet. »

D

ΒΑΛΣ. Οἱ ἐν Καρθαγένῃ συνελθόντες Πατέρες, ὧν ὁ παρὼν κανὼν μέμνηται, ἓν βάπτισμα ὁμολογοῦντες κατὰ τὴν τοῦ ἁγίου συμβόλου περίληψιν, ὥρισαν ἐν κανόνι οβ' τοὺς ἐν νηπιότητι λεγομένους βαπτισθῆναι, εἴτε καὶ μὴ βαπτίζεσθαι, ἐὰν μὴ ὦσι

BALS. Patres qui Carthagine convenerant, quorum præsens canon meminit, unum baptismum confitentes ex sancti symboli comprehensione, can. 72 statuerunt, ut qui in infantia dicuntur esse baptizati sive non, si non sint firmi testes, qui eos

Guill. Beveregii notæ.

(94) *Τοῖς κανονικοῖς τῶν Πατέρων θεσμοῖς.* Hoc, nimirum ut infantes, de quibus dubitatur, an baptizati fuerint, ab Ecclesia Catholica baptizentur, a Patribus Africanis ante decretum fuit, syn. Carthaginensis canone 75, cujus ipsa etiam verba hic repetuntur : ut indubium sit eos esse Patres, qui hic commemorantur. Idem postea a Gregorio IX, in Decretalibus constitutum est, *De quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizentur his verbis præmissis, Si baptizatus es non te baptizo; sed si non baptizatus es, ergo te baptizo, etc.* Decret. Greg. l. III, tit. 42, c. 2.

(95) *Λέγοντες καὶ οὐδὲ ταῦτα.* In codice Amerbachiano legitur, λέγοντες οὐδὲ αὐτά. In syn. Carth. can. 75, unde hic transcribitur, λέγοντες καὶ οὐδὲ αὐτά. In editione Parisiensi λέγονται scribitur.

Digitized by Google

esse baptizatos plene et integre probent, baptizentur. His ergo consequenter Patres in præsenti canone ea ipsa statuerunt, quæ et qui Carthagine convenerunt jusserant : ut ii scilicet baptizarentur, de quibus dubitabatur, an baptizati essent, si nec illi ipsi probare possint se fuisse baptizatos, eo quod nesciant quid sibi in infantia factum sit (nam κεῖρα est ætas imperfecta), nec testes adducunt, qui probent eos fuisse baptizatos. Est enim timendum, ne propter dubitationem infantes sacro baptismate et regno cœlorum, quod per id datur, priventur, pront est vox Domini dicentis, *Nisi quis per aquam et Spiritum renatus fuerit, non intrabit in regnum cœlorum* [23]. Hæc autem constituta sunt, quoniam non permittebant aliqui, ut tales propter dubitationem baptizarentur : ne eos, qui antea baptizati fuerant, rebaptizare viderentur. De ea re autem sæpe synodice controversia exorta est. Cum enim infantes ex Christianorum regione a Scythis et Agarenis bello capti essent, et Romanis divenditi, dubitatum est, an oporteat venundatos baptizari. Dicebant enim nonnulli, quoniam ex Christiana regione capti sunt, præsumptio est eos fuisse in regione baptizatos in infantia, nec rebaptizandos. Placuit vero potius baptizandos esse, eo quod hi nesciant, an in infantia baptizati fuerint, nec ulli inveniantur qui baptismum affirment. De iis autem, qui ex infidelium regione capiuntur, eos esse baptizandos indistincte statutum est : nisi testes profiteantur eos post captivitatem fuisse baptizatos. Tempore autem sanctissimi patriarchæ domini Lucæ synodice adfuerunt Agareni, et cum ab eis postularetur ut baptizarentur, dixerunt, quod in suis regionibus antea baptizati fuerant. Et interrogati quomodo responderunt, esse consuetudinem ut omnes Agarenorum infantes ab orthodoxis sacerdotibus baptizarentur : non tamen admissi fuerunt. Audierant enim, quod baptismus, quem infideles a Christianis petunt, non bona affectione et orthodoxo proposito petitur ; sed propter corporalem medicinam. Persuasum est enim Agarenis, fore ut sui liberi a dæmone vexentur, et tanquam canes male oleant, nisi baptismum Christianum assequantur. Quamobrem, non ut omnium animæ sordidum mundatorem, divinæque lucis et sanctificationis præbitorem, baptismum postulant ; sed tanquam veneficium et incantationem. Quidam autem eorum dicebant se matres habere orthodoxas, seque earum cura fuisse ab orthodoxis baptizatos : sed nec ii exauditi sunt, quoniam testes non adducebant, qui hoc ipsum pro testimonio dicerent ; imo potius condemnati sunt, quod non bonam de

μάρτυρες βέβαιοι πληροφοροῦντες αὐτοὺς βαπτισθῆναι. Ἀκολούθως οὖν τούτοις ἐθεσμοθέτησαν οἱ Πατέρες ἐν τῷ παρόντι κανόνι αὐτὰ ἐκεῖνα, ὅσα καὶ οἱ ἐν Καρθαγένῃ συνελθόντες παρεκελεύσαντο· δηλονότι βαπτίζεσθαι τοὺς ἀμφιβαλλομένους βαπτισθῆναι, εἰ μήτε αὐτοὶ ἐκεῖνοι (96) δύνανται πληροφορῆσαι τὸ βαπτισθῆναι, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τί γέγονεν εἰς τούτους ἐν νηπιότητι (κεῖρα γάρ ἐστιν ἡ ἀτελὴς ἡλικία) μηδὲ μάρτυρες παράγονται πληροφοροῦντες τὸ βαπτισθῆναι αὐτούς. Δέος γάρ ἐστι μήποτε διὰ τὸν διασταγμὸν ἀποστερηθῶσι τὰ νήπια τοῦ θείου βαπτίσματος, καὶ τῆς διὰ τοῦτο διδομένης βασιλείας τῶν οὐρανῶν, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν (97) τὴν λέγουσαν· *Εἰ μή τις γεννηθῇ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*. Ταῦτα δὲ νενομοθέτηται, ὅτι τινὲς οὐ παρεχώρουν διὰ τὴν ἀμφιβολίαν βαπτίζεσθαι τοὺς τοιούτους, ἵνα μὴ δόξωσιν ἀναβαπτίζειν τοὺς προβαπτισθέντας. Περὶ δὲ τούτου πολλάκις ἀμφισβήτησις γέγονε συνοδικῶς. Νηπίων γὰρ ἀπὸ Χριστιανικῆς χώρας αἰχμαλωτισθέντων παρὰ Σκυθῶν καὶ Ἀγαρηνῶν, καὶ διαπραθέντων πρὸς Ῥωμαίους, ἀμφιβολία γέγονεν, εἰ χρὴ τοὺς πωληθέντας βαπτισθῆναι. Ἔλεγον γάρ τινες ὡς, ἐπεὶ ἀπὸ Χριστιανικῆς χώρας ἠχμαλωτίσθησαν, πρόληψίς ἐστι βαπτισθῆναι κατὰ χώραν ἐν νηπιότητι, καὶ οὐ χρὴ αὖθις ἀναβαπτισθῆναι. Ἤρεσε δὲ μᾶλλον ὀφείλειν βαπτισθῆναι, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τούτους εἰ ἐν νηπιότητι ἐβαπτίσθησαν, μήτε τινὰς εὑρίσκεσθαι διαβεβαιουμένους τὸ βάπτισμα. Περὶ δὲ τῶν ἀπὸ χώρας ἀπίστων αἰχμαλωτιζομένων ὡρίσθη ἀδιαστίκτως αὐτοὺς βαπτίζεσθαι· εἰ μὴ μάρτυρες ὁμολογοῦσι βαπτισθῆναι τούτους μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν. Ἐπὶ δὲ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ παρέστησαν Ἀγαρηνοὶ συνοδικῶς, καὶ ἀπαιτούμενοι βαπτισθῆναι, εἶπον ὡς ἔφθασαν εἰς τὰς χώρας αὐτῶν βαπτισθῆναι. Καὶ ἐρωτώμενοι ὅπως, ἀπελογήσαντο ὅτι συνήθειά ἐστι πάντα τὰ νήπια τῶν Ἀγαρηνῶν βαπτίζεσθαι παρὰ ὀρθοδόξων ἱερέων· ἀλλ' οὐ παρεδέχθησαν. Ἤκουσαν γὰρ ὡς τὸ παρὰ τῶν ἀπίστων ζητούμενον ἀπὸ τῶν Χριστιανῶν βάπτισμα οὐ κατὰ διάθεσιν ἀγαθὴν καὶ προαίρεσιν ὀρθόδοξον ζητεῖται, ἀλλὰ διὰ θεραπείαν σωματικήν. Δέδοκται γὰρ παρὰ τοῖς Ἀγαρηνοῖς τὰ τέκνα τούτων δαιμονᾷν καὶ κατὰ κύνας ὄζειν, εἰ μὴ βαπτίσματος τύχωσι Χριστιανικοῦ. Κἀντεῦθεν οὐχ ὡς καθαρτήριον παντὸς ῥύπους ψυχικοῦ, καὶ φωτὸς θείου καὶ ἁγιασμοῦ πάροχον ἀνακαλοῦνται τὸ βάπτισμα, ἀλλ' ὡς φαρμακείαν ἢ ἐπῳδήν. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν εἶπον μητέρας ἔχειν ὀρθοδόξους, καὶ ἀπὸ σπουδῆς τούτων βαπτισθῆναι αὐτοὺς παρὰ ὀρθοδόξων, ἀλλ' οὐδὲ οὗτοι εἰσηκούσθησαν, ὅτι οὐ παρέστησαν μάρτυρες τοῦτο αὐτὸ μαρτυροῦντες· μᾶλλον μὲν

[23] Joan. III, 3.

Guill. Beveregii notæ.

(96) *Εἰ μήτε αὐτοὶ ἐκεῖνοι*. Hæc verba usque ad βαπτισθῆναι in ms. Bodleiano desiderantur, sed in aliis omnibus leguntur, et sensui necessaria sunt ; ac proin ea retinuimus.

(97) *Κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν*. Etiam hæc usque ad τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν inclusive in ms. Bodleiano non leguntur : sed nihilominus ea, quia in aliis codicibus lecta, omittere noluimus, ne locus mutilus videretur.

Digitized by Google

οὖν καὶ κατεγνώσθησαν, ὡς μὴ ἀγαθὴν πρόληψιν διδόντες καθ' ἑαυτῶν, εἰς τὸ μὴ προσέρχεσθαι τῇ πίστει ὀρθῶς. Διὸ καὶ ἐξεχωρήθη πάντας τούτους βαπτισθῆναι.

ΖΩΝΑΡ. Ἓν βάπτισμα ὁμολογεῖν ὑπὸ τοῦ θείου συμβόλου τῆς πίστεώς δεδιδάγμεθα. Ὅτι δὲ ὁ Κύριος ἔφη· *Εἰ μή τις γεννηθῇ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*, διὰ τοῦτο ἔδοξε τοῖς ἱεροῖς Πατράσι παλαιοτέρων Πατέρων ἐξακολουθοῦσι θεσμοῖς, εἰ ἀμφίβολόν ἐστι τὸ βαπτισθῆναί τινας, ἐκείνων μὲν μὴ εἰδότων εἰ ἐβαπτίσθησαν διὰ νηπιότητα καὶ τὸ λίαν ἀτελὲς τῆς ἡλικίας αὐτῶν (ἡλικία γὰρ ἡ χεὶρ ἑρμηνεύεται) καὶ οὐδέ τινες εὑρίσκονται εἰδότες καὶ μαρτυροῦντες ὅτι ἐβαπτίσθησαν, βαπτίζεσθαι αὐτοὺς χωρὶς τινος προσκόμματος, ἀντὶ τοῦ μή τινος ἐμποδίου ὄντος διὰ τὸ ἀγνοεῖσθαι εἰ ἐβαπτίσθησαν. Τοῦτο δέ, φασὶν, ὁρίζομεν, ἵνα μὴ διὰ δισταγμὸν καὶ ἀμφιβολίαν τοῦ εἴτε ἐβαπτίσθησαν εἴτε μὴ στερηθῶσι τῆς τοιαύτης τοῦ ἁγιασμοῦ καθάρσεως, καὶ ἔξω μείνωσι τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν.

ΑΡΙΣΤ. « Οἱ μὴ γινώσκοντες, μηδὲ μαρτυρούμενοι βαπτισθῆναι, βαπτιζέσθωσαν. »

Ὅσοι ἀγνοοῦσιν εἰ ἐν τῇ νηπιώδει αὐτῶν ἡλικίᾳ ἐβαπτίσθησαν, καὶ οὐδὲ εὑρίσκονταί τινες ἀξιόπιστοι μάρτυρες ἀναμφιβόλως αὐτοὺς διαβεβαιούμενοι βαπτισθῆναι, χωρὶς τινος προσκόμματος βαπτιζέσθωσαν.

ΚΑΝΩΝ ΠΕ'.

« Ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων βεβαιοῦσθαι πᾶν ῥῆμα « γραφικῶς παρελάβομεν. Τοὺς οὖν ὑπὸ τῶν οἰ« κειων δεσποτῶν ἐλευθερουμένους δούλους ἐπὶ « τρισὶ μάρτυσι, τῆς τοιαύτης τιμῆς ἀπολαύειν « διοριζόμεθα, οἳ τὸ κῦρος παρόντες τῇ ἐλευθερίᾳ « προσοίσουσιν, καὶ τὸ πιστὸν ἐξ ἑαυτῶν τοῖς γινο« μένοις παρέξουσιν.

« ΒΑΛΣ. Εἶπεν ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος· *Ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων στῇ πᾶν ῥῆμα*. Διὸ καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται τοὺς λέγοντας ἐλευθερίας ἀξιωθῆναι παρὰ τῶν οἰκείων δεσποτῶν μὴ ἀναγκάζεσθαι πολλοὺς μάρτυρας χάριν ἀποδείξεως τούτου αὐτοῦ παράγειν· ἀλλὰ διὰ τριῶν μαρτύρων συνιστᾷν τὴν λεγομένην προσεῖναι αὐτοῖς ἐλευθερίαν. Ἦσαν γάρ τινες, ὡς ἔοικε, λέγοντες ὀφείλειν τὴν ἐλευθερίαν ἀποδείκνυσθαι διὰ πλειόνων μαρτύρων, πέντε τυχὸν ἢ καὶ ἓξ· ὅπερ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ οὐκ ἤρεσεν. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν ταύτοις. Ἐτράκταῖσθη δὲ πολλάκις, εἰ τοῦ νόμου λέγοντος ἐν βιβλίῳ κα', τίτλῳ α', καὶ βιβλ. κγ', τίτ. α', ἐπὶ μὲν τοῖς ἑπτὰ ἐκεινα τῆς μιᾶς ὑπερπύρων λίτρας πράγμασιν ὀφείλειν παράγεσθαι μάρτυρας τρεῖς· ἐπὶ δὲ ὑποθέσει λίτρας ὑπερπύρων μιᾶς καὶ κατωτέρω ἀρκεῖν μάρτυρας δύο, ἀναγκάζεται ὁ ἐλευθεροῦσθαι κατὰ τὸν παρόντα κανόνα παράγειν μάρτυρας τρεῖς. Καὶ τέως ἐμοὶ ἔδοξε, δύο καὶ μόνους ἀρκεῖν μάρτυρας εἰς

A se existimationem dabant, quod recte ad fidem non accederent. Propterea et hos omnes baptizari permissum est.

255 ZONAR. Unum baptisma confiteri divino fidei symbolo edocti sumus. Quoniam vero Domini illa verba sunt, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu non intrabit in regnum cœlorum*, propterea sancti Patres, antiquiorum Patrum secuti decreta, statuere, ut si de aliquibus, sint baptizati nec ne, incertum sit, cum nec ipsi ob infantiam ætatemque teneram (est idem namque χείρα, quod ætas) se baptismo initiatos norint, nec aliorum, quid id sciant, testimonio baptizatos esse probari possit, B sine offensione, hoc est, sine ulla mora cunctationeque, cum nihil de illorum baptismo certi cognitum sit, baptizentur. Hoc vero, inquiunt, ita decernimus, ne ob incertam ambiguamque de baptismo suscepto ab his hominibus controversiam, tali sanctitatis puritate priventur, atque a Dei regni aditu ex Dominica assertione prohibeantur.

ARIST. « Qui nec cognoscunt, nec per testes pro« bare possunt, se baptizatos esse, baptizen« tur. »

Quotquot ignorant, an in infantili sua ætate baptizati fuerint; et non inveniuntur aliqui testes fide digni, qui extra controversiam confirmatum dent, eos fuisse baptizatos : sine ullo scandalo C baptizentur.

CANON LXXXV.

« In duobus vel tribus testibus confirmari omne « verbum ex Scriptura accepimus. Servos ergo, « qui a suis dominis sub tribus testibus manu« mittuntur, eo frui honore decernimus; qui « præsentes libertati vires et firmitatem afferent, « et, ut iis quæ ab ipsis facta sunt fides ha« beatur, efficient. »

BALS. Dominus dixit in Evangeliis : *In duobus vel tribus testibus stabit omne verbum* [25]. Et ideo præsens quoque canon statuit, ut qui se dicunt fuisse manumissos a suis dominis, non necesse habeant ad hoc ostendendum multos testes adducere : sed per tres testes probare libertatem quæ D illis adesse dicitur. Erant enim nonnulli, qui, ut est verisimile, dicebant, oportere eum esse liberum ostendi per plures testes, quinque fortasse vel sex : quod quidem sanctæ synodo non placuit. Et hæc quidem in hoc canone continentur. Sæpe autem tractatum est, an, cum lex dicat in libro XXI, tit. 1, et lib. XXXIII, tit. 1, in negotiis, quæ unam hyperpyrorum libram excedunt, debere tres testes adduci, in causis autem unius hyperpyrorum libræ et inferioribus sufficere duos testes; cogatur, qui ad libertatem proclamat, ex præsenti canone tres testes adducere. Ex mihi quidem visum est, ad ostendendam libertatem duos solos testes suffi-

[25] Matth. XVIII, 16.

Digitized by Google

cere, eo quod leges et canones libertati maxime faveant; et quandoquidem cujuslibet servi pretium unam hyperpyrorum libram non excedit, in una autem hyperpyrorum libra constitutum est duos testes sufficere, omnino et ad ostendendam libertatem duo testes sufficient, præsenti canoni consequenter, qui est pro libertate editus, et dicit ab initio : In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum ; et quod ex infirmitate probationum inæstimabilis libertas non datur adversario, sed servitus quæ æstimatur, ut superius dictum est, qua etiam data, pecuniis liberabitur qui ad libertatem proclamat.

Lege etiam Novellam imperatoris domini Alexii Comneni, quæ edita est de non admittendis testibus qui contra opponuntur, quando testes adducuntur ab eo qui ad libertatem proclamat, et de eo quod liberi servi non fiant, qui sacram benedictionem acceperint : quæ hæc his verbis persequitur. Duo hæc ad aures imperialis meæ potestatis pervenerunt, sanctissime domine, quod quidam eorum, qui ad sanctum et magnum **256** divini Verbi sapientiæ templum accedunt, ad libertatem proclamantes, et genus suum ad libertatis ostensionem allegantes (dicunt enim se ex liberis parentibus esse natos, Bulgaris forte vel aliquibus aliis, quos in servitutem nostra non accepit respublica), ea quidem quæ dicunt demonstrare permittuntur. Et postquam testes omni exceptione majores, et in quos nulla cadit criminatio, adduxerint, ad alios eis testes opponendos eorum domini procedunt ; et sic cum ii, qui provocant, non possint amplius in judiciis persistere, servilis conditionis onere rursus opprimuntur : et quando matrimoniales fiunt servorum consuetudines et convictiones in nostra republica, eas tamen sacra non consequitur benedictio, caventibus dominis ne servi inter se invicem cum sacra benedictione conjungantur, ne ex eo ad libertatem conveniant. Eorum autem utrumque convenienti correctione opus habere censuit ; et propterea hanc constitutionem magna cum cautione et observatione edidit, per quam statuitur de his qui ad libertatem proclamant servis, ne ii, qui contra adducuntur, testes vim ullam locumve habeant, in quocunque seu civili seu ecclesiastico judicio : sed ii soli, qui in jus vocant, legitimas probationes afferant ; et si ii quidem testibus abundent, qui jure sunt recipiendi neque calumnia inducti, testium jurejurando judicium solvatur ; sed non contrariæ etiam per testes probationes eorum dominis permittantur, ne magna adversariorum inæqualitas sit inferioribus damni causa.

A ἀπόδειξιν ἐλευθερίας, διὰ τὸ ἐπιθέλπεσθαι παρά τε τῶν νόμων καὶ τῶν κανόνων πλέον πάντων τὴν ἐλευθερίαν· ἄλλως τε· ἐπεὶ οὐκ ὑπερβαίνειν τίμημα δούλου οἱουδήτινος μίαν ὑπερπύρων λίτραν, νενομοθέτηται δὲ ἐπὶ μιᾶς ὑπερπύρων λίτρας ἀρκεῖν μάρτυρας δύο, πάντως καὶ εἰς ἀπόδειξιν ἐλευθερίας δύο ἀρκέσουσι μάρτυρες ἀκολούθως τῷ παρόντι κανόνι τῷ ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἐκφωνηθέντι, καὶ λέγοντι ἐξ ἀρχῆς· Ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. Καὶ ὅτι ἐξ ἀτονίας τῶν ἀποδείξεων οὐχὶ ἡ ἀδιατίμητος ἐλευθερία δίδοται τῷ ἀντιδίκῳ, ἀλλὰ ἡ δουλεία, ἥτις ἀποτιμᾶται ὡς ἄνωθεν εἰρηται, ἧς καὶ δοθείσης διὰ νομισμάτων ἐλευθερωθήσεται ὁ ἐλευθεροβοῶν.

B Ἀνάγνωθι καὶ τὴν Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, τὴν ἐξενεχθεῖσαν χάριν τοῦ μὴ δέχεσθαι ἀντιπαραστάσεις μαρτύρων, ὅταν παράγωνται μάρτυρες παρὰ τοῦ ἐλευθεροβοῶντος, καὶ χάριν τοῦ μὴ γίνεσθαι ἐλευθέρους τοὺς ἱερολεγομένους (98) δούλους, τὴν καὶ τάδε ῥητῶς διεξιοῦσαν. Δύο ταῦτα ἐπὶ τὰς ἀκοὰς τῇ βασιλείᾳ μου ἦλθεν, ἁγιώτατε δέσποτα, ὧς τινες τῶν προσερχομένων τῷ ἁγίῳ μεγάλῳ τε καὶ θείῳ ναῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου σοφίας, εἰς ἐλευθερίαν ἀναφωνοῦντες, καὶ πρόφασιν τῆς ἐλευθερίας τὸ γένος ποιούμενοι (φασὶ γὰρ ἐλευθέρων γεγεννῆσθαι γονέων, Βουλγάρων τυχὸν ἤ τινων τοιούτων οὓς εἰς δουλείαν ἡ καθ' ἡμᾶς οὐ παρέλαβε πολιτεία), εἰς ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων ἀφίενται. Κἀπειδὴ παραστήσονται μάρτυρας ἀδιαβλήτους, εἰς C ἀντιπαραστατικὴν μαρτυρίαν οἱ κύριοι τούτων χωροῦσι, καὶ οὕτως τῶν ἐγκαλούντων διὰ τέλους παραμένειν τοῖς δικαστηρίοις ἀδυνατούντων, ἡ δουλικὴ τύχη πάλιν τούτοις ἐπιφορτίζεται· καὶ ὅτε γαμικαὶ δούλων ὁμιλίαι τε καὶ συναρμογαὶ παρὰ τῷ καθ' ἡμᾶς γίνονται πολιτεύματι, οὐ μέντοιγε καὶ ἱερολογία ταύταις ἀκολουθεῖ, τῶν κυρίων αὐτῶν εὐλαβουμένων μεθ' ἱερολογίας ἀλλήλους συνάπτειν τοὺς δούλους, ἵνα μὴ πρὸς ἐλευθερίαν ἐντεῦθεν συνέλθωσι. Καὶ τῆς προσηκούσης ἄμφω διορθώσεως ἔγνωκε δεῖν· καὶ διὰ τοῦτο τὸ παρὸν διάταγμα συντετηρημένως ἐξέθετο, δι' οὗ διορίζεται κατὰ τῶν εἰς ἐλευθερίαν ἀναφωνούντων δούλων, ἀντιπαραστατικὴν μαρτυρίαν μὴ κρατεῖν, μηδὲ χώραν ὅλως ἔχειν αὐτὴν παρ' οἱῳδήτινι πολιτικῷ ἢ ἐκκλησιαστικῷ δικα- D στηρίῳ· ἀλλὰ τοῖς ἐγκαλοῦσι μόνοις τὰς ἀποδείξεις κατὰ νόμους ἐπάγεσθαι, κἂν εἴ που μαρτυριῶν εὐπορήσοιεν οὗτοι νόμοις δεκτῶν καὶ μὴ περιτρεπομένων διαβολαῖς, τῷ τῶν μαρτύρων ὅρκῳ τὴν δίκην λύεσθαι· ἀλλὰ μὴ καὶ ἀντιπαραστάσεις τοῖς κυρίοις αὐτῶν ἐγχωρεῖσθαι· ἵνα μὴ τὸ πολὺ τῶν ἀντιθέτων ἄνισον βλάβης αἴτιον τοῖς ἐλαχιστοτέροις γενήσηται.

Guill. Beveregii notæ.

(98) *Τοὺς ἱερολεγομένους.* In codice Amerbachiano legitur τοὺς ἱερολογουμένους. Quomodo etiam in margine ad eumdem codicem legitur his verbis, νεαρὰ μὴ ἐλευθεροῦσθαι διοριζομένη τοὺς ἱερολογουμένους δούλους.

Digitized by Google

Ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν ὁμοτελῶν ἡ τοῦ μακαριστοῦ κυροῦ Βασιλείου νομοθεσία τοῖς δυνατοῖς κατὰ τῶν πενήτων ἀντιπαραστάσεις οὐκ ἐξεχώρησεν· οὕτω κἀνταῦθα τοῖς κυρίοις κατὰ τῶν δούλων ἀπεσβεσμένον ἔσται τὸ τῆς ἀντιπαραστάσεως ἰσχυρὸν, καὶ μόνη κρατήσει παρὰ τούτοις ἡ κατὰ τῶν μαρτύρων διαβολή· τῆς ἀντιπαραστάσεως πάντως μὴ ἀποκλειομένης τοῖς ἐγκαλουμένοις δούλοις, ὅταν τοὺς μάρτυρας κατὰ τῶν ἐν νομῇ ἐλευθερίας ὄντων οἱ πρὸς δουλείαν ἕλκοντες τούτους παραγάγωσι. Τοῖς γὰρ ἐλαχιστοτέροις καὶ ἀσθενέσιν ἡ παροῦσα διάταξις χαρίζεται τὴν ῥοπὴν, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τῶν δυνατῶν καὶ μᾶλλον ἰσχυροτέρων ἐκτέθειται. Προστίθησι δὲ καὶ τὰς ἱερολογίας μὴ μόνον παρὰ τοῖς ἐλευθέροις, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς δούλοις κρατεῖν. Καὶ γάμον μὴ ἄλλως ἔννομόν τε καὶ τῆς Χριστιανικῆς καταστάσεως ἄξιον εἶναί τε καὶ νομίζεσθαι, εἰ μὴ καὶ ἱερολογία τοὺς συναπτομένους συνδεῖ. Ἄτοπον γὰρ ἂν εἴη, μιᾶς ἐν πᾶσι τῆς Χριστιανικῆς κρατούσης πίστεως καὶ βαπτίσματος ὁμολογουμένου ἑνὸς, δι' οὗ προσήγμεθα τῷ Κυρίῳ, καὶ τῆς αὐτῆς σωτηρίας ἐλπιζομένης πᾶσιν ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν, ὑποτρέχειν ἐνίους ὑπόνοιαν, ὡς τοῖς δούλοις ἧττον μέτεστι τοῦ καλοῦ· καὶ τοὺς μὲν ἐλευθέρους κατὰ γάμον ἀλλήλοις συνάπτεσθαι θείᾳ συνδουμένους εὐχῇ πρότερον· τοὺς δούλους δὲ τοιούτου διαπίπτειν καλοῦ καὶ μὴ παραλαμβάνειν Θεὸν ἐπ' εὐλογίᾳ τῆς συνελεύσεως, ἢ δεδιέναι, ὡς, εἰ παρελαμβάνετο, ἀδικηθείη ἂν περὶ τὴν δεσποτείαν ὁ τούτων κύριος, τῆς ἐπ' αὐτοῖς στερισκόμενος δεσποτείας. Οὕτω γὰρ εἰ τοῦτο κρατοίη δεδιέναι χρὴ καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα, μὴ δοῦλον ξενωθεῖεν τῶν δεσποτειῶν· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν τῶν ἀχράντων μυστηρίων μετάληψιν, μὴ καὶ διὰ ταύτης ἐκείνων ἀλλοτριωθεῖεν. Κἀντεῦθεν ἐκ τῶν δούλων οἰκήσεται τὸ μέγα καὶ σεβάσμιον τῆς θείας πίστεως ὄνομα· καὶ οὐ δοῦλοι μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀνθρωποκτόνου γενήσονται ἄνθρωποι. Συγκινδυνεύσουσι δὲ καὶ οἱ κύριοι τούτων φόβῳ τοῦ μὴ διαπεσεῖν ὑπηρεσίας ἀνθρώπων, τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ἀποξενοῦν ἑαυτοὺς ἀνεχόμενοι (99). Ἀλλ' οὔτε τοῦτο λόγον ἔχει δίκαιον, καὶ τὴν ἱερολογίαν ἐξ ἀνάγκης καὶ ἐπὶ τῶν δούλων κρατεῖν εὔλογον καὶ Χριστιανικῆς ἐπάξιον καταστάσεως.

A Sed quemadmodum in iis, qui idem tributum solvunt, lex beatissimi domini Basilii potentibus adversus pauperes contrarias probationes per testes non permisit; sic et hic dominis adversus servos vis contrariæ per testes probationis exstincta erit, et sola apud eos valebit adversus ipsos testes illata criminatio; contraria non omnino per testes probatione exclusa, quando ii, qui trahunt in servitutem, adversus illos, qui jure sunt liberi, servis in jus vocatis, testes, produxerint. Inferioribus enim et imbecillis præsens constitutio gratificatur, et quod eos juvet subministrat: non autem pro majoribus et potentioribus editur. Adjicit autem et sacras benedictiones, non solum apud liberos, sed etiam apud servos valere. Et nuptias non alias B legitimas et Christiana institutione dignas esse et existimari, nisi etiam benedictio eos, qui conjunguntur, colliget. Absurdum enim esset, cum una in omnibus Christiana fides valeat, et unus sit in confesso baptismus, per quem ad Dominum deducti sumus, et eadem salus a nobis omnibus qui credimus speretur, nonnullis hanc obortam esse suspicionem, quod servi sint boni minus participes; et liberi quidem matrimonio invicem conjungantur, prius oratione colligati: servi autem a tali bono excidant, et Deum non assumant in congressus benedictione, vel metuant, quod si assumpserint, eorum dominus in dominio injuria afficeretur, illorum dominio privatus. Si hoc autem locum habuerit, sanctum quoque baptismum timere oportet, C ne servi dominium sibi vendicent: sed etiam immaculatorum mysteriorum assumptionem, ne per eam ab illis quoque alienentur. Quo fiet ut in servis intereat magnum et venerabile divinæ fidei nomen: et non solum servi hominum, sed etiam diaboli homicidæ, fient homines. Eorum autem domini in periculum quoque venient, ne, dum hominum ministerio privari formidant, a Dei gloria seipsos abalienare sustineant, sed neque hoc est rationi consentaneum, et sacram benedictionem in servis quoque valere æquum, et Christiana institutione dignum est.

Ἀλλὰ γὰρ ἐν ἀνθρώποις οἶδεν ἡ τύχη δεσποτείαν καὶ δουλείαν διάφορα, καὶ ἅπερ ἡ καθ' ἡμᾶς πολιτεία παρέλαβε ταῦτα καὶ ἐπὶ τούτων χρεὼν κρατεῖν. Εἷς δὲ Κύριος πάντων, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, καὶ δουλεία καὶ δεσποτεία ὅσα γε κατὰ πίστιν διάφορα οὐ γινώσκομεν, ὅτι καὶ πάντες ἐπίσης δοῦλοί ἐσμεν τῷ ἐκ δουλείας λυτρώσαντι ἡμᾶς τῷ ἐξ αὐτοῦ θείῳ καὶ ζωοποιῷ αἵματι. Καὶ ἐπεὶ ταῦτα καλῶς τούτοις καὶ λυσιτελῶς διατέτακται, δεῖ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου δῆλα ταῦτα θέσθαι ἁπανταχοῦ τῶν

D Verumenimvero fortuna novit in hominibus diversa esse dominium et servitutem, et quæ nostra accepit respublica, ea in iis quoque valere oportet. Unus autem Dominus omnium, una fides, unum baptisma [25]: **257** et quod ad fidem quidem attinet, dominii et servitutis differentiam non cognoscimus; quoniam omnes sumus ex æquo servi ejus, qui nos ex servitute divino suo et vivifico sanguine redemit. Et quoniam hæc recte his et utiliter constituta sunt, oportet magnam tuam sanctitatem

[25] Ephes. IV, 5.

Guill. Beveregii notæ.

(99) *Ἑαυτοὺς ἀπεχόμενοι.* In editione Parisiensi lacuna hoc loco relinquitur, quam nos ex ms. Bodleiano sic supplevimus; cui etiam Amerbachianus astipulatur.

Digitized by Google

hæc omnia in omnibus ecclesiis manifesta reddere : ut qui eis præsunt, ea quæ ad libertatem pertinent sic examinantes contrarias testium probationes adversus servos dominis non permittant, et omnibus in suis provinciis manifestum efficiant, quod qui non cum sacra benedictione servos invicem conjungunt, non Deo gratum inter eos matrimonium constituunt : sed fornicatorium coitum confirmant. Quos enim non conjungit Deus per sanctam benedictionem assumptus, hi omnes ad peccata conveniunt. Et sicubi hoc ab aliquo, quicunque is sit, abhinc factum renuntiatum fuerit, sciant domini, quod non solum iræ divinæ erunt obnoxii, sed a servis quoque abalienabuntur, eis abductis in libertatem. Cum eis enim liceat servos suos jure in Deo invicem conjungere, et integrum in eis habere dominium, nisi hoc fecerint, jure omnino ab eorum dominio excident. Præsens autem constitutio non solum debet in ecclesiis quæ ubique sunt promulgari, sed in omnibus etiam civilibus judiciis deponi : tradi autem etiam iis, qui in provinciis magistratus gerunt, ut quæ ab imperatoria nostra auctoritate bene decernuntur, omnibus innotescant. Quoniam autem in personis servilem fortunam habentibus nuptiæ prius factæ sunt, et nuptiæ convenienter iniquæ, quæ hucusque invaluit, consuetudini processerunt, oportet in iis quoque sacram benedictionem fieri, ut per eam, etiam si tarde fiat, id quod est colendum ac venerandum habeant, superioribus quoque observationibus etiam in hisce nuptiis valere debentibus.

ZONAR. Rem inæstimabilem esse libertatem, hoc est, impossibile esse, ut æstimetur, vel pretium ejus constituatur, leges civiles docent. Igitur, quoties de libertate, quippe de non levis momenti re testimonium ferri oporteret, quorum interesset probationes afferre, quinque scilicet aut plures etiam (quod totidem in aliis quoque disceptationibus dari consuevissent) testes exhibere cogebantur. Qua quidem consuetudine hic damnata canon (qui nimirum libertati faveat) trium quoque testimonium satis esse decernit ; et stabiliendæ constitutioni ex sacris Litteris illa profert, In ore scilicet duorum aut trium testium stabit omne verbum, hoc est, firmum ac ratum esse judicabitur.

ARIST. « Servus a domino sub duobus testibus « manumissus, libertate donetur. » Perspicuus.

CANON LXXXVI.

« Eos, qui ad animarum lapsum meretrices cogunt « et alunt, si sint quidem clerici, deponi definimus : sin vero laici, segregari. »

BALS. Quemadmodum lex civilis lenones, qui meretrices alunt, punit, ita et canon decernit eos, qui meretrices cogunt, et multos ea ratione ad

A ἁγίων ἐκκλησιῶν, ὡς ἂν οἱ ἐν αὐταῖς προεστῶτες οὕτω τε τὰ περὶ τῶν ἐλευθερῶν δοκιμάζωσιν, ἀντιπαραστατικὴν μαρτυρίαν κατὰ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις μὴ συγχωροῦντες, καὶ πᾶσι θῶνται καταφανὲς ἐν ταῖς ὑπ' αὐτῶν ἐπαρχίαις, ὡς οἱ μὴ μεθ' ἱερουργίας ἀλλήλοις συνάπτοντες τοὺς δούλους οὐχὶ θεοφιλῆ γάμον συνιστῶσιν ἐν αὐτοῖς· ἀλλ' ἐκπορνεύουσαν μίξιν κρατύνουσιν. Οὓς γὰρ μὴ συνάπτει Θεὸς δι' ἱερολογίας παραλαμβανόμενος, οὗτοι πάντες εἰς ἁμαρτίας συνέρχονται. Καὶ εἴ που προσαγγελθείη τοῦτο παρ' οἱουδήτινος οὕτως ἀπὸ τοῦδε γινόμενον, ἱστωσαν ὡς οὐ μόνον θείῳ μηνύματι καταστήσονται ἔνοχοι, ἀλλὰ καὶ τῶν δούλων ἀλλοτριωθήσονται, εἰς ἐλευθερίαν ἁρπαζομένων. Ἔξὸν γὰρ αὐτοῖς κατὰ νόμους Θεῷ συνάπτειν ἀλλήλοις τοὺς δούλους, καὶ
B τὴν ἐπὶ αὐτοῖς δεσποτείαν ἔχειν ἀλώβητον, εἰ μὴ τοῦτο ποιοῖεν, ἑαυτοῖς δικαίως πάντως τὴν τῆς δεσποτείας ἐπάγουσιν ἔκπτωσιν. Τὸ δὲ παρὸν διάταγμα οὐ μόνον ὀφείλει ἐν ταῖς ἁπανταχοῦ τῶν ἐκκλησιῶν διαγγελθῆναι, ἀλλὰ κἂν τοῖς πολιτικοῖς δικαστηρίοις καταστρωθῆναι (1)· γενέσθαι δὲ διαδόσιμον, καὶ εἰς τοὺς τῶν ἐπαρχιωτῶν προεστῶτας ἀρχῶν, ὡς ἂν εἴδησιν ἔχωσι ἅπαντες τῶν καλῶς παρὰ τῆς βασιλείας ἡμῶν ὁρισθέντων. Ἐπειδὴ δὲ καὶ γάμοι ἔφθασαν ἤδη γενέσθαι ἐπὶ προσώπῃς δουλικὴν ἐχούσι τύχην, καὶ οἱ γάμοι κατὰ τὴν ἕως τοῦ νῦν κρατοῦσαν παράλογον συνήθειαν προβεβήκασι, δεῖ καὶ ἐπὶ τούτων τὴν ἱερολογίαν γενέσθαι, ἵνα διὰ ταύτης, κἂν ὀψὲ γένηται, τὸ σεβάσμεον
C ἔχωσι, τῶν ἀνωτέρων εἰρημένων παρατηρήσεων καὶ ἐπὶ τῷ τοιούτῳ γάμῳ κρατεῖν ὀφειλουσῶν.

ΖΩΝΑΡ. Ἀδιατίμητον πρᾶγμα τὴν ἐλευθερίαν, ἤγουν διατιμηθῆναι καὶ τιμὴν ὁρισθῆναι ἐπ' αὐτῇ μὴ δυνάμενον, οἱ τῆς πολιτείας εἶναι νόμοι φασίν. Ὡς οὖν περὶ μεγάλου πράγματος ἐσομένης τῆς μαρτυρίας ὅτε δεήσει μαρτυρίας περὶ ἐλευθερίας, ἀπητοῦντο οἱ τὰς ἀποδείξεις ποιούμενοι πέντε τυχὸν ἢ καὶ πλείονας παράγεσθαι μάρτυρας, ὡς τοσούτων καὶ ἐφ' ἑτέραις ὑποθέσεσι παραγομένων. Τοῦτο οὖν ἀναιρῶν ὁ κανὼν ἐπὶ θάλψει τῆς ἐλευθερίας, καὶ τρεῖς ὁρίζει ἀρκεῖν, καὶ τὴν Γράφὴν παράγει εἰς σύστασιν τῆς θεσμοθεσίας, λέγουσαν· Ἐπὶ δύο ἢ
D τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα, ἀντὶ τοῦ βεβαιωθήσεται, κυρωθήσεται.

ΑΡΙΣΤ. « Ἠλευθερωμένος ὑπὸ δεσπότου δοῦλος ἐπὶ δυσὶ μάρτυσιν εἴη ἀδούλωτος. » Σαφής.

ΚΑΝΩΝ ΠΣ'.

« Τοὺς ἐπὶ ψυχῶν ὀλίσθῳ πόρνας ἐπισυναγοντας καὶ « ἐκτρέφοντας, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, καθαιρεῖσθαι « ὁρίζομεν· εἰ δὲ λαϊκοί, ἀφορίζεσθαι. »

ΒΑΛΣ. Ὥσπερ ὁ πολιτικὸς νόμος κολάζει τοὺς πορνοβοσκοὺς, οὕτω καὶ ὁ κανὼν διορίζεται τοὺς ἐπισυνάγοντας πόρνας, καὶ οἷον διὰ τούτου συν-

Guill. Beveregii notæ.

(1) Ἀλλὰ κἂν τοῖς πολιτικοῖς δικαστηρίοις καταστρωθῆναι. Hæc verba in editione Parisiensi omittuntur : at non modo in codice nostro Bodleiano, sed etiam in Amerbachiano et Tiliano leguntur ; et ex præcedentibus verbis, οὐ μόνον ὀφείλει, necessario ea legenda esse constat.

Digitized by Google

ωθοῦντας εἰς ψυχικὴν ἀπώλειαν τοὺς πολλοὺς, καὶ οὐ μόνον ἐπισυνάγοντας, ἀλλὰ καὶ ἐκτρέφοντας, ἤγουν τὰ ἀναγκαῖα αὐταῖς ἐπιχορηγοῦντας (τῷ γὰρ ὀνόματι τῆς τροφῆς καὶ ἐνδυμενίαι, καὶ τὰ λοιπὰ, τὰ πρὸς ἀκολασίαν τοὺς ἀπαλωτέρους ἕλκοντα, περιέχονται). κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζεσθαι. Οὐ παρὰ τοῦτο δὲ οἱ μόνον ἐπισυνάγοντες καὶ μὴ ἐκτρέφοντες αὐτὰς οὐ τιμωρηθήσονται· ἀλλὰ κἀκεῖνοι ὁμοίως κολασθήσονται. Εἶπε δὲ ὁ κανὼν τὸ *ἐκτρέφοντες*, ὅτι ἐξ ἀνάγκης τῇ συναγωγῇ ἐπακολουθεῖ καὶ ἡ λοιπὴ φροντὶς τῶν ἐπισυναγομένων. Οὐ γὰρ τὸ συναγαγεῖν μόνον ἄξιόν ἐστι κολάσεως· διότι συνάγει τις πολλάκις πόρνας χάριν τοῦ ὑποθέσθαι αὐταῖς τὰ σωτηριώδη, ἢ χειραγωγίας ἀξιῶσαι σωματικῆς, ἢ παραδοῦναι τῷ ἄρχοντι χάριν σωφρονισμοῦ. Ζήτει βιβλίον ξ' τῶν Βασιλικῶν, τίτλῳ λη', κεφ. α'. Ἐὰν πατὴρ θυγατέρα ἢ δεσπότης δούλην πορνοβοσκῇ, ἀπολλύτωσαν τὴν ἐπ' αὐταῖς ἐξουσίαν. Προστίθησι δὲ τὸ κεφάλαιον διὰ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ ἄρχοντος αὐτὰς βοηθεῖσθαι· καὶ ὅτι, ἐὰν ἀνθίσταται πρὸς τοῦτο ὁ πατὴρ ἢ ὁ δεσπότης, δημεύονται καὶ ἐξορίζονται. Καὶ τὸ δεύτερον κεφάλαιον τοὺς μὲν εὐτελεῖς πορνοβοσκοὺς ὁμοίως τιμωρεῖ, τοὺς δὲ στρατείαν ἔχοντας δημεύεσθαί φησι. Τὸ μέντοι γ' κεφ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου, ὅπερ ἐστὶ Νεαρὰ Ἰουστινιάνειος, μεγάλως κολάζει τοὺς σὺν τέχνῃ, καὶ δόλῳ, καὶ ἀνάγκῃ εἰς τὴν τοιαύτην ἀσέλγειαν ἄγοντας, καὶ ἐμπορευομένους ταῦτα. Ἀνάγνωθι οὖν τὸ τοιοῦτον κεφάλαιον ἐπιστατικώτερον. Λέγουσι γάρ τινες ὡς ἐκείνους τοῦτο κολάζει τοὺς πλανῶντας, καὶ μετά τινος μεθόδου ἢ ἀνάγκης μεθέλκοντας εἰς πορνείαν γυναῖκάς τινας· οὐ μὴν τοὺς προσδεχομένους τὰς ἐκουσίῳ βουλήσει τὴν πορνείαν ἑλομένας διὰ φύσεως ἀνάγκην ἢ καὶ πενίαν. Χρῶνται δὲ καὶ πρὸς ἐπισύστασιν τοῦ λόγου αὐτῶν καὶ ῥήμασί τισι τῆς αὐτῆς Νεαρᾶς, καὶ τῷ παρόντι κανόνι μὴ μόνον τοὺς ἐπισυνάγοντας πόρνας κολάζοντι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκτρέφοντας, τουτέστι διὰ πλάνης καὶ κολακείας συνωθοῦντας αὐτὰς εἰς τὸ κακόν. Καὶ τὸ σήμερον δὲ γινόμενον πραγματικῶς εἰς τὰ πορνοβοσκεῖα διενίσανται συντρέχειν τοῖς λόγοις αὐτῶν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὅτι πάντα πορνοβοσκὸν οἱ νόμοι καὶ οἱ κανόνες ἀδιαστίκτως κολάζουσι, καὶ πᾶσαν πόρνην εἰς σωφροσύνην μεθέλκουσιν. Ἀνάγνωθι καὶ τὴν ιᾳ' Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, μὴ παραχωροῦσαν κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον διάγειν τινὰ μετὰ παλλακῶν.

animæ exitium veluti protrudunt; et non solum eos qui cogunt, sed et qui alunt sive eis necessaria suppeditant (alimenti enim nomine et indumenta et reliqua, quæ molliores ad intemperantiam attrahunt, comprehenduntur), si sint quidem clerici, deponendos : sin vero laici, segregandos. Non autem idcirco qui solum quidem cogunt, et eas non nutriunt, non punientur : sed in eos quoque similiter animadvertetur. Dixit autem canon illud : Et alunt, quoniam ubi coegerint, necessario quoque sequitur, ut coactarum cura deinceps ab iis geratur. Neque enim solum cogere supplicium meretur : meretrices enim sæpe cogit quispiam, ut eis illa, **258** quæ sunt salutaria, suggerat, vel ut earum opera ad tractandum aliquod ministerium utatur, vel ut det eas magistratui castigandas. Quære librum LX Basilic. tit. 38, cap. 1 : Si pater filiam, vel dominus servam nutriat ad quæstum meretricium, perdant quam habent in eas potestatem. Adjicit autem constitutio, Per episcopum et magistratum eis quoque ferri debere auxilium : et quod si ad hoc resistat pater vel dominus, publicantur et exterminantur. Ac secundum quidem caput viles lenones similiter punit : eos autem, qui sunt militaris ordinis, publicandos dicit. Ejusdem autem libri et tituli cap. 3, quod est Justiniani Novella, valde punit eos, qui arte et dolo et necessitate aliquas in hanc intemperantiam attrahunt, et iis mercaturam exercent. Lege ergo hoc caput diligentius. Dicunt enim nonnulli, quod id illos punit qui seducunt, et aliquo artificio vel necessitate mulieres aliquas ad fornicationem attrahunt : non autem eos qui illas suscipiunt, quæ spontanea voluntate fornicationem eligunt propter naturæ necessitatem vel etiam paupertatem. Ad hoc autem probandum utuntur et nonnullis ipsius Novellæ verbis, et præsenti canone puniente, non eos solum qui meretrices cogunt, sed etiam qui eas nutriunt, per fraudem et adulationem eas in malum impellentes. Porro autem et quod hodie actu sit in lenonum officinis videtur cum eorum dicto concurrere. Mihi autem videtur, quod leges et canones quemcunque lenonem indistincte puniunt, et omnem meretricem ad temperantiam retrahunt. Lege et 91 Novellam imperatoris domini Leonis Philosophi, quæ non permittit ut veteri lege aliquis degat cum concubinis.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ πορνοβοσκεῖν καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἀπηγόρευται νόμοις. Πορνοβοσκεῖν δ' ἐστὶ τὸ τρέφειν πόρνας διὰ κέρδος τοῦ μισθώματος ἐπὶ βλάβῃ ψυχῶν. Εἰ δὲ τοῖς τῆς πολιτείας τοῦτο θεσμοῖς ἀπηγόρευται, πολλῷ τῷ μέσῳ εἴη ἂν ἀποτετραμμένον τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς καὶ πνευματικοῖς. Διὸ καὶ βαρύτατα τοῦτο κολάζει ὁ κανὼν ἐπὶ κληρικῶν. Καθαιρεῖσθαι γὰρ αὐτοὺς ἐν ταὐτῷ καὶ ἀφορίζεσθαι διατάττεται, ὅπερ σπανιάκις εὑρίσκεται. Ἀντὶ γὰρ πάσης ἑτέρας τιμωρίας ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖς κεκληρωμένοις ἀρκεῖν νενομοθέτηται ἡ καθαίρεσις. Τοὺς

ZONAR. Meretrices alere civilium quoque legum sanctiones vetant. Alere vero meretrices est, eis ob lucrum ex meretricio quæstu percipiendum, cum animarum pernicie alimenta suppeditare. Quam rem, si civiles quoque leges prohibeant, multo illam certe magis ecclesiasticæ ac spirituales debent aversari. Proinde graviores etiam pœnæ clericis in hoc genere delinquentibus irrogatæ. Illos siquidem (quod non ita crebro reperias) deponi simul et segregari jubet. Pro quovis enim alio supplicio in eos, qui clero ascripti fuerant, plerumque

Digitized by Google

depositio sola sufficere visa fuit. Laicos vero, qui id fecerint, segregatione puniendos esse decernit.

ARIST. « Qui meretrices in animarum exitium « cogit, segregatur. » *Perspicuus.*

CANON LXXXVII.

« Quæ maritum reliquit, est adultera, si venerit ad « alium, ut vult sacer et divinus Basilius, qui ex « Hieremia propheta hoc optime collegit : quod « si alii viro uxor fuerit, ad maritum suum non « convertetur, sed polluta, polluetur : et rursus : « Qui detinet adulteram, est et insipiens et im- « pius. Si itaque præter rationem a marito seces- « sisse appareat, ille quidem venia dignus est, « hæc vero pœna. Illi autem venia dabitur, ut « Ecclesiæ communicet. Sed is qui legitime sibi « datam uxorem relinquit, et aliam ducit, ex « Domini sententia est adulterii judicio obno- « xius [26]. A Patribus autem nostris statutum est : « ut qui sunt ejusmodi uno anno defleant, bien- « nio audiant, triennio substernantur, et septimo « cum fidelibus consistant, et sic oblatione digni « habeantur, si cum lacrymis pœnitentiam ege- « rint. »

BALS. Dominus et Deus noster Jesus Christus interrogatus, an liceat marito uxorem quavis ex causa dimittere, hoc vetuit, dicens : Quod qui uxorem suam reliquit præterquam fornicationis causa, **259** et alteram uxorem ducit, mœchatur. Et inclytus imperator Justinianus, leges quæ olim locum habebant, et conjugibus permittebant conjugia sine justa causa solvere, et unicuique alteri dicere, Res tuas gere, per 117 Novellam sustulit, quæ sita est in 7 tit. XXVIII lib. et causas enumerat, propter quas et solas solvi debent matrimonia. Quamobrem lex quoque Hebraica una sublata est, quæ libellum repudii mittere mulieribus et conjugium solvere viris permittebat. Consequenter ergo præsens quoque canon dicit, quod mulier, quæ, relicto marito, cum altero polluta fuerit, est adulterii crimini obnoxia, quemadmodum hoc quoque magnus dixit Basilius in 9 suo canone, et 21 hoc colligens ex prophetia Jeremiæ dicentis, Si mulier a mariti communi vitæ societate egressa, cum altero polluta fuerit, non potest ad maritum suum reverti, ut quæ adulterata sit [27]. Sed etiam Salomon dixit in Proverbiis : Qui coit cum adultera, id est, cum ea quæ habet maritum, stultus est et impius [28]. Quæ ergo sic est adulterata, canonis pœnis mulabitur. Maritus autem, ut qui non offenderit, venia dignus censebitur, id est, non punietur. Qui autem relinquit propriam conjugem, et alteram ducit uxorem, ut adulter punietur, ex Domini sententia.

A δὲ λαϊκοὺς ἀφορίζεσθαι προστάσσει τοῦτο ποιοῦντας.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ συνάγων πόρνας ἐπ' ὀλίσθῳ ψυχῶν ἀφορίζεται. » *Σαφής.*

ΚΑΝΩΝ ΠΖ'.

ΒΑΛΣ. Καὶ ἐν ἄλλαις συνόδοις ὡρίσθη τὸν κατὰ χώραν ἐπίσκοπον, τὸν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐξουσίαν λαβόντα δεσμεῖν καὶ λύειν, μὴ πάντοτε προσέχειν τοῖς θεσμοθετηθεῖσι παρὰ τῶν κανόνων χάριν τῶν ἐπιτιμίων· ἀλλ' οἰκονομεῖν ταῦτα πρὸς τὰ πρόσωπα τὰ ἐπιτιμώμενα, ἤγουν πρὸς τὰς ἡλικίας αὐτῶν, καὶ πρὸς τὰς διαθέσεις, καὶ πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα, ἀλλὰ μὴν καὶ πρὸς τὴν ποιότητα τοῦ ἁμαρτήματος, καὶ οὕτω προσάγειν ἑκάστῳ ἀῤῥωστήματι θεραπείαν κατάλληλον. Καὶ ὁ παρὼν δὲ κανὼν τοῦτο αὐτὸ διορίζεται, ἀνατιθέμενος τὸ πᾶν τῆς διὰ τῶν ἐπιτιμίων θεραπείας τοῦ κάμνοντος, εἰς τὴν διάκρισιν τοῦ ἰατρεύοντος, ἤγουν τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου, καὶ τοῦ ἐπιτραπησομένου παρ' αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ κανόνος οὗτός ἐστι, σαφέστατός τε καὶ εὔληπτος. Διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ πλέον τι γέγραπται παρ' ἡμῶν χάριν ἑρμηνείας. Ἐν τῷ τέλει δὲ διορίζεται ὀφείλειν ἡμᾶς εἰδέναι καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας καὶ τὰ τῆς συνηθείας. Γράφεται δὲ καὶ τὰ τῆς συμπαθείας ἀκολούθως τῷ ἀποστολικῷ ῥητῷ τῷ λέγοντι· *Εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τοῦ λόγου ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦτο σημειοῦσθαι, καὶ μὴ συναναμίγνυσθαι αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ· μηδὲ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν.* Ταῦτα γὰρ ἐλέους καὶ συμπαθείας εἰσὶν, ἤτοι συνηθείας, ἤγουν τοῦ ἤθους τῷ χρόνῳ δοκιμασθέντος καὶ βεβαιωθέντος. Συναγαγὼν τοίνυν, εἰπὲ ὡς χρὴ ἡμᾶς εἰδέναι καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας τῶν κανονικῶν ἐπιτιμίων, καὶ τὰ τῆς συμπαθεστέρας συνηθείας· καὶ πῇ μὲν κανονικῶς θεραπεύειν τὰ ἀῤῥωστήματα, ὅταν ἑτοίμως καταδέχωνται οἱ κάμνοντες τὰ ἐπιτίμια· πῇ δὲ διὰ τῶν συνήθων καὶ συμπαθεστέρων ἰατρειῶν, ὅταν σκληρότεροι ὦσιν εἰς

BALS. In aliis quoque conciliis statutum est, ut qui est loci episcopus, qui a sancti Spiritus gratia accepit potestatem ligandi et solvendi [a], non ea omnino observet, quæ de pœnis a canonibus statuta sunt : sed eas modificetur, habita ratione personarum quibus infliguntur, earum scilicet ætatum et affectionum, et vitæ studiorum, et etiam qualitatis peccati; et sic unicuique morbo afferat convenientem medicinam. Præsens autem canon hoc ipsum quoque statuit, universam per pœnas ægroti curandi rationem medici prudentiæ ac judicio relinquens, episcopi scilicet illius loci, et ejus cui hoc ab eo committetur. Et hic est quidem scopus canonis, manifestissimus et comprehensu facillimus. Propterea enim nec plura a nobis in ejus interpretationem scripta sunt. In fine autem statuit, nos ea quæ sunt summi juris scire oportere, et quæ sunt consuetudinis (Græce est, καὶ τὰ τῆς συνηθείας). Invenitur autem etiam scriptum τὰ τῆς συμπαθείας quæ sunt commiserationis, consequenter dicto apostolico, quod ita se habet : *Si quis autem id, quod a nobis dicitur, non audit, hoc per Epistolam significari, et ne cum illo consuetudinem haberi ut confundatur : neque ut inimicum existimate, sed admonete ut fratrem* [b]. Ea autem sunt misericordiæ et commiserationis, sive consuetudinis et moris scilicet tempore comprobati et confirmati. His ergo simul collectis, dic, quod oportet nos scire, et quæ sint pœnæ canonicæ summo jure, et quæ sunt paulo mitioris consuetudinis : et aliquando quidem morbos canonice curare, quando, qui laborat, pœnas satis **282** prompte et non gravate acceperint; aliquando

[a] Joan. xx, 23. [b] II Thess. III, 14, 15.

Guill. Beveregii notæ.

(14) Ἐκδιδάσκει Βασίλειος. Post hæc ultima ultimi hujus canonis verba in codice Amerbachiano hoc scholium legitur, Φιλανθρωπίας καὶ οὗτος ὁ νόμος μεστός. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ θνησιμαίου διηγορεύσαμεν, εἰ μὲν εἰς ἀγγεῖον πέσῃ ἀκάθαρτον εἶναι, εἰ δὲ εἰς πηγὴν ἢ εἰς λάκκον, οὐκέτι· οὕτω τὸν μὲν ποικίλον δεξάμενον χρῶμα τῶν ἄλλων ἀποκρίνει, ὡς ἐλπίδα καθάρσεως ἔχοντα, τὸν δὲ ὁλόλευκον γενόμενον ἀναμίγνυσθαι τοῖς ἄλλοις κελεύει, ἵνα μὴ παρὰ πάντα τὸν βίον κεχωρισμένος διάγῃ τῶν ἄλλων. Καὶ τοῦτο δὲ τῶν πνευματικῶν τύπος. Τοῖς μὲν γὰρ πιστοῖς ἁμαρτάνουσιν οὐδὲ συνεσθίειν ὁ θεῖος κελεύει νόμος, τοῖς δὲ ἀπίστοις εἰς ἑστίασιν συγκαλοῦσι κελεύει ὁ θεσπέσιος Παῦλος συνεστιᾶσθαι. Οὗτος τοίνυν ἔοικε τῷ ἐκ μέρους λεπρῷ, ὁ δὲ ἄπιστος τῷ πᾶσαν ἀποβεβληκότι τὴν φυσικὴν χρόαν. Ἀλλὰ τούτοις καὶ προσδιαλεγόμεθα, καὶ συναναστρεφόμεθα, ἐκείνοις δὲ οὐκέτι. Τοῦτο δὲ πάλιν ὁ Παῦλος διδάσκει, Ἔγραψα δὲ ὑμῖν μὴ συναναμίγνυσθαι. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος, ἢ λοίδορος, ἢ πλεονέκτης, Καθαρὸν μέν τοι κέκληκε τὸν ὅλον γεγενημένον λευκὸν, οὐχ ὡς ὑγιὲς ἔχοντα σῶμα, ἀλλ' ὡς μηκέτι τοὺς πελάζοντας κατὰ τὸν νόμον μολύνοντα. *Hæc etiam lex humanitate plena est. Quemadmodum enim de morticinio disseruimus, si quidem in vasculum ceciderit, immundum esse; sin autem in fontem aut lacum, nequaquam : sic* [leprosum] *qui varium suscepit colorem, tex ab aliis secernit, ut spem purgationis habentem; cum autem, qui omnino albus factus est, aliis commisceri jubet, ne per totam vitam ab aliis separatus degat. Cæterum hoc rerum spiritualium typus est. Cum fidelibus enim delinquentibus nec una vesci divina lex præcipit, cum infidelibus autem ad convivium vocantibus divus Paulus una convivari jubet. Illi enim ex parte leprosis similes sunt; infideles autem iis, qui omnem naturalem colorem perdiderunt. Atqui his et una colloquimur, et conversamur : cum istis autem nequicquam. Hoc autem et Paulus docet, inquiens, Scripsi autem vobis, ne commisceamini, si quis frater nominatus sit, vel fornicator, vel convitiator, vel avarus. Mundum porro cum appellavit, qui omnino albus, factus est, non quod sanum corpus habeat, sed quod vicinos non amplius juxta legem contaminet.* Hoc autem scholium, neque in Bodleiano nostro, nec Ætoniensi, nec alio quem videre contigit, codice habetur

Digitized by Google

vero per consuetas et mitiores medicinas, quando ii, quibus medicina adhibetur, ad pœnas suscipiendas paulo duriores fuerint. Ad hæc consueta enim nemo restiterit. Iis consimiliter jubet magnus quoque Basilius in tertio suo canone.

A τὴν ὑποδοχὴν τῶν ἐπιτιμίων ἰατρευόμενοι. Εἰς ταῦτα γὰρ τὰ συνήθη οὐκ ἄν τις ἀντισταίη. Παρομοίως δὲ τούτοις παρακελεύεται καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ γ' κανόνι αὐτοῦ.

ZONAR. Cum de multis ac variis multarum generibus synodus disseruerit, suasque singulis criminibus pœnas vicissim debitas constituerit, hoc demum canone episcoporum judicio universa permisit. Nec vero solum de peccatorum qualitate graviorane an leviora sint, cogitandum, sed ejus quoque qui peccavit, affectionem, et quomodo ad pœnitentiam disponitur, an scilicet ad ea remedia quæ acrimoniam acerbitatemque habeant, excipienda sit paratus, an vero curationem mollis ac segnis animus reformidet, inspiciendum, proque affectionum varietate, diversam curandæ ægritudinis rationem ineundam esse demonstrat, ne duobus forte eodem crimine obstrictis, quorum alter ad luendas errati pœnas paratus sit, segniorem se alter ac tardiorem præbeat, qui utrumque curandum susceperit, si solius peccati spectata ratione eadem utrique remedia curationis adhibeat, aberret longius, ac ægrotanti salutem afferre non ita facile possit. Nam ille quidem alter, ad expianda crimina strenue paratus, etiam si acerbior homini pœna luenda sit, non recusabit, seque totum illius a quo regitur voluntati, arbitrioque permittet; alter vero qui nullo se pœnitentiæ amore incensum ostendat, acriorem quamcunque medicinam tastidiose respuet, neque modo morbos facinora etiam graviora præcipitabit.

B

C

non depellet, sed desperatione fortasse victus in

ΖΩΝΑΡ. Περὶ πολλῶν ἐπιτιμίων καὶ διαφόρων διαλεχθεῖσα ἡ σύνοδος, καὶ τῶν ἀπαριθμηθέντων πταισμάτων ἑκάστῳ τὸ κατάλληλον ἀποτάξασα τελευταῖον διὰ τοῦ παρόντος κανόνος τὸ πᾶν τῇ κρίσει τῶν ἐπισκόπων ἀνέθετο. Καὶ χρῆναί φησι μὴ μόνον τὴν ποιότητα τῆς ἁμαρτίας σκοπεῖν, εἰ μεγάλη τυχὸν εἴη ἡ μετρία, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ ἡμαρτηκότος διάθεσιν, καὶ ὅπως πρὸς τὴν μετάνοιαν διατίθεται· εἰ ἑτοίμως ἔχει δηλαδὴ δέξασθαι φάρμακα στύφοντα καὶ πικραίνοντα, ἢ μαλακώτερον διάκειται, καὶ νωθρότερον πρὸς τὴν θεραπείαν, καὶ οὕτω κατάλληλον προσάγειν τὸ ἴαμα· ἵνα μὴ, δύο τυχὸν τῶν τὸ αὐτὸ ἁμαρτησάντων ὄντων, καὶ τοῦ μὲν ἑτοίμου τυγχάνοντος πρὸς μετάνοιαν, τοῦ δὲ νωθρότερον διακειμένου, ὁ θεραπεύων αὐτοὺς πρὸς τὸ ἁμάρτημα μόνον ἀποβλέπων, καὶ ἑκατέρῳ αὐτῶν ὁμοίως χρώμενος, ἀποσφαλείη πρὸς τὴν σωτηρίαν τοῦ κάμνοντος. Ὁ μὲν γὰρ ἑτοίμως ἔχων πρὸς τὴν μετάνοιαν, κἂν αὐστηρότερον εἴη τὸ ἐπιτίμιον, δέξεται τοῦτο, καὶ ἑαυτὸν ὑποθήσει τῷ τοῦ αὐτὸν οἰκονομοῦντος θελήματι· ὁ δὲ μὴ θερμότητα δεικνὺς πρὸς μετάνοιαν ἀποδυσπετήσει πρὸς τὰ πάνυ στύφοντα φάρμακα, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἰαθήσεται, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀπόγνωσιν ἴσως ἐμπεσὼν χείροσιν ὑποπεσεῖται πλημμελείαις

Multiplex enim est, inquiunt Patres, ac varius peccati morbus, multasque propagines erroris emittit, ex quibus malum longe lateque diffunditur, hoc est, latius evagatur ac serpit, donec eousque processerit, ut etiam medicinam adhibere cupientis longe superet facultatem. Proinde, sit illa prima, inquit, spiritualis medici cura, ut eum qui peccavit, quemadmodum animo affectus sit, diligenter inspiciat, an ardentiorem agat pœnitentiam, et sanitatem appetat, an contra, morum improbitate morbum suum ipsemet augeat; tum quænam hominis post admissum facinus vitæ ratio ac modus; an cum medici artificio ipsemet, insania correptorum more, colluctetur; illi enim medicis adversantur, salutariaque ipsis medicamenta adhibentes repellunt. Illud quoque sedulo animadvertat; ne forte animæ ulcus ipsa curatione medicamentorumque appositione crudescat; itaque oleum, ut ægritudinis ratio postulabit, medicamentis admisceat. Est vero id quod dicit hujusmodi; esse nimirum a spirituali medico attente considerandum ægrotantis affectum; ut nec eum, qui angusto pusilloque animo sit, vehementioribus remediis urgeat, ne vulneris molestiam, desperata ab eo curatione, adhuc magis intendat; neque, quem asperioribus medicamentis sufficere posse intellexerit, in eo curando facilioribus utatur, ex

D

Πολυειδὴς γὰρ, φασὶν οἱ Πατέρες, καὶ ποικίλη τῆς ἁμαρτίας ἡ νόσος, καὶ πολλὰς παραφυάδας τῆς βλάβης βλαστάνουσα, ἐξ ὧν παραφυάδων τὸ κακὸν διαχεῖται, πλατύνεται δηλαδὴ καὶ πρόεισιν, ἕως ἂν τοιοῦτον γένηται, ὥστε ὑπερνικᾶν καὶ τὴν τοῦ θεραπεύοντος δύναμιν. Διὰ ταῦτα, φησὶ, τὴν πνευματικὸν ἰατρὸν δεῖ πρῶτον τὴν τοῦ ἡμαρτηκότος διάθεσιν κατασκοπεῖν εἴτε θερμῶς μετανοεῖ, καὶ ὑγείας ὀρέγεται, εἴτε μᾶλλον τὴν νόσον αὔξει καθ' ἑαυτοῦ διὰ τρόπων κακίαν, καὶ πῶς μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀναστρέφεται καὶ βιοῖ, καὶ εἰ μὴ τῷ τεχνίτῃ ἀντιπαλαίσει, ὅπερ γίνεται ἐπὶ τῶν μανίαν νοσούντων. Ἐκεῖνοι γὰρ τοῖς ἰατρεύουσιν αὐτοὺς ἀνθίστανται, καὶ οὐκ ἐῶσι προσαγαγεῖν αὐτοῖς τὰ σωτήρια φάρμακα. Σκοπεῖν δὲ καὶ τοῦτο, μήποτε ἰατρεύων καὶ φάρμακα προσάγων διὰ τῆς ἐπιθέσεως αὐτῶν σύξάνῃ τὸ ἕλκος τὸ ψυχικὸν, καὶ οὕτω τὸν ἔλεον κατ ἀξίαν ἐπιμετρεῖν. Ὃ δὲ λέγει τοῦτό ἐστιν· ὅτι προσέχειν δεῖ τὸν πνευματικὸν ἰατρὸν τῇ διαθέσει τοῦ κάμνοντος, καὶ μήτε τῷ μικροψύχῳ ἐπιτιθέναι στύφοντα φάρμακα, ἵνα μὴ μᾶλλον αὐξήσῃ τὸ ἕλκος, ἀπαγορεύσαντος πρὸς τὴν θεραπείαν ἐκείνου, μήτε τῷ δυναμένῳ τὰ αὐστηρότερα δέχεσθαι μαλακώτερον προσφέρεσθαι, ὥστε διὰ τὴν μαλακότητα τῶν ἐπιτιμίων ἐμπίπτειν ἐκεῖνον εἰς τὸ αὐτὸ πάθος καὶ εἰς μεῖζον ἴσως· ἀλλ' ἐπιμετρεῖν τὸν ἔλεον κατ' ἀξίαν, ἤγουν ἐλεεῖν ἕκαστον ἀξίως τῆς αὐτοῦ δια-

Digitized by Google

θέσεως, καὶ ἐλαφρύνειν μὲν τῷ μικροψύχῳ τὴν ἐπιτίμησιν, βαρύνειν δὲ τῷ μεγαλοψύχῳ αὐτὴν, καὶ ἀμφότερα δι' ἔλεον ποιεῖν· ἵνα τὸν μὲν ἐκκαθάρῃ τοῦ ῥύπου, τῷ δὲ μὴ ἐπιξέσῃ τὸ τραῦμα, καὶ χεῖρον τὸ ἕλκος ἐργάσηται.

A quo illum pœnæ levitas in eamdem vel etiam graviorem noxam rursus impellat : sed esse miserationem unicuique pro meritis impertiendam, hoc est pro ea, quæ in singulis fuerit animi affectione, ita uniuscujusque miserendum ; et animi quidem spiritus et erectum, graviore puniendum ; idque abjectioris hominem, leviore pœna, magni vero totum misericordiæ tribuendum, ut ab altero quidem squalorem et sordes abstergat, alterius vero vulnus ne scalpendo adhuc magis exasperet.

Ἡ γὰρ πᾶσα φροντὶς καὶ σπουδὴ τῷ τε Θεῷ καὶ τῷ ψυχῶν ποιμένι τοῦτό ἐστι, τὸ τὸ πλανώμενον πρόβατον ἐπαναγαγεῖν, καὶ τὸ φαρμαχθὲν ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἐξιάσασθαι, καὶ μήτε διὰ τῆς αὐστηρίας ὠθῆσαι κατὰ κρημνοῦ τῆς ἐπιγνώσεως, μήτε διὰ χαυνότητος καὶ τῶν ἀπαλωτέρων φαρμάκων ἐνδοῦναι αὐτῷ τὸν χαλινὸν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὥστε σκιρτᾷν καὶ βίον ἕκλυτον ζῆν, ἀλλὰ σπεύδειν ἀντιστῆναι τῷ πάθει εἴτε δι' αὐστηρίας εἴτε διὰ πραότητος, ὡς ἂν διαθέσεως ἔχῃ πρὸς αὐτὰ ὁ θεραπευόμενος. Τοῦτο δ' ἔσται, εἰ δοκιμάζει καὶ καταστοχάζεται τοὺς τῆς μετανοίας αὐτῶν καρποὺς, καὶ οἰκονομεῖν τὸν πρὸς τὴν ἄνω λαμπροφορίαν, ἣγουν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν καλούμενον ἄνθρωπον. Ἀμφότερα οὖν ἐνδέχεται ἡμᾶς γινώσκειν, φασὶν οἱ τῆς συνόδου Πατέρες, καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας, καὶ τὰ τῆς συνηθείας ἢ συμπαθείας. Γράφονται γὰρ καὶ ἀμφότερα, ἤγουν καὶ ὅσα ἡ ἀκρίβεια βούλεται, καὶ ὅσα τὸ συμπαθὲς ἀπαιτεῖ εὐκαίρως καὶ σὺν διακρίσει γινόμενον· ἢ τὰ τῆς συνηθείας, ἤγουν τὰ τοῦ ἔθους τοῦ χρόνῳ δοκιμασθέντος καὶ βεβαιωθέντος, ὃ καὶ ὡς νόμον κρατεῖν καὶ οἱ θεῖοι κανόνες, καὶ οἱ τῆς πολιτείας νόμοι κελεύουσι. Καὶ ὁ μέγας δὲ Βασίλειος ἐπὶ τῶν μὴ καταδεχομένων τὴν ἀκρότητα τῶν παραδοθέντων τύπων ἕπεσθαι τῇ συνηθείᾳ ἐδίδαξε. Τὴν ἄνω δὲ λαμπροφοριαν, εἶπεν, ὅτι τοῖς θείοις Πατράσι καὶ διδασκάλοις βασιλεία τῶν οὐρανῶν πρὸ τῶν ἄλλων ἡ ἔλλαμψις κέκριται, ἡ ἐκ τῆς θείας φύσεως, καὶ τὸ νοῆσαι τελειότερον.

Omnis siquidem tum ipsius Dei tum pastoris animarum cura et studium in eo positum est, ut errabundas oves in suam stationem revocet, ac serpentis veneno infectis salutarem faciat medicinam, nec vel acerbitate nimia in prærupta desperationis impellat, vel indulgentia ac remediorum facilitate habenas quodammodo, quasi equo, **283** B ad lasciviam solutumque vitæ genus remittat : sed vitiis obsistere, adhibita vel austeritate vel lenitate, pro ejus, quem curandum susceperit, affectione contendat. Quod quidem ita fiet, si ipsorum pœnitentiæ fructus examinaverit et diligenter consideraverit ; proindeque hominem ad illustrationis supernæ claritatem, ad regnum nimirum cœleste vocatum, regendum sibi moderandumque suscipiat. Duo igitur illa, inquiunt synodi Patres, licet nobis cognoscere, tum ea quæ summi juris sunt, tum ea quæ consuetudini sive misericordiæ tribuuntur. Utraque enim scriptis commendata exstant ; et ea nimirum, quæ summi juris severitas exigit, et quæ, temporis opportunitate servata judicioque adhibito, commiseratio postulat : vel quæ C consuetudo, mos videlicet hominum temporis diuturnitate probatus confirmatusque deposcit. Nam ea quoque instar legis, tum sacrorum canonum decretis tum civilium etiam legum constitutionibus obtinet. Magnus quoque Basilius in iis, qui pœnarum severitatem antiquis formulis expressam non admittunt, sequendam esse consuetudinem docuit Illustrationem porro supernam dixit, eo quod regnum cœlorum in illustratione quadam, in primis ex natura divina emanante, ac perfectiore Dei cognitione, sancti Patres ac doctores positum esse judicaverunt.

ΑΡΙΣΤ. « Ἡ τῆς ἁμαρτίας ἐπὶ πᾶσι σκοπεῖται « ποιότης, καὶ ἡ ἐπιστροφὴ καθορᾶται· καὶ οὕτω « μετρεῖται τὸ ἔλεος. »

ARIST. « Peccati qualitas in omnibus consideratur, et conversio perspicitur. Et sic misericordia mensura disponitur. »

Τὰ μὲν ἐπιτίμια ἐφ' ἑκάστῳ ἁμαρτήματι ὥρισαν οἱ Πατέρες. Τὴν δὲ κρίσιν πᾶσαν ἀνέθεντο πρὸς τὸν D τὴν ἐξουσίαν παρὰ Θεοῦ λαβόντα τοῦ δεσμεῖν τε καὶ λύειν· ὅπως αὐτὸς καὶ τὴν ποιότητα σκοπήσῃ τοῦ ἁμαρτήματος, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν τοῦ ἡμαρτηκότος, καὶ οὕτως ἐπιμετρήσῃ τὸ ἔλεος, τὴν θεραπείαν προσάγων κατάλληλον τῷ ἀῤῥωστήματι. Ὁ γὰρ πᾶς λόγος τῷ Θεῷ καὶ τῷ τὴν ποιμαντικὴν ἐγχειρισμένῳ ἡγεμονίαν ἐν τούτῳ ἐστὶ, ἐν τῷ τὸ πλανώμενον πρόβατον ἐπαναγαγεῖν, καὶ μὴ κατὰ κρημνῶν ὠθῆσαι τῆς ἀπογνώσεως, καὶ τὸν τρωθέντα ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἐξιάσασθαι, εἴτε διὰ τῶν αὐστηροτέρων τε καὶ στυφόντων, εἴτε διὰ τῶν ἀπαλωτέρων καὶ πραοτέρων φαρμάκων.

Pœnas quidem cuique peccato adhibendas decreverunt Patres. Sed totum judicium ei relinquunt qui ligandi et solvendi potestatem a Deo accepit, ut ille et peccati consideret qualitatem, et ejus qui peccavit conversionem, et sic misericordiam mensura disponat, medelam morbo convenientem adhibens. Omnis enim ratio Deo et ei cui pastoralis traditur principatus, in eo est, ut errantem ovem reducat, et non in desperationis præcipitia impellat, et a serpente vulneratum medicetur, sive per acriora et astringentia, sive per mollora et leniora medicamenta.

Digitized by Google

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΣ ΕΒΔΟΜΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ.

—

CANONES

SANCTÆ ET UNIVERSALIS VII SYNODI.

—

284 BALS. Sancta et œcumenica septima synodus fuit anno 6296, indictione 11 sub imp. Constantino et Irene, matre ejus, (erat autem hic Constant., filius Leonis filii Copronymi) 367 sanctis Patribus Nicææ Bithyniæ secundo congregatis, adversus eos qui imaginum hostes seu Christianorum erant accusatores. Quæ quidem imagines relative adorari et salutari decrevit.

ZONAR. Sancta et œcumenica septima synodus Constantino et Irene ejus matre imperantibus, celebrata fuit. (Constantinus hic porro Leonis ex Copronymo geniti filius) trecentis septem et sexaginta sanctis Patribus Nicææ, quæ in Bithynia est, adversus imaginum hostes seu Christianorum accusatores, congregatis. Quæ quidem imagines relative adorandas et amplectendas, quemadmodum et verendæ crucis figuram, decrevit, et fidelium Ecclesiæ tradidit, sic a Domino assumptæ humanitatis, et ejus, quæ ipsum sine semine modoque prorsus inexplicabili edidit, Deiparæ omniumque sanctorum simulacra, esse colenda. Sed et, ad Ecclesiæ constitutionem fideliumque utilitatem, subjectos præterea canones promulgavit.

CANON I.

« Iis, qui sacerdotalem dignitatem sortiti sunt,
« testimonia et ad recte se gerendum instituta
« sunt cononicarum constitutionum descriptio-
« nes : quas cum Deiloquo Davide libenter re-
« cipientes, ad Dominum Deum cantamus, di-
« centes : « In via mandatorum tuorum lætatus
« sum, tanquam in omnibus divitiis [46]; et man-

[46] Psal. cxviii, 14.

A ΒΑΛΣ. Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἑβδόμη σύνοδος γέγονεν ἐν ἔτει ϛσιϛ' (15), ἰνδικτιῶνος α', ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ (ἦν δὲ οὗτος ὁ Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος τοῦ υἱοῦ τοῦ Κοπρωνύμου), τριακοσίων ἑξήκοντα ἑπτὰ (16) ἁγίων Πατέρων συναθροισθέντων ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας τὸ δεύτερον κατὰ τῶν εἰκονομάχων, ἤγουν Χριστιανοκατηγόρων· ἥτις τὰς εἰκονικὰς ἐκτυπώσεις προσκυνεῖσθαι καὶ κατασπάζεσθαι σχετικῶς ἐψηφίσατο.

ΖΩΝΑΡ. Ἡ ἑβδόμη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος τοῦ υἱοῦ τοῦ Κοπρωνύμου, τριακοσίων ἑξηκονταεπτὰ ἁγίων Πατέρων ἀθροισθέντων ἐν B Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας κατὰ τῶν εἰκονομάχων, ἤγουν Χριστιανοκατηγόρων, ἥτις τὰς εἰκονικὰς ἐκτυπώσεις προσκυνεῖσθαι καὶ κατασπάζεσθαι σχετικῶς ἐψηφίσατο, ὁμοίως τῷ τοῦ τιμίου σταυροῦ τύπῳ, καὶ τῇ τῶν πιστῶν Ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν οὕτω σέβεσθαι τοὺς τύπους τοῦ προσλήμματος τοῦ Κυρίου καὶ τῆς αὐτὸν ἀσπόρως καὶ ἀῤῥήτως τεκούσης Θεοτόκου, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων ἁπάντων. Ἀλλὰ καὶ κανόνας ἐξέθετο εἰς κατάστασιν ἐκκλησιαστικὴν καὶ εἰς ὠφέλειαν τῶν πιστῶν, οἵπερ εἰσὶν οὗτοι.

ΚΑΝΩΝ Α'.

« Τοῖς τὴν ἱερατικὴν λαχοῦσιν ἀξίαν μαρτύριά τε
« καὶ κατορθώματα αἱ τῶν κανονικῶν διατάξεων
« εἰσιν ὑποτυπώσεις· ἃς δεχόμενοι ἀσμένως,
« μετὰ τοῦ θεοφάντορος Δαβὶδ ᾄδομεν πρὸς τὸν C
« Δεσπότην Θεὸν λέγοντες· « Ἐν τῇ ὁδῷ τῶν
« μαρτυρίων σου ἐτέρφθην, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ,
« καὶ ἐνετείλω δικαιοσύνην, τὰ μαρτύριά σου εἰς

Guill. Beveregii notæ.

(15) *Ἐν ἔτει ϛσιϛ'.* Auser 5508 ab 6296, et reliquus fiet annus 788. Hoc igitur anno, juxta Balsamonem, a Christi Nativitate currente celebrata est hæc secunda Nicææ synodus. Græcorum autem anni, non Latinorum instar Kalendis Januariis, sed Septembribus ineunt. Et quidem mense Septembri synodus hæc Nicææ congregata est, indictione 11 (ια' non α', ut in Græco textu male imprimitur). Ac proinde antequam annus 788 Julianus cœptus est ; quippe qui ante Kal. Jan. sequentes non incepit. Habitum est ergo hoc concilium anno Juliano Dom. 787, quemadmodum et antea observatum est. Sed Paulus Diaconus anno 781, Cedrenus anno 786, aliique aliis annis celebratum fuisse falso perhibuerunt.

(16) *Τριακοσίων ἑξήκοντα ἑπτά.* Sic etiam præter Aristenum Photius asserit, trecentos sexaginta septem episcopos huic concilio interfuisse, ἑπτὰ μὲν καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἱερῶν ἀνδρῶν πλήθει πλατυνομένη. Phot. De synodis. Nilus trecentos sexaginta tres solos fuisse scribit, συγκροτηθεῖσα ὑπὸ τριακοσίων ἑξήκοντα τριῶν ἁγίων Πατέρων κατὰ τῶν εἰκονομάχων. Nil. De syn. Psellus autem non plures quam trecentos quinquaginta fuisse tradidit, cujus etiam sententiam plerique amplexi sunt.

Digitized by Google

« τὸν αἰῶνα » συνέτισόν με, καὶ ζήσομαι. » Καὶ A
« εἰς τὸν αἰῶνα ἡ προφητικὴ φωνὴ ἐντέλλεται
« ἡμῖν φυλάττειν τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ, καὶ ζῆν
« ἐν αὐτοῖς, δηλονότι ἀκράδαντα καὶ ἀσάλευτα
« διαμένουσιν. Ὅτι καὶ ὁ θεόπτης Μωϋσῆς
« οὕτω φησίν· « Ἐν αὐτοῖς οὐκ ἔστι προσθεῖναι,
« καὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν. Καὶ ὁ θεῖος
« ἀπόστολος Πέτρος ἐν αὐτοῖς ἐγκαυχώμενος
« βοᾷ, Εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι. Καὶ
« ὁ Παῦλός φησι· « Κἂν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ
« οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελι-
« σάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. Τούτων οὖν οὕτως
« ἐχόντων καὶ διαμαρτυρομένων ἡμῖν, ἀγαλλιώ-
« μενοι ἐπ' αὐτοῖς, ὡς εἴ τις εὕροι σκῦλα πολλὰ,
« ἀσπασίως τοὺς θείους κανόνας ἐνσεσωρευσόμεθα,
« καὶ ὁλόκληρον τὴν αὐτῶν διαταγὴν καὶ ἀσάλευ- B
« τον κρατύνομεν, τῶν ἐκτεθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων
« σαλπίγγων τοῦ πνεύματος τῶν πανευφήμων
« ἀποστόλων, τῶν τε ἓξ ἁγίων οἰκουμενικῶν συν-
« όδων καὶ τῶν τοπικῶς συναθροισθεισῶν ἐπὶ
« ἐκθέσει τοιούτων διαταγμάτων, καὶ τῶν ἁγίων
« Πατέρων ἡμῶν. Ἐξ ἑνὸς γὰρ ἅπαντες καὶ τοῦ
« αὐτοῦ Πνεύματος αὐγασθέντες, ὥρισαν τὰ
« συμφέροντα· καὶ οὓς μὲν τῷ ἀναθέματι πα-
« ραπέμπουσι, καὶ ἡμεῖς ἀναθεματίζομεν· οὓς
« δὲ τῇ καθαιρέσει, καὶ ἡμεῖς καθαιροῦμεν· οὓς
« δὲ τῷ ἀφορισμῷ, καὶ ἡμεῖς ἀφορίζομεν· οὓς
« δὲ ἐπιτιμίῳ παραδίδασι, καὶ ἡμεῖς ὡσαύτως
« ὑποβάλλομεν. « Ἀφιλάργυρος γὰρ ὁ τρόπος,
« ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν, » ὁ βεβηκὼς εἰς C
« τρίτον οὐρανὸν, καὶ ἀκούσας ἄῤῥητα ῥήματα,
« Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος διαῤῥήδην βοᾷ. »

« dasti justitiam, testimonia tua [97] in æternum;
« intellectum da mihi, et vivam [98]. Et in æternum
« nos jubet nox prophetica testimonia Dei servare,
« et in eis vivere, ut quæ scilicet nequaquam
« concutienda nullaque ratione labefactanda per-
« maneant. Nam et qui Deum vidit Moses sic
« ait: « Eis non licet addere, nec eis licet de-
« trahere [99]. » Et divinus apostolus Petrus, in
« iis glorians, exclamat: « Ad quæ angeli pro-
« spicere desiderant [100]. » Atque etiam dicit Pau-
« lus: « Etiamsi nos vel angelus de cœlo evan-
« gelizaverit vobis præter id, quod nos evange-
« lizavimus vobis, sit anathema [101]. » Cum hæc
« ergo ita se habeant, et sint nobis testata, iis
« exsultantes, ut si quis multa spolia invenerit,
« divinos canones libenter amplectimur, eorum-
« que constitutionem integram et illabefactam
« confirmamus, qui editi fuerunt a sanctis spiri-
« tus tubis, summa laude celebrandis apostolis,
« et sex sanctis universalibus synodis, iisque quæ
« ad ejusmodi decretorum traditionem localiter
« coactæ fuerunt, et nostris sanctis Patribus. Ex
« uno enim eodemque Spiritu omnes illuminati,
« quæ erant utilia, decreverunt: et quos anathe-
« mati quidem transmittunt, nos quoque ana-
« thematizamus; quos vero depositioni, nos
« quoque deponimus; quos autem segregationi,
« nos itidem segregamus; et quos pœnæ tradunt,
« nos quoque similiter subjicimus. Sine avaritia
« namque sint mores, præsentibus contenti, is
« qui tertium cœlum conscendit, et arcana verba
« audivit [102], divinus apostolus Paulus aperte
« vociferatur.

ΒΑΛΣ. Μαρτύρια λέγονται τὰ τῶν θείων Γραφῶν παραγγέλματα, ὡς διαμαρτυρόμενα καὶ ὑποτυποῦντα πῶς χρὴ πολιτεύεσθαι τοὺς πιστούς. Φασὶν οὖν οἱ τῆς συνόδου ταύτης ἅγιοι Πατέρες ὅτι κατασπαζόμενοι τοὺς προεκτεθέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τῶν ἓξ οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τῶν τοπικῶν, ἀναθεματίζομεν τοὺς παρὰ τούτων ἀναθεματισθέντας, καθαιροῦμεν τοὺς καθαιρεθέντας, ἀφορίζομεν τοὺς ἀφορισθέντας καὶ ἐπιτιμῶμεν τοὺς ἐπιτιμηθέντας· ἀφιλάργυρος γὰρ ὁ τρόπος, τουτέστιν οὐδέν τι πλέον διὰ φιλοδοξίαν τούτοις προστιθέαμεν, ἁπλησταυσάμενοι ὡς φιλάργυροι, ἀλλ' ἀρκούμενοι τοῖς παρ' ἐκείνων διορισθεῖσι. Καὶ ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ κανόνος οὗτός ἐστι. Τὰ δ' ἐν αὐτῷ περιεχόμενα γραφικὰ, σαφῆ ὄντα, ἑρμηνείας οὐ δέονται. Γίνωσκε δὲ ὅτι οὗτος μὲν ὁ κανὼν τῶν ἀποστολικῶν καὶ συνοδικῶν κανόνων μόνων ἐμνήσθη· ὁ β' δὲ κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου διορίζεται καὶ ἑτέρων ἁγίων θεσπίσματα ὡς τοὺς ἱεροὺς κανόνας κρατεῖν. Μὴ θαυμάσῃς οὖν πῶς καὶ περὶ τούτων οὐ γέγραπταί τι ἐνταῦθα. Ἠρκέσθησαν γὰρ οἱ Πατέρες τοῖς ὡρισθεῖσι τότε λίαν καλῶς. Μὴ ἐναντιωθῇ δέ σοι ἡ νεαρὰ Ἰουστινιάνειος Νεαρὰ, ἡ καταστρωθεῖσα εἰς σχόλιον τοῦ δευτέρου κεφ. τοῦ α'

BALS. Testimonia dicuntur Scripturarum præcepta, ut quæ testificentur et describant quomodo fideles vitam instituere oporteat. Hujus ergo sanctæ synodi Patres dicunt, a sanctis apostolis, 885 a sex universalibus, et a localibus synodis prius editos canones amplectentes, eos anathematizamus qui ab eis anathematizati fuere, deponimus qui fuere depositi, segregamus qui fuerunt segregati, eosque pœnis multamus, quibus fuerunt pœnæ statutæ. Ab avaritia enim alieni mores, id est, nihil iis propter gloriæ cupiditatem adjicimus, ut avari, inexplebiles; sed iis, quæ ab illis constituta sunt, contenti sumus. Atque hic est quidem scopus hujus canonis. Quæ autem in eo continentur ad contextum pertinentia, ea, cum sint dilucida, non egent interpretatione. Scito autem, quod hic quidem canon apostolicorum tantum et synodalium canonum meminit: secundus autem canon synodi in Trullo, aliorum quoque sanctorum decreta tanquam sacros canones observari jubet. Ne mireris ergo cur nihil hic de iis quoque scriptum sit. Contenti enim fuere Patres iis, quæ tunc admodum pulchre de illis statuta sunt. Ne tibi autem adversari putetur Justiniani Novella 131, quæ in com-

[97] Psal. cxviii, 138. [98] ibid. 146. [99] Deut. iv, 8. [100] I Petr. i, 12. [101] Galat. i, 8. [102] II Cor. xii, 4.

Digitized by Google

mentario II, cap. primi tit. præsentis operis sita est, et universalium tantum synodorum et localium meminit. Per quæ enim secundum can. synodi in Trullo confirmavit, per eadem allorum quoque sanctorum Patrum decreta, quæ eo comprehenduntur, stabilivit.

ZONAR. Pluribus locis testimonii nomen in sacris Litteris usurpatum reperias : quorum etiam locorum aliquos sancti Patres hoc canone protulere. Est igitur primo, quid testimonii nomine intelligamus, explicandum. Sunt ergo testimonii Domini constitutiones, quæ nobis, et quo pacto vita instituenda, et quibus suppliciis puniendi sint, quicunque divina imperia contempsere, testantur atque ob oculos ponunt. Qui ergo sacri ordinis dignitate honestati sunt, iis divinos canones, quæque illorum auctoritate descripta et constituta sunt, testimonii loco esse debere, hujus synodi Patres affirmant. Quis enim vitæ modus, quæ ratio unicuique servanda, testantur, quæque illorum violatoribus pœnæ luendæ sint, minantur atque præmonstrant. Sunt vero iisdem canones etiam recte agendi præcepta : vitæ siquidem illorum honestatem tuentur apteque componunt. Virtutem enim eo pacto in nobis efficiunt, Deoque conciliant, quo nullum præstantius recte agendi præceptum reperiri queat. Has igitur, inquiunt, canonicas constitutiones libenter, hoc est, cupide ac alacriter, amplexi, cum Davide illud occinimus : *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis* [88] : quasi sic dicerent : Nos deambulantes, seu vitæ cursum peragentes ex testimoniis tuis oblectamur exsultamusque, ut in omnibus

A τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ μεμνημένη μόνων τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τῶν τοπικῶν. Δι' ὧν γὰρ ἐπεκύρωσε τὸν β' κανόνα (17) τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, συνεστήριξε καὶ τὰ τῶν ἑτέρων ἁγίων θεσπίσματα, τὰ τούτῳ περιεχόμενα.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ πολλαχοῦ εὑρίσκεται τῶν μαρτυρίων τὸ ὄνομα, ὧν ἐνίων καὶ οἱ ἱεροὶ Πατέρες οὗτοι ἐν τῷ παρόντι κανόνι ἐμνήσθησαν. Δεῖ τοίνυν εἰπεῖν πρότερον τίνα εἰσὶ τὰ μαρτύρια. Μαρτύρια οὖν λέγονται αἱ τοῦ Κυρίου διαταγαὶ, αἱ διαμαρτυρόμεναι καὶ παριστῶσαι πῶς δεῖ βιοῦν ἡμᾶς, καὶ ὅπως οἱ παραβάται τῶν τῷ Θεῷ διατεταγμένων τιμωρηθήσονται. Φασὶν οὖν οἱ τῆς συνόδου Πατέρες ὅτι τοῖς τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἀξιωθεῖσιν οἱ θεῖοι κανόνες καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνων τυπούμενα καὶ ὁριζόμενα μαρτύριά εἰσι. Διαμαρτύρονται γὰρ πῶς χρὴ βιοῦν αὐτοὺς καὶ πῶς πολιτεύεσθαι, καὶ τὴν ἐκ παραβάσεως αὐτῶν ἀπειλοῦσι καὶ προδεικνύουσι κόλασιν. Εἰσὶ δὲ τοῖς αὐτοῖς οἱ κανόνες καὶ κατορθώματα, συντηρούμενοι δηλαδὴ καὶ ῥυθμίζοντες τὸν βίον αὐτοῖς. Οὕτω γὰρ κατορθοῦσι τὴν ἀρετὴν καὶ εὐαρεστοῦσι Θεῷ, οὗ μεῖζον οὐκ ἂν εὕροι κατόρθωμα. Ταύτας τοίνυν τὰς κανονικὰς διατάξεις ἀσμένως, φασὶ, δεχόμενοι, ἀντὶ τοῦ ἀγαπητῶς, προθύμως, μετὰ τοῦ Δαβὶδ ᾄδομεν· *Ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου εὐφράνθην, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ*, τοῦτο λέγοντες, ὅτι Ὑδεύοντες, ἤγουν τὴν ὁδὸν τοῦ βίου ἀνύοντες, κατὰ τὰ μαρτύριά σου τερπόμεθα καὶ εὐφραινόμεθα, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ, ὡς ἐπὶ παντοδαπῷ καὶ πολυειδεῖ πλούτῳ, ἢ ὥσπερ εἰ πάντα τὸν πλοῦτον ὁμοῦ συναχθέντα εἰς ἕν, εἰ δυνατὸν, εἴχομεν· καὶ πάλιν· *Ἐντελοῦμαι δικαιοσύνην τὰ μαρτύριά*

[88] Psal. cxvIII, 14.

Guill. Beveregii notæ.

(17) *Δι' ὧν γὰρ ἐπεκύρωσε τὸν β' κανόνα.* Secundum synodi Trullanæ canonem a Justiniano imperatore, novella puta 131 confirmatum esse Balsamon hic asseverat, non animadvertens Justinianum vita functum plusquam centum viginti annis terrenam cum cœlesti corona prius commutasse, quam synodus Trullana celebrata fuit. Imo quidem novella ista a Balsamone citata etiam ante quintam generalem synodum Constantinopoli habitam promulgata fuit, quippe qua quatuor tantummodo œcumenica concilia confirmata sunt. Sic enim se habet, *Sancimus igitur vicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quæ a sanctis quatuor conciliis expositæ sunt, aut firmatæ ; hoc est, in Nicæna trecentorum decem et octo ; et in Constantinopolitana, sanctorum centum quinquaginta Patrum ; et in Ephesina prima, in qua Nestorius est damnatus ; et in Chalcedonica, in qua Eutyches cum Nestorio anathematizatus est. Prædicturum enim quatuor synodorum dogmata sicut sanctas Scripturas accipimus, et regulas sicut leges observamus.* Justinian. novel. 131. cap 1. Sed unde igitur Balsamon Trullanam etiam synodum a Justiniano confirmatam hauserit ? Nimirum e Basilicis, in quæ dicta Justiniani Novella, longe aliter quam ab eo constituta, tralata est. Enimvero in Basilicorum lib. v. tit. 3, cap. 2, ista novella, sic legitur, Θεσπίζομεν τοίνυν τάξιν τόμων ἐπέχειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας : τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων ἑπτὰ συνόδων ἐκτεθέντας ἢ βεβαιωθέντας. Ubi, ut videre est, loco quatuor septem synodi mendose substituuntur : quæ etiam sic postea recensentur et confirmantur, Nicæna prima, Constantinopolitana, Ephesina, Chalcedonensis, Constantinopolitana secunda, Constantinopolitana tertia, et Nicæna secunda. Unde palam fit Basilica, quæ Balsamoni imposuerunt, hoc præsertim in loco, ut alia in præsenti taceam, misere interpolata et corrupta esse ; cum præsens etiam concilium Nicææ habitum a Justiniano confirmatum ibi dicatur, etiamsi ille plusquam ducentis annis antea mortuus fuerit, quam hæc corruptela, nec Balsamon primus, qui ea deceptus fuit. Nam longe ante eum Photius patriarcha Constantinopolitanus eamdem Justiniani novellam eodem modo depravatam citavit, Ἡ γ' διάταξις τοῦ β' τίτλου τῶν Νεαρῶν τοὺς τῶν ἑπτὰ συνόδων κανόνας θέλει κρατεῖν καὶ τὰ δόγματα αὐτῶν, ὡς τὰς θείας Γραφάς. Phot. Nomocan. tit. 1, cap. 2. Unde veri nobis simillimum videtur, istam Justiniani novellam hac corruptela depravatam, et tribus ultimis conciliis auctam esse statim post tempora, quibus extremum eorum sive præsens habitum fuit ; idque eo nomine, ut decreta hujus synodi de imaginibus adorandis legis vicem habere viderentur. Sed nihil incautius, nihil imprudentius perpetrari potuit ; cum neminem lateat impossibile esse, ut Justinianus ea concilia confirmaret, quæ multis post ejus obitum annis celebrata sunt. Quod miror, neque a Balsamone, nec Photio, nec ab aliis antehac observatum.

Digitized by Google

σου εἰς τὸν αἰῶνα· συνέτισόν με, καὶ ζήσομαι. A Καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἡ προφητικὴ φωνὴ ἐντέλλεται ἡμῖν φυλάττειν τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ, καὶ ζῆν ἐν αὐτοῖς, δηλονότι ἀκραδάντοις καὶ ἀσαλεύτοις μένουσι. Ζῶμεν γὰρ ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ μαρτυρίοις, ὅταν ἀσάλευτα ταῦτα μένωσι, μὴ παραβαινόμενα παρ' ἡμῶν μηδὲ ἀθετούμενα. Ἀκράδαντα δὲ τὰ ἐστηριγμένα καὶ μὴ ῥᾳδίως κινούμενα λέγονται. Κράδη γὰρ ὁ κλάδος λέγεται τῆς συκῆς, ὃς ἀσθενής ἐστι καὶ εὐκόλως συνθλώμενος. Ὁ γοῦν ἐστηριγμένος καὶ μὴ εὐκόλως κινούμενος ἀκράδαντος λέγεται. Εἶτα καὶ τὸν Μωϋσῆν παράγει λέγοντα, ὅτι *Ἐν αὐτοῖς*, τοῖς θείοις δηλαδὴ διατάγμασιν, *οὐκ ἔστι προσθεῖναι, καὶ ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν*· καὶ τοὺς ἀποστόλους, τὸν μὲν τὴν πίστιν θερμότατον Πέτρον ἐν αὐτοῖς καυχώμενον, καὶ εἰπόντα· B *Εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι*, ἅτινά εἰσιν, ὡς ἐκεῖνός φησιν, ἃ νῦν ἀνηγγέλη ἡμῖν διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ἡμῖν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· εἰ καί τινες ἑτέρως ἐξηγοῦνται τὸ ἀποστολικὸν τοῦτο ῥητόν· τὸν δὲ τὸν ζῆλον πολὺν Παῦλον βοῶντα· *Κἂν ἄγγελος εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.* Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπάγουσιν οἱ τὸν κανόνα τοῦτον ἐκθέμενοι ὅτι, τούτων οὕτως ὄντων καὶ διαμαρτυρομένων ἡμῖν, ἀγαλλιώμενοι ἐπ' αὐτοῖς, ὡς εἴ τις εὕροι σκῦλα πολλά (καὶ τοῦτο τὸ Δαυϊδικόν). Σκῦλα δὲ τὰ τοῖς νεκροῖς τοῖς ἐν πολέμῳ πεσοῦσι περικείμενα λέγονται, εἴτε ἐσθῆτές εἰσιν, εἴτε ὅπλα, εἴτε τις κόσμος. Τὸ ὑπερβάλλον οὖν διὰ τούτου ὁ προφήτης ἐδήλωσε τῆς ἀγαλλιάσεως. C Οἱ γὰρ τοὺς ἐν πολέμῳ πεσόντας σκυλεύοντες νενεμηκότες ἂν νοοῖντο, καὶ τῶν ἐναντίων ὑπερτερήσαντες, καὶ διπλῆν τὴν ἀγαλλίασιν ἔχουσι, τὴν μὲν διὰ τὴν νίκην, τὴν δὲ διὰ τὸν πλοῦτον, ὃν ἐκ τῶν σκύλων συνήγαγον· οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς, οἱ Πατέρες οὗτοί φασιν, ἀγαλλόμενοι τοὺς θείους κανόνας ἐνστερνιζόμεθα, ἀντὶ τοῦ, ἀγαπητικῶς δεχόμεθα καὶ κατασπαζόμεθα. Οὓς γὰρ ἀγαπῶμεν, περὶ τὰ στέρνα ταῖς περιπλοκαῖς τιθέντες κατασπαζόμεθα, ἢ ἀντὶ τοῦ, ἐγκαρδίως φιλοῦμεν· περὶ τὰ στέρνα γὰρ ἡ καρδία ἡμῶν. Καὶ ὁλόκληρον καὶ ἀσάλευτον τὴν αὐτῶν διαταγὴν τηροῦμεν, φασί. Κρατυνομένων, ἤγουν ἐπικυρουμένων καὶ βεβαιουμένων τῶν ἐκτεθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἐξ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν D κατὰ τόπους συναθροισθεισῶν, καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν, δηλαδὴ τῶν ἐκτὸς συνόδων κανόνας ἐκτεθεικότων· πάντες γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος ἁγίου φωτισθέντες τὸν νοῦν ὥρισαν τὰ συμφέροντα, καὶ πάντα, φασί, κατ' ἐκείνους καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν. Οὓς γὰρ ἐκεῖνοι ἀναθεματίζουσι, καὶ ἡμεῖς· οὓς δὲ ἀφορίζουσι, καὶ ἡμεῖς· οἷς δὲ ἐπιτιμῶσι, καὶ ἡμεῖς· ἀφιλάργυρος γὰρ ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσι. Τὸ μὲν ῥητὸν ἀποστολικόν· ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ οἱ τῆς συνόδου, δηλοῦντες, οἶμαι, ὅτι οὐδὲν πλέον τοῖς παρ' ἐκείνων διαταγεῖσι θέλομεν ἡμεῖς προσθεῖναι διὰ φιλοδοξίαν ἀπληστευόμενοι, ὡς οἱ φιλάργυροι ἀεὶ ζητοῦντες, οἷς ἔχουσι, προστιθέναι· ἀλλ' ἀρκού-

divitiis, non minus videlicet, ac si divitiarum omni copia varietateque affluerimus, vel si divitiis omnibus in unum locum, si fieri posset collectis perfrui datum esset. Et rursum: *Mandasti justitiam testimonia tua in sæculum, intellectum da mihi, et vivam* [54]. Et in sæculum testimonia Dei servare prophetica voce jubemur, ac in ipsis vivere, ita scilicet ut firma illa, inconcussaque permaneant. Tunc enim in Dei testimoniis vivimus, cum ea immota stabili vestigio, nullo nostro facto violata aut contempta, nituntur; *ἀκράδαντα* namque dicuntur, quæ firmo nixu hærent, nec ita facile commoveri possunt. Est enim *κραδὴ* ficus ramus tener et fragilis. Qui igitur ita stabilitus est, ut haud facili negotio moveri queat, ἀκράδαντος nominatur. Mosem deinde producit, qui ad ea, divina decreta videlicet, Nihil addi, nec ab iis quidquam auferri licere affirmat [55]. Tum ex apostolorum quoque numero, primum quidam immenso fidei amore flagrantem Petrum illum, magnifice se in ipsis efferentem; *in quæ desiderant* [56], inquit, *angeli prospicere* [56], quæ sunt, ut ille ait, ea quæ nuntiata sunt nobis per eos qui evangelizaverunt nobis in Spiritu sancto; quamvis alii hunc apostoli locum aliter explicent. Deinde Paulum multo zelo incensum, qui sic obtestabatur: vel *Si angelus annuntiet vobis, præter id quod accepistis, anathema sit* [57]. Proinde cum hæc, inquiunt canonis auctores, **286** ita constituta sint, nobisque testata, in iis exsultantes, sicut qui invenit spolia multa (et hoc Davidicum est). Spolia vero dicuntur ea, quibus qui in bello cecidere induti sunt, tum vestes, tum arma, tum quidquid ad ornatum aliquo modo pertinet: hic ergo lætitiæ magnitudinem Propheta demonstravit. Nam qui interfectis in bello spolia detrahunt, victoriam reportasse ac superiores adversariis fuisse intelliguntur, geminaque, partim ob victoriam qua potiti sunt, partim ob spolia quibus sunt ditati, voluptate perfruuntur. Eodem modo nos quoque, aiunt Patres, exsultabundi, divinos canones pectoribus admovemus, hoc est, perlibenti animo accipimus, et amplectimur; quos enim diligimus, pectora brachiis amplexi salutamus; vel intimo cordis affectu diligimus (est namque in pectore cordis locus), eorumque constitutionis universas, neque ulla ex parte labefactatas conservamus, inquiunt, ac retinemus; ratis scilicet ac confirmatis iis canonibus, tum quos sancti apostoli, tum quos œcumenicæ, quosque item locales synodi, quos etiam extra synodicos conventus sancti Patres nostri edidere. Omnes namque, ejusdem sancti Spiritus lumine illustrati, utilia decrevere, ac omnia, inquiunt, ex illorum institutis nos quoque sancimus. Quos enim illi anathemate, aut depositione, aut segregatione, aut aliis pœnis afficiunt, illos eodem prorsus multæ genere nos quoque damnamus. Sint etenim mores

[53] II Cor. xii, 4. [54] Psal. cxviii, 138. [55] Deut. iv, 2. [56] I Petr. i, 13. [57] Galat. i, 9.

Digitized by Google

sine avaritia, contenti præsentibus, inquit Apostolus. Quæ quidem verba synodi auctores usurpavere, illud, ut arbitror, indicantes, se nihil scilicet ad ea quæ jam ab antiquis Patribus constituta sunt ambitioni studentes adjungere, avarorum more, qui ad ea quæ possident aliquid addere assidue contendunt: sed præsentibus, iis nimirum quæ a sanctis Patribus definita sunt, esse contentos.

ARIST. « Canones divinos, sanctorum nempe apostolorum, synodorum sex œcumenicarum, nec « non topicarum, utique et sanctorum Patrum « nostrorum ab uno scilicet et eodem Spiritu « sancto inspiratorum, libenter amplectimur. « Eos igitur quos ii anathematizarunt, et nos « anathematizamus; quos deposuerunt, depo- « nimus; quos segregarunt, segregamus; et « quos pœnis subjecerunt, eosdem et nos pœnis « subjicimus. »

Septima hæc synodus secundo in Nicæa habebatur, sub Constantino exsecrandi impiique Copronymi nepote, et Irene matre ejus ex Athenis oriunda, congregatis consilio et adhortatione Tarasii archiepiscopi Constantinopolitani, trecentis sexaginta septem Patribus divinis. Conventus autem eorum erat adversus imaginum hostes sive Christianorum accusatores, et eos anathematizarunt: Ecclesiæ autem antiquum ejus ornatum restituerunt, eamque imaginum habere expressiones, et relative eas salutare recte definierunt: pari vero ratione etiam crucis honorabilis adorari figuram: amplectentes et confirmantes tum summa laude prædicandorum et sanctorum apostolorum, tum sex sanctorum conciliorum generalium, et etiam provincialium canones; et eos qui ab illis anathematizati fuissent, anathematizarunt et ipsi, et depositione ob aliquod crimen damnatos, similiter et ipsi condemnarunt, segregatos autem segregarunt, et pœnis subjectos æqualibus pœnis subjecerunt; nihil omnino iis, quæ sanctis apostolis et divinis Patribus exposita et decreta fuerunt, vel addentes vel subtrahentes.

287 CANON II.

« Quoniam psallentes Deo repromittimus, in ju- « stificationibus tuis meditabor, non obliviscar « eloquiorum tuorum: omnes quidem Christia- « nos hoc servare salubertimum est; eos autem « præcipue qui sacerdotalem dignitatem obti- « nent. Quamobrem decernimus, quemlibet « quidem, qui ad episcopalem gradum est pro- « vehendus, Psalterium omnino nosse, ut ex « eo omnem quoque suum clericum ita instituat « moneat: a metropolitano autem bene exami- « nari, an ad sacros canones diligenter ac cum « perscrutatione, non autem obiter cursimque « legendos promptu paratoque sit animo, et « sacrum etiam Evangelium et librum divini « Apostoli omnemque divinam Scripturam; et « in divinis præceptis versari, et populum sibi « commissum docere. Nostræ enim hierarchiæ « substantiæ sunt eloquia divinitus tradita,

A μεθα τοῖς παροῦσι, τοῖς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων δηλονότι ὁρισθεῖσιν.

ΑΡΙΣΤ. « Τοὺς θείους κανόνας ἀσπασίως ἐνστερνι- « ζόμεθα, τῶν τε ἁγίων ἀποστόλων, τῶν ἐξ οἰκου- « μενικῶν συνόδων, καὶ τῶν τοπικῶν, πρὸς δὲ « καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν, ὡς ἐξ ἑνὸς καὶ « τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐμπνευσθέντων. « Οὓς οὖν ἀνεθεμάτισαν, ἀναθεματίζομεν· καὶ « οὓς καθεῖλον, καθαιροῦμεν· οὓς ἀφώρισαν, « ἀφορίζομεν· καὶ οὓς ἐπετίμησαν, ἐπιτιμῶ- « μεν. »

B

Ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ ἐγγόνου τοῦ τρισκαταράτου καὶ θεομισοῦς Κοπρωνύμου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ τῆς ἐξ Ἀθηνῶν ἡ παροῦσα ἑβδόμη γέγονε σύνοδος ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον, συνελθόντων συμβουλῇ καὶ παραινέσει Ταρασίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τριακοσίων ἑξήκοντα ἑπτὰ θεοφόρων Πατέρων. Ἡ δὲ συνέλευσις τούτων γέγονε κατὰ τῶν εἰκονομάχων ἤτοι Χριστιανοκατηγόρων· καὶ τούτους ἀνεθεμάτισαν. Τῇ δὲ Ἐκκλησίᾳ τὸν ἀρχαῖον αὐτῆς κόσμον ἀποδεδώκασι, καὶ τὰς εἰκονικὰς ἀνα-υπώσεις ἔχειν αὐτὴν, καὶ σχετικῶς ἀσπάζεσθαι ταύτας, καλῶς διωρίσαντο· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν τύπον τοῦ τιμίου προσκυνεῖσθαι σταυροῦ· ἀσπασίμενοι καὶ κρατύναντες τούς τε τῶν πανευφήμων καὶ C ἁγίων ἀποστόλων κανόνας, τῶν τε ἁγίων οἰκουμενικῶν ἐξ συνόδων, καὶ τῶν τοπικῶς συναθροισθεισῶν· καὶ τοὺς μὲν ἀναθεματισθέντας ὑπ' αὐτῶν ἀναθεματίζουσι καὶ αὐτοί· τοὺς δὲ καθαιρέσει διά τι πταῖσμα κατακριθέντας, ὡσαύτως καὶ οὗτοι κατα-δικάζουσι· τοὺς δὲ ἀφωρισμένους ἀφορίζουσι· καὶ τοὺς ἐπιτιμίοις καθυποβαλλομένους ἐπιτιμῶσιν ἐπίσης, μηδέν τι προστιθέντες, ἢ ὑφαιροῦντες τῶν παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν θεοφόρων Πατέρων ἐκτεθέντων καὶ ὁρισθέντων.

ΚΑΝΩΝ Β'.

« Ἐπειδήπερ ψάλλοντες συντασσόμεθα τῷ Θεῷ, « Ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω, οὐκ ἐπι- « λήσομαι τῶν λόγων σου· » πάντας μὲν Χρι- « στιανοὺς τοῦτο φυλάττειν σωτήριον, κατ' ἐξαί- « ρετον δὲ τοὺς τὴν ἱερατικὴν ἀμπεχομένους « ἀξίαν. Ὅθεν ὁρίζομεν πάντα τὸν προάγεσθαι « μέλλοντα εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς βαθμὸν πάντως « τὸν ψαλτῆρα γινώσκειν, ἵνα ὡς ἐκ τούτου καὶ « πάντα τὸν κατ' αὐτὸν κλῆρον οὕτω νουθετῇ « μυεῖσθαι· ἀνακρίνεσθαι δὲ ἀσφαλῶς ὑπὸ τοῦ « μητροπολίτου, εἰ προθύμως ἔχει ἀναγινώσκειν « ἐρευνητικῶς καὶ οὐ παροδευτικῶς τούς τε « ἱεροὺς κανόνας, καὶ τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, τήν « τε τοῦ θείου Ἀποστόλου βίβλον, καὶ πᾶσαν τὴν « θείαν Γραφήν· καὶ κατὰ τὰ θεῖα ἐντάλματα « ἀναστρέφεσθαι, καὶ διδάσκειν τὸν κατ' αὐτὸν « λαόν. Οὐσία γὰρ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίς ἐστι « τὰ θεοπαράδοτα λόγια, ἥνουν ἡ τῶν θείων

Digitized by Google

« Γραφῶν ἀληθινὴ ἐπιστήμη, καθὼς ὁ μέγας A
« ἀπεφήνατο Διονύσιος. Εἰ δὲ ἀμφισβητοίη, καὶ
« μὴ ἀσμενίζοι οὕτω ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, μὴ
« χειροτονείσθω. Ἔφη γὰρ προφητικῶς ὁ Θεός·
« Σὺ ἐπίγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαί σε τοῦ
« μὴ ἱερατεύειν μοι. »

ΒΑΛΣ. Εἰδότες οἱ ἅγιοι Πατέρες ὅτι διὰ τὴν τῶν εἰκονομάχων αἵρεσιν οἱ πλείους πιστοὶ ἐξηγριώθησαν, ὡς φεύγοντες, καὶ μὴ δυνάμενοι κἂν εἰς ὄψιν ἀνθρώπων ἔρχεσθαι, εἶπον ὡς καὶ πάντες μὲν Χριστιανοὶ ἀναγκάζονται τὴν θείαν Γραφὴν ἀναγινώσκειν μετὰ ἐρεύνης· πολλῷ δὲ πλέον οἱ ἀρχιερεῖς, οἱ πρὸς τὸ διδάσκειν τὸν ὑπ' αὐτοὺς λαὸν τεταγμένοι. Διὸ καὶ ὥρισαν μὴ ἄλλως τινὰ χειροτονεῖσθαι, εἰ μὴ τὸν ψαλτῆρα γινώσκει, καὶ ἀναχρινόμενος B ὑπὸ τοῦ μέλλοντος χειροτονεῖν αὐτὸν, ὁποίαν ἔφεσιν ἔχει περὶ τὴν μάθησιν τῆς θείας Γραφῆς, κατάθηται ἐπιμεληθῆναι τῆς ἀναγνώσεως τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων καὶ τῶν λοιπῶν, μετὰ ἐρεύνης δηλονότι, καὶ οὐ κατὰ πάροδον· ἀναστρέφεσθαι δὲ καὶ κατὰ τὰ θεῖα ἐντάλματα, καὶ διδάσκειν ταῦ Κυρίου λαὸν, καὶ ἁπλῶς εἶναι ἕτοιμον εἰς τὸ διδάσκειν καὶ ἀποκρίνεσθαι τὰ εἰκότα περὶ τῶν θεοπαραδότων λογίων τῶν ὄντων οὐσίαν ἤτοι σύστασιν τῆς ἱερωσύνης. Εἴποι δέ τις, Πῶς οἱ ἅγιοι Πατέρες οὐκ εἶπον ὀφείλειν χειροτονεῖσθαι τοὺς εἰδότας τοὺς ἱεροὺς κανόνας, τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον καὶ τὰ λοιπὰ, ἀλλὰ τοὺς εἰδότας μόνον τὸν ψαλτῆρα, καὶ ἐπαγγελλομένους ἐπιμεληθῆναι καὶ τῆς τῶν λοιπῶν μαθήσεως; Λύσις. Τὸ μὲν εἰδέναι τὸν ψαλτῆρα, ὡς ἀπῃτημένον ἐξ ἀνάγκης, C ἀπῃτήθη καὶ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἀσυμπαθῶς τοὺς χειροτονεῖσθαι ὀφείλοντας· τῶν δὲ λοιπῶν θείων διδαγμάτων ἡ κατάληψις οὐκ ἐζητήθη, διὰ τὸ μὴ ὀφειλόμενον εἶναι καὶ τοὺς μήπω ἀξιωθέντας διδασκαλικοῦ ἀξιώματος ταῖς τοιαύταις ἀναγνώσεσι ἑαυτοὺς ἀπασχολεῖν, καὶ μᾶλλον τότε, ὅτε οἱ Χριστιανοὶ φυγαδείας κατεκρίνοντο. Ἵνα τί γοῦν, εἶπον, ὁ ἀπὸ τῶν ἄλλων βιωτικῶν ἴσως ἐργασιῶν εἰς χειροτονίαν μετακαλούμενος, καὶ διὰ τοῦτό τε καὶ διὰ τὴν τῶν ὀρθοδόξων στενωχορίαν συγγνωμονούμενος, οὐ χειροτονηθείη, ὡς μὴ ἔχων κατάληψιν ἀκριβῆ τῆς θείας Γραφῆς; Διὸ, φασὶν, εἰ πρὸς ταύτην ἕτοιμός ἐστι, καὶ ἐπαγγέλλεται μετὰ διαθέσεως ἐπιμεληθῆναι τῆς ἀναγνώσεως αὐτῆς, χειροτονηθήσεται· ὅτι D μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι τῆς τῶν ἄλλων ὀχλήσεως, καὶ ἀναδέξασθαι τὸ διδασκαλικὸν ἀξίωμα, ἐξ ἀνάγκης οὐ καταισχύνει ἐπάγγελμα· ἀλλὰ γενήσεται τούτου καὶ μόνου, καὶ ῥᾳδίως ἕξει τὴν ἐπιστήμην τῆς θείας Γραφῆς.

ΖΩΝΑΡ. Πάντας μὲν δεῖ τοὺς πιστοὺς ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ μελετᾷν δικαιώμασι, καὶ μὴ ἐπιλανθάνεσθαι τῶν λόγων αὐτοῦ· ἐξαιρέτως δὲ τοὺς τὸ ἱερατικὸν ἀμπεχομένους, ἐνδεδυμένους, περικειμένους ἀξίωμα. Διὸ καὶ ὁ κανὼν οὗτος τὸν εἰς ἐπισκοπὴν προάγεσθαι

« divinarum scilicet Scripturarum vera scien-
« tia; sicut et magnus ait Dionysius. Si autem
« dubius animi fuerit, et non libenter hæc
« facere et docere voluerit, non ordinetur.
« Prophetice enim dixit Deus: « Tu repulisti
« scientiam, et ego te repellam ne sis mihi
« sacerdos [58]. »

BALS. Cum scirent sancti Patres, quod propter imaginum adversariorum hæresin complures fideles fieri agrestesque evaserunt, ut qui fugerint, et ne in hominum quidem conspectum venire anderent, dixerunt, quod omnes quidem Christiani cogantur cum persecutatione divinam Scripturam legere; multo autem magis antistites, qui ad sibi subjectum populum docendum ordinati sunt. Unde etiam definierunt, non alias ordinari quempiam, quam si norit psalterium, et ab eo, qui est ipsum ordinaturus, examinatus, quodnam sit ejus in sanctam Scripturam desiderium, asserat se sacrorum et divinorum canonum ac reliquorum lectioni operam dare cum diligenti scilicet investigatione, et non obiter: versari autem etiam in divinis præceptis, et Domini populum docere; et esse, ut semel dicam, promptum ad docendum et respondendum, quæ sunt consentanea, de eloquiis a Deo traditis, quæ quidem sunt substantia seu constitutio sacerdotii. Dixerit autem quispiam, cur sancti Patres non dixerunt eos debere ordinari, qui sacrum canonem norunt, sanctum Evangelium, et reliqua: sed eos qui psalterium tantum norunt, et profitentur se reliquorum quoque divinorum curam gerere? Solutio. Scire quidem psalterium, ut necessario requisitum, eos, qui citra ullam commiserationem ordinari debent a sanctis quoque Patribus postulatum est: reliquarum autem doctrinarum comprehensio non requirebatur, eo quod jure exigi non potest, ut qui docendi auctoritatem et munus nondum sunt assecuti in ejusmodi lectionibus versentur, et maxime eo tempore, quando Christiani exsilii pœna damnabantur. Quidni ergo, dixerunt, qui ab aliis, quibus victus paratur, artificiis ad ordinationem accersitur, cuique propterea, et propter orthodoxorum angustias, venia datur, ordinetur, ut qui non habeat exactam divinæ Scripturæ comprehensionem? Ideo, inquiunt, si ad eam paratus sit, et se ad eam diligenter legendam operam positurum profiteatur, ordinabitur: quia postquam ab aliarum rerum molestia est liberatus, et docendi auctoritatem suscepit, professionem suam dedecore non afficiat; sed in eo solo versetur necesse est, et divinæ Scripturæ scientiam facile assequetur.

ZONAR. Omnes quidem fideles in justificationibus Dei meditari, nec illius sermonum oblivisci decet: sed eos maxime, qui sacerdotalem dignitatem obtinent sive ea præditi atque ornati sunt. Quicunque igitur ad episcopatum fuerit evehendus, hunc

[58] Osee IV, 6.

Digitized by Google

præsens can. in psalterii cognitione versatum esse jubet, ut hoc pacto ab illo populus quoque initiari, hoc est eadem cognitione imbui discat. Examinari porro illum vult ab eo a quo renuntiandus est, metropolitano, **288** an sacros canones, Evangelium, Apostoli librum, omnia denique divinæ Scripturæ monumenta perlegere velit. Ac ita quidem perlegere, ut reconditas abditasque illorum sententias scrutetur, proindeque, et uniuscujusque rei rationem intelligat, et populo sibi commisso erudiendo sit idoneus, ipsumque interrogantibus respondere paratus; juxta divinum Apostolum, qui jubet fideles, paratos esse semper respondere omni petenti ab ipsis rationem de ea, quæ in nobis est, spe: non autem perfunctorie, hoc est, alias res agens, et verbis solum recitandis occupatus, subjectas vero sententias cognitione nequaquam attingens. Nec solum ab eo sacrarum Litterarum studium, quod diximus, postulari; sed ut vitam præterea ac mores ad legis divinæ præscriptum normamque componat, exigi placet neque id tantum, sed ut in erudiendo præterea credito sibi populo elaboret. Sunt etenim ejus, quæ apud nos est, hierarchiæ substantia, ut magnus Dionysius indicavit, eloquia divinitus tradita, hoc est, divinarum Scripturarum vera cognitio. Substantia vero hierarchiæ divina Scriptura vocata est, quod ex illa nimirum tota ejus constitutio pendeat. De substantia porro, iis qui extra sunt, hoc tempore plura dicere alienum mihi visum est. Vel enim qui se ad cognoscendos canones contulere liberali doctrina expoliti sunt, ejusque definitionem, et quæcunque de illa in prædicamentis traduntur, novere; vel, si politioris litteraturæ ignari sunt, frustra illis, quæcunque hac de re dici possunt, inculcaveris. Hæc igitur siquidem episcopus se facturum recipiat, ipseque hanc vitæ normam amplecti, tum in aliorum quoque moribus componendis laborem suscipere non recuset, eum ordinari Patres jubent: sin dubius sit animi, et non libenter accipiat, hoc est, amet, et prompto sit animo ita facere et docere, non ordinari. His præterea prophetæ verba subjiciunt.

Peregrinum clericum hanc urbium reginam ingredientem non oportet sine sui episcopi et episcopi Constantinopolitani voluntate in quavis æde vel ecclesia recipi. Si autem a quopiam sine eorum scientia recipiatur, et maneat, ad suam parœciam non rediens, deponetur. Qui autem cum eorum scientia in æde aliqua, earum quæ in urbe hac a Deo custodita sunt, admissus est, non debet provisor, aut major, aut curator fieri, sed pueros et servos docere. Si autem ejusmodi curas susceperit, vel cesset, vel deponatur.

Ἀλλότριον κληρικὸν ἐν τῇ βασιλίδι ταύτῃ τῶν πόλεων εἰσελθόντα οὐ χρὴ ἄνευ γνώμης τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, ἐπισκόπου ἐν οἱῳδήτινι οἴκῳ ἢ ἐκκλησίᾳ παραδεχθῆναι. Εἰ δὲ παρά τινος προσδεχθῇ χωρὶς εἰδήσεως αὐτῶν, καὶ ἐπιμένει, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν μὴ ἐπιστρέφων, καθαιρεθήσεται. Ὁ δὲ μετ' εἰδήσεως αὐτῶν ἔν τινι οἴκῳ τῶν κατὰ τὴν θεοφύλακτον ταύτην πόλιν εἰσιὼν οὐκ ὀφείλει προνοητὴς, ἢ μειζότερος, ἢ κουράτωρ γενέσθαι, ἀλλὰ πρὸς διδασκαλίαν τῶν παίδων καὶ τῶν οἰκετῶν εἶναι. Εἰ δὲ τοιαύτας φροντίδας ἀναδέ- [illegible]

Digitized by Google

ΚΑΝΩΝ ΙΑ'.

« Ὑπόχρεοι ὄντες πάντας (29) τοὺς θείους κανόνας « φυλάττειν, καὶ τὸν λέγοντα οἰκονόμους εἶναι ἐν « ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ παντὶ τρόπῳ ἀπαράτρωτον « διατηρεῖν ὀφείλομεν. Καὶ εἰ μὲν ἕκαστος μητρο- « πολίτης ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ καθιστᾷ οἰκονό- « μον, καλῶς ἂν ἔχοι· εἰ δὲ μή γε, ἐξ αὐθεντίας « ἰδίας τῷ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπῳ ἄδειά « ἐστι προχειρίζεσθαι οἰκονόμον ἐν τῇ αὐτοῦ « ἐκκλησίᾳ. Ὡσαύτως καὶ τοῖς μητροπολίταις, « εἰ ὑπ' αὐτοὺς ἐπίσκοποι οὐ προαιροῦνται οἰκο- « νόμους ἐγκαταστῆναι ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἐκκλη- « σίαις. Τὸ αὐτὸ δὲ φυλάττεσθαι καὶ ἐπὶ τῶν μο- « ναστηρίων. »

ΒΑΛΣ. Ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος διωρίσατο ἐν κανόνι κς' πᾶσαν ἐκκλησίαν οἰκονομεῖσθαι διὰ κληρικῶν (30) κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου· τοὺς δὲ παραβαίνοντας ταῦτα οὐκ εἶπεν ὅπως προσήκει κολάζεσθαι. Οἱ γοῦν τῆς παρούσης συνόδου ἅγιοι Πατέρες, προοιμιασάμενοι ὅτι ἀπαραίτητόν ἐστι φυλάττεσθαι τοὺς κανόνας, καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἀρχιερέων τῶν ἀσφαλιζομένων πρὸ τῆς χειροτονίας μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὸ φυλάττειν τοὺς κανόνας καὶ οἷον διὰ τοῦτο καταστάντων ὑπόχρεων, διωρίσαντο ἀπαρεγχείριστον (31) συντηρεῖσθαι τὸν παρόντα κανόνα, καὶ προσέθεντο ὡς, εἰ μὴ οὕτω ποιοῦσιν οἱ μητροπολῖται ἐν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτῶν, προβαλεῖται ὁ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως αὐθεντικῶς οἰκονόμον ἐν τῇ μητροπόλει πάντως ἀπὸ τῶν κληρικῶν αὐτῆς· ὡσαύτως καὶ ὁ μητροπολίτης ἵνα καθ- ἑστᾷ οἰκονόμον εἰς τὴν ἐπισκοπήν, ἐὰν ὁ ἐπίσκοπος ἀμελήσῃ τούτου. Τὸ αὐτὸ δὲ γίνεσθαι καὶ εἰς τὰ μοναστήρια. Ἐπισκόπου δέ τινος αἰτιαθέντος, ὅτι τὰ τῆς ἐπισκοπῆς ᾠκονόμει διὰ λαϊκοῦ, εἶπόν τινες ὡς, ἐπεὶ ὁ παρὼν κανὼν ὁ κολάζων τοὺς ἀρχιερεῖς τοὺς μὴ προχειριζομένους οἰκονόμους οὐ λέγει κληρικοὺς εἶναι τοὺς ὀφείλοντας γίνεσθαι οἰκονόμους, ἐνδυνάμως καὶ λαϊκοὶ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν οἰκονομήσουσιν. Ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ τοῦτο· ὅτι τε οἱ ἐν Χαλκηδόνι Πατέρες διὰ κληρικῶν οἰκονομεῖσθαι τὰ τῶν ἐκκλησιῶν διωρίσαντο· καὶ ὅτι ὁ παρὼν κανών, δι' ὧν εἶπε, τὸ αὐτὸ φυλάττεσθαι καὶ εἰς τὰ μοναστήρια, παρεδήλωσεν ὅπερ καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἐθέσπισε σύνοδος. Οἰκονομεῖν γὰρ τὰ τῶν μοναστηρίων οὐκ εἴπῃ τις λαϊκοὺς, κἂν παραφρονῇ. Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα διοριζόμενον, τί ὀφείλει γίνεσθαι εἴς τε τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς μὴ διὰ κληρικῶν ἢ μοναχῶν οἰκονομοῦντας τὰ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τὰ τῶν μοναστηρίων.

CANON XI.

« Cum omnes divinos canones servare teneamur, « eum quoque, qui jubet œconomos esse in ec- « clesiis, illæsum omnino servare debemus. Et « si quidem unusquisque metropolitanus in sua « ecclesia œconomum constituit, bene habet : « sin minus, Constantinopolitano episcopo pro- « pria **302** auctoritate licebit œconomum in ejus « ecclesia præficere. Similiter et metropolitanis, « si qui eis subsunt episcopi, nolint in suis ec- « clesiis œconomos constituere. Hoc ipsum au- « tem servari etiam in monasteriis oportet. »

BALS. Chalcedon. syn. can. 26 decrevit ut omnis ecclesia per clericos ex episcopi voluntate et sententia administretur : eos autem, qui hæc transgrediuntur, quomodo punire oporteat, non statuit. Præsentis ergo synodi sancti Patres, cum in exorsu dixissent esse inexcusabiliter observandos canones, et magis ab antistitibus, qui ante ordinationem inter cætera se servaturos canones profitentur, et propterea sunt veluti obligati, statuerunt, ut præsens canon illæsus conservetur; et adjecerunt, quod nisi metropolitani in suis ecclesiis hoc fecerint, patriarcha Constantinopolitanus sua auctoritate in metropoli quidem omnino ex ipsius clericis œconomum constituet. Similiter etiam metropolitanus œconomum episcopatu constituat, si episcopus hoc neglexerit. Idipsum autem etiam in monasteriis fieri decernit. Cum autem episcopus quidam accusatus esset, quod res episcopatus per laicum administraret, dixerunt aliqui quod quoniam præsens canon punit antistites qui œconomos non præficiunt, nec dicit esse clericos qui debent fieri œconomi, laici quoque res ecclesiarum rite administrabunt : sed mihi non ita videtur; quoniam Chalced. synodi Patres res ecclesiarum per clericos administrari debere definierunt; et quia hic canon, id ipsum quoque in monasteriis servari oportere dicendo, idem quod constituit Chalced. syn. declaravit. Bona enim monasteriorum esse a laicis administranda non dixerit quispiam, etiamsi desipiat. Nota præsentem can. definientem, quid fieri debeat sacerdotibus et præfectis qui bona ecclesiarum et monasteriorum per clericos vel monachos non administrant.

Guill. Beveregii notæ.

(29) *Ὑπόχρεοι ὄντες πάντας.* Alexius patriarcha Constantinopolitanus in synodali decreto, de causis ecclesiasticis ad universas metropoles et archiepiscopatus pertinentibus, hunc inter alios canonem citat explicatque; cujus propterea verba digna sunt quæ observentur. Dicit autem : Καὶ τοίνυν κάνταῦθα, ἐπεὶ κατὰ τὸ λεληθὸς πρὸς τὰς μητροπόλεις ἔρχεται τὰ τῆς βλάβης, τὸ πρέπον ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία σύνοδος δοκιμάσασα, ἀναγκαίως τὴν τῶν οἰκονόμων προχείρισιν διετάξετο, κατὰ τὸν τα δηλονότι τῆς ἑβδόμης συνόδου κανόνα· ἄδειαν γὰρ ἐκεῖνος δίδωσι καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ καὶ τοῖς ἱερωτάτοις μητροπολίταις οἰκονόμους καθιστᾷν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὧν οἱ μητροπολῖται καὶ οἱ ἐπίσκοποι τοῦτο ποιεῖν οὐκ ἀνέχονται, ἢ καὶ κακῶς τὰ τῶν ἐκκλησιῶν διέπουσιν. Alex. Patr. in *Jur. Gr. Rom.* lib. IV, pag. 251.

(30) *Οἰκονομεῖσθαι διὰ κληρικῶν.* Legendum διὰ κληρικῶν αὐτῆς, juxta mss. Amerbachianum et Ætoniensem, necnon impressam Parisiis editionem.

(31) *Ἀπαρεγχείριστον.* In codice Amerbachiano legitur ἀπαρεγχείρητον.

Digitized by Google

ZONAR. Antistites quandocunque creandi sunt, A prius et fidem suam et alia quædam, ac in iis etiam sacros a se canones servandos data fide, profiteri solent. Hinc igitur est, quod hoc loco Patres omnium se divinorum canonum obsequio obligatos esse pronuntiant. Cum ergo vigesimo sexto synodi Chalcedonensis canone constitutum sit, ut in quacunque ecclesia sit episcopus, ea œconomum quoque ex ejusdem ecclesiæ clero delectum habeat, a quo ex episcopi sui sententia ecclesiasticæ facultates administrentur; hunc quoque canonem de œconomo in unaquaque ecclesia constituendo synodi hujus Patres servandum esse declarant. Ac si quidem, inquiunt, œconomum ecclesiæ suæ quisque episcopus designaverit, bene est : verum si id non fecerit, Constantinopolitano præsuli B auctoritate propria, hoc est, pro arbitrio et potestate, œconomum in subjectis sibi videlicet ecclesiis constituendi jus esse decernunt. Tum eamdem metropolitanis quoque in episcoporum, qui ab ipsis creantur, parœciis tribuunt facultatem. Idem etiam in monasteriis servari jubent. Verum hæc in libris exstare sit satis, quod ad nonnullos quidem homines attinet. Neque enim omnes accusandi, neque id certe fieri salva æquitate potest.

ARIST. « Si metropolitanus metropolis œconomum non designaverit, designet patriarcha; si episcopus hoc non fecerit, faciat metropolitanus: ut visum est Patribus Chalcedone congregatis. Idem et in monasteriis servetur. »

In unaquaque ecclesia œconomum e proprio clero esse oportet, qui juxta episcopi sententiam ecclesiastica negotia administrare debet. Quemadmodum C vicesimus sextus synodi Chalcedonensis canon statuit. Si qui autem episcoporum per se ipsos ea administrare velint : in metropolibus quidem patriarcha œconomum præferet; in episcopalibus autem suis metropolitanus. At hoc idem erit, et in monasteriis quæ non habent œconomos, observatum.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ ἀρχιερεῖς πρὸ τοῦ χειροτονηθῆναι ἀσφαλίζονται καὶ περὶ τῆς πίστεως καὶ περὶ ἄλλων· μετὰ τῶν ἄλλων δὲ καὶ ὅτι φυλάξουσι τοὺς ἱεροὺς κανόνας. Διὰ τοῦτο οὖν λέγουσιν οἱ Πατέρες οὗτοι ὅτι ὑπόχρεῳ ἐσμεν πάντας τοὺς θείους κανόνας φυλάττειν. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ὁ κς' τῆς ἐν Χαλκηδόνι κανὼν ὥρισε πᾶσαν ἐκκλησίαν ἐπίσκοπον ἔχουσαν καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου οἰκονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου· φασὶν οἱ τῆς συνόδου ταύτης ὅτι φυλάττειν ὀφείλομεν καὶ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα οἰκονόμον εἶναι ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ. Καὶ εἰ μὲν ἔκαστος ἐπίσκοπος προβάλλεται οἰκονόμον τῆς ἰδίας ἐκκλησίας, ἔσται· εἰ δὲ μὴ ποιεῖ τοῦτο, τῷ Κωνσταντινουπόλεως διδόασι προνόμιον προχειρίζεσθαι οἰκονόμον ἐξ αὐθεντίας ἰδίας, ἤγουν μετ' ἐξουσίας, ἐν ταῖς ὑποκειμέναις αὐτῷ δηλαδὴ ἐκκλησίαις. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς μητροπολίταις ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τῶν παρ' αὐτῶν χειροτονουμένων ἀρχιερέων. Αὐτὸ κελεύουσι φυλάττεσθαι καὶ ἐπὶ τῶν μοναστηρίων. Ἀλλὰ ταῦτα ἐν γράμμασιν ὅσον τέως παρά τισιν. Οὐδὲ γὰρ πάντων κατηγορητέον· οὐδὲ γὰρ δίκαιον.

ΑΡΙΣΤ. « Τοῦ μητροπολίτου μὴ ποιοῦντος οἰκονόμον τῆς μητροπόλεως, ποιείτω ὁ πατριάρχης· « καὶ τοῦ ἐπισκόπου, ὁ μητροπολίτης· κατὰ τὸ « δόξαν τοῖς ἐν Χαλκηδόνι. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν « μοναστηρίων. »

Ἐν ἐκκλησίᾳ ἑκάστῃ δεῖ οἰκονόμον εἶναι ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα διοικεῖν ὀφείλοντα· καθὼς ὁ εἰκοστὸς ἕκτος κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου διαλαμβάνει. Εἰ δέ τινες τῶν ἐπισκόπων δι' ἑαυτῶν οἰκονομεῖν ταῦτα βούλονται, ἐπὶ μὲν τῶν μητροπόλεων ὁ πατριάρχης προβαλεῖται οἰκονόμον, ἐπὶ δὲ τῶν ἐπισκοπῶν αὐτῶν ὁ μητροπολίτης. Τὸ δὲ αὐτὸ ἔσται καὶ ἐπὶ τῶν μοναστηρίων τῶν μὴ ἐχόντων οἰκονόμους.

303 CANON XII.

« Si quis episcopus, vel monasterii præfectus ex « episcopii vel monasterii agris in principis « alicujus manus alienare, vel alteri personæ « tradere deprehensus fuerit, irrita sit traditio, « ut sanctorum apost. vult canon, qui dicit : D « *Omnium rerum ecclesiasticarum episcopus cu-* « *ram gerat, et ea administret tanquam Deo in-* « *tuente.* Ne liceat autem quidquam ex eis sibi « vendicare, vel propriis cognatis, quæ Dei sunt « elargiri : si sint autem pauperes, ut pauperibus suppeditet; sed non eorum prætextu « res Dei venundet. Si vero detrimentum afferre « causentur, nec quidquam ex agro emolumenti « percipi : ne sic quidem magistratibus aut « principibus, qui sunt in eo loco, det prædium, « sed clericis vel agricolis. Sin autem aliqua « improba calliditate utantur, et ab agricola vel « clerico agrum præses vel magistratus emerit, « sic quoque irrita sit venditio, et episcopio vel

ΚΑΝΩΝ ΙΒ'.

« Εἴ τις ἐπίσκοπος εὑρεθείη ἢ ἡγούμενος ἐκ τῶν « αὐτουργίων τοῦ ἐπισκοπείου ἢ τοῦ μοναστηρίου « ἐκποιούμενος εἰς ἀρχοντικὴν χεῖρα, ἢ ἑτέρῳ « προσώπῳ ἐκδιδούς, ἄκυρον εἶναι τὴν ἔκδοσιν, « κατὰ τὸν κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τὸν « λέγοντα· « *Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πρα-* « *γμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω τὴν φροντίδα* « *καὶ διοικείτω αὐτὰ ὡς Θεοῦ ἐφορῶντος.* » « Μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαί τι ἐξ αὐτῶν, « ἢ συγγενέσιν ἰδίοις τὰ τοῦ Θεοῦ χαρίζεσθαι. « Εἰ δὲ πένητες εἶεν, ἐπιχορηγείτω ὡς πένησιν, « ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τοῦ Θεοῦ ἀπεμ- « πολείτω. Εἰ δὲ προφασίζοιντο ζημίαν ἐμ- « ποιεῖν, καὶ μηδὲν πρὸς ὄνησιν τυγχάνειν τὸν « ἀγρὸν, μηδὲ οὕτω τοῖς κατὰ τόπον ἄρχουσιν « ἐκδιδόναι τὸν τόπον, ἀλλὰ κληρικοῖς ἢ γεωρ- « γοῖς. Εἰ δὲ πανουργίᾳ πονηρᾷ χρήσοιντο, καὶ « ἐκ τοῦ κληρικοῦ ἢ τοῦ γεωργοῦ ὠνήσηται ἄρ- « χων τὸν ἀγρὸν, οὕτως ἄκυρος ἔστω ἡ πρᾶσις,

Digitized by Google

« καὶ ἀποκαθιστάσθω τῷ ἐπισκοπείῳ ἢ τῷ μονα- A
« στηρίῳ. Καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος τοῦτο
« ποιῶν ἐκδιωχθήτω· ὁ μὲν ἐπίσκοπος τοῦ ἐπισκο-
« πείου, ὁ δὲ ἡγούμενος τοῦ μοναστηρίου, ὡς δια-
« σκορπίζοντες κακῶς ἃ οὐ συνήγαγον »

ΒΑΛΣ. Ἔφησε διὰ Μωϋσέως ὁ Θεὸς τὰ τῷ Θεῷ προσφερόμενα μὴ ἀνταλλάττεσθαι· ἀλλ' ἀνεκποίητα μένειν, κἂν χείρονα ὦσι τῶν ἀντιδιδομένων. Ἐὰν δὲ ἀλλάσσων, φησὶν, ἀλλάξῃς αὐτὸ, ἔσται καὶ αὐτὸ τὸ ἀντάλλαγμα αὐτοῦ ἅγιον. Φησὶ γοῦν καὶ ὁ κανὼν μὴ ἐκποιεῖσθαι ἢ ἐκδίδοσθαι παρὰ ἐπισκόπου ἢ ἡγουμένου πρὸς οἱονδηποτοῦν πρόσωπον αὐτούργιον τῆς ἐπισκοπῆς ἢ τοῦ μοναστηρίου, ἢ μὴν ἀκυροῦσθαι τὴν ἐκποίησιν ἢ τὴν ἔκδοσιν κατὰ τὸν λη' ἀποστολικὸν κανόνα. Προστίθησι δὲ ὡς, εἴπερ προφασίζεται ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ ἡγούμενος ἀπρόσοδον B εἶναι τὸν ἀγρὸν, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιζήμιον, ἡ μὲν ἔκδοσις τούτου γινέσθω, πλὴν μὴ πρὸς ἀρχοντικὰ πρόσωπα, ἀλλὰ πρὸς χωριτικὰ ἢ πρὸς κληρικούς. Ἐπεὶ δὲ τῶν εἰκότων ἦν περιγραφῆναι τὸν κανόνα παρά τινων, ὥρισαν οἱ Πατέρες ὡς, εἴ ποτε μετὰ πανουργίας; περιέλθῃ εἰς δυνατὸν πρόσωπον πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν διὰ μέσου ταπεινοῦ ἢ κληρικοῦ προσώπου προσποιησαμένου ἐκλαμβάνεσθαι τὸ ἀκίνητον· εἶναι μὲν καὶ οὕτω τὰ προγεγονότα ἄκυρα, καὶ ἀποκαθίστασθαι τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ ἀκίνητον· ἐκβάλλεσθαι δὲ καὶ τὸν τοῦτο ποιήσαντα ἐπίσκοπον ἢ ἡγούμενον ἀπὸ τοῦ ἐπισκοπείου ἢ ἐκ τοῦ ἡγουμενείου. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα. Ἐπεὶ δὲ αὐτούργιά εἰσι τὰ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων καὶ οἷον οἰκοθεν διδόντα τοὺς καρποὺς, ὡς αἱ ἁλικαὶ, οἱ ἐλαιῶνες, οἱ ἀμπελῶνες, οἱ λιβαδιαῖοι τόποι, οἱ ὑδρόμυλοι, τὰ κεραμεῖα, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ τοιαῦτα· ἐρωτήσει τις, Περὶ τοιούτων αὐτουργίων διορίζεται ὁ κανὼν ἢ περὶ παντὸς εὐπροσόδου ἀκινήτου, καὶ μᾶλλον ὅτι περὶ τὸ τέλος ἐπιζημίων ἀγρῶν μέμνηται; Λύσις. Περὶ ἀμφοτέρων θεσπίζει, καί φησι τὰ μὲν εὐπρόσοδα ὡς αὐτούργια μὴ ἐκποιεῖσθαι μηδὲ ἐκδίδοσθαι· τὸν δὲ τῇ ἀληθείᾳ καὶ μὴ κατὰ σκῆψιν ὄντα ἀπρόσοδον ἀγρὸν ἐκδίδοσθαι. Ὥστε, ἐὰν μὲν τὸ αὐτούργιον γένηται πάντῃ ἀπρόσοδον (τυχὸν γὰρ ὁ λιβαδιαῖος τόπος κατεκλύσθη ὑπὸ ποταμίου ῥεύματος) ἢ καὶ τὸ ἐξώχωρον προάστιον, ἐὰν εὐπρόσοδον καταστῇ, ὡς διὰ παροίκων οἰκισθὲν ἐκ νέου, τοῦτο μὲν τὸ ἐξώχωρον διὰ τὸ εὐπρόσοδον οὐκ ἐκποιηθή- D σεται· ἐκεῖνο δὲ, κἂν αὐτούργιον ἐλέγετο, διὰ τὸ ἀπρόσοδον καὶ τὸ ἀνωφελὲς ἐκδοθήσεται. Οὐ γὰρ διὰ τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ διὰ τὴν πρόσοδον ὀφείλουσιν ἐκποιεῖσθαι, εἴτε καὶ μή. Γίνωσκε δὲ ὅτι ἀπὸ τῶν νόμων κυρίως ἐκποίησις μὲν λέγεται ἡ μετάθεσις τῆς δεσποτείας, ἤγουν ἡ δωρεά, ἡ πρᾶσις, ἡ ἐμφύτευσις, ἡ ἀνταλλαγὴ, καὶ τὰ ὅμοια· ἔκδοσις δὲ ἡ ἐπὶ προσώποις ἢ χρόνοις ὡρισμένοις παραπομπή. Καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ ἔκδοσις ἐκποίησις λέγεται, καὶ ἡ ἐκποίησις ἔκδοσις. Ὅτι δὲ τὰ πρόσοδον ἔχοντα οὐκ ἐκποιοῦνται, τὰ δὲ ἀπρόσοδα διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην ταῖς ἐκκλησίαις ἐκποιοῦνται, παρίσταται ἀπὸ τοῦ κθ' κανόνος; τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου ἐπιτρέποντος τοῦτο μετὰ διαστίξεως· ὃν καὶ ἀνά-

« monasterio restituetur. Porro episcopus vel
« monasterii præfectus, qui hoc fecerit, extur-
« betur; episcopus quidem ab episcopatu; mo-
« nasterii vero præfectus a monasterio: ut qui
« dissipent quæ non congregavere. »

BALS. Dixit Deus per Mosen, ea non esse commutanda quæ Deo oblata sunt; sed non alienabilia manere oportere, etiamsi sint iis quæ dantur in permutatione longe deteriora: sed si permutans, inquit, ipsum permutaveris, erit et ea ipsa ejus permutatio sancta. Dicit ergo canon, non esse alienandum vel tradendum ab episcopo, vel eo qui præest monasterio, agrum episcopatus vel monasterii, vel esse irritam alienationem, vel traditionem, ut vult canon 38 apostolorum. Adjicit autem: Quod si causetur quidem episcopus, vel monasterii præfectus, agrum nullius esse reditus, et damnum ecclesiis afferre; fiat quidem ejus alienatio, sed non alicui personæ principali, verum vicanis aut clericis: sed quoniam versimile erat, canonem ab aliquibus circumscribi eique fraudem fieri, statuerunt Patres, ut si quando cum improba calliditate res ecclesiastica ad potentem personam pervenerit, intercedente vili persona vel clerico, qui fingebat se rem immobilem accipere: et sic quoque prius facta irrita forent et res immobilis ecclesiæ restitueretur; et qui hoc fecerit, episcopus vel monasterii præfectus, ab episcopatu vel præfectura expelleretur. Et hæc quidem canon. Quoniam autem αὐτούργια (quod agros Latine diximus) sunt quæ ex rebus ipsis et tanquam sua sponte fructus præbent, ut sunt salinæ, oliveta, vineta, prata, molendina in aquis sita, figulinæ, ut et ejusmodi alia: interrogaverit quispiam: An de ejusmodi prædiis canon decernit, an potius de quovis immobili, cujus est bonus reditus, et eo magis, quod meminit in fine de damnosis agris? Solutio. De utrisque decernit, et dicit, ea quidem prædia, quæ sunt boni reditus, non alienari nec elocari: agrum vero, qui est revera, et non sola specie nullius reditus, alienari. Quare si sit quidem prædium omnino inutile (forte enim pratum fluvii inundatione obrutum est), vel si etiam a regione remotum boni reditus sit effectum, ut quod sit a colonis recens habitatum et exstructum: hoc quidem sejunctum prædium, qui est boni reditus, non alienabitur; illud autem, etiamsi αὐτούργιον (quasi per se agens ac producens dicatur), eo quod est inutile et nullius reditus, alienabitur. Non enim propter nomina, sed propter reditus alienari vel non alienari debent. Scias autem, quod a legibus proprie ἐκποίησις quidem (id est, alienatio) dicitur dominii translatio, scilicet donatio, venditio, emphyteusis, permutatio, et similia; ἔκδοσις autem (id est, elocatio) est ad personas et tempora præfinita transmissio. Abusive autem et ἐκποίησις ἔκδοσις, et ἔκδοσις ἐκποίησις dicitur. Quod autem quæ reditum afferunt non alienantur, quæ autem reditum non afferunt,

Digitized by Google

propter urgentem ecclesiis necessitatem, alienantur; ex canone 29 Carthaginensis synodi apparet, **304** qui hoc cum distinctione permittit; quem lege. Sed magnus etiam Cyrillus, in secundo capite suæ ad Domnum epistolæ, inalienabilia esse dicit vasa pretiosa, sacra scilicet, et immobiles ecclesiarum possessiones. Cæterum hoc quoque interpretare ex sententia canonis Carthag. syn. Cum quidam autem episcopus prædium ecclesiasticum principali cuidam personæ alienasset, et alienatio per hunc canonem infirmata esset, dicebant quidam debere episcopum ex episcopatu expelli, ut hoc canone continetur. Mihi autem non ita videtur. Neque enim jubet canon episcopum ex episcopatu dejici, quando fecerit prædii alienationem, quæ rata ac firma non fuerit; sed quando immobilis rei ecclesiasticæ alienationem cum dolo fecerit: et id quidem revera ad potentem personam pervenire velit, fraude autem ac malitiosa calliditate clerico vel agricolæ tradiderit, id non esse magni reditus causans, ut ab illo ad potentem perveniat. Non enim propter alienationem, sed propter fraudulentum consilium, ut ex episcopatu deturbaretur constitutum est. Atque hoc quidem ex canone 38 apostolico in præsenti canone sito declaratum est, qui non punit episcopum, qui sine dolo et malitia rebus ecclesiasticis utitur; similiter et ex Just. nov. 120 seu lib. 23, tit. v, c. 2 Basil. quod decernit ejusmodi contractus non valere; de episcopi autem vel monasterii rectoris pœna nihil penitus tractat; sed tantum tabellionem multat exsilio. Sed quoniam dicta novella (sive totus potius secundus quinti libri titulus) statuit nonnunquam non solum infructuosa et nihil reditus afferentia immobilia ecclesiarum et monasteriorum, et ipsius etiam Magnæ ecclesiæ et aliarum sacrarum ædium, verum ea etiam ex quibus fructus et reditus percipitur, vendi et alienari, per distinctiones quæ in ea declarantur, præterea autem et quædam suadente tempore alienari permittit: lege eam, quæ et magna est et multiplex, plurimasque distinctiones recipit: et procura ut fiant vel non fiant, ab ecclesiis et monasteriis alienationes et venditiones sacrorum et ipsorum immobilium, ut ea continetur, et ab omni reprehensione alienus servaberis. Neque enim tibi esse contrarius videatur hic præsens canon; quoniam novella quoque rerum immobilium ecclesiarum vel monasteriorum alienationem aut venditionem, quæ sine justa et urgente causa fit, similiter ac præsens canon prohibet. Quid vero, cum alienatio, ut dictum est, infirmetur, et res ecclesiastica ad ecclesiam vel monasterium revertatur, cogeturne ipsi vicissim quos ea de causa acceperunt nummos vel res dare? Solutio. Nequaquam. Dicit enim dicta novella hæc expresse. Si vero præter ea quæ a nobis hac lege sancita sunt, fuit aliquis contractus in diversis rebus mobilibus vel immobilibus, uni sanctarum domorum, reddatur quidem ipsi

A γνωθι. Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Κύριλλος ἐν τῷ β' κεφ. τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς αὐτοῦ ἀνεκποίητα εἶναι διορίζεται τὰ κειμήλια, ἤγουν τὰ ἱερά, καὶ τὰς ἀκινήτους κτήσεις τῶν ἐκκλησιῶν. Πλὴν καὶ τοῦτο κατὰ τὸν κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου ἑρμήνευσον. Ἐπισκόπου δέ τινος αὐτούργιον ἐκκλησιαστικὸν ἐκδεδωκότος πρὸς ἀρχοντικὸν πρόσωπον, καὶ τῆς ἐκδόσεως διὰ τὸν κανόνα τοῦτον ἀκυρωθείσης, εἰπόν τινες ὀφείλειν ἐκβληθῆναι τὸν ἐπίσκοπον ἐκ τῆς ἐπισκοπῆς κατὰ τὴν τοῦ κανόνος περίληψιν. Ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ. Ὁ γὰρ κανὼν οὐ παρακελεύεται ἐκβάλλεσθαι τὸν ἐπίσκοπον ἐκ τοῦ ἐπισκοπείου, ὅτε ἄκυρον ἐκποίησιν αὐτουργίου διαπράξοιτο· ἀλλ' ὅτε μετὰ δόλου ἔκδοσιν ἀκινήτου ἐκκλησιαστικοῦ ποιήσει, καὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ θέλει περιελθεῖν τοῦτο εἰς
B δυνατὸν πρόσωπον, κατὰ δὲ ῥᾳδιουργίας παραπέμψει αὐτὸ πρὸς κληρικὸν ἢ γεωργόν, προφασισάμενος εἶναι ἀπρόσοδον, ὡς ἂν ἐξ ἐκείνου περιέλθῃ εἰς τὸν δυνατόν· οὐ γὰρ διὰ τὴν ἐκποίησιν, ἀλλὰ διὰ τὴν πανουργίαν ἐπεψηφίσθη τούτῳ ἡ ἐκ τοῦ ἐπισκοπείου ἐκβολή. Καὶ δηλοῦται τοῦτο ἀπὸ τοῦ ἀποστολικοῦ λη' κανόνος, τοῦ καταστρωθέντος εἰς τὸν παρόντα κανόνα, καὶ μὴ κολάζοντος τὸν ἐπίσκοπον τὸν δίχα δόλου χρώμενον κακῶς τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασιν· ὡσαύτως καὶ ἀπὸ τῆς ρκ' Ἰουστινιανείου Νεαρᾶς, ἤτοι τοῦ κγ' κεφ. τοῦ β' τίτλου τοῦ ε' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, τοῦ διοριζομένου τὰ τοιαῦτα συναλλάγματα ἀκυροῦσθαι· περὶ δὲ τοῦ τιμωρεῖσθαι τὸν ἐπίσκοπον ἢ τὸν ἡγούμενον μηδέν
C τι διαλαμβάνοντος, ἀλλὰ τὸν συμβολαιογράφον μόνον εἰς ἐξορίαν καταδικάζοντος. Ἐπεὶ δὲ ἡ ῥηθεῖσα Νεαρά, ἤτοι ὁ ὅλος τίτλος τοῦ ε' βιβλίου, θεσπίζει ἔστιν ὅτε μὴ μόνον ἀπρόσοδα, ἀλλὰ καὶ εὐπρόσοδα, ἀκίνητα ἐκκλησιῶν καὶ μοναστηρίων, καὶ αὐτῆς τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας καὶ τῶν ἄλλων εὐαγῶν οἴκων, ἐκποιεῖσθαι καὶ ἐκδίδοσθαι μετὰ διατίξεων δηλουμένων ἐν αὐτῇ· προσέτι γε μὴν καὶ ἱερά τινα ἐπιτρέπει καιροῦ καλοῦντος ἐκποιεῖσθαι· ἀνάγνωθι ταύτην μεγάλην οὖσαν καὶ πολυσχιδῆ καὶ πολυδιάστικτον· καὶ οἰκονόμει γίνεσθαι, ἢ μὴ γίνεσθαι, παρά τε τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν μοναστηρίων τὰς ἐκποιήσεις καὶ ἐκδόσεις τῶν ἱερῶν, καὶ τῶν ἀκινήτων αὐτῶν, κατὰ τὴν ταύτης περίληψιν, καὶ φυλαχθήσῃ ἀκαταιτίατος. Οὐδὲ γὰρ
D ἐναντιωθῇ σοι ὁ παρὼν κανών, ὅτι καὶ ἡ Νεαρὰ τὴν χωρὶς εὐλόγου καὶ ἀναγκαστικῆς αἰτίας ἐκποίησιν ἢ ἔκδοσιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἢ μοναστικῶν ἀκινήτων παρομοίως τῷ παρόντι κανόνι κωλύει. Τί δέ, τῆς ἐκποιήσεως ἀκυρουμένης, ὡς εἴρηται, καὶ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ πράγματος ἀντιστρεφομένου πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἢ τὸ μοναστήριον, ἀναγκασθήσεται τὸ μέρος αὐτῶν, ἃ χάριν τούτου ἔλαβε, νομίσματα ἢ πράγματα δοῦναι; Λύσις. Οὐδαμῶς. Φησὶ γὰρ ἡ ῥηθεῖσα Νεαρὰ ῥητῶς ταῦτα· Εἰ δὲ παρὰ τὰ διηγορευμένα ἡμῖν τῷ παρόντι νόμῳ συνάλλαγμά τι γένηται ἐπὶ τοῖς διαφέρουσι πράγμασι, κινητοῖς τε καὶ ἀκινήτοις, ἐνὶ τῶν εὐαγῶν οἴκων, ἀναδίδοσθαι μὲν τῇ αὐτῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, ἤτοι τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ τὸ πρᾶγμα, ἐφ' ᾧ τοιοῦτόν τι παρηκολούθησε, μετὰ

Digitized by Google

τῶν τοῦ μέσου χρόνου καρπῶν· μενέτω δὲ παρ' αὐτῇ καὶ τὸ τίμημα ἢ τὸ ἀντίδωρον, ἢ τὸ ὑπὲρ ἐμείψεως ἢ ἄλλης οἱασοῦν αἰτίας αὐτῇ δεδομένον. Εἰ δὲ ἐμφύτευσις πραχθείη παρὰ τὰ διηγορευμένα ἡμῖν, ἀναδίδοσθαι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἢ τοῖς εὐαγέσι τόποις τὸ αὐτὸ πρᾶγμα κελεύομεν, καὶ τὸν ἐμφυτευτὴν τὸ πάκτον τελεῖν κατὰ τὴν δύναμιν τῶν ἐμφυτευτικῶν συμβολαίων. Εἰ δὲ δωρηθείη πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἢ ἑτέρου εὐαγοῦς οἴκου, καὶ αὐτὸ ἀναδίδοσθαι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἢ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσιν οἴκοις μετὰ τῶν τοῦ μέσου χρόνου καρπῶν, καὶ τοσοῦτον ἕτερον ὅσου ἄξιόν ἐστι τὸ πρᾶγμα. Εἰ δὲ ὑποθήκη παρὰ ταῦτα δοθείη, ὁ δανειστὴς τὸ ἐποφειλόμενον ἀπολλύτω, καὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα τῷ εὐαγεῖ τόπῳ ἀποδιδότω, τῶν συμβολαιογράφων, τῶν θαῤῥούντων παρὰ τὸν ἡμῖν τὸν νόμον τοιούτοις ὑπουργεῖν συμβολαίοις, διηνεκεῖ ἐξορίᾳ καταδικαζομένων.

Ἠρώτησε δέ τις καὶ τοῦτο· Τοῦ κανόνος λέγοντος ἐκβάλλεσθαι τὸν ἐπίσκοπον ἀπὸ ἐπισκοπείου, καὶ τὸν ἡγούμενον ἐκ τοῦ μοναστηρίου, ὡς λυμεῶνας καὶ δολεροὺς, ἐπακολουθήσει τῇ ἐξωθήσει καὶ καθαίρεσις ἢ οὐχί; Καί τινες μὲν εἶπον ὡς τῶν ἁγίων Πατέρων μηδέν τι τοιοῦτον διοριζομένων, προβήσεται μόνον ἐξώθησις· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὡς, τῆς ἐξώθησεως γενομένης διὰ δόλον, ἐξ ἀνάγκης παρέπεται καὶ καθαίρεσις. Οὐδεὶς γὰρ, ἐξ ἀτιμοποιοῦ αἰτίας καταδικαζόμενος, ἔντιμός ἐστιν. Εὐχαριστητέον οὖν τῷ κραταιῷ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ, τῷ συντηρήσαντι ἀκολούθως τῷ ἀποστολικῷ κανόνι καὶ τῷ παρόντι διορισμῷ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν κατὰ πόλιν τέως μοναστηρίων ἀκίνητα ἀνέπαφα ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ δημοσίου διὰ τριῶν χρυσοβούλλων τῆς ἁγίας βασιλείας αὐτοῦ, ἀφ' ὧν τὸ μὲν κατὰ τὸν Ἰούλιον μῆνα τῆς α' ἰνδικτιῶνος τοῦ ,ϛχνδ' ἔτους γεγονὸς, καὶ διοριζόμενον μὴ βλάπτεσθαι τὰ μοναστήρια ἐκ τοῦ ἴσως χωλεύειν κατά τι τὰ προσόντα τούτοις δικαιώματα· καὶ τὸ κατὰ τὸν Ὀκτώβριον μῆνα τῆς ζ' ἰνδικτιῶνος τοῦ ,ϛχξε' ἔτους ἀπολυθὲν, καὶ παρακελευόμενον ἔχειν τὰ μοναστήρια κατὰ τὸ ἀναπόσπαστον τὰ ἀκίνητα τούτων, κἂν διαγνώσεις ἐδόθησαν αὐτοῖς παρὰ τῶν ἀναγραφέων δικαιοῦσαι τὸν δημόσιον, ἅτινα οὐ κατεστρώθησαν ἐνταῦθα διὰ τὸ αἰωνίζουσαν ὠφέλειαν ἐκ τούτων μὴ ἐπιχορηγεῖσθαι ταῖς μοναῖς, ἀλλὰ καιρικήν· τὸ δὲ κατὰ τὸν Μάρτιον μῆνα τῆς ς' ἰνδικτιῶνος τοῦ ,ϛχξς' ἔτους ἐξενεχθὲν καὶ καταστρωθὲν ἐν πᾶσι τοῖς σεκρέτοις παρακελεύεται μετὰ τὸ προοίμιον ταῦτα ῥητῶς·

Ἔφθασε μὲν οὖν πρὸ χρόνων τινῶν χρυσόβουλλον λόγον ἐπιβραβεῦσαι τοῖς τε κατ' αὐτὴν τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων διακειμένοις εὐαγεστάτοις μοναστηρίοις, καὶ τοῖς τὸ δυτικὸν μέρος τοῦ στενοῦ, ὅσον τε κατ' αἰγιαλὸν, καὶ ὅσον πόῤῥωθεν· ὡσαύτως καὶ τοῖς περὶ τὸν κόλπον τῆς Νικομηδίας, καὶ μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς Νικομηδίας, καὶ τοῖς ἐν ταῖς νήσοις, τῇ Ὀξείᾳ, τῇ Πρώτῃ, τῇ Χάλκῃ, τῇ Πλάτῃ, τῇ Ἁγίᾳ

A sanctissimæ ecclesiæ vel sacrosanctæ domui res, super qua tale quid consecutum est, cum intermedii temporis fructibus; maneat autem apud ipsam pretium vel antidorum, aut quod pro permutatione vel quacunque alia causa datum est. Sin autem emphyteusis, præter ea quæ a nobis sunt, facta fuerit; sanctæ ecclesiæ vel sacrosanctis domibus eamdem rem reddi jubemus: emphyteutam autem id quod conventum est pendere, ut emphyteuticorum contractuum robur exigit. Si vero donetur res ecclesiastica vel alicujus sacrosanctæ domus; ea quoque sanctissimæ ecclesiæ vel aliis sacrosanctis domibus, cum fructibus intermedii temporis, reddatur, et tantum præterea quanti res ipsa valet: sin autem, præter hæc, pignori data B fuerit, debitum perdat fenerator et eamdem rem sacrosancto loco reddat, tabellionibus, qui præter hanc nostram legem in ejusmodi contractibus operam suam præbere audent, perpetuo exsilio damnatis.

Hoc autem etiam interrogaverit quispiam: Cum canon dicat, episcopum ex episcopatu, et monasterii præfectum ex monasterio, ut perniciosos et fraudulentos expelli, detrusionem consequeturne depositio, annon? Et nonnulli quidem **305** dixerunt, quod cum Patres nihil tale decernant, sola procedet extrusio. Mihi autem videtur, quod, cum propter dolum fiat ejectio, necessario etiam sequitur depositio. Nemo enim, ex causa lædente famam C condemnatus, bonæ est existimationis. Potenti ergo et sancto nostro imperatori gratiæ agendæ sunt, qui, ut vult apostolicus canon et hæc constitutio, ecclesiarum civitatisque monasteriorum immobilia a manu fisci seu publici, per tres sacræ suæ majestatis aureas bullas, intacta et integra conservavit: quarum altera quidem Julio mense, indictione 1, anno 6654 facta est, et constituit, non lædi monasteria, eo quod jura, quæ illis adsunt, in aliquo forte mutila sint et imperfecta: et secunda mense Octobri, indictione 7, anno 6665, emissa est, et jubet monasteria indivulse et inseparabiliter sua habere immobilia; etiamsi notitiæ, quæ pro jure fisci faciunt, a census descriptoribus eis datæ sint, quæ hic sitæ non sunt, quod non D perpetua cautio et utilitas monasteriis ex iis suppeditetur, sed temporalis: alia vero mense Martio, indictione 6, anno 6666 edita est, et in omnibus secretis posita, quæ post proœmium hoc expresse edicit:

Aliquot abhinc annis definitionem aurea bulla munitam emittere dispensareque prævenit mea majestas, iisque, quæ in hac urbium regina sita sunt, sanctissimis monasteriis, et iis quæ sunt in occidentali parte freti, quantum est in littore et longius; similiter et iis quæ sunt in sinu Nicomediæ, et usque ad ipsam Nicomediam, et iis quæ sunt in insulis, Oxea, Prima, Chalce, Plate, sancta Glyce-

Digitized by Google

ria, Principo Antigoni, Brachynesio, Terebintho, Sancto Andrea, Sancto Tryphone, Sancto Eleuthero, Codonæ, Pelago, Deiparæ, Mesonæ, Medica et Sancto Demetrio, et iis quæ sunt in possessionibus portuum, et usque ad complexum Athyræ; et, ut semel dicam, iis qui circumcirca reginam civitatem exercentur monachis, viris et mulieribus, his multa jura largita est, et in immobilium detentione ac dominatione, quæ quibusdam juribus ad eos pertinent, firmam et illabefactabilem possessionem concessit : quemadmodum dicta definitio aurea bulla munita hæc fusius persequitur. Sed quoniam venatores quiescere non potuerunt, sed fisci seu publici prætextu eis gravem afflictionem intulerunt; majestas mea Deum placare et propitium efficere volens, ob ea per quæ ipsum ut homo offendit, simulque magni imperatoris, Christi scilicet, milites, qui vitam monasticam propter ipsum elegerunt, et spiritus armaturam induerunt, socios habere et strenuos defensores adversus hostes, tam qui videntur quam qui non videntur, bono illi fundamento tectum quoque proportione conveniens imponere voluit, et præsentem auream bullam optima cum ratione edidit; per quam statuit et definit, omnia immobilia, quæ hodie ab enumeratis monasteriis possidentur, vel etiam anachoretarum ædiculis, cellulis, lauris, et, ut summatim dicam, quocunque nomine censeantur, monachorum habitaculis; colonos, prædia, conventus, tributa, vectigalia, portus, flumina, jura maritima, et, ut semel dicam, quodcunque jus in possessione immobili consideratur, et in quocunque loco situm sit, ab iisque nunc occupatum; scilicet eo quod illi, qui singulis provinciis censum agebant, notitiam, partes in his fisco debitas vendicantem, illis nondum dederunt, habere dictas mansiones perpetuo dominio, ut domum et majestatis meæ magnificentiam, et eis deinceps semper in posterum dominari, etiamsi probabili vel non probabili de causa aliqua eorum vel etiam fortasse omnia hucusque detinuerunt, vel etiam sine ullo titulo, vel ex titulo quidem qui male se habet, vel fortasse falso confictus est. Omnia enim, quæ ab ipsis in quacunque provincia possidentur in Occidente et in Oriente, sive ex iis hospitio imperatoris quotidie præberi solitis, sive sint **306** ex fragmentis, sive ex commiserationibus, sive loco motis, vel caducis, vel ex vilibus quæ penduntur diarijs, vel ex vilibus calamitate vexatis, vel iis quæ a potentibus vendita sunt, vel contra, vel correctione malefactarum venditionum, etsi in aliis locis jussa dari, in aliis tradita sunt; vel donata, non tradita sunt; vel tradita, non donata sunt; vel quovis alio modo male ab ipsis detinentur, inconcusse, et nullo negotio eis exhibito, a dictis omnibus monasteriis vult mea majestas in æternum possideri, ut majestatis meæ donum a liberalitate et munificentia mea profectum. Cum enim sola, quæ apud ipsos nunc inve

A Γλυκερίᾳ, τῇ Πριγκίπῳ τῇ τοῦ Ἀντιγόνου, τῷ Βραχυνησίῳ, τῇ Τερεβίνθῳ, τῷ Ἁγίῳ Ἀνδρέᾳ, τῷ Ἁγίῳ Τρύφωνι, τῷ Ἁγίῳ Ἐλευθέρῳ τῷ Κωδώνῃ, καὶ Πελάγει, τῇ Θεοτόκῳ, τῷ Μεσόνῃ, τῇ Ἰατρῷ καὶ τῷ Ἁγίῳ Δημητρίῳ, καὶ τοῖς ἐν ταῖς κτήσεσι τῶν πορτῶν καὶ ἄχρι τῆς περιοχῆς τῆς Ἀθύρας· καὶ ἁπλῶς τοῖς περὶξ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἀσκουμένοις μοναχοῖς, ἀνδράσι τε καὶ γυναιξί, πολλὰ τούτοις φιλοτιμησαμένη δίκαια, καὶ τὸ ἀδιάσειστον αὐτοῖς δωρησαμένη ἐπὶ τῇ κατοχῇ καὶ δεσποτείᾳ τῶν ἀκινήτων τῶν ἀπό τινων δικαιωμάτων διαφερόντων τούτοις, καθὼς ὁ τοιοῦτος χρυσόβουλλος λόγος πλατύτερον ταῦτα διέξεισιν. Ἐπεὶ δὲ τοὺς θηρολέκτας οὐκ ἦν ἠρεμεῖν, ἀλλὰ τῷ τοῦ ὀημοσίου προσχήματι βαρεῖαν τούτοις ἐπῆγον οὗτοι

B τὴν κάκωσιν, ἡ βασιλεία μου ἅμα μὲν τὸ Θεῖον ἐξευμενίσαι καὶ ἐξιλεώσασθαι, ἐφ' οἷς ὡς ἄνθρωπος τοῦτον προσκέκρουκεν, ἅμα δὲ βουλομένη καὶ τοὺς στρατιώτας τοῦ μεγάλου βασιλέως, Χριστοῦ δηλονότι, τοὺς δι' αὐτὸν τὸν μονήρη βίον προελομένους, καὶ τὴν πανοπλίαν ἐνδυσαμένους τοῦ Πνεύματος, συμμάχους ἔχειν καὶ συνασπιστὰς ἰσχυροὺς κατὰ τῶν ὁρωμένων καὶ ἀοράτων ἐχθρῶν τῷ ἀγαθῷ ἐκείνῳ θεμελίῳ, καὶ δροφον ἐπιθεῖναι ἀνάλογον ἥρετίσατο, καὶ τὸν παρόντα χρυσόβουλλον ἀπολέλυκεν εὐλόγως, δι' οὗ θεσπίζει καὶ διορίζεται πάντα τὰ σήμερον νεμόμενα ἀκίνητα παρὰ τῶν ἄνωθεν ἀριθμηθέντων μοναστηρίων, ἢ καὶ ἡσυχαστηρίων, καὶ ἀναχωρητικῶν κελλίων καὶ λαυρῶν, καὶ ἁπλῶς κατοικητηρίων μοναχικῶν, κἂν ᾧ ἂν καλοῖντο ὀνόματι, τούς τε παροίκους, τὰ αὐτούργια, τὰ; πανηγύρεις, τοὺς φόρους, τοὺς πόρους, τὰς λίμνας, τοὺς

C ποταμοὺς, τὰ θαλάσσια δίκαια, καὶ καθολικῷ λόγῳ οἱονδηποτοῦν δίκαιον ἐν ἀκινήτοις κτήμασι θεωρούμενον, καὶ οἱῳδήτινι τόπῳ διακείμενον παρ' αὐτῶν κατεχόμενον νῦν, ἐφ' ᾧ δηλονότι μέχρι τοῦ νῦν ἐδόθη τούτοις διάγνωσις παρὰ τῶν κατὰ χώραν ἀναγραφέων, τὸ τοῦ δημοσίου μέρος ἐπὶ τούτῳ προσδικαιοῦσα, ἔχειν τὰς ῥηθείσας μονὰς κατὰ διηνεκῆ δεσποτείαν ὡς δῶρον καὶ φιλοτίμημα τῆς βασιλείας μου, καὶ δεσπόζειν αὐτῶν εἰς τοὺς ἑξῆς ἅπαντας καὶ διηνεκεῖς χρόνους, κἂν εὐλόγως κἂν παραλόγως τούτων τινὰ ἢ τὰ ὅλα ἕως ἕως τοῦ νῦν κατεῖχον, κἂν δίχα τινὸς δικαιώματος, ἢ ἀπὸ δικαιωμάτων μὲν,

D κακῶς δὲ ἐχόντων, ἢ ψευδῶς συντεθέντων. Πάντα γὰρ τὰ παρ' αὐτῶν κατεχόμενα ἐν οἱῳδήτινι θέματι κατά τε δύσιν καὶ ἀνατολὴν, κἂν ἐξ αὐτῶν τῶν εἰς ἐνδιαίτημα τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν βασιλέων, κἂν ἀπὸ κλασμάτων ὧσι, κἂν ἀπὸ συμπαθειῶν, ἢ ἀποκεκινημένων, ἢ ὁλοπτώτων, ἢ ἀπὸ ταπεινῶν τελουμένων διαρίων, ἢ ἀπὸ ταπεινῶν κλαματισθέντων, ἢ καὶ δυνατοῖς διαπραθέντων, ἢ τοὐναντίον, ἢ ἐξορθώσει κακῶς γεγονυιῶν διαπράσεων, κἂν ἐν ἄλλοις τόποις ὁρισθέντων δωρηθῆναι, ἐν ἄλλοις παρεδόθησαν, ἢ δωρηθέντα οὐ παρεδόθησαν, ἢ παραδοθέντα οὐκ ἐδωρήθησαν, ἢ καθ' ἕτερόν τινα λόγον κακῶς παρ' αὐτῶν κατέχονται, ἀδιασείστως καὶ ἀπολυπραγμονήτως κατέχεσθαι παρὰ τῶν ῥηθεισῶν πασῶν μονῶν ἡ βασιλεία μου βούλεται εἰς τὸν αἰῶνα

Digitized by Google

τὸν ἅπαντα, ὡς δῶρον τῆς βασιλείας μου, καὶ καθαρὸν φιλοτίμημα. Μόνης γὰρ τῆς παρ' αὐτοῖς εὑρισκομένης νῦν κατοχῆς τῶν ἀκινήτων ὀφειλούσης ἀρκεῖν αὐτοῖς ἀντὶ παντὸς δικαιώματος, περιττόν ἐστι τὸ πολυπραγμονεῖν περὶ ἑτέροις. Ἐπὶ πᾶσι γὰρ οἷς κατέχουσι σήμερον, ἄνευ μέντοι τῶν ἐφ' οἷς ἐδόθησαν αὐτοῖς διαγνώσεις παρὰ τῶν κατὰ χώραν ἀναγραφέων τὸν δημόσιον ἰδικαιοῦσαι, ὡς εἴρηται, ὀφείλει ἀρκεῖν ἡ παροῦσα χρυσόβουλλος γραφὴ τῆς βασιλείας μου, καὶ ἀντὶ δωρεᾶς, καὶ ἀντὶ πράσεως, καὶ ἀντὶ ἑτέρου παντὸς δικαιώματος, κἂν οἱονδηποτοῦν σεκρέτον ἐπ' αὐτῷ δικαιοῖτο. Οὐδὲ ἀναγκασθήσονται αἱ μοναὶ ἐφ' οἷς κατέχουσι ἀκινήτοις προκομίζειν ἕτερα παλαιγενῆ προσόντα αὐταῖς δικαιώματα· ἀλλὰ τῇ παρούσῃ χρυσοβούλλῳ γραφῇ τῆς βασιλείας μου ἀντὶ παντὸς δικαιώματος χρώμεναι ἀρκεσθήσονται ταύτῃ καὶ μόνῃ ὀφειλούσῃ ἀρκεῖν αὐτοῖς, ὡς προεγράφη, καὶ ἀντὶ δωρεᾶς, καὶ ἀντὶ παραδόσεως, καὶ ἀντὶ παντὸς ἑτέρου δικαιώματος. Εἰ δ' ἴσως καιροῦ καλοῦντος θελήσει οἱονδηποτοῦν μοναστήριον χρήσασθαι καὶ τοῖς προσοῦσιν αὐτῷ δικαιώμασιν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ταῦτα προκομίζον, παρ' οἱουδήτινος πρὸς τοῦτο οὐ κωλυθήσεται. Ἀναγκαστικῶς γὰρ τοῦτο οὐ ποιήσει· εἰ δὲ οἰκείῳ θελήματι αὐτὸ αἱρεθήσεται, οὐδεὶς ὁ ἐμποδίζων ἐσεῖται. Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῇ δικαιώσει τῆς γῆς συμβαλεῖται τοῖς μοναστηρίοις ἡ παροῦσα χρυσόβουλλος γραφὴ, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς παροίκοις τοῖς νῦν παρ' αὐτῶν κατεχομένοις, καὶ τοῖς αὐτουργίοις, φόροις, πανηγύρεσι, διαβατοῖς, λίμναις, ποταμοῖς, θαλασσίνοις δικαίοις, καὶ ἑτέρῳ οἱῳδήτινι δ καίῳ παρ' αὐτῶν κατεχομένῳ, ἄνευ μέντοι τῶν ἐφ' οἷς ἔλαβον διαγνώσεις ὑπὲρ τοῦ δημοσίου, ὡς πολλάκις ἀνώτερον διείληπται. Εἰ δὲ προσετάχθησαν λογισθῆναι ἢ ἐκκοπῆναί τινα τελέσματα, ἢ πάκτα, ἢ στρατεῖαι, ἢ δημόσια, ἢ λιβελλικὰ, ἢ ἕτερόν τι τῷ δημοσίῳ ἀνῆκον, καὶ οὐ γέγονε τὸ λελογισμένον, ἢ ἕτερόν τι ἔχει ἐπιλήψιμον τὸ δικαίωμα, οὐδέν τι ἐκ τούτου βλαβήσεται τὰ μοναστήρια.

Τί δὲ χρὴ τὰ πολλὰ καταλέγειν, καὶ ἀπαριθμεῖσθαι καὶ χάριν παραδείγματος ἀπογράφεσθαι; τὴν πολυλογίαν ἡ βασιλεία μου παρατρέχουσα, ἵνα μή τις τῶν παρὰ ταῦτα δεινῶν τινων μὲν ἐκφωνηθέντων ἐκ τῶν τὰ ἀκίνητα κατασειόντων αἰτίων, τινῶν δὲ παρασιωπηθέντων, ἐπιδράττοιτο τῶν ῥημάτων, καὶ κατὰ Ἰουδαίους τῷ γράμματι ἐπικάθηται, καὶ ἐπιχειρῇ ἐπὶ τοῖς μὴ ἐκφωνηθεῖσι διασείειν καὶ παρενοχλεῖν ταῖς μοναῖς, καθολικῷ λόγῳ καὶ προεκτικῷ τοῦτο ἡ βασιλεία μου βούλεται, καὶ διορίζεται, καὶ ὡς ἂν πᾶν ὅπερ ἐπὶ τοῖς σήμερον παρὰ τῶν μοναστηρίων κατεχομένοις ἢ ἐπ' αὐταῖς ταῖς καθέδραις τῶν μοναστηρίων νοηθῇ ὑπὲρ τοῦ δημοσίου, παρά τινος ἢ νῦν ἢ ὁτεδήποτε αὐτὸ τοῦτο δεδωρημένον λογίζεσθαι τῇ μονῇ. Καὶ ἅμα τις τοῦτο διανοήσεται καὶ φθέγξεται, καὶ εὐθὺς ἀντιλήψεται αὐτοῦ ἡ μονὴ, ὡς σήμερον δεδωρημένου ταύτῃ παρὰ τῆς βασιλείας μου. Ὅσον γὰρ ἐφ' οἷς κατέχουσι νῦν ἀκινήτοις, περὶ ὧν ὑπὲρ τοῦ δημοσίου οὐκ ἔλαβον τὰ προγραφέντα μοναστήρια, δημόσιον βούλεται ἡ βασιλεία μου λογίζεσθαι ἓν ἕκαστον τούτων κατὰ

nitur, immobilium detentio pro omni titulo debet eis sufficere, est supervacaneum de ullis aliis curiose inquirere. In omnibus enim quæ hodie possident, præterquam in iis in quibus a publici census in ea regione descriptoribus notitiæ datæ, quæ jus fisci seu publici, ut dictum est, probant, debet præsens majestatis meæ scriptum Aurea Bulla munitum sufficere : et pro donatione et emptione et quovis alio titulo satis esse, etiamsi quodcunque aliud secretum in eis probetur. Nec cogentur monasteria, ob ea quæ nunc possident immobilia, antiqua alia quæ eis adsunt jura proferre : sed hac præsenti majestatis meæ Aurea Bulla pro omni jure utentia, ea contenta esse debent, ut quæ eis, ut prius scriptum est, sufficere debeat, et pro donatione et pro traditione, et quovis alio jure. Sin autem invitante fortasse tempore voluerit ullum monasterium iis etiam quæ habet juribus et titulis uti, ea pro se afferens, a nullo penitus prohibebitur. Hoc enim non faciet necessario : sin autem propria voluntate illud elegerit, nemo impediturus admittetur. Non solum autem ad terreni, quod habent, jus probandum monasteriis sufficiet præsens Aurea Bulla; sed etiam in parochiis, quæ nunc ab eis detinentur, et prædiis, vectigalibus, conventibus, trajectionis solutionibus, portibus, fluviis, juribus maritimis et quocunque alio jure, quod ab eis possidetur, præterquam in iis, in quibus documenta pro publico, ut sæpe superius dictum est, assumpta sunt. Sin autem recenseri jussa sunt, vel amputari quædam tributa, vel pacta, vel militiæ, vel publica, vel libellica, vel aliquid aliud, quod ad fiscum pertinet, et non factum est quod recensendum erat, vel aliquod aliud habet jus, quod reprehendi possit; monasteria ex eo nihil lædentur.

Quid autem opus est multa dicere et enumerare et exempli gratia afferre? misso a majestate mea multiloquio, ne quis in ejusmodi rebus callidus et vafer, nonnullis quidem dictis, ex iis causis quæ immobilia concutiunt, aliis vero silentio præteritis, verba arripiat, et more Judaico litteræ insistat, et conetur in iis, quæ dicta non sunt monasteria agitare et vexare, sententia generali et munifera vult mea majestas et decernit, ut omne in iis, quæ hodie a monasteriis possidentur, vel in ipsis sunt monasteriorum cathedris, esse publicum cogitatum fuerit, idipsum ab aliquo, vel nunc vel quandocunque, monasterio datum esse reputetur. Et simul ac hoc cogitarit quispiam ac dixerit, id quoque statim apprehendit monasterium, ut hodie a mea regia sublimitate donatum. Quod enim ad ea attinet, quæ nunc possident, immobilia, de quibus pro publico documenta non acceperunt monasteria; mea majestas vult unumquodque eorum publicum existimari, et perpetuam firmitatem obtinere, et a nullo de ea re disceptari. Et quem-

Digitized by Google

admodum publico nulla a se molestia negotiumve exhibetur; sic nec ædes sacræ, sive anachoretarum cellulæ, nec monasteria, nec aliqua, ab ullo publici curatore litibus agitabuntur sive quis probabilem sive non probabilem causam afferat, sive cujusmodicunque sit quod loquetur. Quisquis enim hoc facere aggressus fuerit, invalida et revera infirma dicere videbitur, et citra ullam misericordiam ejus facultates fisco consecrabuntur isque omnino infamis semper erit: utpote qui imperatori ad-
307 versetur, qui pie ac religiose omnem molestiam et vexationem a monasteriis, in iis quæ ipsis data sunt, per præsentem Auream Bullam amoveat, et per ipsam exiguum aliquod donum Deo offerat, pro innumerabilibus beneficiis quæ a munifica ejus dextra accepit. Non licebit ergo, nec publici census descriptori, nec ei qui cuivis secreto præest, vel exæquatori, vel alicui alii personæ, quæ publicum exerceat, monasteriorum immobilia describere, vel focos censere, vel inquirere quantus sit eorum fundus, vel colonorum numerus, vel quod terræ amplius possidetur, vel non justo pretio emptum est aut injuste detinetur, examinare. Sed quia jussu meo imperiali acta facienda sunt, eorum nomine, quæ hodie a monasteriis detinentur, immobilium et colonorum, tunc demum juste monasterium molestia afficietur, et quod injuste detinet ab eo auferetur, quando publici census descriptor ostendit, quod ultra definitionem et monasterium locum occupat, vel colonos, vel ulla alia. Nec enim licentiam habebunt monasteria augendi et amplificandi ea, quæ ab ipsis hodie possidentur, sive coloni sint, sive loci, sive prædia rustica. Verumtamen per ejusmodi occasionem non licebit exactori, aut descriptori ulli fumarium vel mensorium, aut aliud quodpiam vectigal, quod ad ipsius officium pertineat, recipere ab immobilibus, quæ supra scriptis subjacent monasteriis. Qui enim contra ausus fuerit, sciat se non tantum id quod exegit multiplicatum restituturum, sed et omnium bonorum publicationi cum infamia et civilium munerum incapacitate subjectum iri. Sic enim vult mea majestas, jam manifestatorum monasteriorum immobilia omnia haberi ab unoquoque exactore, quasi non subsint ipsius officio vel potestati. Et quemadmodum exactores in non subjectis sibi provinciis nihil juris habent, ut in iis agant administrentve quidquam: sic nec in immobilibus monasteriorum exactores provinciarum, quibus eæ subsunt, censebuntur exactores. Quæ igitur fient acta et finium descriptiones ab eis, quos majestas destinaverit ad promationem eorum, quæ a monasteriis hodie possidentur, competentibus secretis propter notitiam insinuabuntur. Scire namque debent omnia monasteria, si quod ex iis deprehensum fuerit fraudem aliquam vel collusionem vel dolum in immobilibus quæ hodie ab ipsis possidentur fecisse: non solum nihil utilitatis ex hac meæ majestatis Aurea Bulla consecuturum; sed etiam casurum jure prædictis

A μόνον τὸ ἔχειν τὸ ἀδιάσειστον, καὶ μὴ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεσθαι· καὶ ὃν τρόπον ὁ δημόσιος οὐ πολυπραγμονεῖται ὑφ' ἑαυτοῦ, οὕτως οὐδὲ τὰ ἱερὰ σεμνεῖα ἢ ἡσυχαστήρια, μοναστήριά τε καὶ λοιπὰ ὑπό τινος τῶν τοῦ δημοσίου φροντιστῶν ἀνακριθήσεται· κἂν τι εὔλογον δικαιολογεῖταί τις, κἂν παράλογον, κἂν ὁποῖον ἂν εἴη τὸ λαληθησόμενον. Πᾶς γὰρ ὁ τοιοῦτόν τι ἐπιχειρήσων ποιῆσαι ἀνίσχυρα δόξει λέγων καὶ τῷ ὄντι ἀβέβαια, καὶ ἀσυμπαθὼς ἡ τούτου περιουσία τῷ δημοσίῳ καθωσιωθήσεται, καὶ αὐτὸς ἄτιμος ἐσεῖται παντάπασιν, ὡς ἀντιπίπτων βασιλεῖ εὐσεβῶς τε καὶ φιλοθέως τὸ ἀνενόχλητον ταῖς μοναῖς ἀποχαριζομένῳ ἐπὶ τοῖς δεδιορημένοις αὐταῖς διὰ τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου λόγου, καὶ δι' αὐτοῦ βραχύ τι δῶρον προσάγοντι
B τῷ Θεῷ, ἀνθ' ὧν μυρίων εὐεργεσιῶν παρὰ τῆς πλουσιοπαρόχου δεξιᾶς αὐτοῦ παραπήλαυσεν. Οὐκ ἐξέσται οὖν ἀναγραφεῖ, οὔτε προκαθημένῳ οἱουδήτινος σεκρέτου ἢ ἐξισωτῇ, ἢ ἐνεργοῦντι ἑτέρῳ τινὶ προσώπῳ τοῦ δημοσίου, τὰ τῶν μοναστηρίων ἀκίνητα ἀναγράφεσθαι, ἢ καπνολογεῖν, ἢ ἀναζητεῖν μέτρον γῆς ἢ τὸ ὑπέρπλεον, ἢ τὸ ἀδίκως κατεχόμενον ἐξετάζειν· ἀλλ' ἐπεὶ ἐκ προστάξεως τῆς βασιλείας μου μέλλουσι γενέσθαι πραχτικὰ τῶν σήμερον κατεχομένων παρὰ τῶν μονῶν ἀκινήτων καὶ παροίκων, τότε μόνον ὀχληθήσεται ἡ μονὴ καὶ τὸ ἀδίκως κατεχόμενον ἀφαιρεθήσεται, ὅτε ὁ ἀναγραφεὺς δείκνύει, ὡς ἐπέκεινα τοῦ περιορισμοῦ κατέχει ἡ μονὴ τοπία ἢ παροίκους ἢ ἕτερον δίκαιον. Οὐδὲ γὰρ ἐπ'
C ἀδείας ἔξουσιν αἱ μοναὶ τὰ σήμερον παρ' αὐτῶν κατεχόμενα, εἴτε πάροικοι εἶεν, εἴτε τόποι, εἴτε αὐτούργια, ἐπαύξειν, καὶ εἰς πληθυσμὸν ἄγειν πλείονα. Πλὴν τῇ τοιαύτῃ προφάσει οὐκ ἐξέσται πράκτορι ἢ ἀναγραφεῖ οἱῳδήτινι ἢ καπνικὸν, ἢ ἕτερόν τι ἀναγραφικὸν ἢ πρακτορικὸν φορολόγημα ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων ταῖς δηλωθείσαις μοναῖς ἀκινήτων ἀναλαμβάνεσθαι. Εἰδέναι γὰρ ὀφείλει ὁ τοῦτο τολμήσων ὡς οὐ μόνον ἐπὶ τὸ πολλαπλοῦν ἀντιστρέψει ὅπερ ἂν ἀναλάβηται, ἀλλὰ καὶ τελείᾳ δημεύσει ὑποβληθήσεται, καὶ ἄτιμος ἔσται καὶ ἀπολίτευτος. Οὕτω γὰρ θέλει ἡ βασιλεία μου τὰ τῶν δηλωθέντων μονῶν ἀκίνητα πάντα λογίζεσθαι ὑφ' ἑκάστου τῶν πρακτόρων, ὡς μὴ ὄντα ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν. Καὶ ὃν τρόπον οἱ πράκτορες ἐπὶ τοῖς μὴ
D ὑποκειμένοις αὐτοῖς θέμασιν οὐδέν τι δίκαιον ἔχουσιν ἐνεργεῖν, ἢ ὅλως ποιεῖν τι ἐπ' αὐτοῖς, οὕτως οὐδὲ ἐπὶ τοῖς τῶν μοναστηρίων ἀκινήτοις οἱ πράκτορες τῶν θεμάτων, ὑφ' οὓς τελοῦσι τὰ τοιαῦτα ἀκίνητα, πράκτορες λογισθήσονται. Τὰ μέντοι γενησόμενα πραχτικὰ καὶ οἱ περιορισμοὶ παρ' ὧν ἂν ὁρίσῃ ἡ βασιλεία μου εἰς παράστασιν τῶν σήμερον παρὰ τῶν μοναστηρίων νεμομένων τοῖς προσφόροις σεκρέτοις δι' εἰδήσιν ἐγκαταστρωθήσονται. Ὀφείλουσι δὲ εἰδέναι πάντα τὰ μοναστήρια, ὡς οἷον ἂν ἐξ αὐτῶν εὑρεθῇ ῥᾳδιουργίαν τινὰ ποιησάμενον ἐπὶ τοῖς σήμερον παρ' αὐτῶν κατεχομένοις, ἢ συμπαιγνίαν, ἢ δόλον πλημμελήσάν τινα, οὐ μόνον τῆς ἀπὸ τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου λόγου τῆς βασιλείας μου ὠφελείας οὐκ εὐμοιρήσει τὸ σύνολον, ἀλλὰ καὶ

Digitized by Google

τοῦ προτιμηθέντος αὐτοῦ ἐκπεσεῖται δικαίου διὰ τοῦ προγεγονότος πᾶσι ταῖς δηλωθείσαις μοναῖς ἑτέρου χρυσοβούλλου λόγου τῆς βασιλείας μου.

Ἐφεξῆς δὲ ἀνεῖλε τὸ τοιοῦτον χρυσόβουλλον καὶ πᾶσαν πρόσταξιν ἐναντιουμένην τούτῳ, γεγονυῖαν δηλονότι ἢ καὶ γενησομένην, καὶ διωρίσατο χρᾶσθαι τὰς μονὰς καὶ τοῖς παλαιγενέσιν αὐτῶν δικαιώμασιν. Ἐπεὶ δὲ ἐκ προσαγγελίας χαιρεκάκων τινῶν ἀπελύθη κατὰ τὸν Ἰούνιον μῆνα τῆς θ' ἰνδικτιῶνος τοῦ, ςχπδ' ἔτους πρόσταγμα βασιλικὸν ἀνατρέπον σχεδὸν τὸ τοιοῦτον εὐσεβέστατον καὶ εὐεργετικώτατον χρυσόβουλλον, καὶ διὰ τοῦτο πάντα τὰ μοναστηριακὰ ἀκίνητα ὑπὸ τῶν ἀναγραφέων ἡρπάζοντο, ἀπελύθη κατὰ τὸν Ἰούλιον μῆνα τῆς δ' ἰνδικτιῶνος τοῦ, ςχπθ' λύσις προσκυνητὴ τῶν θεοσέπτων κρατίστων καὶ ἁγίων ἡμῶν βασιλέων ἐπὶ ὑπομνήσει τῶν μοναστηρίων, ἐκκόπτουσα τὴν πραιτορικὴν χρείαν καὶ τὴν κατεπανικὴν, καὶ διοριζομένη ἔχειν τὸ ἐνεργὸν τὰ προγεγονότα χρυσοβούλλου χάριν τοῦ μὴ ἀναγράφεσθαι τὰ τῶν μοναστηρίων ἀκίνητα κατὰ ῥῆμα οὕτω δ.αλαμβάνουσα·

Ἡ βασιλεία μου, τῆς ἐκ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν συνάρσεως χρῄζουσα, καὶ ἐν πᾶσι κατ' ἴχνος βαίνειν τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει βασιλέως αὐθέντου καὶ πατρὸς αὐτῆς θέλουσα, καὶ τὸ περὶ τοὺς ἀνατεθειμένους ὑμᾶς τῷ Θεῷ εὐεργετικὸν ἐκείνου μιμεῖσθαι προῄρηται. Ταύτη τοι καὶ διὰ μιᾶς ταύτης τῆς ἐφ' ὑμῖν ἀγαθοποιίας καὶ τῷ βασιλεύσαντι ταύτην Θεῷ χαρίζεται, καὶ τῇ τοῦ αὐθέντου καὶ πατρὸς τῆς βασιλείας μου ἁγίᾳ ψυχῇ, καὶ τῷ ἡμετέρῳ κράτει τῆς εἰς τὸ ἀγαθὸν προκοπῆς ὑποβάθρα καὶ θεμέλιος τίθεται, καὶ ἐπικλινὴς τῇ ὑμῶν γενομένῃ αἰτήσει, τὸ ἐνεργὸν ἔχειν καὶ ἀπαρασάλευτον καὶ ἀμετακίνητον τοὺς ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν καθ' ὑμᾶς μονῶν ἀπολυθέντας τρεῖς χρυσοβούλλους λόγους παρὰ τῆς ἁγίας ἐκείνου βασιλείας διορίζεται, καὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀμετακινήτως μένειν δυνάμεως, ἐφ' ἧς κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐξετέθησαν, καὶ τὰ ἀκολούθως δὲ τούτοις προβάντα τῆς παραδόσεως πρακτικὰ τὸ ἀσφαλὲς ἀποφέρεσθαι, κἂν μετὰ διετίαν γεγόνασι, κἂν ἴσως τινὰ τούτων τοῖς προσφόροις σεκρέτοις καταστρωθῆναι οὐκ ἔφθασαν, τῶν εἰς ἑρμηνείαν ἢ ἀνατροπὴν τῆς τῶν χρυσοβούλλων δυνάμεως μερικὴν ἢ καθόλου ἀπολυθέντων παντοίων προσταγμάτων, τῶν καὶ ἐν ὑπομνήσει ἡμῶν δηλουμένων, κἂν ὅπως ἄρα καὶ ἀπελύθησαν, τὸ ἄπρακτον καὶ ἀνίσχυρον ἀποφερομένων διὰ τῆς παρούσης λύσεως, καὶ ὥσπερ εἰ μηδὲ ὅλως γεγόνασι λογιζομένων. Ἀργήσει δὲ καὶ ἡ μέχρι τοῦ νῦν ἐπεισκωμάσασα τοῖς ὑπὸ τὰς καθ' ὑμᾶς μονὰς ἀκινήτοις, τοῖς κατὰ τὸ θέμα Θρᾳκίας καὶ Μακεδονίας διακειμένοις, ἀπαίτησις τῆς τε πραιτορικῆς καὶ κατεπανικῆς γύρας καὶ χρείας, ἢ καὶ τοῦ στυππείου καὶ ἀξουγγίου ἐξώνησις ἢ ἀπαίτησις, ὡς διὰ τῆς παρούσης λύσεως ἐκκοπτόμεναι καὶ ῥιζοτομούμεναι, καὶ εἰς ἀνύπαρκτον καὶ ἀνονόμαστον ἀποκαθιστάμεναι, τῶν πραιτόρων καὶ πρακτόρων καὶ κατεπάνων, καὶ τῶν τὴν ἐξώνησιν ἢ ἀπαίτησιν τοῦ στυππείου καὶ τοῦ ἀξουγγίου κατὰ καιροὺς ποιουμένων, καὶ τῶν ἐξυπηρετούντων αὐτοῖς,

omnibus monasteriis, per aliam prius factam majestatis meæ Auream Bullam, concesso.

Deinde autem sustulit hæc Bulla Aurea omnem quoque jussionem quæ ei adversatur, quæ scilicet facta est vel fiet : et statuit ut monasteria suis quoque antiquis titulis utantur. Quoniam autem per quorumdam alienis malis lætantium instigationem, mense Junio, nona indicatione anno 6684, imperiale jussum editum est, quod hanc in primis piam et maxime beneficam Auream Bullam propemodum subvertit, et propterea monasteriorum immobilia a publici census descriptoribus rapiebantur : Julio mense indictione 4, anno 6689, edita est venerabilis resolutio divine colendorum potentissimorum et sanctorum nostrorum imperatorum super monasteriorum commonitione, quæ omnem usum prætorianum et catepanicum exscindit, et statuit, ut prædictæ Bullæ Aureæ vim suam sortiantur de non describendis monasteriorum immobilibus; quæ ad verbum sic se habet :

« Etiamsi hucusque nonnulli antistites, qui ad « monachorum habitum descenderant, ut in « episcopali fastigio manerent, vim adhibuerunt; « et cum hoc facerent, neglecti sunt: sancta « tamen et universalis hæc synodus, hanc negligentiam quoque corrigens, et ad ritus ecclesiasticos hanc inordinatam actionem redigens, « statuit, ut si quis episcopus, vel aliquis alius « ex pontificali dignitate, voluerit ad vitam monasticam descendere, et pœnitentiæ locum « implere, ne amplius antistitis dignitatem usur- B « pet. Monachorum enim professiones subjectionis et discendi cupiditatis rationem habent, « non autem doctrinæ vel primatus: nec alios « pascere, sed ipsos pasci profitentur. Et ideo « quemadmodum prædictum est, decernimus, « ut nemo eorum, qui in episcopalem pastorum-

ΚΑΝΩΝ Β'.

« Εἰ καὶ μέχρι νῦν (66) ἔνιοι τῶν ἀρχιερέων εἰς τὸ « τῶν μοναχῶν κατιόντες σχῆμα ἐν τῷ τῆς ἀρ« χιερωσύνης ἐβιάζοντο διαμένειν ὕψει, καὶ τοῦτο « πράττοντες παρεωρῶντο· ἀλλ' οὖν ἡ ἁγία καὶ « οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος τοῦτο ῥυθμίζουσα τὸ « παράπαν, καὶ πρὸς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θε« σμοὺς τὴν ἄτακτον ταύτην ἐπανάγουσα πρᾶξιν, « ὥρισεν ἵνα, εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ εἴ τις ἄλλος « τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος, πρὸς τὸν μοναδι« κὸν θελήσει κατελθεῖν βίον, καὶ τὸν τῆς μετα« νοίας τόπον ἀναπληρῶσαι, μηκέτι λοιπὸν τῆς « ἀρχιερατικῆς ἀντιποιεῖσθαι ἀξίας. Αἱ γὰρ τῶν « μοναχῶν συνθῆκαι ὑποταγῆς ἐπέχουσι λόγον « καὶ μαθητείας, ἀλλ' οὐχὶ διδασκαλίας ἢ προε« δρίας, οὐδὲ ποιμαίνειν ἄλλους, ἀλλὰ καὶ ποι« μαίνεσθαι ἐπαγγέλλονται. Διὸ, καθὰ προείρη« ται, θεσπίζομεν μηκέτι τινὰ τῶν ἐν ἀρχιερατι-

Guill. Beveregii notæ.

(66) *Εἰ καὶ μέχρι νῦν.* Hic canon non modo ab Ivone par. 7. c. 149. sed et a Gratiano citatur, his verbis: *Hoc nequaquam apud nos habetur, ut quicunque de pontificali ordine ad monachorum, id est, pœnitentium descenderit vitam ulterius, possit ad pontificatum reverti.* Item: *Præcepit sancta synodus ut quicunque de pontificali dignitate ad monachorum* C *vitam et ad pœnitentiæ descenderit locum, nequaquam jam ad pontificatum resurgat. Monachorum enim vita subjectionis habet verbum et discipulatus, non docendi, vel præsidendi, vel pascendi alios.* Gr. *Decret.* caus. 7, q. 1, c. 45. Dicitur autem ibidem hunc canonem editum esse in quinta actione Constantinopolitanæ synodi 383 Patrum, sub Joanne papa octavo, cui præfuit Petrus presbyter cardinalis, et Paulus Anconitanus episcopus, et Eugenius Ostiensis episcopus; et hos papæ Romani apocrisiarios ea dixisse, quæ usque ad *Item* occurrunt. Hæc ut melius intelligantur, in decreto, ut Gregorii XIII jussu edito, quæ ad hujus canonis constitutionem spectant, ex Actis hujus synodi, in Vaticana bibliotheca exstantibus apponuntur; et sic se habent: Φώτιος ὁ πατριάρχης εἶπε, Πῶς ὑμῖν δοκεῖ τῶν ἀπὸ τοῦ ἀρχιερατικοῦ τάγματος ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν μοναχῶν καταλεγόντων χώραν, ἆρα εἰς ὑποταγὴν ἑαυτοὺς παραδόντες, δύνανται ἔτι οἱ αὐτοὶ D τῆς αὐτῆς ποιμενιαρχίας ἔχεσθαι; Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης εἶπον, Τοῦτο παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ σώζεται· ὅστις γὰρ ἐὰν ἀπὸ ἀρχιερατικοῦ τάγματος εἰς τὴν τῶν μοναχῶν, τουτέστι μετανοούντων, καταριθμηθῇ χώραν, οὐ δύναται ἔτι τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἑαυτῷ διεκδικεῖν ἀξίωμα. Βασίλειος καὶ Ἠλίας οἱ τοποτηρηταὶ τῶν ἀνατολικῶν θρόνων εἶπον, Οὐδὲ παρ' ἡμῖν ἐφωράθη τοῦτό ποτε γενόμενον· τοὐναντίον μὲν οὖν, μονάζοντες πρόεισιν εἰς ἀρχιερέας, ὑπὸ δὲ ἀρχιερέων εἰς μοναχοὺς κατερχόμενοι ἀρχιερεῖς μένειν οὐ δύνανται. Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν, Ὁρισθήτω δὲ περὶ τούτου κανὼν, πολλάκις γὰρ δὲ ἐν ἡμῖν ἀμφιβολίαι γίνονται περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης, τῶν μὲν λεγόντων μὴ κωλύεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς μοναχοὺς γενομένους τὰ τῶν ἀρχιερέων τελεῖν, τῶν δὲ οὐ συνευδοκούντων ἐπὶ τούτῳ. Οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ εἶπον, Ἐκτεθήτω κανών. Ἁγία σύνοδος εἶπεν, Ἔτι δὲ ἀξιοῦμεν ἐκτεθῆναι κανόνας περὶ τῶν εἰς τοῦτο μανίας καὶ ἀπονοίας ἐλθόντων λαϊκῶν, ὥστε ἀρχιερεῖς ἢ ἱερεῖς τύπτειν ἢ φυλακίζειν, καὶ τὰ λοιπά. Φώτιος ὁ πατριάρχης εἶπεν, Εἰ κελεύει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ἀναγνωσθήτωσαν οἱ κανόνες· καὶ λαβὼν Πέτρος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος καὶ πρωτονοτάριος ἀνέγνω. Εἰ καὶ μέχρι νῦν ἔνιοι τῶν ἀρχιερέων, etc. *Photius patriarcha dixit, Quid censetis de iis, qui ex antistitum ordine seipsos in monachorum locum conferunt? Num qui seipsos subjectos esse voluerunt, possunt iidem adhuc idem in gregem imperium tenere? Sanctissimi legati veteris Romæ dixerunt, Id apud nos minime tenet, neque in more est positum. Quicunque enim ex antistitum ordine, monachorum, id est pœnitentium, ordini annumeratus fuerit, is antistitis dignitatem non potest sibi amplius vindicare. Basilius et Helias Orientalium sedium legati dixerunt, Neque apud nos id unquam evenisse observatum est. Nam contra quidem monachi ad antistitum ordinem provehuntur, at qui ex antistitibus ad monachos descendunt, hi antistites manere non possunt. Sancta synodus dixit, De hac etiam re canon constituatur: nam et apud nos sæpe hac de causa dubitationes exoriuntur; nonnullis quidem dicentibus, non prohiberi antitistes, cum monachi facti fuerint, quo minus antistitum muneribus fungantur: nonnullis vero hanc sententiam minime probantibus. Sanctissimi legati dixerunt: Detur canon. Sancta synodus dixit, Præterea vero æquum ducimus constitui canones de laicis illis, qui eo insaniæ ac superbiæ devenerunt, ut antistites vel sacerdotes Dei verberent aut custodiæ tradant, et reliqua. Photius patriarcha dixit, Si vestra sanctitas jubeat, legantur canones: acceptosque eos Petrus Dei diaconus, et protonotarius legit, Etiamsi hucusque nonnulli antistites,* etc. usque ad finem hujus canonis. Quod autem hic dicitur de laicis episcopos vel sacerdotes verberantibus, vel in custodiam tradentibus, illud in proximo sive tertio hujus synodi canone constituitur: ex eo autem, quod præsens canon a Gratiano in decretum referatur, manifestum est, hanc synodum ab Ecclesia Romana tunc temporis approbatam fuisse, non obstante primo canone ab ea edito.

Digitized by Google

« κῷ καταλόγῳ καὶ ποιμένων ἐξεταζομένων εἰς A
« τὴν τῶν ποιμαινομένων καὶ μετανοούντων χώ-
« ραν ἑαυτὸν καταβιβάζεσθαι· εἰ δέ τι; τοῦτο
« τολμήσειε πρᾶξαι μετὰ τὴν ἐκφώνησιν καὶ
« διάγνωσιν τῆς νῦν ἐκπεφωνημένης ψήφου,
« αὐτὸς ἑαυτὸν τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀποστερήσας
« βαθμοῦ οὐκέτι πρὸς τὸ πρότερον, ὅπερ διὰ τῶν
« ἔργων ἠθέτησεν, ἀξίωμα ἐπαναστρέψει.

ΒΑΛΣ. Περὶ ἐπισκόπων θελόντων καὶ μετὰ τὴν ἀπόκαρσιν ἐνεργεῖν ἀρχιερατικὰ δίκαια οὐκ ἐγράφη κανών. Καὶ διὰ τοῦτο ἐπεχείρουν τινὲς ἐπίσκοποι μετὰ τὸ ἀποκαρῆναι ἔχειν τὰ τῶν ἐπισκόπων προνόμια παρὰ τὴν κρατήσασαν ἄγραφον ἐκκλησιαστικὴν συνήθειαν. Τοῦτο οὖν διορθούμενοι οἱ ἅγιοι Πατέρες, εἶπον ὡς, ἐπεὶ τὸ μὲν ὕψος τῆς ἀρχιερωσύνης διδασκαλικόν ἐστιν ἀξίωμα, τὸ δὲ μοναχικὸν ἐπάγγελμα B
μαθητείας καὶ ὑποταγῆς ἔργον, καὶ ἀδύνατόν ἐστι τὸν ὑποτακτικὸν ἐπὶ θρόνου καθῆσθαι καὶ διδάσκειν, χρεών ἐστι τὸν ἀποστάντα ἐκ τοῦ ὕψους τῆς ἀρχιερωσύνης, καὶ καταγνόντα οἷον ἑαυτοῦ, καὶ πρὸς μετάνοιαν ἀποδιδύντα, καὶ διὰ τοῦ μοναχικοῦ σχήματος ὑποταγὴν ἐπαγγειλάμενον, μὴ ἐνεργεῖν διδασκαλικόν τι, καὶ ἀντὶ τοῦ ποιμαίνεσθαι, ἐπιχειρεῖν ἄλλους ποιμαίνειν· τὸν δὲ τοῦτο ποιῆσαι ἐπιχειρήσαντα μὴ παραχωρεῖσθαι ἀρχιερατικόν τι ἐνεργεῖν· ὅτι αὐτὸς ἑαυτὸν διὰ τῆς ἀποκάρσεως ἐκ τούτου ἀπεξένωσεν. Εἶπον δὲ οἱ Πατέρες περὶ τῶν ἀρχιερέων τὸ μὴ καταβιβάζειν ἑαυτοὺς εἰς χώραν μετανοούντων, καὶ τὸ, Εἰ δέ τις τολμήσειε τοῦτο C
πρᾶξαι, οὐκ ἀπαγορεύοντες τὴν μετάνοιαν, ὡς στυγητόν τι πρᾶγμα καὶ ἀποτρόπαιον (τοῦτο γὰρ καὶ πολλοῦ ἐπαίνου ἐστὶν ἄξιον), ἀλλὰ παραγγέλλοντες τοιούτους εἶναι τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ οὕτω βιοῦν, ὡς μὴ δεῖσθαι μετανοίας σχεδόν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις διὰ τῶν οἰκείων ἐντεύξεων τὸ Θεῖον ἐξιλεοῦν. Ἐζητήθη δὲ, εἰ μοναχὸς, μετὰ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀξιωθεὶς τοῦ μεγάλου σχήματος, δύναταί τι ἐνεργεῖν ἐπισκοπικόν. Εἶπον γάρ τινες ὡς, ἐπεὶ τοιοῦτος πρὸ τοῦ ψηφισθῆναι ἀπεκάρη, οὐκ ἐδεῖτο καὶ δευτέρας ἀποκάρσεως, κἀντεῦθεν οὐδὲ ἔχουσιν ἐπ' αὐτῷ χώραν τὰ τοῦ κανόνος. Οὐκ ἤρεσαν δὲ ταῦτα λέγοντες, ἀλλ' ἤκουσαν ὡς κυρίως ἀπόκαρσις ἡ τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος περιβολή ἐστι. Τὸ γὰρ μικρὸν σχῆμα ἀῤῥαβὼν ἐκείνου τοῦ τελείου λέγεται. Εἰ γοῦν τὸ μικρὸν σχῆμα τὴν ἀρχιερωσύνην παύει, D
πολλῷ πλέον σχολάσει ταύτην ἡ τελεία ἀπόκαρσις. Εἰ δέ τις καὶ περὶ τῶν ἀποκειρομένων ἱερέων ἐρωτήσει, πῶς μετὰ τὴν ἀπόκαρσιν ἱερουργοῦσι, καὶ οὐ παύονται· ἀκούσει μὴ εἶναι διδασκάλους τοὺς ἱερεῖς, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ τὰ τοῦ κανόνος χώραν ἔχειν ἐπ' αὐτοῖς.

ΖΩΝΑΡ. Οὗτος ὁ κανὼν οὐ παραχωρεῖ ἀρχιερεῖ οἱῳδήτινι μετὰ τὸ ἀποκαρῆναι αὖθις ἐνεργεῖν τι ἀρχιερατικὸν δίκαιον. Καὶ ἕως ἄρτι τινὲς τῶν ἀρχιερέων εἰς τὸ μοναχικὸν κατιόντες σχῆμα πάλιν τὰ τῆς ἀρχιερωσύνης ποιεῖν ἐδιάζοντο· (προσφόρως δὲ τὸ κατιόντες ἐτέθη· ἐκ γὰρ τῆς ἀρχιερατικῆς περιωπῆς κατέρχεται ὁ ἀποκειρόμενος εἰς τὴν τῆς

« que catalogum relatus est, ad eorum, qui
« pascuntur et agunt pœnitentiam, locum se
« demittat: si quis autem hoc facere ausus
« fuerit, post denuntiationem et declarationem
« hujus editæ sententiæ, ipse, qui seipsum epi-
« scopali gradu privavit, non amplius ad prio-
« rem, quam factis despicatui habuit, dignita-
« tem revertetur. »

BALS. De episcopis, qui volunt etiam post tonsuram episcopalia jura exercere, non erat scriptus canon. Et ideo quidam conabantur episcopi, postquam tonsi fuissent, habere episcopalia privilegia, præter ecclesiasticam non scriptam consuetudinem, quæ invaluerat. Hoc ergo corrigentes sancti Patres, dixerunt, quod quoniam episcopalis altitudo est dignitas, quæ ad docendum se comparat; monastica autem professio disciplinæ et subjectionis est opus; et fieri non potest, ut qui se subjectum exhibet, in throno sedeat et doceat: opus est, ut qui ab episcopali altitudine recessit, et seipsum veluti condemnavit, et pœnitentiæ tradidit, et per monasticum habitum, subjectionem et obedientiam profitetur, nihil exerceat quod ad docentis officium pertineat, nec pro eo quod pasci debet, pascat; qui autem hoc facere aggressus fuerit, ne quid episcopale exercere permittatur, quia ipse per tonsuram se ab eo alienavit. Dixerunt autem Patres de antistitibus, ne se in eorum, qui pœnitentiam agunt, locum deprimant; et illud, Si quis autem unquam fuerit ausus hoc facere: non prohibentes pœnitentiam, ut rem odiosam et avertendam: (ea enim magna quoque laude digna est), sed significantes tales esse antistites, et ita vivere, ut propemodum pœnitentia non indigeant, sed et suis intercessionibus Deum aliis placent. Quæsitum est autem, si monachus post episcopatum fuerit magno habitu dignatus, an possit episcopale quidpiam exercere. **362** Dixerunt enim nonnulli, quod quoniam antequam electus est ille, tonsus fuit, secunda quoque tonsura nequaquam opus habuit: et inde fit ut canon in eo locum non habeat. Non placuit autem quod dicebant, sed audierunt, quod proprie tonsura est magni et angelici habitus amictus. Parvus enim habitus, illius perfecti habitus atra dicitur. Si igitur parvus habitus facit cessare sacerdotium ipsum; multo magis cessare illud faciet perfecta tonsura. Si quis autem etiam de sacerdotibus, qui tondentur, rogaverit, quomodo post tonsuram sacrificant et non cessant; audiet non esse sacerdotes doctores, et propterea nec canonem quidem in eis locum habere.

ZONAR. Ne antistes quicunque, postquam detonsus fuerit, adhuc sibi jus aliquod summi sacerdotis usurpet, hoc canone constitutum. Et ad hoc usque tempus, antistites quidam, ubi se ad monasticum habitum demisissent, adhuc a summi sacerdotii functionibus avocari se nullo modo patiebantur: (accommodate vero demittendi quoque

Digitized by Google

verbum apposuit; si quidem e summi sacerdotii fastigio ad infimam abjectionis humilitatem, et ex patriarchæ atque doctoris dignatione in ordinem filiorum ac discipulorum sese, qui tondetur, demittit) sed nunc decrevit synodus, ut qui summi sacerdotii dignitate præditi ad monasticæ postea vitæ institutum deflectere voluerunt, ne quam ipsis ejus dignitatis partem amplius usurpare liceat. Cujus quidem rei hanc rationem subjicit : quoniam, inquit, illius qui tondetur propria abjectionis professio est, seque is discipulum, et ab aliis pascendum, non ipsum pastorem, futurum esse despondet. Quo pacto igitur, et pro summi sacerdotii munere aliis præfectus, et ob monastici habitus demissionem fuerit idemmet abjectus? qua ratione doctoris et discipuli simul muneribus satisfaciet? Propterea, ne se, inquit amplius in locum pœnitentium summi sacerdotes demittant (monachorum siquidem vita pœnitentiæ quædam professio est) constituimus. Quod si quis fecerit, summi sacerdotii dignitatem sibi ipsemet abrogaverit, nec illius iterum vindicandæ facultas amplius relinquetur. Verba porro illa, Ne se in locum pœnitentium demittant; et alia, Quod si quis id facere audeat; non ita accipienda sunt, quasi præsulibus omni pœnitentiæ genere sit interdictum : sed ut ejusmodi antistites esse, itaque vitam instituere debere ostendant, qui ne ulla quidem pœnitentia ferme indigeant; verum aliis quoque offensum Numen sua ipsi deprecatione concilient.

ταπεινώσεως χθαμαλότητα, καὶ ἐκ τοῦ πατρικοῦ καὶ διδασκαλικοῦ ἀξιώματος εἰς υἱοῦ τάξιν καὶ μαθητοῦ) ἀλλ' ὥρισε νῦν ἡ σύνοδος τοὺς ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος τυγχάνοντας, εἶτα εἰς τὸν μονήρη βίον θελήσαντας ἀποκλῖναι, μηκέτι τῆς ἀρχιερατικῆς ἀξίας ἀντιποιεῖσθαι· καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει λέγων ὅτι ὁ κειρόμενος ταπείνωσιν ἐπαγγέλλεται, καὶ μαθητὴς εἶναι συντίθεται, καὶ ποιμαίνεσθαι, ἀλλ' οὐχὶ ποιμαίνειν. Πῶς οὖν ὁ αὐτὸς καὶ προεδρεύων ἔσται διὰ τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ διὰ τὸ σχῆμα τὸ μοναχικὸν ταπεινούμενος ; Πῶς δὲ διδάσκων ἔσται καὶ διδασκόμενος ; Διὸ, φησὶ, θεσπίζομεν τοὺς ἀρχιερεῖς μηκέτι καταβιβάζειν ἑαυτοὺς εἰς τόπον μετανοούντων (μετανοίας γὰρ ὁ μοναχικὸς βίος ἐπάγγελμα). Εἰ δὲ τοῦτό τις πράξῃ, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀποστερεῖ τῆς ἀρχιερατικῆς ἀξίας, καὶ οὐκέτι πρὸς τὸ πρότερον τῆς ἀρχιερωσύνης ἐπαναστρέψει ἀξίωμα. Ταῦτα δὲ, ἤγουν τὸ μὴ καταβιβάζειν ἑαυτοὺς εἰς χώραν μετανοούντων, καὶ τὸ, Εἰ δέ τις τολμήσειε τοῦτο πρᾶξαι, οὐκ ἀπαγορεύοντα τὴν μετάνοιαν τοῖς ἀρχιερεῦσιν εἴρηται, ἀλλ' ἐκδείκνυσι τοιούτους εἶναι δεῖν τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ οὕτω βιοῦν, ὡς μηδὲ δεῖσθαι μετανοίας σχεδὸν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις διὰ τῶν οἰκείων ἐντεύξεων τὸ Θεῖον ἐξιλεοῦν.

ARIST. « Si quis ab antistitis sublimitate ad monasticam, et e contrario, vitam descenderit; « antistitis dignitatem amplius ne usurpet. »

ΑΡΙΣΤ. « Εἴ τις ἀπὸ ἱεραρχικοῦ ὕψους εἰς τὸν « μοναδικὸν, καὶ ἔμπαλιν, κατέλθοι βίον, μηκέτι « ἱεραρχικῆς ἀντιποιείσθω ἀξίας. »

CANON III.

« Si quis laicus auctoritate usus, divinis quidem « et regiis jussis contemptis, reverendisque Ecclesiæ ritibus et legibus irrisis, aliquem episcopum verberare ausus fuerit vel in custodiam tradere, vel sine causa, vel aliqua conficta causa, is sit anathema. »

ΚΑΝΩΝ Γ'.

« Εἴ τις τῶν λαϊκῶν αὐθεντήσας καὶ καταφρονήσας « μὲν τῶν θείων καὶ βασιλικῶν προσταγμάτων, « καταγελάσας δὲ καὶ τῶν ῥητῶν τῆς Ἐκκλησίας θεσμῶν τε καὶ νόμων, τολμήσειεν ἐπίσκοπόν τινα τύψαι ἢ φυλακίσαι, ἢ χωρὶς αἰτίας « ἢ καὶ συμπλασάμενος αἰτίαν, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω. »

BALS. Episcopalis dignitas omnem fere honorem superat. Apostolicæ enim dignitati æquiparatur, propter doctrinæ professionem. Quoniam ergo quidam arrogantes, et divinorum præceptorum contemptores, ecclesiasticorum scilicet et imperialium absurda quædam et contumeliosa in quosdam antistites fecerant; definierunt sancti Patres, quod si quis laicus auctoritate usus, scilicet authenticam vel magistratus potestatem nactus, judex forte vel exactor constitutus, confidenter aliquem episcopum verberaverit, vel in custodia incluserit, sine causa vel cum conficta et falsa causa, id est, sine ratione; is sit anathema, hoc est, a Deo sit separatus, **363** et tradatur dæmoni, ut munus quod ei appensum dedicatur. Cum autem audis canonem dicentem, quod ille laicus anathematizatur, qui sine causa, vel cum ficta causa, hoc est, præter rationem, sola auctoritate usus, episcopum vel verberaverit, vel custodiæ tradiderit; ne dicas, argumento a contrario sumpto, licere laicis magistratibus episcopos ex justa et probabili causa

ΒΑΛΣ. Τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα σχεδὸν ὑπέρκειται πάσης τιμῆς. Τῆς γὰρ ἀποστολικῆς ἀξίας ἰσοστάσιόν ἐστι διὰ τὸ τῆς διδασκαλίας ἐπάγγελμα. Ἐπεὶ οὖν τινες αὐθάδεις καὶ καταφρονηταὶ τῶν θείων παραγγελμάτων, ἐκκλησιαστικῶν δηλονότι καὶ βασιλικῶν, ἄτοπά τινα καὶ ἐφύβριστα εἴς τινας εἰργάσαντο ἀρχιερεῖς, ὥρισαν οἱ ἅγιοι Πατέρες ὡς, εἴ τις λαϊκὸς αὐθεντήσας, ἤγουν ἀρχοντικῆς αὐθεντίας καὶ ἐξουσίας δραξάμενος, δικαστὴς τυχὸν ἢ πράκτωρ καταστὰς, τολμηρῶς οἱονδήτινα ἐπίσκοπον τύψει, ἢ ἐν φυλακῇ ἀποκλείσει, ἢ χωρὶς αἰτίας, ἢ μετὰ τῆς ἐπιπλάστου καὶ ψευδοῦς αἰτίας, τουτέστιν ἀνευλόγως, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω, ἤγουν κεχωρισμένος ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἔστω, καὶ παραδιδόσθω τῷ δαίμονι, ὡς ἀνάθεμα. Ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος ὡς ἐκεῖνος ὁ λαϊκὸς ἀναθεματίζεται, ὁ χωρὶς αἰτίας, ἢ μετὰ αἰτίας πεπλασμένης, τουτέστιν ἀνευλόγως, κατὰ μόνην αὐθεντίαν ἀρχοντικὴν τύψας ἢ φυλακίσας ἐπίσκοπον, μὴ εἴπῃς ἐξ ἀντιδιαστολῆς ἔχειν ἐπ' ἀδείας τοὺς λαϊκοὺς ἄρχοντας ἐξ εὐλόγου αἰτίας τύπτειν καὶ φυλακίζειν τοὺς ἐπισκό-

Digitized by Google

που. Ἀπὸ γὰρ διαφόρων κανόνων καὶ νεαρῶν θεσπισμάτων ἔμαθες ὡς κατὰ ἐπισκόπων οἱ λαϊκοὶ ἄρχοντες οὐδεμίαν δικαιοδοσίαν ἔχουσιν. Ὅθεν ὁ τύπτων λαϊκὸς ἢ φυλακίζων τὸν τυχόντα ἀρχιερέα, κἂν ἐξ αἰτίας πάντη εὐλογωτάτης, κἂν τὴν μείζονα ἀρχὴν ἔχῃ, κολασθήσεται· καὶ τὸ εὔλογον τῆς αἰτίας οὐκ ὠφελήσει αὐτόν. Ἀκούσει γὰρ ὡς ταῖς συνόδοις καὶ μόναις ἐνεδόθη τοὺς ἀρχιερεῖς κολάζειν· καὶ ὤφειλε τὴν τοῦ ἀρχιερέως ἀνάκρισιν κρῖναι τὴν πρόσφορον σύνοδον ἀποστεῖλαι, καὶ ἑαυτὸν διατηρῆσαι ἀμέτοχον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀνακρίσεως. Προσετέθη δὲ τῷ κανόνι τὸ χωρὶς εὐλόγου αἰτίας, καὶ τὰ λοιπὰ, διὰ τὸν ἀναθεματισμόν. Οὐδὲ γὰρ ἦν δίκαιον ἀναθεματισθῆναι τὸν ἄρχοντα, τὸν προφάσει δικαίας αἰτίας τοιοῦτόν τι ἐφύβριστον πεποιηκότα πρὸς ἐπίσκοπον· ἀλλὰ ἀλλοτρόπως κολασθῆναι. Τὸ ἀνάθεμα δὲ χωρισμός ἐστι τοῦ Θεοῦ. Ὡς γὰρ τὰ προσαγόμενα ἀναθήματα τῷ Θεῷ χωρίζονται ἀπὸ τῶν κοινῶν τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· οὕτω καὶ ὁ ἀνάθεμα γενόμενος ἐκκόπτεται καὶ διαιρεῖται ἀπὸ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως τῶν ἀνατεθειμένων καὶ ἀφωρισμένων τῷ Θεῷ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ προσκυροῦται τῷ Σατανᾷ, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον γράψαντα Κορινθίοις περὶ τοῦ πεπορνευκότος εἰς τὴν ἑαυτοῦ μητρυιὰν ὅτι, *Παράδοτε αὐτὸν τῷ Σατανᾷ*· καὶ ἐπιστείλαντα Τιμοθέῳ περὶ Ὑμεναίου καὶ Ἀλεξάνδρου, *Οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ, ἵνα μὴ βλασφημεῖν παιδευθῶσιν.* Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πολλῷ γε μᾶλλον ὁ ὑπὸ ἀνάθεμα γεγονὼς, ἀποδίσταται μὲν τοῦ Θεοῦ, προσενοῦται δὲ καὶ προσκυροῦται τῷ Σατανᾷ, καὶ ἀνάθεμα ἐκείνου αὐτὸς ἑαυτὸν ποιεῖ. Καλῶς δὲ ἐμνήσθη ὁ κανὼν αὐθεντίας ἀρχοντικῆς. Ὁ γὰρ μὴ προφάσει τοιαύτῃ, ἀλλὰ ἰδιορρύθμου κακίας τοιοῦτόν τι τολμήσας, κἂν ἐξ εὐλόγου αἰτίας τοῦτο ποιήσῃ, μειζόνως κολασθήσεται διὰ τὴν ἄκραν ἀναίδειαν.

ΖΩΝΑΡ. Οὐδέποτε τῷ βίῳ ἐνέλιπον τὰ κακά. Ἀληθὴς δ' ἄρα καὶ ἀσφαλὴς ἡ τοῦ σοφοῦ γνώμη, ἡ τοὺς πλείονας ἀποφηναμένη κακούς. Ἰδοὺ γὰρ καὶ πάλαι παρὰ λαϊκῶν ἐτύπτοντο ἀρχιερεῖς, καὶ εἱρκταῖς συνεκλείοντο. Ὅθεν ἡ σύνοδος αὕτη διατάττεται ὡς, εἴ τις τῶν λαϊκῶν αὐθεντήσας, τουτέστιν ἀρχικῆς ἐξουσίας καὶ αὐθεντίας δραξάμενος, ἢ ἑαυτῷ ψυχικοῦ θανάτου γενόμενος αἴτιος (λέγεται γὰρ αὐθέντης καὶ ὁ αὐτοφονευτὴς), καὶ καταφρονήσας τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων, καταγελάσας δὲ καὶ τῶν φρικτῶν τῆς Ἐκκλησίας θεσμῶν καὶ νόμων (θεσμοὺς δὲ τοὺς ἀγράφους τύπους λέγει, καὶ τὰς ἀρχαίας παραδόσεις ἐνταῦθα, νόμους δὲ τοὺς ἐγγράφους), τολμήσειεν ἐπίσκοπόν τινα τύψαι (τόλμης γὰρ ὄντως καὶ ἀμάτρου θρασύτητος τὸ τύψαι ἐπίσκοπόν τινα), διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν τινα, ἐνέφηνεν ὅτι οὐ μόνον ἐπίσημον ἐπίσκοπον οὐ δεῖ τύπτεσθαι ἢ καθείργνυσθαι, ἀλλ' οὐδὲ τὸν τυχόντα καὶ ἄσημον καὶ τοῖς πλείοσιν ἄγνωστον, ἤγουν εὐτελῆ καὶ πενέστατον, ἢ ἄνευ αἰτίας, ἢ καὶ συμπλασάμενος αἰτίαν, ὁ

A verberare et custodiæ tradere. A diversis enim canonibus et novellis constitutionibus didicisti, quod laici magistratus nullam habent in episcopos jurisdictionem. Unde etiam laicus, qui quemvis antistitem vel verberat, vel conjicit in carcerem, etiamsi ex causa longe justissima, et majorem magistratum gerat, punietur: et causæ bonitas ac probabilitas ei non proderit. Audiet enim, quod synodis jisque solis antistites punire permissum est: et debebat de antistite cognitionem ad convenientem synodum remittere, et se ab episcopalis causæ disceptatione integrum intactumque conservare. Adjectum est autem canoni illud sine justa causa, et reliqua, propter anathematizationem. Neque enim æquum erat, ut magistratus, qui B justæ causæ prætextu tale quid fecerat contumeliosius in episcopum, anathematizaretur: sed aliquo alio modo puniretur: est autem anathema a Deo separatio. Quemadmodem enim donaria, quæ Deo offeruntur, a communibus et humanis rebus separantur: sic et qui anathema factus est exscinditur et separatur a cœtu fidelium, qui sunt Deo consecrati et dedicati, et etiam ab ipso Deo, et Satanæ traditur, secundum magnum Paulum, qui ita scripsit Corinthiis, de eo, qui in suam novercam fornicationem commiserat, *Tradite eum Satanæ:* et qui etiam scripsit ad Timotheum, de Hymenæo et Alexandro, *Quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare* [11]. Si autem hæc ita se habeant; multo magis qui est sub anathemate, a C Deo quidem separatur, et Satanæ unitur eique attribuitur, ipseque seipsum ejus munus dedicatum constituit. Recte autem meminit canon auctoritatis magistratus. Qui enim non eo prætextu, sed sua improbitate, tale quid ausus fuerit, etiamsi hoc probabili de causa fecerit, magis punietur propter summam impudentiam.

ZONAR. Nullo unquam tempore mala in hominum vita defecerunt. Vera quippe illa ac certa sapientis sententia plures improbos pronuntiantis. Ecce jam olim a laicis summi sacerdotes vapulabant, carcerique mancipabantur. Si quis igitur laicus imperium ac potestatem magistratus usurpans, vel spiritualem sibimet necem offerens (nam is quoque D αὐθέντης dicitur, qui se ipse interficit), et contemptis imperatorum edictis, formidandisque Ecclesiæ institutis legibusque neglectis (instituta porro, Græce θεσμοὺς, hoc loco consuetudines non scriptas, ecclesiasticasque antiquas traditiones, νόμους vero leges scriptas vocat), episcopum quempiam verberare ausus fuerit (audaciæ enim profecto ea res, atque intolerabilis confidentiæ episcopum quempiam verberare); ex eo vero quod verbum, quempiam, addidit, non modo insignem præ cæteris episcopum, sed quemcunque etiam obscurum, pluribusque ignotum, abjectum videlicet, et maxime inopem, nullo modo verberari, aut carceri

[11] I Timoth. I, 20.

Digitized by Google

includi licere demonstrat sive nulla causa, sive cujuscunque causæ obtentu id fecerit, ejusmodi hominem anathema, hoc est, a Deo separatum esse, hæc synodus decernit. Ut enim anathemata, quæ Deo oblata sunt, a rebus aliis communibus atque humanis segregantur : ita is, qui anathema factus est, a reliquo fidelium cœtu, qui Deo additi ac dicati sunt, avellitur atque distrahitur, et ab ipso Deo, vel ipse a seipso potius diabolo mancipatur. Etenim, si qui vel tantummodo segregatus est, diabolo traditur, ut ex magno Paulo colligimus, qui ad Corinthios scribens hominem, qui cum noverca rem habuerat, **364** Satanæ tradi jubet; tum ex iis, quæ Epistola ad Timotheum habentur, de Hymenæo et Alexandro, *Quos Satanæ tradidi, ut discant non blasphemare* : multo magis is, qui sub anathemate factus est, a Deo quidem divellitur, Satanæ vero adjungitur atque addicitur, seque illi instar anathematis obnoxium ipsemet constituit.

A τοῦτος ἀνάθεμα ἔστω, ἤγουν κεχωρισμένος ἔστω τοῦ Θεοῦ. Ὡς γὰρ τὰ ἀναθήματα προσαγόμενα τῷ Θεῷ χωρίζονται ἀπὸ τῶν κοινῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· οὕτω καὶ ὁ ἀνάθεμα γενόμενος ἐκκόπτεται καὶ ἀποδιαιρεῖται ἀπὸ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως τῶν ἀνατεθειμένων καὶ ἀφωσιωμένων τῷ Θεῷ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ προσκληροῦται τῷ διαβόλῳ, ἢ ἀνατίθησιν αὐτὸς ἑαυτόν. Εἰ γὰρ ὁ μόνον ἀφορισθεὶς παραδίδοται τῷ Σατανᾷ, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον γράψαντα Κορινθίοις περὶ τοῦ πεπορνευκότος εἰς τὴν ἑαυτοῦ μητρυιάν, ὅτι *Παράδοτε αὐτὸν τῷ Σατανᾷ*, καὶ ἐπιστείλαντα Τιμοθέῳ περὶ Ὑμεναίου καὶ Ἀλεξάνδρου, *Οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν*· πολλῷ δὲ τῷ μέσῳ μᾶλλον ὁ ὑπὸ ἀνάθεμα γεγονὼς ἀποδιαιρεῖται B μὲν τοῦ Θεοῦ, προσενοῦται δὲ καὶ προσκληροῦται τῷ Σατανᾷ, καὶ ἀνάθεμα ἐκείνου αὐτὸς ἑαυτὸν ποιεῖ.

ARIST. « Si quis laicus episcopum in custodiam « tradiderit, vel verberaverit, sine causa, vel « causa ficta, sit anathema. »

ΑΡΙΣΤ. « Εἴ τις τῶν λαϊκῶν ἐπίσκοπον φυλακίσειεν « ἢ τυπτήσειεν χωρὶς αἰτίας, ἢ καὶ συμπλασά- « μενος, εἴη ἀνάθεμα. »

Η ΕΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΗ ΓΕΝΟΜΕΝΗ ΣΥΝΟΔΟΣ (67)

ΗΣ ΕΞΗΡΧΕΝ Ο ΜΕΓΑΣ ΚΥΠΡΙΑΝΟΣ ΚΑΙ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΩΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΟΣ.

—

CARTHAGINENSIS SYNODUS

CUI PRÆFUIT MAGNUS CYPRIANUS ET SANCTUS MARTYR, QUI ERAT CARTHAGINENSIS EPISCOPUS.

—

BALS. Hæc est omnium synodorum antiquissima : fuit enim sub Decio : et post eam illa quæ

A ΒΑΛΣ. Αὕτη ἡ σύνοδος πασῶν τῶν συνόδων προγενεστέρα ἐστί. Γέγονε γὰρ ἐπὶ Δεκίου βασιλέως,

Guill. Beveregii notæ.

(67) *Ἡ ἐν Καρχηδόνι γενομένη σύνοδος*. Hanc præsentis synodi inscriptionem ms. Bodleiano acceptam ferimus ; sed eadem etiam in codice Amerbachiano legitur. In Parisiensi autem tam Balsamonis quam Zonaræ editione, sic inscribitur, Σύνοδος ἡ γενομένη ἐπὶ Κυπριανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Καρχηδόνος καὶ μάρτυρος, *Synodus habita sub Cypriano sanctissimo Carthaginis episcopo et martyre*. Celebrata fuit hæc synodus anno Dom. 258, ac proinde omnium synodorum antiquissima a Balsamone et Zonara recte perhibetur: dummodo eæ solæ intelligantur synodi, quæ hoc opere, ut a Græcis receptæ, vel potius in nomocanonem eorum relatæ, continentur. Aliter enim, præter apostolicam, multas alias ante hanc habitas fuisse episcoporum synodos, ex plurimis Tertulliani et Cypriani locis constat. Canon autem, qui huic synodo ascribitur, nihil aliud est quam epistola D. Cypriani et aliorum episcoporum una cum eo synodice convenientium ad Januarium (non Jovianum, ut Balsamon et Zonaras opinati sunt) aliosque Numidiæ episcopos rescripta, quæ in nonnullis Operum divi Cypriani editionibus est epistola 70, in aliis l. 1, ep. 12. Decernitur autem hoc canone, vel epistola potius, baptismum extra Ecclesiam catholicam conferri non posse, ac propterea denuo baptizandos esse, quicunque ab hæreticis baptizati sunt, cum ad Ecclesiam catholicam conversi fuerint. Idem autem constituitur ab apost. c. 47, in quem videsis quæ annotavimus ; hic insuper observamus, ipsa synodi Acta, quibus omnia episcoporum in ea congregatorum testimonia deponuntur, quæque hic post scholia in canonem exstant, in omnibus Balsamonis codicibus desiderari idque juxta ipsius sententiam, ut ex scholiis ejus in canonem colligere est. Sed in omnibus e contra Zonaræ codicibus, tam mss. quam impressis, habentur. Exstant etiam in divi Cypriani operibus necnon in primo conciliorum tomo. De hac autem synodo non opus est ut plura addamus ; sed nihilominus priusquam ad proximam nos conferamus hic interim præterea notandum est, in vulgatis

Digitized by Google

καὶ μετ' αὐτὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας κατὰ Παῦλον τοῦ Σαμοσατέως ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ βασιλέως. Συνηθροίσθησαν δὲ εἰς Καρχηδόνα ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς τέσσαρσιν ἅγιοι Πατέρες, καὶ συνεζήτησαν, εἰ χρὴ βαπτίζεσθαι τοὺς ἐξ αἱρέσεως ἐπιστρέφοντας εἰδωλεθύτας, κατὰ τὴν περὶ τούτου ἐρώτησιν τοῦ ἐπισκόπου Ἰοβιανοῦ. Ὅτι δὲ τότε καὶ ὁ Ναυάτος πρεσβύτερος ὢν τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας καθῃρέθη, ὡς μὴ δεχόμενος εἰς μετάνοιαν τοὺς θύσαντας τοῖς εἰδώλοις, κἀντεῦθεν ἐποίει σχίσμα μετά τινων ἀσυνέτων, ἐπολυπραγμονήθη, εἰ χρὴ καὶ τοὺς σχισματικοὺς βαπτίζεσθαι, ὡς καὶ τοῦτο ἐρωτήσαντος τοὺς Ἰοβιανοῦ.

ΖΩΝΑΡ. Αὕτη ἡ σύνοδος πασῶν τῶν συνόδων προγενεστέρα ἐστί. Προτερεύει μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας γεγονυῖα σύνοδος κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ἥτις ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ βασιλέως ἠθροίσθη· αὕτη δὲ κἀκείνης ἀρχαιοτέρα ἐστίν. Ὁ γὰρ μέγας Κυπριανὸς ἐπὶ Δεκίου βασιλέως τὸν τῆς μαρτυρίας ἤνυσε δρόμον· πολλοστὸς δ' ἔστιν ὁ Αὐρηλιανὸς πρὸς τὸν Δέκιον. Πολλοὶ γὰρ μετὰ τὸν Δέκιον ἐκράτησαν αὐτοκράτορες, μεθ' οὓς Αὐρηλιανὸς τῆς βασιλείας ἠξίωτο. Οὕτω μὲν οὖν προγενεστέρα πασῶν ἐστιν. Ἠθροίσθησαν δ' ἐν αὐτῇ ἐπίσκοποι πρὸς τέσσαρσιν ὀγδοήκοντα, ζητήσεως γενομένης, εἰ τοὺς ἐξ αἱρέσεως ἐπιστρέφοντας καὶ τοὺς σχισματικοὺς βαπτίζεσθαι δεῖ προσερχομένους τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἰοβιανὸς γάρ τις ἐπίσκοπος ἐπέστειλε περὶ τούτου τῷ θείῳ Κυπριανῷ, ἐρωτῶν, εἰ δεῖ τοὺς τοιούτους βαπτίζεσθαι. Τότε γὰρ καὶ ὁ Ναυάτος τῆς τῶν λεγομένων Καθαρῶν αἱρέσεως ἦρξε, πρεσβύτερος γεγονὼς τῆς Ἐκκλησίας Ῥωμαίων, σχισματικὸς ὢν κυρίως, ἀλλ' οὐχ αἱρετικός. Οὐ γὰρ πρὸς δόγμα τι τοῖς ὀρθόφροσι διεφέρετο· ἀλλὰ τοῖς ἐν διωγμοῖς ὑποκύψασί τε καὶ θύσασιν ἀπηγόρευε τὴν μετάνοιαν. Ἐπειδὴ ὁ τότε τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας προεστηκὼς Κορνήλιος μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων, ζητήσαντες περὶ τοῦ εἰσαγομένου, ἐψηφίσαντο δέχεσθαι εἰς μετάνοιαν καὶ τοὺς ἐπιθύσαντας, ὁ δὲ Ναυάτος τῆς οἰκείας ἐνστάσεως οὐ μεθίετο· ἐξέκοψαν τῆς Ἐκκλησίας ἐκεῖνον καὶ ἀπεκήρυξαν ὡς μισάδελφον. Ὁ δὲ καὶ ἄλλους ὁμόφρονας ἐσχηκὼς καθ' ἑαυτὸν ἐποιεῖτο παρασυνάξεις, καὶ σχίσμα παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ ὑπ' ἐκείνου καὶ τῶν αὐτῷ συγκοινωνούντων ἐγένετο. Περὶ σχισματικῶν τοίνυν καὶ αἱρετικῶν ἐρωτήσαντος Ἰοβιανοῦ, ἀντεπέστειλεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς συνεπισκόποις αὐτοῦ ὁ μέγας Κυπριανὸς καὶ ἡ σὺν αὐτῷ σύνοδος τὴν ἐπιστολὴν ταύτην.

fuit in Antiochia Syriæ adversus Paulum Samosatenum sub Aureliano imperatore. Congregati sunt autem Carthagine 84 sancti Patres, et quæsitum est, an baptizare oporteat eos, qui revertuntur ex hæresi eorum qui idolis immolaverant, convenienter interrogationi factæ de ea re ab episcopo Joviano. Quia autem tunc Novatus Romanorum Ecclesiæ presbyter depositus est, ut qui ad pœnitentiam non admitteret eos qui idolis sacrificaverant; et ideo cum quibusdam insipientibus faciebat schisma: agitatum est, an etiam schismaticos baptizare oporteat, tanquam hoc quoque Jovianus quæsivisset.

ZONAR. Est hæc synodus omnium antiquissima. Nam aliis quidem antiquior est ea, quæ Antiochiæ in Syria contra Paulum Samosatenum Aureliano Romanorum imperatore celebrata fuit, hæc vero vetustate illam quoque antecedit. Magnus siquidem Cyprianus, Decio imperatore, martyrii cursum confecit: at vero longo intervallo post Decium Aurelianus fuit. Multi siquidem Decio exstincto regnavere imperatores, quibus demum Aurelianus in imperio suffectus est. Itaque longe hæc synodus omnium antiquissima est. In ea porro quatuor supra octoginta episcopi congregati sunt, ac de iis, qui abdicata hæresi resipiscunt, ac schismaticis, qui ad Ecclesiam revertuntur, an baptizandi forent, quæsitum. Jovianus siquidem episcopus quidam, ea de re, an scilicet ejusmodi homines baptizari oporteret, Cyprianum per epistolam consuluerat. Tunc enim Navatus quoque eorum sectæ, qui Cathari (hoc est puri) dicebantur, se principem profitebatur, Romanæ Ecclesiæ presbyter, schismaticus proprie, non hæreticus. Nec enim in iis, quæ ad dogmata pertinent, ullo pacto a Catholicis dissentiebat: sed qui adversis reipublicæ Christianæ temporibus malo victi succubuissent, diisque immolassent, ad pœnitentiam non admittebat. Cum vero Ecclesiæ Romanorum præfectus eo tempore Cornelius, cum sibi subjectis episcopis, agitata quæstione, eos quoque qui immolavorant ad pœnitentiam admittendos esse decrevissent, neque tamen Navatus aliquid de pertinacia remitteret, illum ab Ecclesiæ corpore excisum, quippe fratrum osorem decreto promulgavere. Alios vero ille sectatores nactus, seorsim conventus peragere, schismateque hinc inde cum suis gregalibus Ecclesiam lacerare adortus est. Cum ergo de schismaticis et hæreticis esset a Joviano quæsitum, ad eum ejusque coepiscopos magnus Cyprianus cum sua synodo rescribens subjectam epistolam exaravit.

ΚΑΝΩΝ Α'.

« Ἐκ κοινοβουλίῳ ὄντες, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, ἀνέ« γνωμεν γράμματα ἀφ' ὑμῶν σταλέντα περὶ

CANON I.

« Cum in communi consilio essemus, dilecti fra« tres, legimus litteras a vobis missas de iis, qui

Guill. Beveregii notæ.

Balsamonis editionibus canones synodi Carthaginensis, ut a Græcis vocantur, hoc est, codicem canonum Ecclesiæ Africanæ, inter supradictam synodum Ancyranam interponi. Verum non modo in Bodleiano codice quem ubique sequimur, sed et Amerbachiano, idem ordo synodorum observatur, quo hic imprimuntur, juxta quem veterem illam Carthaginensem synodus Ancyrana excipit.

Digitized by Google

« ab hæreticis vel schismaticis baptizati visi ad
« catholicam Ecclesiam, quæ una est, in qua
« baptisamur et regeneramur veniunt : de qui-
« bus confidimus vos quoque, qui illa agitis,
« catholicæ Ecclesiæ canones firmitatem tenere.
« Tamen quoniam nobiscum estis communionis
« participes, et propter communem dilectionem
« de eo quærere voluistis ; non novam senten-
« tiam neque nunc fundatam efferimus : sed quæ
« olim ab antiquioribus accuratissime et dili-
« gentissime fuit 366 examinata, eam a nobis
« observatam vobis communicamus, et conjun-
« gimus, id quoque nunc statuentes, quod sem-
« per fortiter stabiliterque tenuimus ; ut nemo
« possit baptizari extra catholicam Ecclesiam ;
« cum unus baptismus, et in catholica Eccle-
« sia sola celebretur. Scriptum est enim : « Me
« reliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt
« sibi cisternas perforatas, quæ aquam continere
« nequeunt [78]. » Et rursus sacra Scriptura hoc
« præsignificans dicit : « Ab aqua aliena absti-
« nete, et ex fonte alieno ne bibite. » Oportet
« autem aquam primum purgari et sanctificari
« a sacerdote, ut possit proprio baptismate
« hominis, qui baptizatur, peccata abluere. Et
« per Iezechielem prophetam dicit Dominus :
« Et aspergam vos aqua pura, et mundabo vos,
« et dabo vobis cor novum, et spiritum novum
« dabo vobis [79,80]. » Quomodo autem aquam pur-
« gare et sanctificare potest, qui ipse est im-
« mundus, et Spiritu sancto destitutus ? et cum
« dicat Dominus in Numeris : « Et omnia quæ
« tanget immundus, immunda erunt [81] ; » quo-
« modo potest baptizans dare alii remissionem
« peccatorum, qui non potest propria peccata
« extra Ecclesiam dimittere ? Sed et ipsa inter-
« rogatio, quæ fit baptismate, est testis veritatis.
« Dicentes enim ei qui examinatur : Credis vi-
« tam æternam et remissionem peccatorum
« accipere ? nihil aliud dicimus, quam quod in
« catholica Ecclesia hæc dari possunt. Apud hæ-
« reticos autem, ubi Ecclesia non est, haberi
« non potest peccatorum remissio. Et ideo qui
« hæreticorum patrocinium suscipiunt, vel debent
« interrogationem mutare, vel veritatem tueri.
« Necesse est etiam eum, qui baptizatus est,
« inungi, ut accepta unctione, fiat Christi gra-
« tiæ particeps. Sanctificare autem oleum non
« potest hæreticus, qui nec altare habet, nec
« Ecclesiam. Non potest autem omnino chrisma
« esse apud hæreticos. Nobis enim clarum est,
« nullo modo apud illos sanctificari posse oleum
« ad gratiarum actionem. Scire enim et non
« ignorare debemus quod scriptum est : « Oleum
« peccatoris non impinguet caput meum [82]. »
« Quod quidem etiam olim significavit sanctus
« Spiritus in Psalmis, ne forte abductus sit

« τῶν παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς ἢ σχισματικοῖς δο-
« κούντων βεβαπτίσθαι, ἐρχομένων πρὸς τὴν
« καθολικὴν Ἐκκλησίαν, ἥτις ἐστὶ μία, ἐν ᾗ
« βαπτιζόμεθα καὶ ἀναγεννώμεθα · περὶ ὧν
« καὶ πεποίθαμεν καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ἐκεῖνα πράτ-
« τοντας τὴν στερρότητα τῆς καθολικῆς Ἐκ-
« κλησίας κρατεῖν, ὅμως ἐπεὶ συγκοινωνοί
« ἡμῶν ἐστε, καὶ ζητῆσαι περὶ τούτου διὰ τὴν
« κοινὴν ἀγάπην ἠθελήσατε, οὐ πρόσφατον γνώ-
« μην, οὐδὲ νῦν ἡρασμένην προσφέρομεν, ἀλλὰ
« τὴν πάλαι ὑπὸ τῶν προγενεστέρων ἡμῶν μετὰ
« πάσης ἀκριβείας καὶ ἐπιμελείας δεδοκιμασμένην,
« καὶ ὑφ' ἡμῶν παρατηρηθεῖσαν, κοινωνοῦμεθα
« ὑμῖν καὶ συζεύγνυμεν, τοῦτο καὶ νῦν χειρ το-
« νοῦντες, ὅπερ διὰ παντὸς ἰσχυρῶς καὶ ἀσφα-
« λῶς κρατοῦντες, μηδένα βαπτίζεσθαι δύνασθαι
« ἔξω τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας · ἑνὸς ὄντος βα-
« πτίσματος, καὶ ἐν μόνῃ τῇ καθολικῇ Ἐκκλη-
« σίᾳ ὑπάρχοντος. Γέγραπται γάρ, « Ἐμὲ ἐγκα-
« τέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυ-
« τοῖς λάκκους συντετριμμένους, τοὺς μὴ δυ-
« ναμένους ὕδωρ συσχεῖν. » Καὶ πάλιν ἡ ἁγία
« Γραφὴ προμηνύουσα λέγει · « Ἀπὸ ὕδατος ἀλ-
« λοτρίου ἀπέχεσθε, καὶ ἀπὸ πηγῆς ἀλλοτρίας μὴ
« πίητε. » Δεῖ δὲ καθαρίζεσθαι καὶ ἁγιάζεσθαι
« τὸ ὕδωρ πρῶτον ὑπὸ τοῦ ἱερέως, ἵνα δυνηθῇ τῷ
« ἰδίῳ βαπτίσματι τὰς ἁμαρτίας τοῦ βαπτιζομέ-
« νου ἀνθρώπου ἀποσμῆξαι. » Διά τε Ἰεζεκιὴλ
« τοῦ προφήτου λέγει Κύριος · « Καὶ ῥαντίσω
« ὑμᾶς καθαρῷ ὕδατι, καὶ καθαριῶ ὑμᾶς, καὶ
« δώσω ὑμῖν καρδίαν καινὴν, καὶ πνεῦμα καινὸν
« δώσω ὑμῖν. » Πῶς δὲ δύναται καθαρίσαι καὶ ἁγιά-
« σαι ὕδωρ ὁ ἀκάθαρτος ὢν αὐτὸς, καὶ παρ' ᾧ
« Πνεῦμα ἅγιον οὐκ ἔστι ; λέγοντος τοῦ Κυρίου
« ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς · « Καὶ πάντων ὧν ἅψεται ὁ
« ἀκάθαρτος, ἀκάθαρτα ἔσται. » Πῶς βαπτίζων
« δύναται ἄλλῳ δοῦναι ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ὁ μὴ δυνη-
« θεὶς τὰ ἴδια ἁμαρτήματα ἔξω τῆς Ἐκκλησίας
« ἀποθέσθαι ; Ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ἐρώτησις, ἡ ἐν
« τῷ βαπτίσματι γινομένη, μάρτυς ἐστὶ τῆς
« ἀληθείας. Λέγοντες γὰρ τῷ ἐξεταζομένῳ, Πι-
« στεύεις ἀώνιον ζωὴν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν
« λαμβάνειν ; οὐκ ἄλλο τι λέγομεν εἰ μὴ ὅτι ἐν
« τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ δοθῆναι δύναται. Παρὰ
« δὲ τοῖς αἱρετικοῖς, ὅπου Ἐκκλησία οὐκ ἔστιν,
« ἀδύνατον ἁμαρτημάτων ἄφεσιν λαβεῖν. Καὶ διὰ
« τοῦτο οἱ τῶν αἱρετικῶν συνήγοροι ἢ τὴν ἐπερώ-
« τησιν ἐναλλάξαι ὀφείλουσιν, ἢ τὴν ἀλήθειαν
« ἐκδικῆσαι. Ἀνάγκη δέ ἐστι χρίεσθαι τὸν βε-
« βαπτισμένον, ἵνα λαβὼν χρίσμα μέτοχος γένη-
« ται Χριστοῦ. Ἁγιάσαι δὲ ἔλαιον οὐ δύναται ὁ αἱ-
« ρετικὸς, ὁ μήτε θυσιαστήριον ἔχων, μήτε ἐκκλη-
« σίαν · οὐ δύναται δὲ χρίσμα τὸ παράπαν παρὰ
« τοῖς αἱρετικοῖς εἶναι. Πρόδηλον γάρ ἐστιν ἡμῖν
« μηδαμῶς δύνασθαι παρ' ἐκείνοις ἁγιάζεσθαι
« ἔλαιον εἰς εὐχαριστίαν. Εἰδέναι γὰρ καὶ μὴ
« ἀγνοεῖν ὀφείλομεν ὅτι γέγραπται, « Ἔλαιον

[78] Jerem. II, 13. [79,80] Ezech. XXXVI, 25, 26. [81] Num. XIX, 22. [82] Psal. CXL, 5.

Digitized by Google

« ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου. » A
« Ὁ δὴ καὶ πάλαι ἐμήνυσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον
« ἐν Ψαλμοῖς, μήπως ἐξιχνιασθῇ τις, καὶ ὑπὸ τῆς
« εὐθείας ὁδοῦ πλανηθεὶς παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς
« τοῖς τοῦ Χριστοῦ ἀντιπάλοις χρισθῇ. Πῶς δὲ
« εὔξηται ὑπὲρ τοῦ βαπτισθέντος οὐχὶ ἱερεὺς,
« ἀλλ' ἱερόσυλος καὶ ἁμαρτωλὸς, λεγούσης τῆς
« Γραφῆς ὅτι « Ὁ Θεὸς ἁμαρτωλῶν οὐκ ἀκούει,
« ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ
« ποιῇ, τούτου ἀκούει; » Διὰ τῆς ἁγίας Ἐκκλη-
« σίας νοοῦμεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· τίς δὲ δύνα-
« ται δοῦναι ὅπερ αὐτὸς οὐκ ἔχει; ἢ πῶς δύναται
« πνευματικὰ ἐργάζεσθαι ὁ ἀποβαλὼν Πνεῦμα
« ἅγιον; Διὰ τοῦτο καὶ ἀνανεοῦσθαι ὀφείλει ὁ
« πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ἐρχόμενος, ἵνα ἔσω
« διὰ τῶν ἁγίων ἁγιασθῇ. Γέγραπται γὰρ, B
« ὅτι « Ἅγιοι ἔσεσθε, καθὼς ἐγὼ ἅγιός εἰμι, »
« λέγει Κύριος. Ἵνα καὶ ὁ πλάνῃ βουκοληθεὶς ἐν
« τῷ ἀληθεῖ καὶ ἐκκλησιαστικῷ βαπτίσματι καὶ
« αὐτὸς τοῦτο ἀποδύσηται, ὅστις πρὸς Θεὸν ἐρ-
« χόμενος ἄνθρωπος, καὶ ἱερέα ἐπιζητῶν, ἐν
« πλάνῃ εὑρεθεὶς ἱεροσύλῳ προσέπεσε. Δοκιμάζειν
« γάρ ἐστι τὸ τῶν αἱρετικῶν βάπτισμα, τὸ συνευ-
« δοκεῖν τοῖς ὑπ' ἐκείνων βεβαπτισμένοις. Οὐ γὰρ
« δύναται ἐν μέρει ὑπερισχύειν. Εἰ ἠδυνήθη βα-
« πτίσαι, ἴσχυσε καὶ ἅγιον Πνεῦμα δοῦναι· εἰ
« οὐκ ἠδυνήθη, ὅτι ἔξω ὢν Πνεῦμα ἅγιον οὐκ ἔχει,
« οὐ δύναται τὸν ἐρχόμενον βαπτίσαι, ἑνὸς ὄντος
« τοῦ βαπτίσματος, καὶ ἑνὸς ὄντος τοῦ ἁγίου
« Πνεύματος, καὶ μιᾶς Ἐκκλησίας ὑπὸ Χριστοῦ
« τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐπάνω Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, C
« ἀρχῆθεν λέγοντος, ἑνότητος τεθεμελιωμένης.
« Καὶ διὰ τοῦτο τὰ ὑπ' αὐτῶν γινόμενα ψευδῆ
« καὶ κενὰ ὑπάρχοντα πάντα ἐστὶν ἀδόκιμα. Οὐδὲ
« γὰρ δύναται δεκτὸν καὶ αἱρετὸν εἶναι παρὰ Θεῷ
« τῶν ὑπ' ἐκείνων γινομένων, οὓς ὁ Κύριος πο-
« λεμίους καὶ ἀντιπάλους αὐτοῦ λέγει ἐν τοῖς
« Εὐαγγελίοις· « Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ κατ' ἐμοῦ
« ἐστι, καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει. »
« Καὶ ὁ μακάριος ἀπόστολος Ἰωάννης, ἐντολὰς
« Κυρίου τηρῶν, ἐν τῇ Ἐπιστολῇ προέγραψεν·
« Ἠκούσατε ὅτι ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν δὲ
« ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν ὅθεν γινώσκομεν
« ὅτι ἐσχάτη ὥρα ἐστίν. » Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ'
« οὐκ ἦσαν μεθ' ἡμῶν, ὅθεν καὶ ἡμεῖς συν-
« εἶναι ὀφείλομεν καὶ νοεῖν, εἰ οἱ ἐχθροὶ Κυρίου, D
« καὶ οἱ ἀντίχριστοι ὠνομασμένοι, δυνατοὶ οὐκ
« εἶεν χάριν δοῦναι τοῦ Κυρίου, καὶ διὰ τοῦτο
« ἡμεῖς οἱ σὺν Κυρίῳ ὄντες, καὶ ἑνότητα Κυρίου
« κρατοῦντες, καὶ κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ χορηγοῦ-
« μενοι, τὴν ἱερατείαν αὐτοῦ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ λει-
« τουργοῦντες, ὅσα οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ, τουτέστι
« πολέμιοι καὶ ἀντίχριστοι ποιοῦσιν, ἀποδοκι-
« μάσαι καὶ ἀποπωμῆσαι καὶ ἀπορρίψαι, καὶ ὡς
« βέβηλα ἔχειν, ὀφείλομεν· καὶ τοῖς ἀπὸ πλάνης

« aliquis, et a recta via aberrans apud hæreti-
« cos Christi adversarios inungatur. Quo-
« modo autem pro eo qui baptizatus est preca-
« bitur, non sacerdos, sed sacrilegus, et pecca-
« tor? dicente Scriptura, quod « Deus pecca-
« tores non audit: sed si quis est pius ac reli-
« giosus, et ejus voluntatem facit, eum audit [88]? »
« Per sanctam Ecclesiam peccatorum remissio-
« nem intelligimus. Quis autem dare potest id
« quod ipse non habet? vel quomodo potest
« operari spiritualis, qui Spiritum sanctum ab-
« jecit? Et ideo etiam renovari debet, qui ad
« Ecclesiam accedit, ut intus per sanctos san-
« ctificetur. Scriptum est enim: « Sancti eritis,
« sicut et ego sanctus sum [89], » dicit Dominus:
« ut qui in errore pastus est, in vero et eccle-
« siastico baptismate ipse quoque hoc exuat,
« qui homo ad Deum accedens, et sacerdotem
« quærens, in errore inventus in sacrilegum
« incidit. Est enim hæreticorum et schismatico-
« rum hæresin approbare, eis, qui ab illis ba-
« ptizati sunt, consentire. Non enim potest in
« parte valere. Si potuit baptizare, potuit et san-
« ctum Spiritum dare: si hoc non potuit, quia,
« cum extra sit, Spiritum sanctum non habet,
« nec potest venientem baptizare; cum sit unus
« baptismus, et unus sanctus Spiritus, et una
« Ecclesia a Christo Domino nostro, id ab initio
« dicente, supra Petrum apostolum fundata
« unitate. Et ideo quæ ab eis facta sunt, cum
« sint falsa et vana, omnia sunt reprobata. Ne-
« que enim Deo gratum et acceptum esse potest
« quidquam eorum, **367** quæ ab illis fiunt, quos
« Dominus hostes et adversarios dicit in Evan-
« geliis: « Qui non est mecum, contra me est:
« et qui non colligit mecum, dispergit [90]. »
« Quin etiam beatus apostolus Joannes, præcepta
« Domini servans, in Epistola præscripsit: « Au-
« divistis quod Antichristus venit, et nunc etiam
« multi antichristi facti sunt; unde cognosci-
« mus quod extrema hora adest [91]. » Ex nobis
« exierunt, sed non erant cum nobis, unde et
« nos intelligere et cogitare debemus, si Domini
« inimici, et qui antichristi sunt nominati, Do-
« mini gratiam dare non possunt; ideo nos,
« qui cum Domino simus, et Domini unitatem
« tenemus, ut pro ejus dignitate subministran-
« tes, sacerdotium ejus in Ecclesia gerimus,
« quæcunque adversarii ejus, hoc est, hostes et
« antichristi faciunt, reprobare, removere, et
« abjicere, et pro profanis habere debemus: iis
« que, qui ab errore et perversitate ad veræ et
« ecclesiasticæ fidei cognitionem veniunt, di-
« vinæ potentiæ mysterium, unitatis et fidei et
« veritatis, omnino dare.

« καὶ στρεβλότητος ἐρχομένοις ἐπὶ γνῶσιν τῆς ἀληθινῆς καὶ ἐκκλησιαστικῆς πίστεως δοῦναι
« καθόλου θείας δυνάμεως μυστήριον, ἑνότητός τε καὶ πίστεως καὶ ἀληθείας. »

[88] Joan. IX, 31. [89] Levit. XI, 45. [90] Matth. XII, 30. [91] Joan. II, 18.

Digitized by Google

BALS. Scriptum est in proœmio quam ob causam præsens epistola fuit edita : et ipsa quidem statuit, ut qui ad catholicam Ecclesiam ab hæreticis vel schismaticis accedunt, baptizentur, etiamsi ab illis prius baptizati fuerint. Septimus autem canon secundæ synodi universalis eorum, qui baptizari et qui non baptizari debent, differentiam constituens, alia quædam præcipit. Lege ergo eum, et mentem adhibe iis quæ in ipso sunt posteriora. Lege ergo etiam 2 canonem synodi quæ est in Trullo, et scies, quod quæ hac epistola continentur, ab omnibus Patribus admissa non sunt. Sic enim dicit ipsis verbis : Præterea autem et a Cypriano, qui Afrorum regionis episcopus fuit et martyr, et a synodo, quæ ab illo habita est, editum canonem, qui in prædictorum præsulum locis, iisque solis, juxta illis traditam consuetudinem, obtinuit. Hinc ergo notatur, quod a principio non erat in usu apud omnes hic canon. Nota autem, quod Afri dicuntur Carthaginenses. Quia autem in nonnullis exemplaribus aperte descriptæ inveniuntur 84 episcoporum sententiæ, qui in eadem fuerunt opinione cum sancto Cypriano; eramus eas quoque scripturi et interpretaturi : sed quia, ut dictum est, septimus secundæ synodi canon alia quædam constituit ab iis, quæ hac præsenti epistola continentur, de hæreticis et schismaticis qui ad fidem accedunt, prætermissa est eorum expositio.

ZONAR. Epistola hæc quoscunque ab hæreticis aut schismaticis baptizatos, si ad Ecclesiam catholicam se recipiant, iterum baptizari jubet, eamque sententiam variis epichiremalibus, enthymematis Scripturæque testimoniis confirmat. At vero secunda œcumenica synodus canone septimo, non omnes, qui ex hæresi demigrant, baptismo iterum expiandos, sed alios quidem, si datis libellis suam præterea quisque hæresin, omnemque a catholica et apostolica Dei Ecclesia alienum errorem exsecrentur, charactere notatos, hoc est sancto chrismate inunctos admitti oportere decernit; alios vero omnes, ex quibus nonnullos nominatim designat, baptizari, atque ut Græcos admitti, jubet. Qui quidem etiam canon suo loco explicatus est. Unde ejus canonis constitutionem a sanctis postea Patribus receptam haud fuisse facile apparet. Cum igitur de eadem re duæ synodi contraria inter se decreta protulerint, potior habenda est secundæ synodi constitutio, quippe quæ et posterior fuit, et œcumenica, in qua omnes scilicet quicunque patriarchicam sedem obtinent, aut ipsimet patriarchæ, aut ipsorum legati adfuerunt. Porro hunc canonem nequaquam a sanctis Patribus universis receptum fuisse, vel ex secundo canone synodi in Trullo habitæ, quæ sexta dicitur, intelligi licet. Ibi namque sancti Patres iis canonibus, quorum rata auctoritas esse debet, sigillatim enumeratis, de hoc canone 368 totidem omnino verbis ita pronuntiant. Præterea

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ προοιμίῳ γέγραπται τίνος; χάριν ἡ παροῦσα ἐξετέθη ἐπιστολή· καὶ αὕτη μὲν διορίζεται τοὺς προσερχομένους τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ἀπὸ αἱρετικῶν ἢ σχισματικῶν βαπτίζεσθαι, κἂν ὑπ' ἐκείνων προεβαπτίσθησαν· ὁ δὲ ζ' κανὼν τῆς οἰκουμενικῆς β' συνόδου, ποιούμενος διαίρεσιν τῶν ὀφειλόντων βαπτίζεσθαι καὶ μή, ἑτερά τινα παρακελεύεται. Ἀνάγνωθι οὖν τοῦτον, καὶ πρόσσχες τοῖς ἐν αὐτῷ μεταγενεστέροις οὖσιν. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν β' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ μάθῃς ὅτι τὰ τῆς παρούσης ἐπιστολῆς οὐκ ἐδέχθησαν παρὰ πάντων τῶν Πατέρων. Φησὶ γὰρ οὕτω ῥήμασιν αὐτοῖς· Ἔτι μὴν καὶ τὸν ὑπὸ Κυπριανοῦ, γενομένου ἐπισκόπου τῆς Ἄφρων χώρας καὶ μάρτυρος, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου ἐκτεθέντα κανόνα ὃς καὶ ἐν τοῖς τῶν προειρημένων προέδρων τόποις καὶ μόνοις κατὰ τὸ παραδοθὲν αὐτοῖς ἔθος ἐκράτησε. Δείκνυται οὖν ἐντεῦθεν ὅτι ἀρχῆθεν οὐ παρὰ πᾶσιν ἦν ἐνεργῶν ὁ κανών. Σημείωσαι δὲ ὅτι Ἄφροι λέγονται οἱ Καρχηδόνιοι. Ἐπὶ δὲ ἔν τισιν ἀντιγράφοις ῥητῶς εὑρίσκονται καταγεγραμμέναι αἱ τῶν ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς τέσσαρσιν ἐπισκόπων γνῶμαι τῶν συνομογνωμονησάντων μετὰ τοῦ ἁγίου Κυπριανοῦ, ἐμέλλομεν καὶ ταύτας γράφαι καὶ ἑρμηνεῦσαι· ὅτι δὲ, ὡς εἴρηται, ὁ ζ' κανὼν τῆς β' συνόδου ἕτερά τινα ἐθέσπισε παρὰ τὰ περιεχόμενα τῇ παρούσῃ ἐπιστολῇ χάριν τῶν προσερχομένων τῇ πίστει αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν, παρεῖθη ἡ τούτων ἐξήγησις.

ΖΩΝΑΡ. Αὕτη ἡ ἐπιστολὴ καθάπαξ τοὺς ὑπὸ αἱρετικῶν ἢ σχισματικῶν βαπτισθέντας προσερχομένους τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτίζεσθαι διατάττεται, καὶ ἐκ διαφόρων ἐνθυμημάτων καὶ ἐπιχειρημάτων καὶ ῥητῶν γραφικῶν τὸν οἰκεῖον λόγον κατασκευάζει. Ἡ δὲ δευτέρα οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἐν κανόνι αὐτῆς ἑβδόμῳ οὐ πάντας ἐξ αἱρέσεων ἐπιστρέφοντας ἄνωθεν κελεύει βαπτίζεσθαι, ἀλλ' ἀπαριθμεῖ τινας μὲν δεῖ δέχεσθαι διδόντας λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίζοντας τήν τε οἰκείαν αἵρεσιν ἕκαστον, καὶ πᾶσαν μὴ φρονοῦσαν ὡς ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία φρονεῖ, σφραγιζομένους ἤτοι χριομένους τῷ ἁγίῳ μύρῳ· τοὺς δὲ λοιποὺς πάντας, ὧν τινας καὶ ὀνομαστὶ καταλέγει, βαπτίζεσθαι ὁρίζεται, δεχομένους ὡς Ἕλληνας· ὃς δῆτα κανὼν καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ ἐξήγηται. Ὅθεν φαίνεται ὅτι οὐκ ἐδέχθη παρὰ τῶν μετέπειτα ἁγίων Πατέρων ἡ διαταγὴ αὕτη. Ἐναντία τοίνυν ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ τῶν δύο συνόδων εἰσαγουσῶν, τὰ τῆς δευτέρας κρατεῖ συνόδου, ὅτι τε μεταγενεστέρα ἐστὶ, καὶ ὅτι οἰκουμενικὴ, ἐν ᾗ πάντως ἐκ πάντων τῶν πατριαρχικῶν θρόνων συνῆσαν ἢ οἱ πατριάρχαι αὐτοὶ, ἢ τοποτηρηταί. Ὅτι δὲ οὐκ ἐδέχθη ὁ παρὼν κανὼν παρὰ πάντων τῶν ἁγίων Πατέρων, δηλοῦται καὶ ἐκ τοῦ δευτέρου κανόνος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ γενομένης συνόδου λεγομένης ἕκτης. Ἀπαριθμησιν γὰρ ἐν αὐτῷ οἱ συνόδου ἅγιοι Πατέρες ἐκείνης ποιούμενοι τῶν ὀφειλόντων κρατεῖν κανόνων, ταῦτα περὶ τοῦ κανόνος τούτου ῥήμασιν αὐτοῖς διεξίασιν· Ἔτι μὴν καὶ τὸν ὑπὸ Κυπριανοῦ τῶ

Digitized by Google

γενομένου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀφρων χώρας καὶ μάρτυρος, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου, ἐκτεθέντα κανόνα, ὃς ἐν τοῖς τῶν προὁδρων τόποις καὶ μόνοις κατὰ τὸ παραδοθὲν αὐτοῖς ἔθος ἐκράτησεν. Ἐντεῦθεν οὖν δείκνυται ὅτι καὶ ἀρχῆθεν οὐ παρὰ πᾶσιν ἦν ἐνεργῶν ὁ κανών. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ τῆς ἐπιστολῆς· αἱ δὲ ἐν τῇ κοινῇ διασκέψει δοθεῖσαι γνῶμαι παρ' ἑκάστου τῶν ἐν τῇ συνόδῳ συνειλεγμένων ἔχουσιν οὕτω κατ' ἐπιτομήν.

A vero, inquiunt, et a Cypriano, qui Afrorum regionis fuit archiepiscopus et martyr, et a synodo, quæ sub eo fuit, editum canonem, qui in illorum præsulum locis tantummodo juxta traditam ab eis consuetudinem servatus est. Ex hoc loco igitur, primis quoque temporibus canonem hunc nequaquam apud omnes valuisse, facile apparet. Illic igitur est textus epistolæ : quæ vero in communi disceptatione dicta sunt a singulis, qui in synodo convenerant, ita se habent.

Κυπριανὸς εἶπεν.

(79) *Περὶ τῶν διαφερόντων τῇ Κυριακῇ.* Vox Κυριακὸν hoc in loco templum Domino Deoque nostro consecratum significat. Sic etiam usurpatur a concilio Neocæsariensi, Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς Κυριακὸν, can. 5. Sic etiam synodus Laodicena, ἐν τοῖς Κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, syn. Laod. can. 28. Et Trullan. can. 74. Sic et apud Eusebium legimus, κατὰ τὰ Κυριακὰ δὲ τὰ οἰκεῖα ὅπως κατασκευάζοιεν, συγχωρεῖται. Euseb. *Eccl. Hist.* l. IX, c. 10. Qui alibi etiam rationem hujus nominis his verbis reddit, ἱερὰ καὶ τεμένη ἐνὶ τῷ πάντων βασιλεῖ Θεῷ τῷ δὴ καὶ τῶν ὅλων Δεσπότῃ καθιερῶσθαι, ἔνθεν καὶ τῆς τοῦ Δεσπότου προσηγορίας ἠξίωται τὰ καθιερωμένα· οὐκ ἐξ ἀνθρώπων τυχόντα τῆς ἐπικλήσεως, ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ τῶν ὅλων Κυρίου, παρὸ καὶ Κυριακῶν ἠξίωνται τῶν ἐπωνυμιῶν. Id. De laud. Constant. cap. 17. Hinc Latini *Dominicum* appellarunt : ut apud Rufinum, *Surge et sequere me ad Dominicum, et hujus fidei signaculum suscipe.* Ruffin. *Hist.* l. I, c. 5. Et apud Hieronymum in Chronico, ad annum tertium Olymp. 276 : *In Antiochia Dominicum, quod appellatur Aureum, ædificari captum;* et ad secundum Olym. 280 : *Antiochiæ Dominicum Aureum dedicatur.* De isto Dominico sic etiam Cedrenus ex Theophane : Τῷ κγ', καὶ δ', καὶ ε' ἔτει τὸ ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀκτάγωνον Κυριακὸν ἤρξατο οἰκοδομεῖσθαι. Ab eodem autem et Κυριακὰ appel-

Digitized by Google

« ἐπισκόπου μὴ ὄντος πρεσβύτεροι ἐπώλησαν, A
« ἀνακαλεῖσθαι τὸ Κυριακόν. Ἐν δὲ τῇ κρίσει
« τοῦ ἐπισκόπου εἶναι, εἴπερ προσήκει ἀπολα-
« βεῖν τὴν τιμήν, εἴτε καὶ μή, διὰ τὸ πολλάκις
« τὴν πρόσοδον τῶν πεπραμένων ἀποδεδωκέναι
« αὐτοῖς τούτοις πλείονα τὴν τιμήν. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ ιβ' κανόνι τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸ δεύτερον ἱκανῶς διελάβομεν περὶ ἐκποιήσεως ἀκινήτων ἐκκλησιαστικῶν. Οἱ δὲ τῆς παρούσης συνόδου Πατέρες, μαθόντες παρὰ ἱερέων διαπραθῆναι, χηρευούσης τῆς ἐπισκοπῆς, ἀκίνητα ἐπισκοπικά, καὶ τὰ Κυριακὰ λεγόμενα, ὡς τῷ Κυρίῳ ἀνατεθειμένα, μὴ ἀνεκτὸν τὸ γεγονὸς ἡγησάμενοι, διωρίσαντο ἀνακαλεῖσθαι ταῦτα τὸ Κυριακὸν, ἤγουν τὸν τοῦ Κυρίου λαὸν, ὡς τῆς πράσεως οὔσης ἀνυποστάτου, καὶ δι' ἄλλα μὲν πολλὰ, οὐχ ἧττον δὲ καὶ διὰ τὸ χηρεύειν τὴν Ἐκκλησίαν ἐπισκόπου κατὰ τὸν τῆς διαπράσεως καιρόν. Ὥσπερ δέ τινος εἰπόντος, Τί ἄρα καὶ γενήσεται εἰς τὸ δοθὲν τίμημα παρὰ τοῦ ἀγοραστοῦ; ἀπεφήναντο οἱ Πατέρες παρὰ τῇ διακρίσει τοῦ ἐπισκόπου τὰ περὶ τούτου εἶναι ἀνατεθειμένα, καὶ αὐτὸς δοκιμάζει, εἰ προσήκει τὸν ἀγοραστὴν λαβεῖν τὸ παρὰ τούτου δοθὲν τίμημα, εἴτε καὶ μή. Εἰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς εἰσόδου τοῦ διαπραθέντος ἱκανώθη αὐτὸ, ἀναργύρως πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἀντιστραφήσεται τὸ ἀκίνητον· εἰ δ' οὔ, ἐξ ἀντιδιαστολῆς λάβῃ τοῦτο ἀπὸ τοῦ ἐπισκόπου. Καὶ τὰ μὲν τοῦ κανόνος ἐν τούτοις. Ἐρωτήσει δέ τις, Τίνος χάριν ὁ κανὼν πρεσβυτέρων μόνων ἐμνήσθη, καὶ οὐχὶ καὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν; Λύσις. Διὰ τοῦ ὀνόματος τῶν πρεσβυτέρων τὸν ἅπαντα κληρικὸν ἠνίξατο. Μνησθεὶς γὰρ αὐτῶν, ὡς ὑπερεχόντων ἐν τῷ βαθμῷ, ἔδοξε καὶ περὶ ἄλλων διαλαβεῖν. Ἂν γὰρ ἀνατρέπηται ἡ γεγονυῖα πρᾶσις παρὰ τῶν πρεσβυτέρων, πολλῷ πλείων ἀνατραπήσεται ἡ παρὰ ἑτέρων γινομένη κληρικῶν. Ὥστε μὴ κατὰ ἀντιδιαστολὴν νόησης τὴν παρὰ ἄλλων κληρικῶν οὕτω γινομένην πρᾶσιν ἐῤῥωμένην εἶναι. Τῆς δὲ πράσεως ὡς ἀνυποστάτου ἀνατρεπομένης, πῶς οἱ Πατέρες λέγουσι τῆς ἐπισκοπικῆς εἶναι διακρίσεως τὸ ἀντιστραφῆναι τὸ τίμημα εἴτε καὶ μή; Πάντως ὤφειλεν ὁ ἀγοραστὴς μὴ ζητεῖν τὸ τίμημα, κατὰ τὸν καθόλου νομικὸν κανόνα τὸν λέγοντα Ὁ ἐπὶ παρανόμῳ συναλλάγματι διδοὺς ἀγωγὴν οὐκ ἔχει εἰς τὸ

« dum non esset episcopus presbyteri vendide-
« runt, revocare Dominicum : episcopi autem
« judicio relinqui, an oporteat pretium recipere
« annon, propterea quod rerum venditarum red-
« ditus majus pretium his ipsis sæpe reddi-
« derit. »

BALS. In duodecimo canone synodi Nicænæ secundæ satis tractavimus de alienatione immobilium ecclesiasticorum. Cum autem præsentis synodi Patres intellexissent immobilia episcopalia, quæ etiam Dominica appellantur, ut quæ Domino sint dedicata, vacante episcopatu **391** fuisse a sacerdotibus alienata; rati non esse ferendum quod factum est, ea jusserunt revocare Dominicum, seu Domini populum, utpote cum venditio non potuerit B consistere, cum propter multa alia, tum etiam quod tempore venditionis vacasset Ecclesia. Perinde autem ac si dixisset quispiam, Et quid fiet de pretio quod datum est ab emptore? pronuntiarunt Patres id esse situm in judicio episcopi, et ipse examinabit, an oporteat emptorem accipere pretium quod ab eo datum est, an non. Si enim ex redditu ejus, quod venditum est, ei satisfactum fuerit, ipsum immobile non reddita pecunia ad episcopatum redibit : sin minus, argumento a contrario sumpto, pretium ab episcopo recipiet. Et in his quidem canon consistit. Interrogaverit autem quispiam, Quamobrem canon presbyterorum tantum meminit, et non etiam reliquorum clericorum? *Solutio.* Nomine presbyterorum omnem quoque C clericum innuit. Cum enim eorum meminerit, ut qui in gradu antecellant, de aliis quoque tractare visum est. Si enim subvertatur venditio facta a presbyteris, multo magis subvertetur quæ fit ab aliis clericis. Quamobrem ne existimaveris, per argumentum a contrario sumptum, venditionem, quæ hoc modo fit ab aliis clericis, esse validam. Cum autem subvertatur venditio, ut quæ consistere non possit, quomodo dicunt Patres, in judicio episcopi esse situm, an pretium reddatur an non? Debebat omnino emptor pretium non repetere, cum sit universalis in jure regula, quæ dicit : Qui dat ob contractum illegitimum, non habet actionem a I repetendum quod datum est. *Solutio.* Non statu-

Guill. Beveregii notæ.

lantur, ubi dicit, τότε καθιστᾷ Κωνσταντῖνος τοὺς ἰδίους παῖδας Καίσαρας, καὶ Κυριακὰς πρὸς ἐπιστροφὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τόπους εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ ποιεῖν. Et quidem loca Dei cultui et sacris mysteriis celebrandis dedicata, a summa antiquitate Κυριακά sive *Dominica* nominata fuisse, ex divo Cypriano colligimus, dicente, *Et Dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino respicis : quæ in Dominicum sine sacrificio venis.* Cyprian. *De opere et eleemosyn.* ubi vox Dominicum in priori loco *Dominicam cœnam*, in posteriori *Dominicam domum* aperte significat. Quæ etiam in Veteri Testamento בית יהוה *domus Domini* passim appellatur. A Latinis Germani basilicam quamvis aut cathedralem ecclesiam *Dom* vocant, et canonicos earum *Domherren*. Et quidem Κυριακὸν talem ecclesiam proprie denotare videtur decimo tertio D synodi Neocæsariensis canone, quo cautum est, ne vicani presbyteri ἐν τῷ Κυριακῷ τῆς πόλεως offerant, si episcopus aut presbyteri civitatis adsint. Hanc saltem vocem ut *ecclesiam* in genere significantem alii Germani a Græcis mutuati sunt, ut docet Walafridus Strabo *De reb. eccles.* cap. 7. Sic etiam antiqui Saxones ecclesiam quamlibet Cypic *Kyrik* vocarunt. Unde in Scotia et septentrionalibus Angliæ partibus Kyrk, nobis vulgo, sed magis corrupto nomine *Church*, duplici aspiratione nuncupatur. Cum autem hæc communis fuerit majoribus nostris ecclesiæ cujuslibet templive denominatio, veri nobis simillimum videtur, primæ Christianæ religionis semina a Græcis hic dispersa fuisse. Neque enim existimandum est, quod Latini Græcum nomen ecclesiis imponerent.

Digitized by Google

erunt Patres necessario reddendum pretium, adversus dictam legem; imo, si attentius legas canonem, invenies eos negavisse pretii redditum. Cum enim id episcopi judicio reliquerint, benigniori etiam ratione dixerunt, quod verus antistes et ad Ecclesiæ indemnitatem respiciet, et ad emptoris, et quod ei æquum bonum videbitur, quodque non sit condemnandum, faciet. Quod si id non fit accurate et exacte, visi sunt pronuntiare, non habere emptorem efficacem actionem, et propter ea debere ipsum admonere, non autem agere. Lege etiam caput 4 epistolæ sancti Cyrilli ad Domnum; Carthaginensis synodi canonem 26, Nicænæ synodi secundæ canonem 12; similiter et eorum interpretationes.

A ἀναλαβεῖν τὸ δοθέν. Λύσις. Οὐ διωρίσαντο οἱ Πατέρες ἐξ ἀνάγκης ἀντιστρέφεσθαι τὸ τίμημα ὑπεναντίως τῷ ῥηθέντι κανόνι· ἀλλὰ μᾶλλον ὁ ἐπιστατικώτερον ἀναγινώσκων τὸν κανόνα εὑρήσει τούτους ἀρνησαμένους τὴν ἀντιστροφὴν τοῦ τιμήματος. Ἐπεὶ γὰρ παρὰ τῇ ἐπισκοπικῇ διακρίσει τὰ περὶ τούτου ἀνέθεντο, κατὰ λόγον συμπαθέστερον καὶ εἶπον ὡς ἀληθὴς ἀρχιερεὺς καὶ πρὸς τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀποβλέψει ἀζήμιον, καὶ πρὸς τὸ τοῦ ἀγοράσαντος, καὶ ποιήσει τὸ δόξαν αὐτῷ ἀγαθοειδὲς καὶ ἀκατάγνωστον. Κἂν μὴ ἀκριβές ἐστιν, ἔδοξαν ἀποφαίνεσθαι μὴ ἔχειν ἐνδύναμον ἀγωγὴν τὸν ἠγορακότα (80), καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλειν αὐτὸν παρακαλεῖν καὶ μὴ ἐνάγειν. Ἀνάγνωσον καὶ κεφάλαιον δ' τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα κς' καὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸ δεύτερον κανόνα ιβ', ὡσαύτως καὶ τὰς ἑρμηνείας τούτων.

ZONAR. Si quo tempore ecclesia suo episcopo destituta est, necessariam forte ob causam, ex immobilibus ejus bonis clerus quidpiam alienaverit (clerum siquidem presbyterorum nomine canon intelligit, eorumque potissimum, quod in superiori ordine collocati sint, meminit), id Ecclesia suo jure repetere, vel etiam episcopus poterit. Cujus quidem judicio, reddendum sit necne pretium, permitti placet. Fieri enim potest, ut ager forte admodum fertilis magno pretio emptori sit addictus. Carthaginensis vero synodi canon 26 infructuosas possessiones, si necessitas urgeat, sed cum aliquo id quoque discrimine, alienari sinit.

B ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν μὴ ὄντος ἐπισκόπου ἐκποιήσωνταί τινα τῶν διαφερόντων ἀκινήτων τῇ Ἐκκλησίᾳ οἱ τοῦ κλήρου, διά τινα ἴσως κατεπείγουσαν χρείαν· διὰ γὰρ τῶν πρεσβυτέρων τὸν κλῆρον ἠνίξατο ὁ κανών, μνησθεὶς αὐτῶν τὸ ὑπερέχον τοῦ βαθμοῦ· ἀνακαλεῖσθαι ταῦτα δύναται ἡ Ἐκκλησία, ἤτοι ὁ ἐπίσκοπος. Οὗ τῇ κρίσει ἀνατίθησιν ὁ κανὼν δοκιμάσαι εἰ χρὴ ἀντιστραφῆναι τὸ τίμημα, ἢ μή. Ἴσως γὰρ εὐπρόσοδον ὂν τὸ ἀκίνητον περιεποιήσατο τῷ ἀγοραστῇ πλείονα τὴν τιμήν. Ὁ δὲ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου εἰκοστὸς ἕκτος κανὼν ἀπρόσοδα ἀκίνητα δίδωσιν ἐκποιεῖσθαι, ἀνάγκης ἐπικειμένης, ἀλλὰ καὶ τὰ τοιαῦτα μετὰ διαστίξεως.

ARIST. « Si presbyteri quippiam ad Ecclesiam « pertinens vendiderint, irritum sit, et penes epi- « scopi judicium maneat. »

C ΑΡΙΣΤ. « Ἐάν τι τῆς Ἐκκλησίας πρεσβύτεροι « διαπράσοιεν, ἔστω ἀβέβαιον, καὶ μενέτω τῇ « κρίσει τοῦ ἐπισκόπου.

Vita functo episcopo, Ecclesiæ bona imminuta a clericis custodiri debent. Vel si nulli sint clerici, a metropolitano, ut omnia episcopo qui postea ordinatus erit, reddantur, et neque a metropolitano neque a clericis in suum commodum eorum aliquid converti aut auferri, nec Ecclesiam diu vacantem manere oportet, sed intra tres menses episcopum ordinari; nisi forsitan inexorabilis aliqua necessitas tempus extendi **392** fecerit. Si quid itaque ex Ecclesiæ bonis tempore intermedio clerici vendant, quo Ecclesia episcopo vacat, infirmum erit, et penes episcopi potestatem erit, aut venditionem evertere, ipsumque bonum recipere, aut ea contentum esse, et pretium illius accipere; quære synodi Chalcedonensis canonem tricesimum quintum.

Τελευτήσαντος ἐπισκόπου τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα ἀμείωτα ὀφείλουσι φυλάττεσθαι παρὰ τῶν κληρικῶν· ἢ κληρικῶν μὴ ὑπόντων, παρὰ τοῦ μητροπολίτου· ὥστε πάντα ἀποδοθῆναι τῷ χειροτονηθησομένῳ ἐπισκόπῳ, καὶ μήτε παρὰ τοῦ μητροπολίτου, ἢ τῶν κληρικῶν σφετερίζεσθαί τι, ἢ ἀφαιρεῖσθαι τούτων· μήτε μὴν τὴν χηρεύουσαν ἐκκλησίαν ἐπὶ πολὺ ἀνεπίσκοπον μένειν· ἀλλ' ἐντὸς μηνῶν τριῶν, τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων γίνεσθαι· εἰ μή πού τις ἀπαραίτητος ἀνάγκη τὸν καιρὸν ἐπιταθῆναι παρασκευάσει. Εἴ τι οὖν τῶν τῆς Ἐκκλησίας πραγμάτων ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ καιροῦ οἱ κληρικοὶ διαπράσωσι, καθ' ὃν ἐπισκόπου ἡ ἐκκλησία χηρεύει· ἔστω ἀβέβαιον, καὶ παρὰ τῇ ξουσίᾳ τοῦ Ἐπισκόπου κείσεται ἢ τὴν πρᾶσιν ἀνατρέψαι, καὶ ἐπαναλαβεῖν τὸ πρᾶγμα, ἢ στέρξαι ταύτην, καὶ ἀπολαβεῖν τὴν τιμήν. Ζήτει τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κανόνα λε'.

D

CANON XVI.

« De iis, qui rationis expertia animalia inierunt, « vel ineunt, quicunque, prius quam viginti qui-

ΚΑΝΩΝ ΙϚ'.

« Περὶ τῶν ἀλογευσαμένων, ἢ καὶ ἀλογευομέ- « νων (81), ὅσοι πρὶν εἰκοσαετεῖς γενέσθαι ἡμαρ-

Guill. Beveregii notæ.

(80) Ἀγωγὴν τὸν ἠγορακότα. In Parisiensi Balsamonis editione, nec non in mss. Amerbachiano et Ætoniensi, post hæc verba additur κατὰ τῆς ἐκκλησίας; *adversus ecclesiam*. Quod etiam sensui necessarium videtur.

(81) *Περὶ τῶν ἀλογευσαμένων ἤτοι ἀλογευομένων.* Dionysius Exiguus hæc verba interpretatur, *De his qui irrationabiliter versati sunt, sive versan-*

Digitized by Google

« τον, πέντε καὶ δέκα ἔτεσιν ὑποπεσόντες, κοι- A
« νωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς.
« Εἶτα καὶ ἐν τῇ κοινωνίᾳ διατελέσαντες ἔτη
« πέντε, τότε καὶ τῆς προσφορᾶς ἐφαπτέσθωσαν.
« Ἐξεταζέσθω δὲ αὐτῶν καὶ ὁ ἐν τῇ ὑποπτώσει
« βίος· καὶ οὕτως τυγχανέτωσαν τῆς φιλανθρω-
« πίας. Εἰ δέ τινες κατακόρως ἐν τοῖς ἁμαρτή-
« μασι (82) γεγόνασι, τὴν μακρὰν ἐχέτωσαν ὑπό-
« πτωσιν. Ὅσοι δὲ ὑπερβάντες τὴν ἡλικίαν ταύ-
« την, καὶ γυναῖκας ἔχοντες περιπεπτώκασι τῷ
« ἁμαρτήματι, πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη ὑποπεσάτω-
« σαν, καὶ κοινωνίας τυγχανέτωσαν (83) τῆς εἰς
« τὰς προσευχάς· εἶτα, ἐκτελέσαντες πέντε ἔτη
« ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν εὐχῶν, τυγχανέτωσαν τῆς
« προσφορᾶς. Εἰ δέ τινες, καὶ γυναῖκας ἔχοντες
« καὶ ὑπερβάντες τὸν πεντηκοστὸν χρόνον, ἡμαρ- B
« τον, ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου τυγχανέτωσαν τῆς
« κοινωνίας. »

« dem annos nati essent, peccarunt, postquam
« quindecim annis substrati fuerint, communio-
« nem orationis assequantur. Deinde et cum in
« communione quinque annis perseveraverint,
« tunc etiam oblationem attingant. Examinetur
« autem et eorum in substratione vita; et ita
« humanitatem consequantur. Quod si qui perse-
« verantius his peccatis adhæserint, longam sub-
« strationem habeant. Quicunque autem hanc
« ætatem transgressi, et habentes uxores in hoc
« peccatum inciderunt, quinque et viginti annis
« substrati, communionem orationis assequan-
« tur : deinde cum in precum communione quin-
« que annos peregerint, oblationem assequantur.
« Si qui autem et uxores habentes, et quinqua-
« gesimum annum transgressi, peccaverunt, in
« vitæ exitu communionem assequantur. »

ΒΑΛΣ. Θαυμασίαν διαίρεσιν καὶ πολλοῦ ἀξίαν ἐπαίνου ποιοῦσιν οἱ Πατέρες ἐνταῦθα. Διατάττονται γὰρ ὡς οἱ μετὰ ἀλόγων ζώων συμφθαρέντες ἢ καὶ συμφθειρόμενοι, ῥητέον δὲ καὶ συμφθαρησόμενοι, εἰκοσαετεῖς μὲν μὴ ὄντες, πεντεκαίδεκα ἔτη ὑποπιπτέτωσαν, καὶ μετὰ τοῦτο τῆς μετὰ τῶν πιστῶν εὐχῆς ἀξιούσθωσαν ἐπὶ πενταετίαν· καὶ ταύτης δὲ πληρωθείσης, μεταλαμβανέτωσαν τῶν θείων ἁγιασμάτων, τοῦ ἐπισκόπου ὀφείλοντος φιλανθρωπότερόν τι ἐπ' αὐτοῖς ποιεῖν, εἴπερ ἴσως τοῦτο παρακαλεῖ ἡ κατὰ τὴν ὑπόπτωσιν θεάρεστος αὐτῶν ἀναστροφὴ καὶ μετάνοια. Ταῦτα δέ φασιν οὕτω γί- C
νεσθαι εἰς τοὺς ἀπὸ φυσικῆς ἀνάγκης ἐνίοτε ἁμαρτάνοντας. Οἱ γὰρ κατακόρως, τουτέστιν ὑπὲρ τὴν χρείαν καὶ ἀδιαφόρως χρησάμενοι τῇ ἀλογίστῳ ταύτῃ ἁμαρτίᾳ, ἐπὶ μακρὸν χρόνον ὑποπιπτέτωσαν. Τοὺς μέντοι ὑπερβάντας τὸν εἰκοσαετῆ χρόνον, καὶ γυναῖκας ἔχοντας περιπεσόντας τῷ ἁμαρτήματι

BALS. Admirabilem et magna laude dignam divisionem hic Patres faciunt. Decernunt enim, ut qui cum ratione carentibus animalibus coierint, vel etiam coeunt, dicendum est autem, et etiam coituri sunt, si non sint quidem viginti annos nati, quindecim annis substernantur, et postea digni qui cum fidelibus orent quinquennio habeantur : eo autem expleto, divinorum quoque sint sacramentorum participes; debente episcopo se in eos humanius gerere, si forte pia eorum in substratione conversatio et pœnitentia id suadeat. Hæc autem dicunt in eos debere fieri, qui naturali quandoque necessitate peccant. Qui enim ad satietatem, id est, plusquam usus exigit, et indiscriminatim, ferino hoc et a ratione abhorrenti peccato usi sunt, longo tempore substernantur. Qui autem vicesimum annum excesserint, et uxores habentes in hoc peccatum inciderint, viginti quinque annis substerni

Guill. Beveregii notæ.

Inr. Vetus interpres in titulo hujus canonis, *De his qui in animalibus coierunt.* In ipso canone, *Qui animaliter in animalibus tale aliquid committunt.* Et hic sane genuinus est horum verborum sensus. Nam ἀλογευόμενοι hoc in loco ii dicuntur, qui cum ἀλόγοις, brutis nimirum, ut equabus, aliisve bestiis rem habent; vel qui ἐν ἀλόγοις τὴν ἑαυτῶν ἀσέβειαν ἐξαγορεύουσι, ut eos describit sanctus Basilius, can. 63. Qui alibi etiam eos ζωοφθόρους D vocat, can. 7, unde et ipse ille nefarius actus ζωοφθορία audit, Greg. Nyssen. can. 4. Dicti sunt autem et κτηνοβάται. In Basilicis enim legimus οἱ ἀλογευόμενοι ἤτοι κτηνοβάται καυλοπεῖσθωσαν. Basilic. l. LX, c. tit. 37, c. ult. nonnunquam etiam ἱπποπόρνοι dicuntur. Et in hac quidem canonis hujus interpretatione omnes scholiastes consentiunt. Quin etiam in canonibus sub Edgaro rege Angliæ editis eadem fere, quæ hoc canone sic intellecto constituta sunt, his nimirum verbis: *Si quis 20 annos natus se cum bestia coinquinaverit, vel masculus cum masculo, jejunet annos 15. Et si uxorem habeat, sitque ipse 40 annorum ætatis, et tale quid fecerit, abstineat jam et jejunet totius vitæ spatio, nec præsumat, donec moriturus sit, corpus Domini suscipere : juvenis et insipiens acriter flagellabuntur, qui simile quippiam perpetraverit.* Et paulo post, *Si quis cum bestia coierit, jejunet 15 annos, scilicet 8, pane et aqua, et in 7 reliquis 3 quadragesimas quolibet anno; diebus etiam Mercurii et Veneris, usque dum vixerit, et semper defleat iniquitatem istam.* Exstant hi canones inter priscas Anglorum leges a Gulielmo Lambardo editas pag. 77 et 80 edit. Cantabrig. an. 1644. Item in Henrici Spelmanni concil. tom. I, pag. 462 et 466 edit. Lond. an. 1639.

(82) *Εἰ δέ τινες κατακόρως ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι.* Mss. Amerbachianus et Ætoniensis pro κατακόρως legunt κακούργως. Sed Joannes Antiochenus una cum Parisiensi Balsamonis editione Bodleianæ nostræ veræque lectioni suffragantur. Juxta quam etiam vetus interpres hæc verba reddit, *Si autem incessanter ad peccandum perseverarint.* Et Dionysius Exiguus vertit, *Quod si inexplebiliter his hæsere criminibus.* Sed Gentianus Hervetus in codice Tiliano κακούργως legisse videtur; vertit enim, *si qui autem improbe et maligne in his peccatis fuerunt.*

(83) *Ὑποπεσάτωσαν καὶ κοινωνίας τυγχανέτωσαν.* Sic etiam ms. Ætoniensis una cum Parisiensibus Balsamonis et Zonaræ editionibus legit: sed Joannes Antiochenus, et mss. Amerbachianus et Gallandi, rectius legunt ὑποπεσόντες κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς, *pœnitudinem gerentes in communionem suscipiantur orationum*, ut vertit Dionysius Exiguus.

Digitized by Google

oportere decernitur : et sic communione cum fidelibus quinquennio dignos haberi. His autem etiam impletis, divina quoque sacramenta assequi. Qui autem quinquagesimum annum transgressi, si et uxores habentes in tale quid inciderint, divina nunquam digni communione habebuntur, nisi in ipso vitæ exitu. Quoniam autem sancti Patres eos qui peccant in tria divisere, et jusserunt aliter puniri eos, qui ad vicesimum annum nondum pervenerunt; aliter eos, qui quinquagesimum attigere annum : aliterque qui illum excesserunt (iis enim, qui sunt ætate minores, peccantibus ignoscunt, propter naturæ necessitatem, et propter rationis et consilii infirmitatem : qui autem majoris sunt ætatis, et ideo firmioris et stabilioris rationis, eos magis puniunt ; quemadmodum et ætate provectis, qui tale quid fecerunt, graviorem pœnam infligunt, ut sapientioribus, et qui non possint naturæ necessitatem prætexere) : interrogaverit quispiam, Cur eos quidem, qui vicesimum annum et quinquagesimum excesserunt, uxores habentes, peccantesque, Patres puniunt : qui viginti autem annum nondum impleverunt, etiamsi uxores non habeant, puniunt? *Solutio.* In eos, qui ob florentem ætatem sunt in malum procliviores, iidemque insipientiores, Patres humanius affecti sunt ; **393** nec de uxoribus distinctionem admiserunt, nihil referre arbitrati an uxores habeant, an non : reliquos autem severius excipientes, ut quibus neque propter perturbationum vehementiam, nec ætatis instabilitatem venia detur; intulerunt eos etiam magis puniri, si quidem uxores habent. Scias tamen, quod etiam qui uxores non habent, pœnas non effugient : sed similiter punientur. Longam autem substrationem dixerunt nonnulli, tempus viginti annorum, hoc ex lege probantes, quæ dicit, longo tempore, id est, viginti annis, a bonæ fidei possessore usucapi et dominio acquiri absentis rem immobilem. Hoc autem dicentes non placuerunt, eo quod etiam longum tempus dicatur decennium, quo bonæ fidei possessor dominium acquirit rei immobilis, quæ ad præsentem pertinet : sed audierunt, longum esse tempus quod ab episcopo definitur. Cum autem audis canonem dicentem, per unam pœnam, scilicet, a sacramentis abstinentiam, eos puniri, qui sic in senectute deliquerunt ; ne dicas alias pœnas non induci, ut quæ fuerint silentio præteritæ. Hanc enim horrendam pœnam reliquæ quoque necessario consequuntur, si non plures : quin et ad annos usque triginta ipsi pœnis servire cogentur. Non sunt autem a Patribus adjecti tot anni ; quod pauci admodum homines vivant triginta annis post quinquaginta computatis.

ZONAR. Qui cum bestiis ratione carentibus rem habuere, non omnes eodem modo, sed varie pro ætatum varietate, puniendos esse canon decernit. Qui enim vicesimum annum nondum excessere,

A τούτῳ, ἐπὶ πέντε καὶ εἴκοσι χρόνους ὑποπίπτειν διορίζονται, καὶ οὕτω τῆς μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνίας ἀξιοῦσθαι ἐπὶ χρόνους πέντε· πληρωθέντων δὲ καὶ τούτων τυγχάνειν καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων. Οἱ δὲ τὸν πεντηκονταετῆ χρόνον ὑπερβάντες, ἐὰν καὶ γυναῖκας ἔχοντες εἰς τοιοῦτόν τι περιπέσωσιν, οὐδέποτε τῆς θείας ἀξιωθήσονται μεταλήψεως εἰ μὴ ἐν τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου. Ἐπεὶ δὲ εἰς τρία διεῖλον οἱ ἅγιοι Πατέρες τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ παρεκελεύσαντο ἄλλως κολάζεσθαι τοὺς μὴ φθάσαντας εἰς εἰκοσαετῆ χρόνον, καὶ ἄλλως τοὺς εἰς πεντηκονταετίαν καταντήσαντας, καὶ ἄλλως τοὺς ὑπερβάντας τὸν πεντηκονταετῆ χρόνον (τοῖς μὲν γὰρ ἐλάττονος ἡλικίας οὖσι συγγνωμονοῦσιν ἁμαρτάνουσι διὰ τὴν B ἀνάγκην τῆς φύσεως, καὶ διὰ τὸ ὁλισθηρὸν τοῦ φρονήματος· τοὺς δὲ μείζονος ὄντας ἡλικίας καὶ κατὰ τοῦτο στερεωτέρους περὶ τὸ νοεῖν πλειόνως κολάζουσι, ὥσπερ καὶ τοὺς εἰς γῆρας ἐληλακότας τοιοῦτόν τι ἐπταικότας ἐπὶ πλέον τιμωροῦσιν, ὡς συνετωτέρους καὶ μὴ δυναμένους φυσικὴν ἀνάγκην προβαλέσθαι)· ἐρωτήσει τις, Διὰ τί τοὺς μὲν ὑπερβάντας τὸν κ' χρόνον καὶ τὸν ν', γυναῖκας ἔχοντας καὶ πταίσαντας οἱ Πατέρες κολάζουσι, τοὺς δὲ μὴ πληρώσαντας τὴν εἰκοσαετίαν, κἂν γυναῖκας οὐκ ἔχωσι, τιμωροῦσι; *Λύσις.* Εἰς τοὺς ἔτι διὰ τὴν ἡλικίαν περὶ τὸ κακὸν ἀκμάζοντας, καὶ ὄντας ἀφρονεστέρους, φιλανθρωπότερον οἱ Πατέρες διετέθησαν, καὶ οὐ προσέθεντο τὴν περὶ τῶν γυναικῶν διάστιξιν, ἀδιάφορον ἡγησάμενοι τὸ ἔχειν τούτους γυναῖκας εἴτε C καὶ μή· τοὺς δὲ λοιποὺς πλέον βαρύνοντες ὡς μὴ συγγινωσκομένους ἢ ἀπὸ παθημάτων ἀκμῆς ἢ ἀπὸ ἡλικίας ἀστηρίκτου, ἐπήγαγον ἐπὶ πλέον τούτους τιμωρεῖσθαι, εἴπερ ἔχουσι καὶ γυναῖκας. Πλὴν γίνωσκε ὡς καὶ μὴ ἔχοντες γυναῖκας οὐκ ἐκφεύξονται τὰ ἐπιτίμια, ἀλλὰ παρομοίως κολασθήσονται. Μακρὰν μέντοι ὑπόπτωσίν τινες εἶπον τὴν εἰκοσαετῆ, κατασκευάζοντες τοῦτο ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ λέγοντος διὰ μακροῦ χρόνου, τουτέστιν εἰκοσαετοῦς, δεσπόζεσθαι παρὰ τοῦ καλῇ πίστει νομέως τὸ τοῦ ἀπόντος ἀκίνητον. Οὐκ ἤρεσαν δὲ τοῦτο λέγοντες, διὰ τὸ λέγεσθαι μακρὸν χρόνον καὶ τὸν δεκαετῆ, δι' οὗ ὁ καλῇ πίστει νομεὺς δεσποτείαν κτᾶται ἀκινήτου διαφέροντος παρόντι τινί· ἀλλ' ἤκουσαν μακρὸν χρόνον ἐκεῖνον εἶναι, τὸν ὑποτετυπωμένον παρὰ τοῦ ἐπι- D σκόπου. Ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος δι' ἑνὸς ἐπιτιμίου, τῆς ἀποχῆς δηλονότι τῶν θείων ἁγιασμάτων, τιμωρεῖσθαι τοὺς ἐν γήρει οὕτως ἐπταικότας, μὴ εἴπῃς τὰ ἄλλα ἐπιτίμια μὴ ἐπάγεσθαι ὡς παρασιωπηθέντα. Τῷ γὰρ φρικτῷ τούτῳ ἐπιτιμίῳ ἐξ ἀνάγκης ἕπονται καὶ τὰ λοιπά, καὶ εἰ μὴ πλείονα, ἀλλὰ τέως τριάκοντα ἔτη καὶ αὐτοὶ δουλεῦσαι τοῖς ἐπιτιμίοις ἀναγκασθήσονται. Οὐ προσετέθησαν δὲ οἱ τοσοῦτοι χρόνοι παρὰ τῶν Πατέρων, διὰ τὸ μετρητοὺς πάντη ἀνθρώπους ζῆν ἐπὶ χρόνοις τριάκοντα ψηφιζομένοις μετὰ τὴν πεντηκονταετίαν.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ζώοις ἀλόγοις συμφθαρέντας οὐχ ὁμοίως πάντας οἰκονομεῖσθαι ὁ κανὼν διατάττει, ἀλλὰ διαφορὰς ποιεῖται κατὰ τὰς ἡλικίας αὐτῶν. Τοὺς μὲν γὰρ μήπω τὸν εἰκοστὸν φθάσαντας χρόνον

Digitized by Google

πεντεκαίδεκα ἔτη βούλεται ὑποπιπτειν, εἶτα ἐν ἄλ- A
λοις πέντε ἔτεσι κοινωνεῖν τοῖς πιστοῖς τῶν εὐχῶν,
ἀντὶ τοῦ συνίστασθαι αὐτοῖς καὶ συνεύχεσθαι, καὶ
μετὰ τὰ πέντε ἔτη τῆς συστάσεως μεταλαμβάνειν
καὶ τῶν θείων δωρεῶν. Χρὴ δὲ, φησὶ, καὶ τὴν δια-
γωγὴν αὐτῶν ἐξετάζεσθαι, τὴν ἐν τοῖς χρόνοις τῶν
ἐπιτιμίων, ὡς εἴ γε ἀδιαφόρως καὶ ἐν τοῖς καιροῖς
τούτοις ζῶσι, καὶ οὐκ ἐνδείκνυνται θερμότητα ἐν τῇ
μετανοίᾳ, οὐκ ἂν τύχωσι φιλανθρωπίας. Εἰ δέ τινες,
φησὶν, ἐπὶ μακρὸν χρόνον ἥμαρτον, καὶ εἰς κόρον
ἐνεφορήθησαν τοῦ κακοῦ, οἱ τοιοῦτοι τὴν μακρὰν
ἐχέτωσαν ὑπόπτωσιν, ἤτοι τὸν εἰκοσαετῆ χρόνον.
Καὶ παρὰ τοῖς πολιτικοῖς γὰρ νόμοις μακρὸς χρόνος
ὁ εἰκοσαετὴς λέγεται. Καὶ ταῦτα μὴν περὶ νέων
φησὶν ὁ κανὼν, καὶ μηδὲ γυναῖκας ἐχόντων·
ὅσοι δὲ, τὴν τῆς νεότητος ἡλικίαν ὑπερβάντες, καὶ B
εἰς ἄνδρας καταστάντες, καὶ γυναιξὶ συζῶντες, πε-
ριέπεσον τῷ ἁμαρτήματι τούτῳ, τοὺς τοιούτους ὑπο-
πίπτειν μὲν λέγει ὁ κανὼν εἴκοσι, καὶ πέντε ἔτη,
καὶ οὕτως ἕτερα πέντε κοινωνεῖν τοῖς πιστοῖς τῶν
εὐχῶν, καὶ μετὰ τὰ τριάκοντα ἔτη τυγχάνειν τῆς
ζωΐας μεταλήψεως· τοὺς δὲ καὶ γυναῖκας ἐχοντας,
καὶ εἰς γῆρας ἤδη κλίναντας, καὶ ἔτι τῷ κακῷ
τούτῳ συνεχομένους, οὐδέποτε βούλεται ἀξιοῦσθαι
τῆς θείας μεταλήψεως, εἰ μὴ ἐν τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου.

quindecim annos subsisti, tum aliis quinque cum fidelibus in precatione communicare, hoc est, cum eis simul consistere precibusque fundendis vacare, ac eo quinquennio exacto divinis quoque muneribus potiri jubet. Vitam quoque, inquit, ipsorum, interea dum criminibus expiandis obnoxii sunt, observare oportet : ita ut si illo quoque pœnitentiæ tempore dissolute vitam agant, nec ullum in eluendis criminibus animi ardorem demonstrent, nulla sit eis vicissim benignitas impertienda. Quod si qui, inquit, longo tempore in sceleribus volutati sunt, seque improbitate affatim expleverunt ; longo quoque tempore, viginti scilicet annis, in substratione degant. Nam civilium quoque legum æstimatione, viginti annorum spatio tempus longum definiri censetur. Atque hæc quidem de junioribus, nec matrimonio sociatis, canon statuit. Quicunque vero ætatis hujus, adolescentiæ nimirum, limites transgressi, atque in viros relati, uxoribusque conjuncti eo se flagitio contaminavere, illos canon quinque et viginti annos in substratione agere, tum deinde quinquennio fidelium precibus communicare, atque exactis demum triginta hisce annis sacra communione potiri jubet : qui vero uxoribus copulati, ætateque jam affecta, hujusmodi se nihilominus crimine implicuere, non alias, quam in extremo spiritu, sacræ communionis participes fieri licere decernit.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ ἀλογευσάμενος πρὸ τῶν εἴκοσι χρό-
« νων, πεντεκαίδεκα ἔτεσιν ὑποπιπτέτω· εἰ δὲ
« καὶ τὴν ἡλικίαν ταύτην ὑπερβάς, καὶ γυναῖκα
« ἔχων, περιπέπτωκε, πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτεσιν C
« ὑποπιπτέτω. Ὁ δὲ καὶ γυναῖκα ἔχων, καὶ ὑπὲρ
« τὰ πεντήκοντα τελῶν ἔτη, ἄχρι τῆς ἐξόδου ὑπο-
« πιπτέτω. »

ARIST. « Qui rationis expertia animalia inierit
« ante annos viginti, quindecim annis substernatur. Si istam vero ætatem excesserit, et uxorem
« habuerit, in istud vero facinus inciderit, quin-
« que et viginti annis substernatur. Qui vero et
« uxorem habuerit, et quinquaginta annos trans-
« egerit, usque ad vitæ exitum substernatur. »

Τὸ μὲν ὀγδοηκοστὸν πρῶτον κεφάλαιον τοῦ τρια-
κοστοῦ ἑβδόμου τίτλου τοῦ ἑξηκοστοῦ βιβλίου τῶν
Βασιλικῶν ἀλογευσαμένους λέγει τοὺς κτηνοβάτας·
οὓς καὶ προστάττει καυλοκοπεῖσθαι· καὶ τοὺς μετὰ
ἀρρένων τὴν ἀσχημοσύνην ἐργαζομένους· οὓς καὶ
διορίζεται ὁ κανὼν, εἰ μὲν ἥττονες τῶν εἴκοσι χρό-
νων εἰσὶν, ἐπὶ πεντεκαίδεκα ἔτεσιν ὑποπίπτειν,
καὶ ἐφ' ἕτερα πέντε συνίστασθαι μετὰ τῶν πιστῶν,
καὶ μόνων τῶν εὐχῶν κοινωνεῖν· εἶτα τῶν θείων
ἁγιασμάτων ἐφάπτεσθαι. Τοὺς δὲ τοὺς εἴκοσιν ὑπερ-
βάντας χρόνους, καὶ γυναῖκας ἔχοντας καὶ τῷ
τοιούτῳ περιπεσόντας πάθει, εἴκοσι καὶ πέντε ἔτη D
τελέσαντας ἐν τῇ ὑποπτώσει, καὶ ἕτερα πέντε ἐν τῇ
κοινωνίᾳ τῶν εὐχῶν, μετὰ ταῦτα τυγχάνειν τῆς
μετοχῆς τῶν θείων ἁγιασμάτων· τοὺς δὲ τὸν πεν-
τηκονταετῆ χρόνον ὑπερελάσαντας, γυναῖκας ἔχον-
τας, ὑποπίπτειν διὰ βίου παντὸς, καὶ ἐν τῇ ἐξόδῳ
τοῦ ἀγαθοῦ ἐφοδίου ἐπιτυγχάνειν.

Octogesimum quidem primum caput tricesimi septimi tituli sexagesimi libri Basilicorum a ratione aberrantes vocat eos, qui jumenta ineant, eosque virile dissectos esse mandat, et eos qui cum masculis turpitudinem committunt : quos et statuit canon, si viginti annis minores essent, quindecim annos substerni, et alios quinque consistere cum fidelibus, et precum solarum participes esse, postea divina sacramenta attingere. Eos **394** autem qui viginti annos transilierunt, et uxores habent, et in hujusmodi passionem incidunt, cum viginti quinque annos in substratione transegerint, et alios quinque in precum communione, postea divinorum sacramentorum participes esse. Eos autem qui quinquagesimum annum transegerunt, uxores habentes, totam vitam substerni, et in discessu boni viatici compotes fieri.

ΚΑΝΩΝ ΙΖ'.

« Τοὺς ἀλογευσαμένους καὶ λεπρούς ὄντας (84),

CANON XVII.

« Eos, qui rationis expertia animantia inierunt,

Guill. Beveregii notæ.

(84) *Τοὺς ἀλογευσαμένους, καὶ λεπρούς ὄντας.* Scholiastes Harmenopuli in hunc canonem hæc habet, Λεπρὸς ὢν ἦγουν ἀκάθαρτος καὶ μεμολυσμένος· ἀκάθαρτοι γὰρ οἱ λεπροὶ παρὰ τῷ Μωσαϊκῷ νόμῳ· τὸ δὲ λεπρώσας ἀντὶ τοῦ μιάνας, τὰ ζῶα δηλονότι· χειμαζομένους δὲ τοὺς δαιμονῶντας λέγει, ὡς τινές φασιν. *Leprosus, hoc est immundus et pollutus ; quippe leprosi erant immundi in lege*

Digitized by Google

« sive qui leprosi sunt vel fuerunt, jussit sancta A « synodus inter hibernantes orare. »

BALS. De iis, qui ratione carentia animalia ineunt, in præterito canone satis diximus. Præsens autem canon eos leprosos nominans, sive immundos et pollutos, juxta legem Mosaicam, decernit ut inter hibernantes orent. Dixerunt autem nonnulli, eos hibernantes appellari, qui sunt a dæmone correpti : non est autem hoc verum, ut mihi videtur. Qui enim a dæmone corripiuntur, vel perpetuo insaniunt, et nunquam precantur ; vel ex intervallo, et communicare eis permittitur : quod iis, qui cum bestiis coierint, ex hoc loco non conceditur. Hibernantes ergo proprie appellabuntur, qui stant in narthece, et divinas Scripturas audiunt ; qui locum eorum tenent, qui hieme seu tempestate B agitantur, et in ecclesiasticum salutis portum ingredi non sinuntur. Quod autem ita sit, ex iis manifestum est, quæ in canonem superiorem dicta sunt. Quoniam enim in illo de aliis quidem locis, substrationis scilicet et communionis, quæ consentanea fuerunt, Patres jussere, de auditione autem nihil penitus tractarunt : hic de hoc quoque loco definierunt, ut illic subanditur. Neque enim fieri poterat, ut qui sic puniretur, ante substrationem in loco audientium non staret.

ZONAR. Qui cum bestiis rem habuere, et lepra infecti, hoc est, impuri pollutique sunt (hoc autem ex Mosaicæ legis præscripto, quem lepra invasisset pollutum existimante), vel qui lepra infecti fuere, C hoc est, a quibus ipsæ quoque bestiæ pollutæ sunt, inter hibernantes, hoc est, cum hibernantibus orare synodi decreto jubentur. Hibernantes porro nonnulli dæmone correptos dicunt ; sed ego eos hoc loco a synodi Patribus intelligi haud existimo. Nam dæmone correpti vel omnino furiosi sunt, ac perpetuo insanientes nullo unquam tempore precationi vacant ; vel ex intervallo laborant, eisque interea, dum sui compotes sunt, ex Timothei Alexandrini canone tertio, etiam communicare permissum. Quod si cum iis, qui ex intervallo a dæmone agitantur, sine discrimine bestiariis hujusmodi desultoribus precari concessum sit ; quæcunque superiori canone de variis peccantium ordinibus constituta fuerant, hic canon evertit. Quid sit igitur inter hibernantes orare haud facile dixerim.

« ἤτοι λεπρώσαντας, τούτους προσέταξεν ἡ ἁγία « σύνοδος εἰς τοὺς χειμαζομένους (85) εὔχεσθαι. »

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν ἀλογευσαμένων ἱκανῶς διελάβομεν ἐν τῷ προλαβόντι κανόνι. Ὁ δὲ παρὼν κανών, λεπροὺς τούτους κατονομάζων, ἤτοι ἀκαθάρτους, καὶ μεμιαμένους, κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον, διορίζεται εὔχεσθαι αὐτοὺς εἰς τοὺς χειμαζομένους. Εἶπον οὖν τινες χειμαζομένους εἶναι τοὺς δαιμονῶντας · οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο ἀληθὲς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Οἱ γὰρ δαιμονῶντες ἢ διόλου μεμήνασι καὶ οὐδέποτε εὔχονται, ἢ ἐκ διαλείμματος, καὶ μεταλαμβάνειν παραχωροῦνται · ὅπερ εἰς τοὺς ἀλογευομένους ἀπενταῦθεν οὐ παραχωρεῖται. Χειμαζόμενοι τοίνυν κληθήσονται κυρίως οἱ ἐν τῷ νάρθηκι ἱστάμενοι, καὶ ἀκροώμενοι τῶν θείων Γραφῶν, τόπον ἐπέχοντες τῶν χειμαζομένων, καὶ εἰς τὸν ἐκκλησιαστικὸν λιμένα τῆς σωτηρίας εἰσελθεῖν μὴ παραχωρούμενοι. Ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, δῆλον καὶ ἀπὸ τῶν ῥηθέντων εἰς τὸν διελθόντα κανόνα. Ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖνο περὶ μὲν τῶν ἄλλων τόπων, ἤγουν τῆς ὑποπτώσεως καὶ τῆς κοινωνίας, τὰ εἰκότα οἱ Πατέρες παρεκελεύσαντο, περὶ δὲ τῆς ἀκροάσεως οὐδέν τι διέλαβον · ὥρισαν ἐνταῦθα καὶ τὰ περὶ τοῦ τοιούτου τόπου, ὡς ἂν κἀκεῖσε ἐξακούηται. Ἀδύνατον γὰρ ἦν τὸν οὕτως ἐπιτιμώμενον μὴ στῆναι εἰς τὸν τόπον ἀκροωμένων πρὸ τῆς ὑποπτώσεως.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ζώοις ἀλόγοις συμφθαρέντας καὶ λεπροὺς ὄντας, ἀντὶ τοῦ ἀκαθάρτους, μεμιασμένους (τοῦτο δὲ κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον, ὃς τοὺς λεπροὺς ἀκαθάρτους ἐνόμιζεν) ἤτοι λεπρώσαντας, ἤγουν καὶ αὐτὰ τὰ ζῶα μιάναντας, τούτους ἡ σύνοδος διετάξατο εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι, ἤτοι μετὰ τῶν χειμαζομένων. Χειμαζομένους δέ τινες καλοῦσι τοὺς δαιμονῶντας · οὐκ οἶμαι δὲ τούτους λέγειν ἐνταῦθα τοὺς τῆς συνόδου Πατέρας. Οἱ γὰρ δαιμονῶντες ἢ διόλου μεμήνασι, καὶ οὐδέποτε εὔχονται, ἀδιάλειπτον ἔχοντες τὴν μανίαν, ἢ ἐκ διαλειμμάτων πάσχουσι, καὶ ἐν τοῖς διαλείμμασιν, ὅτε σωφρονοῦσι, καὶ μεταλαμβάνειν παραχωροῦνται, κατὰ τὸν γ' κανόνα τοῦ Ἀλεξανδρέως Τιμοθέου. Εἰ οὖν τοῖς ἐκ διαλειμμάτων δαιμονῶσι συνεύξονται ἀδιαστίκτως οἱ ἀλογευσάμενοι, ἠπράκτησαν διὰ τούτου τοῦ κανόνος αἱ αἱρέσεις καὶ διαστίξεις τοῦ προλαβόντος κανόνος. Τί οὖν ἐστι τὸ εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν.

Guill. Beveregii notæ.

Mosaica. Quod ait, qui lepra infecit, tantum valet, ac si diceret, polluit, jumenta scilicet. Hibernantes autem vocat a dæmone tortos, ut aliqui tradunt. Harmenop. epit. can. sect. 5. tit. 3. Isidorus Mercator hunc canonem sic interpretatur, *Hos eodem sane non solum leprosos crimine hujusmodi factos, sed et alios isto suo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempestate jactantur, qui a nobis Energumeni appellantur.* Dionysius Exiguus, *Eos qui irrationabiliter vixerunt, et lepra inusti criminis alios polluerunt, præcipit sancta synodus inter eos orare qui spiritu periclitantur immundo.* ubi observetur hos ambos cum scholiaste Harmenopuli vocem λεπρώσαντας in textu active interpretari.

(85) *Εἰς τοὺς χειμαζομένους.* De his fusius commentati sumus in annotationibus ad undecimum canonem primæ synodi œcumenicæ, Nicææ habitæ, quas consulas : hic interim observamus, Balsamonem inter et Zonaram convenire, nonnullos asseverasse χειμαζομένους hoc in loco eosdem esse atque δαιμονῶντας. Quod cum Alexius Aristenus asseruerit, veri saltem simile est, eum unum ex iis esse, quos illi ita dixisse scribunt : atque ejus proinde scholia iis lecta fuisse.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ λεπρὸς ἀλογεύσάμενος, ἢ καὶ λεπρώ- A
« σας, τοῖς χειμαζομένοις συνεύχοιτο. »

Ἐπειδὴ ἀκάθαρτος ἦν ὁ λεπρὸς ἐν τῷ νόμῳ τῷ τοῦ Μωσέως, κατὰ τοῦτο καὶ ὁ κανὼν τὸν ἀλογευσάμενον ὡς ἀκάθαρτον κατονομάζει λεπρόν. Βούλεται οὖν τοὺς τοιούτους τοὺς ἐν γυναιξὶ παρὰ φύσιν, ἢ ἐν ἄρρεσιν, ἢ ἐν ἀλόγοις τὴν αἰσχύνην ἐργαζομένους, καὶ λεπρώσαντας ἑαυτοὺς, ἢ καὶ ἑτέροις τῆς οἰκείας μεταδόντας ἀκαθαρσίας, ὡς κατακόρως χρησαμένους τῷ πάθει, μετὰ τῶν χειμαζομένων συνεύχεσθαι. Χειμαζόμενοι δέ εἰσι, κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον, οἱ ὑπὸ πνεύματος πονηροῦ κατεχόμενοι, οἱ μετὰ τῶν πιστῶν οὐ συνεχωροῦντο εὔχεσθαι, ἀλλὰ τόπους εἶχον ἀφωρισμένους, καὶ ηὔχοντο ἐν αὐτοῖς. Ζήτει τοῦ μεγάλου Βασιλείου κανόνα ξβ' καὶ ἑξηκοστὸν τρίτον· καὶ εὑρήσεις ἐπὶ τῶν τοιούτων ἀσελγειῶν ἡτινα τὰ ἐπιτίμια. B

ΚΑΝΩΝ ΙΗ'.

« Εἴ τινες ἐπίσκοποι κατασταθέντες, καὶ μὴ δε-
« χθέντες ὑπὸ τῆς παροικίας ἐκείνης εἰς ἣν ὠνο-
« μάσθησαν, ἑτέραις βούλοιντο παροικίαις ἐπι-
« τένει, καὶ βιάζεσθαι τοὺς καθεστῶτας, καὶ στά-
« σεις κινεῖν κατ' αὐτῶν, τούτους ἀφορίζεσθαι.
« Ἐὰν μέντοι βούλοιντο εἰς τὸ πρεσβυτέριον
« καθέζεσθαι, ἔνθα ἦσαν πρότερον πρεσβύτεροι,
« μὴ ἀποβάλλεσθαι αὐτοὺς τῆς τιμῆς· ἐὰν δὲ
« διαστασιάζωσι πρὸς τοὺς καθεστῶτας ἐκεῖ
« ἐπισκόπους, ἀφαιρεῖσθαι αὐτοῖς καὶ τὴν τιμὴν
« τοῦ πρεσβυτερίου, καὶ γίνεσθαι αὐτοὺς ἐκκη- C
« ρύκτους. »

ΒΑΛΣ. Ὁ ιδ' κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ ὁ ιε' καὶ ὁ ις', ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ ιζ', καὶ ὁ ιη' κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, πολλά τινα διαλαμβάνουσι περὶ τῶν χειροτονουμένων ἐπισκόπων, καὶ μὴ δεχομένων ὑπὸ τῶν παροικιῶν αὐτῶν· καὶ ἀνάγνωθι τούτους. Ὁ μέντοι παρὼν κανὼν διορίζεται τοὺς μὴ δεχθέντας ἐπισκόπους, εἰς ἃς ὠνομάσθησαν παροικίας, μὴ ἀπέρχεσθαι εἰς ἑτέρας, καὶ βιάζειν τοὺς προέδρους αὐτῶν, καὶ μήτε μὲν διεγείρειν κατὰ τούτων τοὺς ὑπ' αὐτοὺς κληρικούς τε καὶ λαϊκούς. Τοὺς δὲ τοιοῦτόν τι ποιοῦντας ἀφορίζεσθαι. Ὡς δέ τινος εἰπόντος, Καὶ ποῖος ἔσται τόπος κατοικίας τοῖς τοιούτοις; ἐπήγαγον οἱ Πατέρες ὡς, εἰ βούλοιντο οἱ χειροτονηθέντες διάγειν D εἰς ἑτέρας παροικίας, ἤγουν εἰς τὰς προτέρας κατοικίας αὐτῶν, καὶ ἀνέχονται εἰς πρεσβυτέρου τόπον καθῆσθαι, οὐ κωλυθήσονται· τοίνυν καὶ οὕτω μὲν ποιοῦντες ἀνενόχλητοι διατηρηθήσονται, ἔχοντες τὴν τοιαύτην τιμήν. Ἐὰν δὲ στάσεις καὶ διαφορὰς ἔχωσι μετὰ τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου, ἀφαιρεθήσονται καὶ τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν, καὶ γενήσονται ἐκκήρυκτοι. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου, μὴ εἶπῃς τοὺς μὴ δεχθέντας ἐπισκόπους καθῆσθαι εἰς τοὺς τόπους τῶν πρεσβυτέρων διὰ ὑπόπτωσιν τῆς τιμῆς τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἕτερον τόπον τοῦ πρεσβυτερίου μείζονα. Τυγὸν γάρ τινος ἐξ αὐτῶν ὄντος ἀπὸ Ἡρακλείας, καὶ ὑποστρέψαντος εἰς ταύτην, οἱ μὲν πρεσβύτεροι,

ARIST. « Leprosus qui bestias iniit, vel etiam A
« lepra infecit, cum hibernantibus comprece-
« tur. »

Quandoquidem immundus erat in lege Mosaica leprosus, idcirco canon eum qui jumenta iniit, ut immundum vocat leprosum. Vult itaque eos qui cum mulieribus præter naturam, aut cum masculis, aut cum bestiis turpitudinem commiserunt, seque leprosos reddiderunt, et aliis de sua impertiuntur immunditia, ut immodice utentes passione, cum hibernantibus comprecari. Hibernantes autem sunt secundum magnum Dionysium qui a spiritu pravo vexantur, qui cum fidelibus orare non permittebantur, sed loca habebant præscripta et in iis preces effundebant. Quære Basilii magni canones 62 et 63, et ob eamdem lasciviam pœnas minores invenies. B

395 CANON XVIII.

« Si qui constituti episcopi, et ab illa parœcia, in
« quam nominati fuerunt, non suscepti, alias
« velint parœcias invadere, et iis, qui constituti
« sunt, vim afferre, et seditiones adversus illos
« excitare, eos segregari. Sin autem velint in
« presbyterio residere, in quo prius erant pre-
« sbyteri, ipsos honore non moveri : quod si
« etiam adversus eos, qui illic constituti sunt,
« episcopos, seditiones excitaverint, honorem
« quoque presbyterii ab eis auferri, et illos abdi-
« catos effici. » C

BALS. Quartus decimus canon sanctorum apostolorum et quintusdecimus et tricesimus sextus, quin etiam septimus decimus et octavus decimus canon Antiochenæ synodi, multa tractant de episcopis, qui ordinantur, et a suis parœciis non suscipiuntur ; et lege eos. Præsens vero canon decernit, ut episcopi, qui non sunt suscepti in parœcias in quas nominati sunt, in alias non abeant, nec earum præsulibus vim afferant ; neque adversus eos clericos suos et laicos excitent : ii vero, qui tale quid faciunt, segregentur. Tanquam vero dixerit aliquis, Et quisnam erit eis locus habitationis? subjunxerunt Patres, quod si velint quidem, qui ordinati sunt, in aliis parœciis degere, scilicet in suis prioribus habitationibus, et in presbyteri loco residere sustineant, non prohibebuntur ; et si sic agant, omnis molestiæ expertes conservabuntur, eum honorem habentes : sed si cum illius loci episcopo seditiones dissensionesque excitaverint, presbyteri quoque eis honor detrahetur, et abdicati erunt. Hæc cum canon decernat, ne dixeris episcopos, qui suscepti non sunt, in locis presbyterorum sedere, ut deprimatur honos episcopalis dignitatis, sed quod non sit alius locus major presbyteratu. Si quis enim forte eorum sit Heracleanus, et eo redierit, presbyteri quidem, quorum aliquando unus erat et ipse electus, sacerdotum locos obtinebunt ; hic vero ad episcopalem dignitatem promo-

Digitized by Google

cus, cum reliquis Heracleæ episcopis sedebit; septa autem transiliens, hoc est metropolitani locum sibi usurpans, non exaudietur. Eum enim tunc cum presbyteris sedere, quando est aliorum episcoporum sedes, est ignominia episcopatus. Debes ergo facti speciem sic hoc in loco ponere, quod ejus loci episcopus non habebat alios episcopos qui una cum eo agerent; sed solos presbyteros, qui etiam simul sedebant. Presbyteratus autem honorem ab eo, qui sic agit, auferri, et abdicatum fieri, ne intellexeris de depositione accipi; sed de ejus sola honoris ablatione: scilicet ne, ut cum sacerdotibus quidem sedeat, dignus habebitur.

A ὡς εἰς ποτε ἦν καὶ ὁ ψηφισθείς, τοὺς τῶν ἱερέων ἐξουσι τόπους· οὗτος δὲ εἰς ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα προαναβιβασθεὶς μετὰ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων τοῦ Ἡρακλείας καθίσει· καὶ ὑπὲρ τὰ ἑσκαμμένα πηδῶν, τουτέστιν, ἰδιούμενος τὸν τοῦ μητροπολίτου τόπον, οὐκ εἰσακουσθήσεται. Τὸ γὰρ καθῆσθαι τοῦτον μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, ὅτε καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων καθέδρα ἐστὶν, ὕβρις ἐστὶ τῆς ἀρχιερωσύνης. Ὀφείλεις οὖν ἐνταῦθα θεματίσαι, ὅτι ὁ ἐγχώριος ἐπίσκοπος οὐκ εἶχε συνόντας αὐτῷ καὶ ἑτέρους ἐπισκόπους, ἀλλὰ μόνους πρεσβυτέρους. οἱ καὶ συνεκάθηντο. Τὸ ἀφαιρεῖσθαι δὲ τὸν παρὰ ταῦτα ποιοῦντα τὴν τιμὴν τοῦ πρεσβυτερίου, καὶ γίνεσθαι ἐκκήρυκτον, μὴ νοήσῃς ἐκλαμβάνεσθαι εἰς καθαίρεσιν, ἀλλ' εἰς μόνην ὑπόπτωσιν τῆς τιμῆς τούτου, ἤγουν οὐδὲ μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καθῆσθαι ἀξιωθήσονται.

ZONAR. Si qui forte postquam episcopi constituti, hoc est creati sunt, in ea parœcia ad quam nominati, cujusque videlicet episcopi dicti sunt, haud recipiantur; alteram vero ipsi parœciam, hoc est, alteram ecclesiam conventumque fidelium invadant, ac iis, qui in illa constituti, qui illius scilicet parœciæ episcopi creati sunt, vim afferant, seditionibusque perturbent: segregari eos, ita ut nequaquam eodem cum episcopis honore afficiantur, hic canon decernit. Si vero cum sacerdotibus assidere velint, id obtinere, ut scilicet sacerdotalem habeant dignitatem, haud vetat. Quod si eos quoque, qui illic degunt, episcopos seditionibus vexent, sacerdotis quoque dignitate privari, et abdicatos effici, hoc est ab Ecclesia expelli jubet.

B ΖΩΝΑΡ. Ἐάν τινες ἐπίσκοποι κατασταθέντες, ἀντὶ τοῦ χειροτονηθέντες, μὴ δεχθῶσι παρὰ τῆς παροικίας εἰς ἣν ὠνομάσθησαν, ἧς ἐπεκλήθησαν δηλονότι ἐπίσκοποι· ἐπέλθωσι δὲ ἑτέρᾳ παροικίᾳ, ἤγουν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ καὶ ἀθροισμῷ πιστῶν, καὶ βιάζωνται τοὺς καθεστῶτας ἐκεῖ, τοὺς κεχειροτονημένους ἐν τῇ παροικίᾳ ἐκείνῃ, καὶ στάσεις κινῶσι κατ' αὐτῶν, τούτους ὁ κανὼν ἀφορίζεσθαι κελεύει, ὥστε μὴ συντιμᾶσθαι τοῖς ἐπισκόποις. Εἰ δὲ βούλοιντο συγκαθῆσθαι τοῖς πρεσβυτέροις, τούτου τυγχάνειν, ἤτοι πρεσβυτέρου ἔχειν τιμήν. Ἐὰν δὲ στάσεις κινῶσι πρὸς τοὺς ὄντας ἐκεῖ ἐπισκόπους, τότε καὶ τῆς τοῦ πρεσβυτέρου τιμῆς στερεῖσθαι αὐτοὺς, καὶ γίνεσθαι ἐκκηρύκτους, τουτέστι καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐκπτώτους.

ARIST. « Episcopus constitutus, si ab ecclesia in « quam electus est, non recipiatur, sed aliis episcopis molestiam exhibeat, excommunicetur. « Si vero presbyteris annumerari velit, annumeretur. At si ab episcopis ibi constitutis dissideat, etiam presbyteri honore privetur. »

C ΑΡΙΣΤ. « Ὁ ἐπίσκοπος καταστὰς, εἰ οὐ δέχεται « παρὰ τῆς παροικίας εἰς ἣν ἐκλήθη, ἀλλ' ἑτέροις « ἐπισκόποις ἐνοχλεῖ, ἀφοριζέσθω. Εἰ δὲ τοῖ, « πρεσβυτέροις ἐθέλει συναριθμεῖσθαι, συναριθμείσθω· εἰ δὲ καὶ τοῖς ἐκεῖ ἐπισκόποις δια « στασιάζοι, ἀπωθείσθω καὶ τῆς πρεσβυτέρο « τιμῆς. »

396 Qui episcopus fit, et non acceptus est a populo cujus curam sibi habet commissam, si aggressus fuerit in alterius parœcia munus aliquid episcopale obire, et ibi constitutis episcopis tumultum aliquem inducere, segregabitur. Si autem inter presbyteros recenseri velit, et cum eis sedere, et æquali gaudere honore, iis connumerabitur. Si autem contra episcopos ibi constitutos seditiones excitet, et jus aliquid episcopale usurpet, etiam isto presbyterorum honore privabitur, et segregabitur.

D Ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος, καὶ μὴ προσδεχθεὶς παρὰ τοῦ λαοῦ, ὧν τὴν φροντίδα ἐνεχειρίσθη, εἰ ἐπιχειρήσει ἐν ἀλλοτρίᾳ παροικίᾳ ἐπισκοπικόν τι δίκαιον ἐνεργῆσαι, καὶ τοῖς ἐκεῖσε ἐπισκόποις ὀχλήσιν τινὰ ἐπαγαγεῖν, ἀφορισθήσεται. Εἰ δὲ μετὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐθέλει συναριθμεῖσθαι, καὶ συγκαθῆσθαι αὐτοῖς, καὶ τῆς ἴσης ἀπολαύειν τιμῆς, συγκαταλεγήσεται τούτοις. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐκεῖσε καθεστῶτας ἐπισκόπους διαστασιάζει, καὶ ἐπισκοπικά τινα δίκαια ὑφαρπάζει, καὶ τὴν τιμὴν ταύτην τῶν πρεσβυτέρων ἀφαιρεθήσεται, καὶ ἀφορισθήσεται.

CANON XIX.

« Quicunque virginitatem profitentes, professionem « suam irritam reddunt, ii bigamorum defluitionem impleant. Virgines autem, quæ cum « quibusdam tanquam cum fratribus congrediuntur, prohibuimus. »

ΚΑΝΩΝ ιθ'.

« Ὅσοι, παρθενίαν ἐπαγγελλόμενοι, ἀθετοῦσι τὴν « ἐπαγγελίαν, τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληρούτωσαν. Τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους, « τισὶν, ὡς ἀδελφοῖς (86), ἐκωλύσαμεν. »

Guill. Beveregii notæ.

(86) Ὡς ἀδελφοῖς. Sic præter Bodleianum nostrum codicem, Ætoniensis etiam legit, nam Tilianus Hervetus vertit, *tanquam cum fratribus*. Sed mss. Amerbachianus legit ἀδελφούς. Joannes Antiochenus et Parisiensis pariter atque Zonaræ editio, ὡς ἀδελφάς. Et sic sane omnes Latini interpretes

Digitized by Google

ΒΑΛΣ. Τοὺς ἀθετήσαντας τὴν πρὸς Θεὸν γενομένην παρ' αὐτῶν ἐπαγγελίαν χάριν τοῦ παρθενεύειν οἱ Πατέρες καθυποβάλλουσι ὅρῳ διγάμων, τουτέστιν ἐπιτιμίῳ. Ἐπεὶ δέ τινες, ὡς ἔοικε, παρθενεύειν ὁμολογήσασαι ἐσκανδάλιζον πολλοὺς διὰ τὸ συνοικεῖν μετά τινων ἀνδρῶν, λεγομένων εἶναι ἀδελφῶν αὐτῶν, ἐκώλυσαν οἱ Πατέρες καὶ τοῦτο. Ἀθέτησιν δὲ ἐνταῦθα τῆς διὰ τὴν παρθενίαν ἐπαγγελίας μὴ εἴπῃς πορνείαν, ἀλλὰ τὸν νόμιμον γάμον. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὑπὸ μόνου ἐπιτιμίου διγάμων κολάζουσι τούτους. Εἰ γὰρ ἐπόρνευσάν τινες ἐξ αὐτῶν, τιμωρηθήσονται διὰ ἐπιτιμίων τοὺς πόρνους κολαζόντων. Παρθένους μέντοι ὀφείλεις εἰπεῖν ἐνταῦθα, ἄνδρας δηλονότι καὶ γυναῖκας, μὴ τοὺς ἀποταξαμένους τῷ κόσμῳ, καὶ ἐπιλεξαμένους τὸν μονήρη βίον, ἀλλ' ἑτέρους τινὰς μετὰ λαϊκοῦ σχήματος προσερχομένους τῷ Θεῷ, καὶ παρθενεύειν ἐπαγγελλομένους. Οἱ γὰρ τὸν μονήρη βίον ἐπιλεξάμενοι, ἀθετοῦντες τὴν πρὸς Θεὸν ὁμολογίαν αὐτῶν, καὶ γάμοις προσομιλοῦντες, οὐκ ἐπιτιμίῳ διγάμων καθυποβληθήσονται, ἀλλὰ διασπωμένου τοῦ γάμου ὡς ἀνυποστάτου, μεγάλως κολασθήσονται, καὶ τῷ μοναστηρίῳ, ἐν ᾧ ἀπεκάρησαν, παραδοθήσονται, καθὼς καὶ ἐν ἑτέροις κανόσιν εἴπομεν διαφόροις. Ἐπεὶ δὲ ὁ μέγας Βασίλειος διορίζεται ἐν ιη' κανόνι αὐτοῦ ὡς μοιχαλίδα καταχρῆσθαι τὴν ἀθετήσασαν παρθενίαν, τὴν πρὸς Θεὸν ὁμολογίαν αὐτῆς· ἀνάγνωθι τοῦτον, καὶ τῆς ξ' συνόδου κανόνα ις'.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ παρθενεύειν ἐπαγγελλόμενοι, κἂν ἄνδρες εἶεν κἂν γυναῖκες, ἀθετοῦντες τὰς ἐπαγγελίας αὐτῶν, τῷ ἐπιτιμίῳ τῶν διγάμων ὑποβαλλέσθωσαν. Ὅρον γὰρ τὸν τύπον καὶ τὸν κανόνα λέγει, ἤγουν ὅσα περὶ τῶν διγάμων κεκανόνισται καὶ διατετύπωται, ταῦτα κρατήσει καὶ ἐπ' αὐτῶν, ὥστε μετ' ἐνιαυτὸν δέχεσθαι. Κωλύει δὲ ὁ κανὼν τὰς παρθενίαν ἐπαγγελλομένας συνέρχεσθαι (87) ἀνδράσιν, ἀντὶ τοῦ συζῆν, συνοικεῖν, ἀδελφὰς ἑαυτὰς ὀνομαζούσας τῶν οἷς συνδιάγουσιν, ἵνα μηδὲ ὑποψία τις ᾖ κατ' αὐτῶν ἀπρεπής. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ κανόνι αὐτοῦ, τῷ κρίματι τῆς μοιχείας ὑποκεῖσθαι τὴν ὁμολογήσασαν παρθενεύειν, καὶ μὴ τὴν ὁμολογίαν φυλάξασαν, ἀπεφήνατο.

BALS. Eos, qui suam Deo professionem votumque de virginitate servanda irritum reddunt, Patres digamorum definitioni, hoc est pœnæ, subjiciunt. Quia autem nonnullæ, virgines se futuras professæ, multos offendebant, eo quod cum quibusdam viris qui dicebantur esse fratres earum, habitarent; hoc quoque Patres prohibuerunt. Voti autem virginitatis infirmationem ne hic esse fornicationem dixeris, sed legitimum matrimonium. Propterea enim et eos sola digamorum pœna afficiunt. Si qui etenim ex ipsis fornicati fuerint, punientur pœnis quæ fornicatoribus infliguntur. Debes autem hic virgines dicere, viros scilicet et feminas, non qui mundo renuntiavere, et vitam monasticam elegere: sed alios quosdam cum laico habitu ad Deum accedentes, et virginitatem profitentes. Qui enim vitam monasticam elegerunt, suam Deo professionem irritam facientes, et se matrimonio conjungentes, digamorum pœnis non subjicientur, sed divulso et separato matrimonio, ut quod non possit consistere, valde punientur, et monasterio, in quo tonsi sunt, tradentur; sicut in aliis diversis canonibus diximus. Quia autem magnus Basilius in suo canone 18 definit, eam ut adulteram condemnari, quæ virginitatem, suam Deo promissionem, fecit irritam; lege eum, et sextæ synodi canonem 16.

ZONAR. Qui virginitatem, sive viri, sive mulieres, sunt professi, si fidem promissi fregerint, digamorum pœnis subjiciantur. Definitionis enim nomine canonem et constitutionem intelligit; ut quæcunque nimirum de digamis constituta ac decreta sunt, ab iis quoque serventur, ac non nisi lapso demum anno admittantur. Quod autem aliquæ mulieres virginitatem professæ se cum viris sociarent, hoc est vitam simul ac sub eodem tecto degerent, sorores eorum quibuscum conversantur se nominantes, ne qua in eos incommodior suspicio oriretur, id quoque hic canon vetat. Magnus vero Basilius decimo octavo canone, quæ condictam virginitatem violaverit, adulterii judicio ac pœnis obnoxiam esse demonstrat.

Guill. Beveregii notæ.

fegerunt. Namque ultimam hanc præsentis canonis partem Isidorus Mercator sic vertit, *Virgines autem puellas, quæ tanquam sorores cum nonnullis viris habitare volunt, ab earum consortio prohibemus.* Dionysius Exiguus, *Virgines autem, quæ conveniunt cum aliquibus, tanquam sorores, habitare prohibemus.* Vetus interpres, *cui* (l. quæ) *vero convenerint virgines aliquibus sicut sorores vetamus.* Sed sensus in utraque lectione idem est. Nam tantumdem est virgines viros vocare fratres, atque viros istos eas vocare sorores. Mos enim, ut videtur, tum temporis obtinebat, ut virgines nonnullæ cum viris tanquam cum fratribus suis cohabitarent, quæque ab iis propterea *Sorores* dictæ sunt, et nonnunquam ἀγαπηταὶ *dilectæ*, ut et viri isti ἀγαπητοὶ *dilecti* earum ab ipsis nuncupati sunt. Quod etiam a Justiniano diaconissis ordinandis prohibetur edicente *Volumus autem et ipsas, quæ ad ordinationem verducuntur, diaconissas, sive ex viduitate, sive ex virginitate non cum aliquo cohærentes, aut cognatorum, aut eorum, quos appellant dilectos (talibus enim nominibus utentes) maligna suspicione suam replent vitam) sed aut solæ habitent, aut cum parentibus solis, filiis, aut vere fratribus.* Justinian. Novel. 6, c. 6, ubi ultima verba, *aut vere fratribus*, indigitant, eas cum aliquibus tanquam fratribus, qui tamen vere fratres non erant cohabitare solitas. Et hujusmodi sane virgines eædem fuerunt, quæ a concilio Nicæno primo συνείσακτοι dictæ sunt; utpote quas præsens etiam canon vocat τὰς συνερχομένας παρθένους τισὶν, ὡς ἀδελφοῖς. De quibus in annotationibus ad tertium dicti Nicæni concilii canonem fusius disseruimus.

(87) *Ἐπαγγελλομένας συνέρχεσθαι.* Codex Amerbachianus, necnon Gallandi legit ἐπαγγελλομένας φυλάττειν συνέρχεσθαι.

Digitized by Google

ARIST. « Qui virginitatem professus est, et votum « irritum facit, quadriennio segregetur. Et virgines ad aliquos tanquam fratres ne accedant. »

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ ἐπαγγειλάμενος παρθενίαν, καὶ ἀθετῶν, τετραετίαν ἀφοριζέσθω· καὶ αἱ παρθένοι, « ὡς ἀδελφοῖς τισι μὴ προσίτωσαν. »

Hic quidem canon in latitudine sua eum qui virginitatem professus est, eamque rejicit, digamorum definitionem explere jubet. Digami autem pœna, ut dicit quartus Basilii magni canon, hoc est, nempe anno segregari : quamvis alii Patrum cum biennio segregant. Sed idem Basilius magnus in undevicesimo suo canone docet quod virorum de virginitate professiones non novimus, præterquam si qui seipsos monachorum ordini connumerant : sed et de viris istis qui cœlibatum professi sunt consentaneum videtur, ut ipsi interrogentur, et evidens
397 eorum accipiatur professio, ut postquam professionem suam irritam fecerint, et ad carnalem et voluptariam vitam retrocesserint, eorum qui fornicantur pœnæ subjiciantur. Qui hujus itaque canonis synopsim fecit digamorum segregationem in latitudine positam in eum qui cœlibatus professionem irritam facit transtulit. Quod autem a Basilio magno infertur, tali apponitur, videlicet fornicatorum pœna. Tandem autem talium pœna septem est annorum, istis duos annos deflentibus, duos audientibus, alios autem duos substratis, et in unum cum fidelibus consistentibus, octavo vero ad sacramentorum participationem admissis, ut quinquagesimus ejusdem Basilii magni canon statuit. Inveniuntur autem quandoque nonnulli qui fornicationis pœnæ obnoxii sunt, et quatuor annis castigantur : uno quidem deflentes extra ecclesiæ ambitum stantes, secundo autem ad auditionem admissi, tertio ad pœnitentiam cum substratis collocati, quarto autem cum populo conveniunt, ab oblatione abstinentes ; et in quinto boni communionem consequentes : ut qui mulieres vel clam vel vi a se vitiatas habent, quemadmodum vicesimus secundus ejusdem sancti canon statuit. Secundum illum canonem, ut videtur, qui hujus canonis synopsim fecit, minorem fornicatorum pœnam, sive quadriennium apposuit. Prohibet autem et hic canon virgines cum viris sub quocunque prætextu conversari.

Ὁ μὲν κανὼν οὗτος, ἐν τῷ πλάτει τὸν ἐπαγγειλάμενον παρθενίαν, καὶ ἀθετοῦντα αὐτὴν, τὸν τῶν διγάμων ὅρον ἐκπληροῦν ἀπαιτεῖ. Τὸ δὲ ἐπιτίμιον τοῦ διγάμου, ὡς ὁ τέταρτος κανὼν τοῦ μεγάλου Βασιλείου λέγει τοῦτό ἐστι· τὸ ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀφορίζεσθαι· κἂν ἄλλοι τῶν Πατέρων ἐπὶ διετίαν τοῦτον ἀφώρισαν. Ὁ δὲ αὐτὸς μέγας Βασίλειος, ἐν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ κανόνι αὐτοῦ παρίστησιν ὡς Ὁμολογίας ἀνδρῶν περὶ παρθενίας οὐκ ἔγνωμεν· εἰ μή πού τινες ἑαυτοὺς τῷ τῶν μοναζόντων τάγματι κατηρίθμησαν· πλὴν καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἀνδρῶν παρθενίαν ἐπαγγελλομένων, ἐκεῖνο προσῆκον ἡγεῖται εἶναι, τὸ ἐρωτᾶσθαι αὐτοὺς, καὶ τὴν ὁμολογίαν αὐτῶν ἐναργῆ λαμβάνειν· ὥστε, ἐπειδὰν τὴν ὁμολογίαν αὐτῶν ἀθετήσωσι, καὶ πρὸς τὸν φιλόσαρκον καὶ ἡδονικὸν βίον μετατεθῶσι, τῷ τῶν πορνευόντων ἐπιτιμίῳ αὐτοὺς καθυπάγεσθαι. Ὁ γοῦν συνοψίσας τὸν παρόντα κανόνα τὸν μὲν ἐν τῷ πλάτει κείμενον ἀφορισμὸν τῶν διγάμων τῷ ἀθετοῦντι τὴν παρθενίαν παρέδραμε· τὸ δὲ παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐπαγόμενον τῷ τοιούτῳ προσέθετο· ἦγουν τὸ τῶν πορνευόντων ἐπιτίμιον. Ἐπεὶ δὲ ἡ ἐπιτίμησις τῶν τοιούτων ἐν ἑπτά ἐστιν ἔτεσι· δύο μὲν προσκλαιόντων, δύο δὲ ἀκροωμένων, ἐφ' ἑτέροις δὲ δυσὶν ὑποπιπτόντων, καὶ ἐν ἑνὶ τοῖς πιστοῖς συνισταμένων, τῷ δὲ ὀγδόῳ παραδεχομένων εἰς τὴν μετοχὴν τῶν ἁγιασμάτων, καθὼς ὁ πεντηκοστὸς ἔνατος τοῦ αὐτοῦ μεγάλου Βασιλείου κανὼν διορίζεται· εὑρίσκονται δέ ποτε καί τινες τῇ τῆς πορνείας ἐπιτιμίᾳ ὑπεύθυνοι ὄντες, καὶ ἐν τέσσαρσιν ἔτεσι τὴν ἐπιτίμησιν ἔχοντες· ἐν ἑνὶ δὲ προσκλαίοντες, ἔξω τῶν περιβόλων τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενοι, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ εἰς ἀκρόασιν παραδεχόμενοι, ἐν τῷ τρίτῳ εἰς μετάνοιαν μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων ταττόμενοι· ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ εἰς σύστασιν μετὰ τοῦ λαοῦ, τῆς προσφορᾶς ἀπεχόμενοι· καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας ἐπιτυγχάνοντες· ὡς οἱ γυναῖκα ἔχοντες ἐκ διαφορᾶς λαθρσίας, ἢ καὶ βιαιοτέρας, καθὼς ὁ εἰκοστὸς δεύτερος κανὼν τοῦ αὐτοῦ ἁγίου διαλαμβάνει· κατ' αὐτὸν τὸν κανόνα, ὡς ἔοικεν, τὸν παρόντα συνοψίσας κανόνα, τὸ ἧττον ἐπιτίμιον τῶν πορνευόντων, ἦγουν τὴν τετραετίαν, προσέθετο. Κωλύει δὲ ὁ κανὼν οὗτος καὶ τὰς παρθένους μετὰ ἀνδρῶν ὅλως συναναστρέφεσθαι καθ' οἱανδήτινα πρόφασιν.

CANON XX.

Si alicujus uxor adulterata fuerit, vel quis eam « adulteraverit, oportet eum in septem annis « quod perfectum est assequi, per gradus qui eo « deducunt. »

BALS. In septimo octogesimo et in nonagesimo octavo canone synodi in Trullo, de adultero et adultera sufficienter tractavimus. Præsens autem canon eos sancta communione dignos esse habendos decrevit, post septem annos in gradus pœnarum dispertitos. Lege et unum et vicesimum et vicesimum secundum canonem sancti Basilii.

ΚΑΝΩΝ Κ'.

« Ἐάν τινος γυνὴ μοιχευθῇ, ἢ μοιχεύσῃ τις, ἐ « ἑπτὰ ἔτεσι δεῖ αὐτὸν τοῦ τελείου τυχεῖν κατὰ τοὺς « βαθμοὺς τοὺς προάγοντας. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ πζ' καὶ ιη' κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου ἀρκούντως διελάβομεν περὶ μοιχαλίδος καὶ μοιχοῦ. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται ἀξιοῦσθαι τοιούτους τῆς ἁγίας μεταλήψεως μετὰ ἑπτὰ ἔτη καταμεριζόμενα εἰς τοὺς βαθμοὺς τῶν ἐπιτιμίων. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν κα' κανόνα καὶ κβ' τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

Digitized by Google

ΖΩΝΑΡ. Τὴν μοιχαλίδα καὶ τὸν μοιχὸν δι' ἑπτὰ ἐτῶν ὥρισεν ἡ σύνοδος αὕτη εἰς τὸ τέλειον ἔρχεσθαι, ἤγουν εἰς τὴν ἁγίαν μετάληψιν· τοὺς δὲ ἑπτὰ ἐνιαυτοὺς καταμερίζεσθαι εἰς τοὺς τῶν ἐπιτιμίων βαθμούς.

ΑΡΙΣΤ. « Ἡ μοιχαλὶς καὶ ὁ μοιχὸς ἑπταετίαν ἀφ-
« οριζέσθωσαν. »

Καὶ ὁ ὀγδοηκοστὸς ἕβδομος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου ἐν ἑπτὰ ἔτεσι τῷ μοιχῷ ἐπάγει τὴν ἐπιτίμησιν, καθὼς δὴ καὶ ὁ παρὼν διαλαμβάνει κανών· ὥστε ἐνιαυτὸν μὲν ἕνα προσκλαίειν, διετίαν ἐπικροᾶσθαι, τριετίαν ὑποπίπτειν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ οὕτω καταξιοῦσθαι τῆς προσφορᾶς, ἐὰν μετὰ δακρύων ποιήσεται τὴν μετάνοιαν. Ὁ δὲ πεντηκοστὸς ὄγδοος κανὼν τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐν πεντεκαίδεκα ἔτεσιν ἐπιτιμᾷ τὸν μοιχόν· ὥστε ἐν τέσσαρσι μὲν προσκλαίειν, ἐν πέντε δὲ ἀκροᾶσθαι, ἐν τέσσαρσιν ὑποπίπτειν, ἐν δυσὶ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ μετὰ ταῦτα ἀξιοῦσθαι τῆς κοινωνίας.

ΖΩΝΑR. Adulteram et adulterum, septem annorum spatio ad id quod perfectum est, sacram videlicet communionem synodus pervenire decernit. Septem porro annos pro variis pœnitentium gradibus dividi jubet,

ARIST. « Adultera et adulter septennio segre-
« gentur. »

Et octogesimus septimus sextæ in Trullo synodi canon septem annorum pœnam adultero infert, quemadmodum et præsens canon constituit. Ut unum quidem annum defleat, biennium audiat, triennium substernatur, et septimo cum fidelibus conveniat, et sic oblatione dignus habeatur, si cum lacrymis pœnitentiam egerit. At quinquagesimus octavus Basilii magni canon adulterum quindecim annorum pœnæ subjicit : ut quatuor quidem defleat, quinque vero audiat, quatuor substernatur, duos cum fidelibus congregetur, et postea communione dignus censeatur.

ΚΑΝΩΝ ΚΑ'.

« Περὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐκπορνευουσῶν, καὶ ἀναι-
« ρουσῶν τὰ γεννώμενα (88), καὶ σπουδαζουσῶν
« φθόρια ποιεῖν· ὁ μὲν πρότερος ὅρος μέχρις
« ἐξόδου ἐκώλυσεν, καὶ τούτῳ συντίθενται· φιλ-
« ανθρωπότερον δέ τι εὑρόντες, ὡρίσαμεν δε-
« καέτη χρόνον κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὡρι-
« σμένους πληρῶσαι. »

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ ὅρου ἀρχαιοτέρου ἐκκλησιαστικοῦ κατὰ μόνας τὰς τελευταίας ἀναπνοὰς τῆς τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλήψεως ἠξιοῦντο αἱ συλλαβοῦσαι λαθραίως, καὶ διὰ τὸ μὴ ἐπιγνωσθῆναι ἀναιροῦσαι τὰ ἔμβρυα αὐτῶν καθ' οἱονδήτινα λόγον. Οἱ δὲ τῆς συνόδου ταύτης Πατέρες, φιλανθρωπευσάμενοι, ὥρισαν μετὰ δέκα ἐνιαυτοὺς μεριζομένους εἰς τοὺς τέσσαρας βαθμοὺς τῶν ἐπιτιμίων, ἤγουν εἰς τὸν τοῦ προσκλαίοντος, τὸν τοῦ ἀκροωμένου, τὸν τοῦ ὑποπίπτοντος, καὶ τὸν τοῦ συνεστῶτος, μεταλαμβάνειν αὐτάς. Φθόριον δέ ἐστιν ἅπαν φάρμακον φθεῖρον τὸ ἐγκυμονούμενον. Ἀνάγνωθι τὸν β' κανόνα τοῦ ἁγίου

398 CANON XXI.

« De mulieribus, quæ sunt fornicatæ, et fetus in
« utero perimunt, et fetuum necatoriis medica-
« mentis faciendis dant operam ; prior quidem
« definitio usque ad vitæ exitum prohibebat, et
« ei quidam assentiuntur; sed humanitate ta-
« men utentes, decrevimus ut decennium per
« gradus præfinitos impleant. »

BALS. Antiquiore ecclesiastica definitione, in sola ultima respiratione divinorum sacramentorum participatione dignæ habebantur eæ, quæ cum clam concepissent, ne id cognosceretur, suos fetus in utero necabant quovis modo. Hujus autem synodi Patres, usi humanitate, post decem annos in pœnarum quatuor gradus dispertitos, scilicet ejus qui deflet, ejus qui audit, ejus qui supplex substernitur, et ejus qui ad preces fidelium congregatur, eas posse sacramentis communicare statuerunt. Φθόρια autem dicuntur omnia medicamenta, quæ, quod in utero conceptum est, peri-

Guill. Beveregii notæ.

(88) *Καὶ ἀναιρουσῶν τὰ γεννώμενα.* Fetum in utero necare Tertullianus olim interdictum asserit, dicens, *Nobis vero homicidio semel interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem deliberatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est prohibere nasci : nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet : homo est et qui est futurus, et fructus omnis jam in semine est.* Tertull. *Apol.* c. 9. De hoc atroci flagitio intelligendus est Lactantius, ubi ait, *Verum homines, ne quid sit facinus, quo manus suas non polluant, ruribus adhuc et simplicibus animis abnegant lucem non a se datam.* Lactant. l. VI, c. 20. Hoc autem per medicamenta quædam a mulierculis impense improbis epota perpetrari solet. De quibus Juvenalis *Satyr.* 6, ait :

Tantum artes hujus, tantum medicamina possunt,
Quæ steriles facit, atque homines in ventre necandos.

Et Minutius Felix in Octavio, dicens, *Vos enim video procreatos filios nunc feris et avibus exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere elidere : sunt quæ in ipsis visceribus medicaminibus epotis originem futuri hominis exstinguant, et parricidium faciant, antequam pariant.* De hoc facinore jus civile sic statuit, *Qui abortionis aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur. Quod si eo mulier aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur*, l. XXXVIII, sect. 5 *De pœnis.* Hujusmodi medicamenta, a præsenti quidem canone φθόρια dicuntur; sed a synodo Trullana, can. 91, ἀμβλωθρίδια appellantur. Quæ vox eodem sensu ab Athenagora quoque usurpatur, dicente, Καὶ οἱ τὰς τοῖς ἀμβλωθριδίοις χρωμένας, ἀνδροφονεῖν τε καὶ λόγον ὑφέξειν τῆς ἐξαμβλώσεως τῷ Θεῷ φαμεν, κατὰ ποῖον ἀνδροφονοῦμε. λόγον. Athenag. leg. pro Christian. In scholiis ad Basilic. lib. LX, tit. 39, ἀμβλωθρίδια scribitur. Ubi etiam legimus, καὶ αἱ ἀμβλωθρίδια διδοῦσαι φάρμακα φονεύτριαί εἰσι, καὶ αὐταὶ καὶ αἱ δεχόμεναι τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητήρια. Quæ ex nonagesimo primo synodi Trullanæ canone desumpta sunt. Suidas autem de voce Ἀμβλωθρίδιον ait, quod sit, αὐτό τε τὸ φθόριον φάρμακον, καὶ δὴ καὶ τὸ διαφθαρέν

Digitized by Google

munt. Lege secundum canonem sancti Basilii, et nonagesimum primum synodi in Trullo, et eorum interpretationem.

ZONAR. Mulieres ex concubitu furtivo prægnantes, ne flagitium uterus prodat, fetum, aut gravi pondere ad alvum premendam superinjecto, aut epotis ad conceptum abigendum medicamentis, data opera interficiunt. Eas igitur mulieres toto vitæ tempore a communione arcendas, tantumque in extremo vitæ articulo ad sacrorum mysteriorum perceptionem admittendas, priori constitutione definitum esse hic canon affirmat. Nos vero, inquiunt synodi Patres, mitiore excogitato remedio, decennium constituimus; eoque per definitos gradus vicissim exacto, hoc est certo tempore in singulis pœnitentium locis, lugentium scilicet, audientium, in substratione degentium, et cum cæteris astantium, expleto, sacram illis communionem impertiri haud vetamus. Magnus quoque Basilius secundo ipsius canone, quæ mulieres sponte uterum vitiavere, decennii multa puniri jubet. Quamvis curationem non temporis longitudine, sed pœnitendi modo definiri oportere demonstret,

ARIST. « Meretrices medicamenta noxia accipion-
« tes, decennio subjiciantur. »

Mulieres quæ pharmaca noxia accipiunt ad fetus suos in utero necandos, decem annos castigentur. Duos quidem annos extra ecclesiæ ambitum stantes, et deflentes, tres autem ad basilicas fores immorantes, et divinas audientes Scripturas, aliud autem triennium in postica ambonis parte substratæ et cum catechumenis egredientes, unum autem annum cum fidelibus convenientes et precationum partem habentes. Et sic post hosce gradus perfectione dignæ habentur.

CANON XXII.

« De involuntariis cædibus, prior quidem consti-
« tutio jubet in septennio per præfinitos gradus
« esse perfecti participes : secunda vero quin-
« quennii tempus implere. »

BALS. Magnus Basilius in suo canone octavo et in septimo quinquagesimo fusius de voluntariis et involuntariis cædibus disserit. Tu igitur illos perlege, tum accuratius disces, quænam involuntariæ sint et voluntariæ cædes; et quales illarum pœnæ. Lege et quæ a nobis scripta sunt, cum canonem 91 synodi in Trullo exponeremus.

399 ZONAR. Hic quidem canon voluntariam cædem communionis privatione multat, ejusque auctorem perpetuo a sanctorum perceptione extremo vitæ articulo duntaxat excepto arceri jubet. Magnus vero Basilius sexto et quinquagesimo canone viginti annorum spatium ei sceleri luendo constituit, idque ita describit; ut auctorem facinoris quadriennio lugere, quinquennio audire, septem annis substerni, et quatuor annis subsistere in fidelium conventu velit; quibus postmodum exactis, ad sacramentorum communionem admittendus sit.

Βασιλείου καὶ τὸν ιᾱ' τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτῶν.

ΖΩΝΑΡ. Γυναῖκες λάθρα τισὶ μιγνύμεναι καὶ συλλαμβάνουσαι, ἵνα μὴ γνωσθῶσιν, ἀναιροῦσι τὰ ἔμβρυα ἐξεπίτηδες ἢ βάρη ταῖς κοιλίαις ἑαυτῶν ἐπιτιθεῖσαι καὶ συμπιέζουσαι ταύτας, ἢ φάρμακά τινα πίνουσαι, καὶ φθείρουσι τὰ κυοφορούμενα. Ταύτας οὖν, φησὶν ὁ κανὼν οὗτος, ὅτι ὁ πρότερος ὅρος ἐτετίμησεν ἀκοινωνησίᾳ μέχρι θανάτου, καὶ ὥστε ἐν τῷ θνήσκειν μόνον ἀξιοῦσθαι τῆς θείας μεταλήψεως. Ἡμεῖς δὲ, φασὶν οἱ τῆς συνόδου Πατέρες, φιλανθρωπότερόν τι εὑρόντες, δεκαετίαν ὡρίσαμεν, ὥστε διὰ δέκα ἐτῶν καταμεριζομένων εἰς τοὺς ὡρισμένους βαθμοὺς, ἤτοι τοὺς τόπους τῶν ἐπιτιμίων, τὸν τοῦ προσκλαίοντος, τὸν τοῦ ἀκροωμένου, τὸν τοῦ ὑποπίπτοντος, τὸν τοῦ συνεστῶτος, ἀξιοῦσθαι τῆς θείας μεταλήψεως. Καὶ ὁ μέγας δὲ Βασίλειος ἐν δευτέρῳ αὐτοῦ κανόνι, ταῖς κατ' ἐπιτήδευσιν φθειρούσαις τὰ ἔμβρυα δεκαετίαν ἐπιτιμᾷ. Λέγει δὲ δεῖν μὴ χρόνῳ, ἀλλὰ τρόπῳ τῆς μετανοίας ὁρίζειν τὴν θεραπείαν.

ΑΡΙΣΤ. « Αἱ πόρναι, λαμβάνουσαι φθόρια, δεκαε-
« τίαν ὑποπιπτέτωσαν. »

Αἱ δεχόμεναι δηλητήρια ἐπὶ τῷ τὰ ἔμβρυα αὐτῶν ἀνελεῖν, ἐπὶ δέκα ἐπιτιμάσθωσαν ἔτεσι· δύο μὲν ἔτη ἔξω τοῦ περιβόλου τῆς ἐκκλησίας ἱστάμεναι καὶ προσκλαίουσαι, τρία δὲ παρὰ τοῖς βασιλικοῖς ἑστῶσαι πυλῶσι, καὶ τῶν θείων Γραφῶν ἀκροώμεναι· ἄλλην δὲ τετραετίαν ἐντὸς τοῦ περιβόλου τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ ὀπισθίῳ μέρει τοῦ ὄμβωνος ὑποπίπτουσαι, καὶ μετὰ τῶν κατηχουμένων συνεξιοῦσαι, ἐπὶ δὲ ἐνιαυτὸν συνιστάμεναι τοῖς πιστοῖς, καὶ τῶν εὐχῶν κοινωνοῦσαι· καὶ οὕτω μετὰ τοὺς βαθμοὺς τούτους τῆς τελειώσεως ἀξιούμεναι.

ΚΑΝΩΝ ΚΒ'.

« Περὶ ἀκουσίων φόνων ὁ μὲν πρότερος ὅρος ἐν
« ἑπταετίᾳ κελεύει τοῦ τελείου μετασχεῖν κατὰ
« τοὺς ὡρισμένους βαθμούς· ὁ δὲ δεύτερος τὸν
« πενταέτη χρόνον πληρῶσαι. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ἡ' κανόνι αὐτοῦ καὶ ἐν τῷ νζ' πλατύτερον περὶ φόνων ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων διαλαμβάνει. Καὶ ἀνάγνωθι τούτους, καὶ μάθοις ἀκριβέστερον ποῖοί τε εἰσὶν οἱ ἀκούσιοι φόνοι, καὶ τίνα τὰ κατὰ τούτων ἐπιτίμια. Ἀνάγνωθι καὶ τὰ παρ' ἡμῶν γραφέντα εἰς τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ιᾱ' κανόνος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Οὗτος μὲν ὁ κανὼν ἀκοινωνησίᾳ ἐπιτιμίῳ κολάζει τὸν ἑκούσιον φόνον, μὴ συγχωρῶν μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων τὸν ἑκουσίως φονεύσαντα εἰ μὴ ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου· ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν πεντηκοστῷ ἕκτῳ κανόνι εἰκοσαετίαν ὁρίζει ἐπὶ τούτῳ, οὕτως αὐτὴν διαιρῶν· προσκλαίειν μὲν τετραετίαν, ἀκροᾶσθαι δὲ πέντε ἔτη, ὑποπίπτειν δὲ ἑπτὰ, καὶ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς ἐπὶ τετραετίαν, καὶ τούτων ἐκμετρουμένων μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ ἀκουσίως φονευτὴς πενταετίαν ὑποπιπτέτω. »

Περὶ τοῦ ἀκουσίου φονευτοῦ οὗτος μὲν ὁ κανὼν πενταετίαν ὁρίζει εἰς ἐπιτίμησιν· ὁ δὲ νζ' τοῦ Βασιλείου κανὼν δύο ἔτη προσκλαίειν τὸν τοιοῦτον παρακελεύεται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις διατελεῖν, τέσσαρα ὑποπίπτειν, καὶ ἐν ἐνιαυτῷ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς· ὥστε διὰ δεκαετίας τυγχάνειν τῆς τελειώσεως, καὶ ἀξιοῦσθαι τῆς κοινωνίας.

ARIST. « Involuntarius sternatur homicida quinquennio sub. »

De involuntario homicida hic quidem canon quinquennium in pœnam statuit. At Basilii canon 57 duos annos talem deflere jubet, tres annos inter audientes agere, quatuor substerni, et uno anno cum fidelibus consistere, adeo ut post decennium perfectionem assequatur, et communione dignus habeatur.

ΚΑΝΩΝ ΚΓ'.

« Περὶ ἐκουσίων φόνων ὑποπιπτέτωσαν μὲν (89), « τοῦ δὲ τελείου ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου καταξιούσθωσαν. »

CANON XXIII.

« De voluntariis cædibus, supplices quidem substernantur : eo autem quod perfectum est in « fine vitæ digni habeantur. »

ΒΑΛΣ. Τὰ τῶν ἑκουσίων φόνων ἐπιτίμια ὁ νς' κανὼν τοῦ ἁγίου Βασιλείου ὑποτυποῖ· καὶ πρόσσχες μᾶλλον τοῖς ἐν αὐτῷ.

BALS. Voluntariarum cædium pœnas canon 56 sancti Basilii describit : et magis mentem adhibe iis, quæ in eo scripta sunt.

ΖΩΝΑΡ. Τίνες εἰσὶν ἀκούσιοι φόνοι καὶ τίνες ἑκούσιοι, ὁ μέγας Βασίλειος ἐν ὀγδόῳ αὐτοῦ κανόνι ὁρίζεται. Ἐν δὲ τῷ νζ' κανόνι ἐπὶ δεκαετίαν ἀκοινώνητον εἶναι τὸν ἀκουσίως φονεύσαντα διορίζεται. Οὕτω δὲ τὴν δεκαετίαν καταμερίζει εἰς τοὺς τόπους τῶν ἐπιτιμίων. Δύο μέν, φησὶν, ἔτη προσκλαύσει ἔξω τοῦ ναοῦ ἑστώς· τρία δὲ ἔτη ἐν ἀκροάσει ἔσται· τέσσαρα δὲ ἔτη ὑποπεσεῖται, καὶ ἐνιαυτὸν στηθήσεται, καὶ τῷ ἐξῆς εἰς τὰ ἅγια δεχθήσεται.

ZONAR. Quænam invitæ cædes, quæ vero voluntate susceptæ dici debeant, aperte octavo canone magnus Basilius constituit. Qui vero cædem invitus patravit, ei toto decennio communione interdictum esse quinquagesimo septimo canone jubet. Decennium porro pro variis pœnitentium locis ea ratione distribuit, ut duobus primum annis inter lugentes extra templi fores, tribus inter audientes degere, quatuor in substratione explere, extremo inter fideles consistere, ac ita deinceps illum ad sacramentorum communionem admitti licere decernat.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ αὐθαίρετος ἀνδροφόνος ἐν τῷ τέλει « τοῦ τελείου τυγχανέτω. »

ARIST. « Voluntarius homicida in fine vitæ perfectionem consequatur. »

Ὁ ἑκουσίως φονεύων ἐν τῷ τέλει τοῦ βίου καταξιοῦται τῆς τελειώσεως, καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλαμβάνει, κατὰ τὸν παρόντα κανόνα. Ὁ δὲ πεντηκοστὸς ἕκτος κανὼν τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐπὶ εἴκοσι ἔτεσιν τὸν ἑκούσιον φονέα ἀπείργει τῆς κοινωνίας· τέσσαρα μὲν ἔτη διοριζόμενος προσκλαίειν αὐτὸν, πέντε δὲ ἔτη ἀκροᾶσθαι, ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν ὑποπίπτειν, καὶ ἐν τέσσαρσι συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ μετὰ ταῦτα μετασχεῖν τῶν ἁγιασμάτων.

Qui voluntarie aliquem occidit in vitæ exitu perfectione dignus censetur, et de sacramentis divinis participat, secundum præsentem canonem. At quinquagesimus sextus Basilii magni canon voluntarium homicidam viginti annos a communione arcet, quatuor quidem annos eum deflere jubens, quinque autem annos audire, septem substerni, et quatuor cum fidelibus consistere, et postea sacramentorum participem esse.

ΚΑΝΩΝ ΚΔ'.

« Οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν

CANON XXIV.

« Qui vaticinantur, et gentium consuetudines se-

Guill. Beveregii notæ.

(89) *Ὑποπιπτέτωσαν μέν.* Quid sit proprie ὑποπτωσις inter pœnitentiæ gradus, in annotationibus ad undecimum primæ œcumenicæ synodi canonem edocuimus. Hic insuper observetur, omnes istos gradus præter τῶν ἀκροωμένων, in scholiis ad Basilica, juxta quæ ibi diximus, sic describi : Ὑπόπτωσίς ἐστιν ἡ ἔξω τοῦ περιβόλου τῆς ἐκκλησίας ἐν τῷ ὀπισθίῳ μέρει τοῦ ἀμβῶνος στάσις, ὅτε αὐτὸς τῇ τῶν κατηχουμένων συνεξέρχεται ἐκφωνήσει· σύστασις ἡ μέχρι τῆς πληρώσεως τῆς θείας λειτουργίας σὺν τοῖς πιστοῖς στάσις. Μετοχὴ τῶν ἁγιασμάτων, ἡ τοῦ ζωοποιοῦ Δῶρου κοινωνία. Πρόσκλαυσις τὸ ἑστάσθαι ἔξω τοῦ περιβόλου τῆς ἐκκλησίας τὸν ἁμαρτήσαντα, καὶ ἑκάστῳ τῶν εἰσιόντων ἐπιλέγειν μετὰ κλαυθμοῦ, εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, προπίπτοντα καὶ τοῖς πόσιν αὐτοῦ. Quæ verba ab interprete male intellecta, sic interpretor ; Ὑπόπτωσις *substratio est intra ambitum ecclesiæ in postica ambonis parte statio, cum ipse etiam* (qui ibi stat) *una cum catechumenorum exclamatione egreditur.* Σύστασις *sive consistentia est statio cum fidelibus usque ad expletam divinam liturgiam. Participatio sacramentorum est vivificantis panis communio.* Πρόσκλαυσις *sive fletus, est consistere delinquentem extra ecclesiæ ambitum, et singulis, qui ingrediuntur, dicere cum fletu, ut pro ipso orent, ad pedes etiam eorum procidentem.* Schol. ad Basil. l. LX, c. 59, initio. Quid autem sibi velit vox ὑποπιπτέτωσαν hoc in loco, non adeo certum est. Vel ita enim intelligatur, ut voluntariæ cædis rei inter substratos perpetuo usque ad vitæ exitum mancant : vel ita ut ὑπόπτωσιν, nisi moribundi, nunquam transiliant. Sed prius nobis non arridet, propterea quod, qui tanto crimine tenentur, humiliores haud dubie gradus peragrare debent, priusquam ad substratos veniant : adeo ut sensus huc potius redire nobis videatur, ut qui tantum scelus admiserint, aliis peragratis pœnitentium gradibus, ὑποπιπτέτωσαν μέν, inter substratos quidem admittantur, sed ita ut communionis non sint participes, usquedum morituri fuerint.

Digitized by Google

« quuntur, vel in suas ædes aliquos introducunt, A « ad medicamenta arte invenienda, vel lustra- « tionem, in quinquennii canonem incidant, « secundum gradus definitos; tres annos sub- « strationis, et duos annos orationis sine obla- « tione. »

BALS. Non solos præstigiatores et vates puniunt canones, sed et eos etiam qui illis utuntur. Quoniam ergo nonnulli ægrotantes, et artibus magicis se ita affici existimantes, vel etiam cum quasdam res ad se pertinentes perdidissent, incantatores in ædes suas accersebant, qui pollicebantur se artes magicas inventuros, ex quibus scilicet ægrotantes decumbebant, et eorum abominationem expiaturos; vel id etiam, quod amissum erat, indicaturos; alii vero gentilibus consuetudinibus B mentem adhibentes, de felicibus et infelicibus eventis interrogabant astrologos **400** et alios, qui dæmoniaca opera tractant: statuerunt Patres, ut ii quinquennio pœnas darent; ut tribus scilicet annis essent substrati; et postea divina sacramenta percipere digni existimarentur. Lege etiam 61 canonem syn. in Trullo, et quæ in eum scripta sunt; et 83 canonem sancti Basilii, eos sexennio punientem. Memento autem, eos etiam iisdem pœnis subjiciendos, qui incantatricibus et critriis, et iis, quæ cum hordeo divinant, fidem adhibent.

ZONAR. Vaticiniis uti Christianum hominem, ethnicorum et Græcorum consuetudines sectari, C atque ad mali pharmaci cujuspiam, hoc est veneficii inventionem præstigiatores admittere (quibusdam forte in ea re tunc nimium curiosis), vel eos ad remedia veneficiis quærenda adhibere hic canon vetat: quique iis usi fuerint, quinquennii pœnam persolvere, ac tribus quidem annis substerni, duobus in conventu fidelium consistere, precationique simul vacare, quinquennio vero expleto ad Boni præterea communionem admitti jubet. Magnus vero Basilius octogesimo tertio canone, ejusmodi homines sexennii pœna puniendos esse decernit.

ARIST. « Qui vaticiniis utitur, et qui quempiam « in domum veneficii exquirendi, aut lustrationis « causa introducit, quinquennio subjaceat. »

Qui vatibus aut incantatoribus, aut amuletorum præbitoribus, vel aliis istiusmodi seipsum tradit, ut revelentur quæ in desiderio habet, vel per medicamenta malum male sanat, triennium substernetur, et biennium cum fidelibus consistet, et precum solarum particeps erit, et sic post quinquennium de oblatione participabit. At sexagesimus primus sextæ synodi in Trullo canon talem a communione sex annos arcendum statuit.

CANON XXV.

« Quidam, cui erat desponsa puella, sororem ejus « vitiavit, ita ut ea etiam conciperet. Sponsam « autem postea uxorem duxit: ea autem cui

« ἐθνῶν κατακολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς « τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν, « ἢ καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν « τῆς πενταετίας κατὰ τοὺς βαθμοὺς ὡρισμένους « τρία ἔτη ὑποπτώσεως, καὶ δύο ἔτη εὐχῆς, χωρὶς « προσφορᾶς. »

Οὐ μόνους τοὺς γόητας καὶ τοὺς μάντεις κολάζουσιν οἱ κανόνες, ἀλλὰ καὶ τοὺς χρωμένους αὐτοῖς. Ἐπεὶ οὖν τινες νοσηλευόμενοι, καὶ νομίζοντες ἀπὸ φαρμακειῶν πάσχειν, ἢ καὶ ἀπολέσαντές τινα τῶν προσόντων αὐτοῖς, μετεκαλοῦντο γόητας εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν, ἐφευρεῖν ἐπαγγελλομένους ἐν αὐτοῖς τὰς μαγείας, ἐξ ὧν δῆθεν κατεκλίθησαν οἱ νοσηλευόμενοι, καὶ καθᾶραι τὸ ἀπὸ τούτων μῦσος, ἢ καὶ τὸ ἀπολεσθὲν καταμηνύσαι· ἄλλοι δὲ συνηθείαις ἐθνικαῖς προσέχοντες περὶ εὐτυχημάτων καὶ δυστυχημάτων ἐρωτήσει· ἐποιοῦντο ἀπὸ ἀστρολόγων καὶ ἑτέρων δαιμωνιώδη μεταχειριζομένων ἔργα· ὥρισαν οἱ Πατέρες ἐπὶ πενταετίαν τούτους ἐπιτιμᾶσθαι, ἤγουν ἐπὶ μὲν τρισὶν ἔτεσιν ὑποπίπτειν, ἐν δὲ δυσὶν ε�ύχεσθαι μετὰ τῶν πιστῶν, καὶ μετὰ ταῦτα ἀξιοῦσθαι τῶν θείων ἁγιασμάτων. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ξα' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γραφέντα, καὶ τὸν πγ' κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐπὶ ἐξαετίαν ἐπιτιμῶντα τούτους. Ἔχε δὲ ἐπὶ μνήμης ὅτι τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποβάλλονται καὶ οἱ προσερχόμενοι γοητευτρίαις καὶ κριτρίαις καὶ ταῖς μετὰ κριθῶν μαντευομέναις.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ κεχρῆσθαι μαντεύμασι καὶ ταῖς ἐθνικαῖς ἢ καὶ Ἑλληνικαῖς ἀκολουθεῖν συνηθείαις τοὺς Χριστιανούς, καὶ γόητας προσδέχεσθαι ἐπὶ ἀνευρέσει φαρκακειῶν ἤτοι μαγειῶν ὡς τάχα παρά τινων περιεργασθέντας, ἢ ἐπὶ καθάρσει τῶν γοητειῶν προσκαλεῖσθαι αὐτούς, ἀπηγόρευται, καὶ τοὺς τούτοις χρωμένους ὁ κανὼν ὑπὸ ἐπιτίμιον ποιεῖται πενταετίας, ὡς τρία ἔτη ὑποπίπτειν, καὶ δύο ἔτη συνεύχεσθαι τοῖς πιστοῖς· μετὰ δὲ τὴν πενταετίαν ἀξιοῦνται καὶ τῆς τοῦ Ἁγαθοῦ μεταλήψεως. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν ὀγδοηκοστῷ τρίτῳ κανόνι ἐξαετίας ἐπιτιμίῳ τοὺς τοιούτους κολάζει.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ καταμαντευόμενος, καὶ ὁ εἰσάγων « τινὰ ἐν τῷ οἴκῳ ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν, ἢ D « καθάρσει, πενταετίαν ὑποπιπτέτω. »

Ὁ μάντεσιν, ἢ γοητευταῖς, ἢ φυλακτηρίοις, ἢ ἑτέροις τισὶ τοιούτοις ἑαυτὸν ἐκδεδωκώς, ἐπὶ τῷ ἐκκαλυφθῆναι ἃ δι' ἐπιθυμίας ἔχει, ἢ ἐπὶ φαρμακείας κακῷ τὸ κακὸν ἰώμενος· ἐπὶ τριετίαν ὑποπεσεῖται, καὶ ἐπὶ διετίαν συστήσεται τοῖς πιστοῖς, καὶ μόνων τῶν εὐχῶν κοινωνήσει· καὶ οὕτω μετὰ τὴν πενταετίαν μεθέξει τῆς προσφορᾶς. Ὁ δὲ ξα' κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου ἐπὶ ἐξαετίαν ὁρίζει τὸν τοιοῦτον τῆς κοινωνίας ἀπείργεσθαι.

ΚΑΝΩΝ ΚΕ'.

« Μνηστευσάμενός τις κόρην, προσεφθάρη τῇ ἀδελ- « φῇ αὐτῆς, ὡς καὶ ἐπιφορῆσαι αὐτὴν, ἔγημε « δὲ τὴν μνηστὴν μετὰ ταῦτα· ἡ δὲ φθαρεῖσα

Digitized by Google

« ἀπήγξατο· οἱ συνειδότες ἐκελεύσθησαν ἐν δε- A
« καετίᾳ δεχθῆναι εἰς τοὺς συνεστῶτας κατὰ τοὺς
« ὡρισμένους βαθμούς. »

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ φάκτου τινὸς οἱ Πατέρες παρεκινήθησαν τὸν παρόντα κανόνα ἐκθέσθαι. Προσηγγέλθη γὰρ αὐτοῖς ὅτι ἄνθρωπός τις, μνηστευσάμενος κόρην, συνεφθάρη μετὰ τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς, ὡς καὶ κατὰ γαστέρα ταύτην ἐκ τούτου συλλαβεῖν (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐπιφορῆσαι), καὶ μετὰ τοῦτο κατὰ γάμου κοινωνίαν συνηρμόσθη τῇ οἰκείᾳ μνηστῇ. Ἡ δὲ αὐταδέλφη ταύτης σὺν τῷ ἁμαρτήματι τῆς αἱμομιξίας ἐφόνευσεν ἑαυτήν. Ὥρισαν οὖν τοὺς συνειδότας ταῦτα τὰ κακὰ, μετὰ δεκαετίαν ὀφείλουσαν διὰ τῶν συνήθων βαθμῶν παρελθεῖν, δεχθῆναι εἰς τὴν μετὰ τῶν πιστῶν εὐχήν. Μὴ ἐναντιωθῇ δέ σοι πρὸς B
ταῦτα ὁ οη' κανὼν τοῦ ἁγίου Βασιλείου, διοριζόμενος μετὰ ἑπτὰ χρόνους ἀξιοῦσθαι τῶν θείων ἁγιασμάτων τὸν συναρμοσθέντα κατὰ νόμον γάμου δυσὶν ἀδελφαῖς· ἐνταῦθα γὰρ πολλὰ ἐτολμήθησαν ἄτοπα, πορνεία, ἀθεμιτογαμία καὶ φόνος· ἐκεῖσε δὲ μόνη ἀθεμιτογαμία. Καὶ διὰ τοῦτο βαρύτερον ὡρίσθη ὧδε τὸ ἐπιτίμιον. Ἐρωτήσει δέ τις, Διὰ τί ὁμοίως ἐπιτιμῶνται τοῖς αὐτουργοῖς καὶ οἱ συνειδότες; *Λύσις.* Ἐπὶ τῶν ἀθεμίτων γάμων πλέον ὤφειλον ἐπιτιμᾶσθαι οἱ συνειδότες παρὰ τοὺς αὐτουργούς. Τούτους γὰρ πολλάκις ἀκολασία ἐρωτικὴ, καὶ μὴ βουλομένους, κατάγει πρὸς τὸ ἀθέμιτον· ἐκεῖνοι δὲ συγγνωστέοι οὐκ εἰσὶν, ὡς ἐπὶ τῷ κακῷ συμπράξαντες χωρὶς ἀνάγκης τινὸς, καὶ εὐχαριστείτωσαν, ὅτι ὁμοίως τοῖς αὐτουργοῖς κολάζονται. Συνειδότες C
δέ εἰσιν οἱ συμπράξαντες, οὐ μὴν οἱ ἔχοντες ἁπλῶς εἰδῆσιν, καὶ κωλῦσαι μὴ δυνάμενοι.

ΖΩΝΑΡ. Μνηστείαν τις συνεστήσατο ἐπί τινι κόρῃ· μήπω δὲ τῶν γαμηλίων ἐπ' αὐτοῖς τελεσθέντων, ὁ μνηστὴρ συνεφθάρη τῇ ἀδελφῇ τῆς μνηστῆς, ὡς ἔγκυον ἐκείνην γενέσθαι. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐπιφορῆσαι αὐτήν. Εἶτα ὁ ἀνὴρ ἐγῆμε τὴν μνηστὴν, ἡ φθαρεῖσα δὲ ἀπήγξατο. Κατὰ τῶν συνειδότων οὖν τὴν ἄτοπον ταύτην πρᾶξιν δεκαετία ὡρίσθη. Ζῶντε αὐτοὺς ταύτης παρελθούσης δεχθῆναι εἰς τοὺς συνεστῶτας. Ὁ δὲ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἑβδομηκοστὸς ὄγδοος κανὼν, τὸν δύο ἀδελφὰς εἰς D
συνοικέσιον ἀγαγόμενον κατὰ ἄλλον καὶ ἄλλον χρόνον, ἐνιαυτὸν προσκλαίειν ὁρίζει, δύο δ' ἐπακροᾶσθαι, τρεῖς ὑποπίπτειν, τῷ ἑβδόμῳ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ οὕτω τῆς προσφορᾶς καταξιοῦσθαι, ἐὰν μετὰ δακρύων μετανοήσῃ. Εἴποι οὖν ἄν τις, Πῶς ἐνταῦθα βαρύτερον τοὺς συνειδότας οἱ τῆς συνόδου ἐκόλασαν; Οἶμαι τοίνυν ὅτι ἔνθα δύο ἀδελφὰς ὁ αὐτὸς εἰς γάμον ἄγεται, ἀθεμιτογαμίᾳ μόνῃ πλημμελεῖται· ἐπὶ δὲ τῆς παρούσης ὑποθέσεως πολλὰ τὰ τολμηθέντα ἦσαν, φθορὰ τῆς παρθένου, ἀθεμιτογαμία, ὡς δύο ἀδελφαῖς τοῦ αὐτοῦ μιχθέντος, καὶ φόνος ἐκ τῆς αἰτίας ταύτης γενόμενος, καὶ διὰ τοῦτο βαρύτερον ὡρίσθη τὸ ἐπιτίμιον.

ΑΡΙΣΤ. « Κόρην τίς τινος μνηστευσάμενος προσ-
« εφθάρη τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς, εἶτα τὴν μνηστὴν ἔλα-

« stuprum erat illatum se suffocavit. Qui conscii
« fuerant, jussi sunt decennio inter eos, qui
« consistunt, recipi, per gradus definitos. »

BALS. Ex facto quodam moti sunt Patres, ut præsentem canonem ederent. Eis enim nuntiatum est quemdam hominem, cui puella erat desponsa, sororem ejus constuprasse, ut illa etiam ex eo in utero conciperet (illud enim significat vox ἐπιφορῆσαι), et postea matrimonii societate sponsæ suæ conjunctus est. Ejus autem soror, cum incestus crimine, sibi ipsi mortem conscivit. Definierunt ergo, ut qui horum malorum fuerant conscii, post decennium quod debebat per gradus consuetos procedere, ad orationem una cum fidelibus admitterentur. Ne tibi autem his contrarius videatur canon 78 sancti Basilii, decernens, post septem annos divinorum sacramentorum perceptione dignum haberi eum, qui legitimo matrimonio duabus sororibus conjunctus est. Hic enim multa nefaria commissa sunt: fornicatio, illicitum matrimonium et cædes; illic autem, tantum nefarium matrimonium. Et propterea gravior hic pœna decreta est. Interrogaverit autem quispiam: Cur ii, qui conscii sunt, æque puniuntur, ac ipsi actores? *Solutio.* In illicitis ac nefariis nuptiis magis puniri debent ii, qui sunt conscii, quam qui agunt. Hos enim amoris impotentia, sæpe etiam nolentes, ad id quod est illicitum nefariumque deducit: illis autem non est danda venia, qui absque ulla **401** necessitate malo auxilium tulere; et bene secum actum esse existiment, quod non magis quam ii qui fecerunt puniantur. Sunt autem conscii ii, qui opera juverunt; non autem ii, qui solam habent conscientiam, et prohibere nequeunt.

ZONAR. Desponsa fuerat cuidam puella, cujus sororem nuptiis nondum peractis sponsus vitiavit, quæ etiam ex illo concubitu gravida facta est. (Id enim significat verbum ἐπιφορῆσαι.) Sponsam deinde vir ejus traduxit; quæ vero fuerat vitiata se suffocavit. Contra igitur indigni facinoris conscios decennii pœna constituta; quo demum elapso in fidelium conventum reciperentur. Magni vero Basilii septuagesimus octavus canon, qui duas sorores diverso tempore duxerit, uno anno in luctu esse, duobus inter audientes, tribus in substratione degere, septimo in consortium fidelium admitti, et sic, si cum lacrymis pœnitentiam egerit, oblatione dignum haberi jubet. Quæret igitur quispiam: Cur in eos, qui conscii fuerant, gravius hoc loco synodi Patres animadverterint? Ego vero propterea id factum existimo, quod qui matrimonio duas sibi sorores jungit, in eo tantum, quod vetitis se nuptiis alligaverit, peccat: in præsenti autem facto multa scelera inerant; virgo stuprata, nuptiæ nefariæ, cum duabus scilicet sororibus coitus, tum exinde quoque secuta cædes; idcirco gravioribus pœnis jure damnati sunt.

ARIST. « Quidam cum puellam desponsasset, so-
« rorem ejus violavit, deinde sponsam accepit,

Digitized by Google

« Prima suffocata est : et qui facti sunt conscii A « decennio subjiciantur. »

Et qui conscii fuerunt hoc fieri, et suffocationem impedire potuerunt, et non impediebant, ut auctores cædis judicantur, et decennio puniuntur, et sic consistunt et cum fidelibus comprecantur.

« δεν· ἡ πρώτη ἀπήγξατο· καὶ οἱ συνειδότες « δεκαετίαν ὑποπιπτέτωσαν. »

Καὶ οἱ συνειδότες γὰρ τὸ γενόμενον, καὶ τὴν ἀγχόνην δυνάμενοι κωλῦσαι, καὶ μὴ κωλύσαντες, ὡς αἴτιοι φόνου κρίνονται, καὶ δεκαετίαν ἐπιτιμῶνται· καὶ οὕτως συνίστανται καὶ συνεύχονται τοῖς πιστοῖς.

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΗΣ ΕΝ ΝΕΟΚΑΙΣΑΡΕΙΑ ΣΥΝΟΔΟΥ (90).

CANONES SYNODI NEOCÆSARIANÆ.

402 BALS. ET ZONAR. Synodus Neocæsareæ, B quæ urbs est Ponti, congregata, secunda quidem est ab Ancyrana, reliquis autem antiquior, atque adeo ipsa etiam prima œcumenica Nicæna. In ea ergo congregati sancti Patres, cum quibus etiam sanctus martyr Basilius Amaseæ episcopus interfuit, canones ad rem ecclesiasticam constituendam edidere, qui sequuntur.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝΑΡ. Ἡ ἐν Νεοκαισαρείᾳ (91) τῇ κατὰ Πόντον συστᾶσα σύνοδος δευτέρα μέν ἐστι τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ· τῶν δὲ λοιπῶν προγενεστέρα, καὶ αὐτῆς τῆς πρώτης οἰκουμενικῆς τῆς ἐν Νικαίᾳ. Οἱ γοῦν ἐν ταύτῃ συναθροισθέντες ἅγιοι Πατέρες, οἷς συνῆν καὶ ὁ ἅγιος μάρτυς Βασίλειος ἐπίσκοπος Ἀμάσεως, κανόνας ἐπὶ καταστάσει ἐκκλησιαστικῇ ἐξεφώνησαν, οἵτινές εἰσιν οὗτοι.

CANON I.

« Presbyter, si uxorem duxerit, ordine suo mo- « veatur : si autem fornicatus fuerit, vel adul- « terium commiserit, penitus extrudatur, et ad « pœnitentiam deducatur. »

ΚΑΝΩΝ Α'.

« Πρεσβύτερος, ἐὰν γήμῃ, τῆς τάξεως αὐτοῦ « μετατιθέσθω· (92) ἐὰν δὲ πορνεύσῃ ἢ μοιχεύσῃ, « ἐξωθείσθω τέλεον, καὶ ἀγέσθω εἰς μετά- « νοιαν. »

Guill. Beveregii notæ.

(90) *Κανόνες τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου.* Hæc est Bodleiana hujus concilii inscriptio ; a qua Amerbachiana non multum differt, quæ est, κανόνες τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνελθόντων ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων, οἵτινες δεύτεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ προγενέστεροι. Διὰ δὲ σεβασμιότητα προτέτακται αὐτῶν οἱ ἐν Νικαίᾳ. *Canones sanctorum et beatorum Patrum, qui Neocæsariæ congregati sunt, posteriores quidem illis, qui Ancyræ convenerunt, antiquiores vero Nicænis. Sed propter dignitatem Nicæni his antepositi sunt.* In Parisiensi Balsamonis editione, duplex est inscriptio ; una hic ante præfationem, vid. ἡ ἐν Νεοκαισαρείᾳ σύνοδος, altera ante canones, his verbis concepta, Κανόνες τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνελθόντων. *Canones sanctorum Patrum qui Neocæsariæ congregati sunt.*

(91) *Ἡ ἐν Νεοκαισαρείᾳ.* Neocæsarea est urbs Cappadociæ in Ponto Polemoniaco, unde etiam ἡ κατὰ Πόντον a Balsamone et Zonara hoc in loco dicitur : de qua Plinius meminit *Hist. nat.* l. VI, c. 3, et Ptolemæus in prima tabula Asiæ. Hic ergo celebrata fuit præsens synodus ab iisdem fere Patribus, a quibus Ancyrana, et eodem etiam anno, vel saltem sequenti, sive an. Dom. 315. Unde constat hanc ante Nicænam synodum decem plus minus annis habitam fuisse. Et ea quidem antiquiorem esse Dionysius Exiguus etiam testatus est in Præfatione ad eos canones, dicens, *Et hæ regulæ post eas quidem probantur esse, quæ apud Ancyram expositæ sunt : sed Nicænis anteriores reperiuntur.* Et vetus Latinus interpres in sua itidem ad hos canones Præfatione, dicens, *Isti canones secundi sunt Ancyrensium, qui Neocæsariæ sunt expositi : et hi priores sunt Nicænis.* Ab hoc concilio in omnibus Græcis codicibus, Balsamonis præsertim et Zonaræ, quindecim canones editi perhibentur. Sed in Nomocanone Arabico in bibliotheca nostra Bodleiana quatuordecim tantum numerantur. Quippe in quo de præsenti synodo hæc habemus : *Et sextus est liber canonum secundi concilii in Carthagena, denominata etiam Cæsarea, et numerus erat quinquaginta episcopi, et ediderunt quatuordecim canones de conjugio et sacerdotibus.* Et sic etiam priscæ editionis Latinæ auctor, et Dionysius Exiguus, et Isidorus Mercator quatuordecim tantum canones huic concilio adscribunt, decimum tertium, et decimum quartum in unum contrahentes.

(92) *Τῆς τάξεως αὐτοῦ μετατιθέσθω.* Ita quidem codex Amerbachianus cum Bodleiano legit, usque ad finem canonis, quemadmodum hic imprimitur. Sed aliter Joannes Antiochenus in sua canonum Collectione, tit. 27, nimirum, τῆς τάξεως αὐτὸν κατατίθεσθαι· ἐὰν δὲ πορνεύσῃ, ἢ μοιχεύσῃ, ἐξωθεῖσθαι αὐτὸν τέλεον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν. Quomodo etiam in Parisiensi Balsamonis editione legitur ; nisi quod pro κατατίθεσθαι ibi scribitur μετατίθεσθαι.

Digitized by Google

ΒΑΛΣ. Ὁ ἀποστολικὸς κς' κανὼν τοὺς τοῦ βήματος, συναπτομένους μετὰ τὴν χειροτονίαν γυναιξὶ κατὰ νόμον γάμου, καθαιρεῖσθαι διατάττεται. Καὶ ὁ παρὼν κανὼν παρομοίως αὐτῷ διορίζεται. Ἐπάγει δὲ ὅτι, ἐάν τις ἐξ αὐτῶν πορνεύσῃ ἢ μοιχεύσῃ, οὐ μόνον καθαιρεθήσεται, ἀλλὰ καὶ τῆς μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνίας ἐκβληθήσεται, καὶ ἀναγκασθήσεται τοὺς τέσσαρας τόπους τῆς μετανοίας διελθεῖν, καὶ οὕτω μετασχεῖν τῶν θείων ἁγιασμάτων. Τὰ περὶ τούτων δὲ ἀνηρέθησαν ἀπὸ τοῦ κζ' κανόνος τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, καὶ ἀπὸ τοῦ λβ' κανόνος τοῦ μεγάλου Βασιλείου, λέγοντος· Οἱ τὴν πρὸς θάνατον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντες κληρικοὶ τοῦ βαθμοῦ κατάγονται· τῆς κοινωνίας δὲ τῶν λαϊκῶν οὐκ ἐξείργονται. Οὐ γὰρ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. A

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν γάμον νομιμόν τάχα ἑαυτῷ πρεσβύτερος συναλλάξῃ, μετατίθεται τῆς τάξεως αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ, ἐκβάλλεται τῆς ἱερωσύνης· καθαιρεῖται γάρ. Ἐὰν δὲ πορνεύσῃ ἢ μοιχεύσῃ, τελείως ἐξωθεῖται τῆς Ἐκκλησίας, καὶ εἰς μετανοούντων ἄγεται τόπον, ὥστε προσκλαίειν, καὶ ἀκροᾶσθαι, καὶ τὰ λοιπὰ ἀναπληροῦν. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν λβ' κανόνι ταῦτα λέγει ῥητῶς· Οἱ τὴν πρὸς θάνατον ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντες κληρικοὶ τοῦ βαθμοῦ κατάγονται· τῆς κοινωνίας δὲ τῶν λαϊκῶν οὐκ ἐξείργονται. Οὐ γὰρ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. Τὰ αὐτὰ δὲ τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ καὶ ἡ ἐν Καρθαγένῃ σύνοδος διατάττεται ἐν κζ' κανόνι αὐτῆς. Ζητητέον οὖν τὰ ἐκεῖ εἰρημένα. Οἶμαι δὲ τὸν τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ τὸν τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου ἐπικρατεστέρους εἶναι, ὡς μεταγενεστέρους, καὶ ὡς τῷ ἀποστολικῷ συμφωνοῦντας κανόνι, ὃς τοὺς ἐπὶ πορνείᾳ ἁλόντας ἱερωμένους καθαιρεῖσθαι, καὶ μὴ ἀφορίζεσθαι λέγει. B C

ΑΡΙΣΤ. « Γήμας πρεσβύτερος μετατιθέσθω τῆς « τάξεως· ἐξωθείσθω δὲ μοιχεύσας, ἢ πορνεύσας, « καὶ ἀγέσθω εἰς μετάνοιαν. »

Ὁ γυναῖκα λαβὼν πρεσβύτερος τῆς μὲν ἱερωσύνης μετακινεῖται, τῆς δὲ τιμῆς καὶ τῆς καθέδρας μετέχει. Ὁ δὲ πορνεύσας, ἢ μοιχεύσας, τέλειον ἐξωθεῖται, καὶ εἰς μετάνοιαν ἄγεται.

ΚΑΝΩΝ Β'. D

« Γυνὴ, ἐὰν γήμηται δύο ἀδελφοῖς, ἐξωθείσθω « μέχρι θανάτου μὴ πειθομένη λῦσαι τὸν γάμον· « πλὴν ἐν τῷ θανάτῳ διὰ τὴν φιλανθρωπίαν, « εἰποῦσα ὡς ὑγιάνασα λύσει τὸν γάμον, ἔξει τὴν « μετάνοιαν. Ἐὰν δὲ τελευτήσῃ ἡ γυνὴ ἐν τοιούτῳ « γάμῳ οὖσα, ἤτοι ὁ ἀνὴρ, δυσχερὴς τῷ μείναντι « ἡ μετάνοια. »

ΒΑΛΣ. Οἱ τῆς παρούσης συνόδου ἅγιοι Πατέρες διώκουσιν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας μέχρι θανάτου, ἤγουν μέχρις ἂν τῷ βίῳ περίεστι, τὴν λαβοῦσαν κατὰ νόμον γάμου δύο ἀδελφοὺς, καὶ μὴ ἀποστᾶσαν τῆς ἀθεμιτογαμίας. Ὡς δέ τινος εἰπόντος, Εἰ δὲ καταντήσει εἰς θάνατον, οὐδὲ τότε τῶν θείων ἁγιασμάτων

BALS. Apostolicus canon 26 eos, qui sunt ecclesiastici ordinis, si legitimo matrimonio post ordinationem conjungantur, deponi jubet. Præsens quoque canon ei similiter decernit. Subjungit autem: Quod si quis ex eis fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, non solum deponetur, sed etiam a fidelium communione ejicietur, et quatuor pœnitentiæ loca pervadere cogetur; et sic esse divinorum sacramentorum particeps. Quæ autem hoc canone continentur, sublata sunt a canone 27 Carthaginensis synodi et a canone 32 magni Basilii, dicentis: Clerici, qui peccatum quod est ad mortem peccant, e gradu dejiciuntur: sed a laicorum communione non arcentur. Non enim vindicabis bis in idipsum.

ZONAR. Si mulierem forte legitimis nuptiis sibi presbyter copularit, moveri ordine, hoc est, sacerdotii dignitate privari (depositioni is namque obnoxius est): sin autem stupro se aut adulterio polluerit, ab ecclesia prorsus expelli, ac in pœnitentium stationem relegari, ibique lugere, audire, aliaque pœnarum persolvere, hic canon jubet. Magnus autem Basilius tricesimo secundo canone totidem verbis ea quæ sequuntur pronuntiat: Qui peccatum, inquit, ad mortem clerici peccant, de gradu suo dejiciuntur; a laicorum vero communione nequaquam arcentur. Non enim vindicabis bis in idipsum. Eadem vero, quæ magnus Basilius, Carthaginensis quoque synodus vicesimo septimo canone statuit; quæ ibi diximus quærenda. Magni porro Basilii et Carthaginensis synodi canones magis puto servandos, quippe qui posteriores fuerunt, magisque cum apostolico canone consentiunt; qui sacratos homines fornicationis reos, depositione tantum, non etiam segregatione multandos esse decernit.

ARIST. « Presbyter qui uxorem duxerit, ordine « deponatur; si vero mœchatus aut scortatus « fuerit, expellatur, et ad pœnitentiam redi- « gatur. »

Presbyter uxorem ducens sacerdotio movetur, sed honorem et cathedram retinet. Qui fornicatus autem fuit, aut adulterium commisit, perfecte expellitur, et ad pœnitentiam redigitur.

CANON II.

« Femina, si duobus fratribus nupserit, extruda- « tur usque ad mortem, si matrimonium solvere « non persuadeatur: at in morte, propter hu- « manitatem, si dixerit, quod si convaluerit, « solvet matrimonium, habebit pœnitentiam. « Sed si mortua fuerit mulier in tali conjugio « exsistens, vel ejus maritus, difficilis est super- « stiti pœnitentia. »

BALS. Præsentis synodi sancti Patres ab ecclesia ad mortem usque expellunt, scilicet donec ei vita superest, eam quæ legitimo matrimonio duos fratres acceperit, et a nefario matrimonio non destiterit. Tanquam autem dixisset quispiam; Sin autem ad mortem pervenerit, ne tunc quidem

Digitized by Google

divina sacramenta percipiet? **403** subjunxerunt, Quod si quidem inter moriendum, ejusmodi mulier se, postquam convaluerit, separandam esse affirmet, tunc quidem communionis esse particeps sinetur. Sed postquam a morbo liberata fuerit, et a nefario conjugio separata, ad pœnitentiam admittetur. Et hoc quidem procedet, quando in vita eorum fuerit divortium. Si autem una ex personis in nefario matrimonio decesserit, ei qui relictus est, est admodum difficilis pœnitentia. Qui enim agit pœnitentiam a peccato desistens, is creditur pœnitentia duci. Qui autem ad mortem usque ab eo non desistit, ostendit quod etiam si illa pars adhuc superesset quæ est mortua, a peccato non destitisset. Quia ergo qui vivit, videtur adhuc in eo malo quantum in se est perseverare, difficilem habebit pœnitentiam. Quæ cum ita se habeant, ne dixeris præsenti canoni adversari magni Basilii canonem 78 dicentem, eum qui duas uxores duxit in matrimonio, post septennium dignum haberi qui divina sacramenta percipiat. Præsens enim canon decernit de muliere quæ nefarium matrimonium contraxit, et ab eo tota vita non est sejuncta, et propterea non est ad pœnitentiam admittenda. Pictus autem canon ponit eum, qui nefarium matrimonium contraxit, a peccato destitisse, et eum propterea ad pœnitentiam admittit. Lege etiam canonem 39 sancti Basilii, qui eam vocat adulteram, quæ cum adultero adhuc cohabitat. Nota ergo, quod ei qui peccat, et a pœnitentia desistit, dantur pœnæ, non autem ei qui perseverat : ipse enim est omnino ejiciendus. Interrogavit autem quispiam : Si autem nolit dicta mulier affirmare, se, postquam convaluerit, a nefario isto conjugio separandam, an non erit sanctæ communionis particeps? *Solutio.* Præsens quidem canon de eo nihil dicit. Existimo autem hoc esse nimium a misericordia remotum, si ea, cum sit orthodoxa, ne in extremo quidem spiritu, bono viatico digna censebitur. Quare si nec hoc quidem affirmaverit, nihilo secius sanctæ erit communionis particeps : et si, postquam convaluerit, solvat nefarium conjugium, ad pœnitentiam admittetur : sin minus, ab ecclesia omnino exterminabitur, ut quæ in malo perseveret.

ZONAR. Si qua mulier nuptias cum duobus fratribus contraxerit, nec ut eas dissolvat adduci possit, extra ecclesiam, inquit, quoad vixerit, extrudatur. Quod si inter moriendum de dissolvendo conjugio si convaluerit polliceatur, sanctæ communionis tunc quidem particeps fiet : verum depulso morbo pœnitentiam habebit, hoc est, ad pœnitentiam admittetur. Quod si una ex his personis interdicto conjugio illigata decesserit, difficilis pœnitentiæ ratio superstiti relinquetur. Qui enim pœnitentiam agit, is si a peccato desistat pœnitentia duci existimatur. At si in malo persistit, quis eum pœnitentia admissi facinoris tangi credat, aut quo pacto ille ad pœnitentiam admitti queat? Qui vero usque ad mulieris obitum nunquam se ab illegitimis nuptiis abjunxit, is se muliere

A ἀξιωθήσεται; Ἐπήγαγον ὡς, εἴπερ ἐν τῷ τελευτᾷν ἡ τοιαύτη γυνὴ κατάθηται διαζευχθῆναι μετὰ ὑγείαν, τότε μὲν μεταλαβεῖν παραχωρηθήσεται· μετὰ δὲ τὸ ἀπαλλαγῆναι τῆς νόσου, καὶ ἀποστῆναι τῆς ἀθεμιτογαμίας, προσδεχθήσεται εἰς μετάνοιαν. Καὶ τοῦτο μὲν γενήσεται ὅταν προβῇ ἐν ζωῇ αὐτῶν διαζύγιον. Ἐὰν δὲ τὸ ἓν τῶν προσώπων ἐν τῷ ἀθεμίτῳ γάμῳ τελευτήσῃ, δυσχερὴς ἡ μετάνοια τῷ περιλειφθέντι. Ὁ γὰρ μετανοῶν, ἀφιστάμενος τῆς ἁμαρτίας, πιστεύεται μετανοεῖν· ὁ δὲ μέχρι θανάτου μὴ ἀποστὰς αὐτῆς δείκνυσιν ὅτι, εἰ καὶ ἔτι περιῆν τὸ τελευτῆσαν μέρος, οὐκ ἂν ἀπέστη τῆς ἁμαρτίας. Ὅτι οὖν ὁ ζῶν ἀναφίνεται ὅσον τὸ ἐπ' ἐκείνῳ τῷ κακῷ ἐπιμένων, δυσχέρειαν ἕξει πρὸς μετάνοιαν. Τούτων οὕτως ἐχόντων μὴ εἴπῃς· ἐναντιοῦσθαι τῷ παρόντι

B κανόνι τὸν τοῦ μεγάλου Βασιλείου ογ' κανόνα λέγοντα τὸν δύο ἀδελφὰς εἰς συνοικέσιον ἀγαγόμενον μετὰ ἐπταετίαν ἀξιοῦσθαι τῶν θείων ἁγιασμάτων. Ὁ μὲν γὰρ παρὼν κανὼν νομοθετεῖ περὶ γυναικὸς ἀθέμιτον γάμον ποιησάσης, καὶ μὴ διαζευχθείσης ἐξ αὐτοῦ δι' ὅλης τῆς ζωῆς αὐτῆς, καὶ διὰ τοῦτο οὔσης ἀπαραδέκτου εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ῥηθεὶς θεματίζει τὸν ἀθεμιτογαμήσαντα ἀποστῆναι τῆς ἁμαρτίας, καὶ διὰ τοῦτο προσδέχεται αὐτὸν εἰς μετάνοιαν. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν λθ' κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ὀνομάζοντα μοιχαλίδα τὴν ἔτι τῷ μοιχῷ συζῶσαν· ὥστε σημείωσαι ὅτι τῷ ἁμαρτάνοντι καὶ ἀφισταμένῳ τοῦ κακοῦ ἐπιτίμια δίδονται, οὐ μὴν τῷ ἐπιμένοντι· οὗτος γὰρ πάντη ἀπόβλητός ἐστιν.

C Ἐρωτήσει δέ τις, Εἰ δὲ οὐ θελήσει ἡ ῥηθεῖσα γυνὴ καταθέσθαι τὴν μετὰ τὴν ὑγείαν ἀπόστασιν τοῦ τοιούτου ἀθεμίτου γάμου, οὐ μετάσχῃ τελευτῶσα τῆς ἁγίας μεταλήψεως; *Λύσις.* Ὁ μὲν παρὼν κανὼν οὐδέν τι περὶ τούτου φησίν· οἶμαι δὲ ἀσυμπαθὲς εἶναι τὸ μὴ ἀξιωθῆναι ταύτην τοῦ καλοῦ ἐφοδίου ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς, ὀρθόδοξον οὖσαν. Διὸ κἂν μὴ ποιήσῃ τοιαύτην κατάθεσιν, διὰ τῆς θείας μεταλήψεως ἐφοδιασθήσεται· καὶ εἰ μὲν ὑγιάνασα λύσῃ ἀθέμιτον γάμον, παραδεχθήσεται εἰς μετάνοιαν· εἰ δὲ μή, τῆς Ἐκκλησίας παντάπασιν ἐξοστρακισθήσεται, ὡς τῷ κακῷ ἐπιμένουσα.

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν γυνὴ κατὰ γάμον δύο ἀδελφοῖς

D συνοικήσῃ, ἐξωθείσθω τῆς ἐκκλησίας μέχρι θανάτου μὴ πειθομένη λῦσαι τὸν γάμον· εἰ δὲ θνήσκουσα ἐπαγγέλληται ὅτι ὑγιάνασα λύσει τὸν γάμον, τεύξεται τῆς ἁγίας μεταλήψεως τότε, καὶ ἀναῤῥωσθεῖσα, ἕξει μετάνοιαν, ἀντὶ τοῦ, δεχθήσεται εἰς μετάνοιαν. Ἐὰν δὲ τὸ ἓν τῶν προσώπων τούτων ἐν τῷ ἀθεμίτῳ γάμῳ τελευτήσῃ, δυσχερὴς ἡ μετάνοια τῷ περιλειφθέντι. Ὁ γὰρ μετανοῶν ἀφιστάμενος τῆς ἁμαρτίας πιστεύεται μετανοεῖν. Εἰ δ' ἔτι τὸ κακὸν πράττει, πῶς λογισθήσεται μεταμέλεσθαι, ἢ πῶς δεχθήσεται εἰς μετάνοιαν; Ὁ δὲ μέχρι θανάτου τῆς γυναικὸς μὴ ἀποστὰς τῆς ἀθεμιτογαμίας δείκνυσιν ὅτι, εἰ καὶ ἔτι περιῆν, οὐκ ἂν ἀπέστη τῆς ἁμαρτίας, ὡς γοῦν ὅσον τὸ ὑπ' ἐκείνῳ τῷ κακῷ ἐπιμένων, δυσχέρειαν ἕξει πρὸς τὴν μετάνοιαν· καὶ ὥσπερ ὁ

Digitized by Google

μέγας Βασίλειος ἐν λθ' κανόνι φησίν· Ἡ τῷ μοιχῷ συζῶσα μοιχαλίς ἐστι πάντα τὸν χρόνον· οὕτω καὶ ὁ ἀθεμιτογαμῶν, ἕως ἂν μὴ λύσῃ τὸν ἀθέμιτον γάμον, ἁμαρτάνει καὶ εἰς μετάνοιαν ἄδεκτος ἔσται.

A superstite nunquam a crimine recessurum fuisse plane demonstrat. Igitur velut qui quantum in ipso est, in nefario crimine perseveret, ad pœnitentiam multis difficultatibus obseptum iter inveniet; et quemadmodum magnus Basilius in canone ait semper adulterii ream esse eam quæ cum adultero habitat, ita et qui nefarias nuptias contraxit, donec interdictum conjugium resciderit, in noxa est, nec ad pœnitentiam ullatenus admitti potest.

ΑΡΙΣΤ. « Ἡ ἀδελφοῖς γημαμένη δισσοῖς διὰ βίου « ἐξωθείσθω· εἰ δὲ κατὰ τὸν θάνατον ὑπισχνοῖτο « λύσειν τὸν γάμον, ἂν ἐπιβιώῃ, ἕξει μετάνοιαν· « εἰ δὲ τελευτήσει, τῶν συνοίκων ὁ εἷς, δυσχερὴς « τῷ μείναντι ἡ μετάνοια. »

ARIST. « Mulier quæ duobus fratribus nupta est, « per totam vitam expellatur. Si vero morti « proxima se nuptias soluturam promiserit, si « supervixerit, ad pœnitentiam admittetur. Si « autem unus e conjugibus obierit, difficilis est « superstiti pœnitentia. »

Ἡ δυσὶν ἀδελφοῖς γαμηθεῖσα, καὶ τῷ ἀθέσμῳ γάμῳ ἐπιμένουσα, διὰ βίου πανὸς αὐτῆς ἐξωθείσθω τῆς ἐκκλησίας. Ζήτει καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου κανόνα κγ'. Εἰ δὲ πρὸς θάνατον ἐλθοῦσα ὑποσχεθῇ λύσειν τὸν γάμον, ἐὰν ἐπιζήσει· δέχεται εἰς μετάνοιαν. Ὅπως δὲ, ζήτει κανόνα ξβ' καὶ ξγ' μεγάλου Βασιλείου. Ὡς δέ τινος εἰπόντος, Εἰ δὲ καταντήσει εἰς θάνατον, οὐδὲ τότε τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀξιωθήσεται; ἐπήγαγον, ὡς Ἐὰν δὲ ἐν τῷ παρανόμῳ τούτῳ γάμῳ εἷς ἐξ αὐτῶν τελευτήσῃ, δυσχερὴς τῷ ζῶντι ἡ μετάνοια, διὰ τὸ μὴ διακοπῆναι τὸ ἄθεσμον παρὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην τε καὶ προαίρεσιν.

Quæ duobus fratribus nupta est, et in illegitimo isto conjugio manet, per totam suam vitam ecclesia expellatur. Quære et magni Basilii canonem 23. Si autem morti appropinquans conjugium solvere promittit, si supervixerit, ad pœnitentiam admittitur. Quomodo vero, quære Basilii magni canones 62 et 63. **404** Tanquam autem dixisset quispiam: Sin autem ad mortem pervenerit, ne tunc quidem divina sacramenta percipiet? adjecerunt, Si autem in illegitimo isto conjugio unus eorum mortem obierit, difficilis est superstiti pœnitentia, quia non discinditur et corrigitur scelus cum voluntate ipsius et proposito.

ΚΑΝΩΝ Γ'.

« Περὶ τῶν πλείστοις γάμοις περιπιπτόντων ὁ μὲν « χρόνος σαφὴς ὁ ὡρισμένος, ἡ δὲ ἀναστροφὴ καὶ « ἡ πίστις αὐτῶν συντέμνει (93) τὸν χρόνον (94).

CANON III.

« De iis qui in plurima matrimonia incidunt, « tempus quidem præstitutum manifestum est. « Sed conversio et pœnitentia eorum tempus « contrahit. »

ΒΑΛΣ. Τοὺς πολυγάμους φησὶν ὁ κανὼν ἐπιτιμᾶσθαι διὰ χρόνου ὡρισμένου ἤτοι προεγνωσμένου ἀπὸ συνηθείας· πλὴν παρὰ τῇ ἐπισκοπικῇ διακρίσει ἐστὶ καὶ τὸν τοιοῦτον χρόνον συντεμεῖν διὰ τὴν ἀγαθὴν τοῦ ἁμαρτάνοντος ἐπιστροφήν. Ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τούτου οὐ παρίσταται τίνες εἰσὶν οἱ πολυγαμοῦντες, οὐδὲ τίς ἐστιν ὁ ὡρισμένος χρόνος, κἀντεῦθεν ἄλλως καὶ ἄλλως τὰ περὶ τούτου ἐξελήφθησαν· οὐδὲ ἡμεῖς ἠδυνήθημεν γράψαι τι ἐνταυθοῖ. Ἐν μέντοι τῷ δ' κανόνι τοῦ μεγάλου Βασιλείου, τοῦ Θεοῦ διδόντος, εἴποιμεν τὰ εἰκότα περὶ τῶν τριγάμων καὶ πολυγάμων καὶ περὶ τοῦ χρόνου τῶν διδομένων ἐπιτιμίων ἑκάστῳ αὐτῶν.

BALS. Eos qui multas uxores duxerunt, dicit canon præfinito seu præstituto tempore esse puniendos ex consuetudine: sed est in episcopalis judicii potestate hoc tempus contrahere, propter bonam ejus qui peccavit conversionem. Sed quia ex hoc non ostenditur, quinam sint polygami, neque quodnam sit tempus præstitutum, et hoc aliter et aliter hinc et inde tractatum est, nec nos hic aliquid scribere potuimus. Sed in quarto magni Basilii canone, Deo dante, dicemus quæ sunt consentanea de trigamis et polygamis, et de tempore pœnarum quæ dantur unicuique ipsorum.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τετάρτῳ κανόνι ὁ μέγας Βασίλειος, τοὺς τριγάμους ἐπὶ πενταετίαν ἀφορίζεσθαι λέγει, καὶ τοῦτον τὸν χρόνον οὐκ ἀπὸ κανόνος εἶναί φησιν, ἀλλ' ἐκ συνηθείας καὶ τῆς τῶν προειλημμένων ἀκολουθίας, καὶ τὴν τριγαμίαν δὲ εἰς πολυγαμίαν ἀνάγει. Τίνα δὲ λέγει χρόνον ὡρισμένον ὁ παρὼν

ZONAR. Magnus Basilius quarto canone trigamos ad quinquennium segregari jubet: atque id spatium non a canone, sed tradita a majoribus consuetudine definitum esse asserit, ac trigamiam ad polygamiam quoque extendit. Quod vero tempus præfinitum hic canon intelligat, ignoratur, si

Guill. Beveregii notæ.

(93) *Συντέμνει.* Codex Amerbachianus legit τέμνει, nostræ lectioni non solum reliqui omnes codices, sed et Joannes Antiochenus suffragatur, in Coll. can. tit. 43.

(94) *Τὸν χρόνον.* Post hæc verba in codice Amerbachiano hoc σχόλιον habetur. Τοῦτον ἐξηγούμενος τὸν κανόνα ὁ μέγας Βασίλειός φησιν, Οὕτω περὶ τριγάμων καὶ πολυγάμων, καὶ δείκνυσιν, ὅτι πολυγάμους οἱ Πατέρες τοὺς τριγάμους, οὐκ ἄλλους φασίν. *Hunc explicans canonem magnus Basilius dicit, Sic de trigamis et polygamis, et ostendit, quod trigamos Patres, non alios dixerunt polygamos.* Vide sanctum Basil. can. 4.

Digitized by Google

quidem multo antiquior hæc synodus magno Basilio fuit : ac omnino si in ea aliquod tempus trigamorum pœnitentiæ præfinitum fuisset, nequaquam illud sapientissimum Basilium latuisset. Nisi forte hæc quoque synodus præfinitum tempus, consuetudinem dicit. Tempus quidem igitur, inquit canon, præfinitum est, sed eorum qui ob trigamiam pœnitentiæ addicti sunt conversio ac fiducia erga Deum tempus contrahit. Si namque qui illorum pœnitentiæ præfectus est, eos in luendis pœnis studium ardoremque præ se ferre animadvertat, nec consternari mente, sed præsidentes divinæ bonitati veniam sibi contractæ noxæ polliceri, præstituti temporis intervallum contrahet ac præcidet.

ARIST. « Polygamorum tempus manifestum est. « Pœnitentiæ vero studium illud præcidit. »

Tempus trigamorum et polygamorum supplicii in quarto canone magni Basilii et in octogesimo illius canone ponitur. Quinque enim annos, inquit, qui tres uxores duxit, segregetur, sed non omnino ab ecclesia arceatur; verum duos aut tres annos divinarum Scripturarum auditione dignetur: et postea usque ad expletum quinquennium cum fidelibus consistat, a boni autem communione abstineat; et sic sincere resipiscens ad communionem admittatur. At polygami seu qui plures nuptias inierunt ut plus aliquid etiam fornicatione peccantes, unum annum defleant, tres substernantur, et sic admittantur cum fidelibus. In episcopi autem potestate, ad conversationem fidemque agentis pœnitentiam respicientis, ut dicit hic canon, pœnitentiæ tempus contrahere, ponitur.

CANON IV.

« Si quis mulierem concupiscens, proposuerit cum « ea concumbere, ejus autem desiderium ad « opus non venerit, manifestum est quod a « gratia servatur. »

BALS. In peccatis esse quatuor gradus dicunt sancti Patres, impressionem seu primum motum, luctationem, assensionem, et actum : quorum duo quidem prima non esse pœnæ obnoxia; in duo autem **405** quæ sequuntur, pœnam cadere. Neque enim impressio neque luctatio judicatur; si ratio impressionem suscipiens, et cum ea colluctata, cogitatum repudiaverit: assensio autem judicatur et accusatur, et actio punitur. Si ergo mulieris desiderium alicui injectum est, et is victus, ut cum ea rem haberet, assensus est, ad opus autem non venit, id est, actum non implevit, manifestum est, quod Dei gratia eum servavit; sed non impune abibit. Pœna enim in assensionem etiam cadit. Hoc quoque manifestum est ex can. 70 sancti Basilii, qui dicit : Diaconus labris pollutus, sive qui usque ad osculum mulieris pervenit, et se hucusque peccasse confessus est, ministerio ei interdicetur, id est, ad tempus prohibebitur : sed sacramentis una cum diaconis

A κανὼν, ἠγνόηται· προγενεστέρα γάρ ἐστι πολλῷ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἡ σύνοδος αὕτη· καὶ παντελῶς, εἰ ὥριστο πρὸ ταύτης χρόνος ἐπὶ τῶν τριγάμων, οὐκ ἂν ἠγνοήθη τῷ τὰ πάντα σοφῷ Βασιλείῳ· εἰ μή που λέγει καὶ αὕτη ἡ σύνοδος ὡρισμένον χρόνον τὴν συνήθειαν. Ὁ μὲν οὖν χρόνος, φησὶν, ὡρισμένος ἐστίν· ἡ δὲ τῶν ἐπὶ τῇ τριγαμίᾳ μετανοούντων ἀναστροφὴ καὶ ἡ πίστις ἡ πρὸς τὸν Θεὸν συντέμνει τὸν χρόνον. Εἰ γὰρ ὁ τούτους οἰκονομῶν ὁρᾷ αὐτοὺς σπουδὴν ἐνδεικνυμένους καὶ θερμότητα περὶ τὴν μετάνοιαν, καὶ οὐκ ἀπογινώσκοντας, ἀλλὰ πιστεύοντας ὅτι διὰ τὴν πολλὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ ἀφεθήσεται αὐτοῖς τὸ ἁμάρτημα, συντεμεῖ τὸν χρόνον καὶ ἐλαττώσει αὐτόν.

B ΑΡΙΣΤ. « Τῶν πολυγάμων ὁ χρόνος σαφής· τὸ δὲ « τῆς μετανοίας σπουδαῖον, αὐτὸν ὑποτέμνεται. »

Ὁ χρόνος τῆς ἐπιτιμίας τῶν τριγάμων καὶ πολυγάμων κεῖται ἐν τῷ τετάρτῳ κανόνι τοῦ μεγάλου Βασιλείου καὶ ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ κανόνι αὐτοῦ. Ἐπὶ πέντε γὰρ ἔτεσί φησι τὸν τρίγαμον ἀφορίζεσθαι, πλὴν μὴ πάντη ἀπείργειν αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας· ἀλλ' ἐν δυσὶν ἢ καὶ τρισὶν ἔτεσι τῆς τῶν θείων Γραφῶν ἀκροάσεως αὐτὸν ἀξιοῦν· καὶ μετὰ ταῦτα, μέχρι τοῦ πληρωθῆναι τὴν πεντετίαν, συστήκειν μετὰ τῶν πιστῶν· τῆς δὲ τοῦ ἁγιάσματος κοινωνίας ἀπέχεσθαι· καὶ οὕτω γνησίως μετανοοῦντα, εἰς κοινωνίαν παραδεχθῆναι· τοὺς δὲ πολυγάμους, ὡς πλέον τι καὶ πορνείας ἁμαρτάνοντας, ἐνιαυτὸν C προσκλαίειν, τρεῖς ὑποπίπτειν, καὶ οὕτω δέχεσθαι μετὰ τῶν πιστῶν. Παρὰ τῇ ἐξουσίᾳ δὲ κεῖται τοῦ ἐπισκόπου, ὡς ὁ παρὼν κανὼν λέγει, ἐλαττῶσαι τὸν χρόνον τῆς μετανοίας, πρὸς τὴν διαγωγὴν καὶ τὴν πίστιν ὁρῶντος τοῦ μετανοοῦντος.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

« Ἐὰν πρόθηταί τις, ἐπιθυμήσας γυναικὸς, συγκα- « θευδῆσαι αὐτῇ, μὴ ἔλθῃ δὲ εἰς ἔργον αὐτοῦ ἡ « ἐνθύμησις, φαίνεται ὅτι ὑπὸ τῆς χάριτος ἐ- « ρύσθη. »

ΒΑΛΣ. Ἐπὶ τῶν ἁμαρτημάτων τέσσαρας εἶναι βαθμοὺς οἱ ἅγιοι Πατέρες φασὶ, προσβολὴν, πάλην, συγκατάθεσιν, καὶ πρᾶξιν· ὧν τὰς δύο τὰς πρώτας ἀνεπιτιμήτους εἶναι, τὰς δὲ μετ' αὐτὰς δύο ὑπὸ ἐπιτίμιον. Οὔτε γὰρ ἡ προσβολὴ κρίνεται, οὔτε D ἡ πάλη, ἐὰν τὴν προσβολὴν παραδεξάμενος ὁ λογισμὸς καὶ παλαίσας ἀπεπέμψατο τὸ ἐνθύμιον· ἡ δὲ συγκατάθεσις κρίνεται καὶ αἰτιᾶται, καὶ ἡ πρᾶξις κολάζεται. Ἐὰν οὖν ἐπιθυμία προσέβαλέ τινι γυναικὸς, καὶ νικηθεὶς συγκατέθετο μιγῆναι αὐτῇ, οὐκ ἦλθε δὲ εἰς ἔργον, ἤτοι οὐ τὴν πρᾶξιν ἐπλήρωσε, φαίνεται ὅτι ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ αὐτὸν ἐρρύσατο· πλὴν οὐκ ἀνεπιτίμητος ἔσται. Καὶ ἡ συγκατάθεσις γὰρ ὑπὸ ἐπιτίμιον γίνεται. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ ο' κανόνος τοῦ ἁγίου Βασιλείου, λέγοντος· Διάκονος ἐν χείλεσι μιανθεὶς ἦγουν μέχρι φιλήματος φθάσας γυναικὸς, καὶ μέχρι τούτου ἡμαρτηκέναι ὁμολογήσας, τῆς λειτουργίας ἐπισχεθήσεται, τουτέστι μέχρι καιροῦ κωλυθήσεται· τοῦ δὲ μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων μετὰ τῶν διακόνων ἀξιωθήσεται. Τὸ

Digitized by Google

μέντοι μιανθῆναι ἐν χείλεσί τινες ἄλλως ἑρμηνεύουσι· καὶ ῥηθήσεται τὰ περὶ τούτου ἐν τῷ ο' κανόνι τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

A communicare non indignus habebitur. Itidem et presbyter. Si quis autem ultra peccasse deprehensus fuerit, in quocunque sit gradu, deponetur. Labris autem esse pollutum nonnulli aliter interpretantur; et de eo dicetur in can. 70 sancti Basilii.

ΖΩΝΑΡ. Ἐπὶ τῶν ἁμαρτημάτων τέσσαρας εἶναι βαθμοὺς οἱ ἅγιοι Πατέρες φασὶ, προσβολὴν, πάλην, συγκατάθεσιν καὶ πρᾶξιν· ὧν τὰς δύο καὶ πρώτας ἀνεπιτιμήτους εἶναι, τὰς δὲ μετ' αὐτὰς δύο ὑπὸ ἐπιτίμιον. Οὔτε γὰρ ἡ προσβολὴ κρίνεται, οὔτε ἡ πάλη, ἐὰν τὴν προσβολὴν παραδεξάμενος ὁ λογισμὸς καὶ παλαίσας ἀπεπέμψατο τὸ ἐνθύμημα· ἡ δὲ συγκατάθεσις κρίνεται καὶ αἰτιᾶται, καὶ ἡ πρᾶξις κολάζεται. Ἐὰν οὖν ἐπιθυμία προσέβαλέ τινι γυναικὸς, καὶ νικηθεὶς συγκατέθετο μιγῆναι αὐτῇ, οὐκ ἦλθε δὲ εἰς ἔργον, ἤτοι οὐ τὴν πρᾶξιν ἐπλήρωσε, φαίνεται B ὅτι ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ αὐτὸν ἐρρύσατο. Πλὴν οὐκ ἀνεπιτίμητος ἔσται. Καὶ ἡ συγκατάθεσις γὰρ ὑπὸ ἐπιτίμιον γίνεται. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ ἑβδομηκοστοῦ κανόνος τοῦ ἁγίου Βασιλείου, λέγοντος· Διάκονος ἐν χείλεσι μιανθείς, ἤγουν μέχρι φιλήματος φθάσας γυναικὸς, καὶ μέχρι τούτου ἡμαρτηκέναι ὁμολογήσας, τῆς λειτουργίας ἐπισχεθήσεται, τουτέστι μέχρι καιροῦ κωλυθήσεται· τοῦ δὲ μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων μετὰ τῶν διακόνων ἀξιωθήσεται. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ πρεσβύτερος. Εἰ δέ τι πλέον φωραθῇ τις ἡμαρτηκὼς, ἐν οἱῳ ἂν εἴη βαθμῷ, καθαιρεθήσεται. Ἐντεῦθεν δῆλον ὅτι ἄλλο δηλοῖ τὸ ἐπισχεθήσεται, ὡς εἴρηται, δηλαδὴ τὸ, προσκαίρως τῆς λειτουργίας εἰρχθήσεται. Εἰ καίτισιν οὐχ οὕτως C νοεῖται, οἷς καὶ τὸ χείλεσι μιανθῆναι ἑτέρως ἐκλαμβάνεται, οὐκ εὐστόχως μέντοι, ὡς οἶμαι.

ZONAR. In peccatis esse quatuor gradus dicunt sancti Patres, impressionem, luctationem, assensionem et actum : quorum duo quidem prima non esse pœnæ obnoxia; in duo autem quæ sequuntur pœnam cadere : neque enim impressio, neque luctatio judicatur, si ratio impressionem suscipiens, et cum ea colluctata, cogitatum repudiaverit; assensio autem judicatur et accusatur, et actio punitur. Si ergo mulieris desiderium alicui injectum est, et is victus, ut cum ea rem haberet, assensus est, ad opus autem non venit, id est, actum non implevit, manifestum est, quod Dei gratia servavit; sed non impune abibit. Pœna enim in assensionem etiam cadit. Hoc quoque manifestum est ex can. 70 sancti Basilii, qui dicit : Diaconus labris pollutus, sive qui usque ad osculum mulieris pervenit, et se hucusque peccasse confessus est, ministerio ei interdicetur, id est, ad tempus prohibebitur : sed sacramentis una cum diaconis communicare non indignus habebitur. Itidem et presbyter. Si quis autem ultra peccasse deprehensus fuerit, in quocunque sit gradu, deponetur. Unde constat, quod aliud significatur per illud, interdicetur, nimirum, ad tempus a ministerio arcebitur. Etsi a nonnullis ita non intelligitur, qui illud, Labris esse pollutum, aliter interpretantur, minus tamen recte, ut opinor.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ ἐπιθυμήσας μὲν, μὴ δράσας δὲ, Θεῷ ἐρρύσθη. »

ARIST. « Qui concupivit, sed non perfecit, per Deum servatus est. »

Ὅστις μέχρι ψιλῆς προθέσεως συγκαθευδῆσαι γυναικὶ ἐπεθύμησεν, ἐχόμενον δέ τι σπουδῆς οὐκ ἔπραξεν, οὔτε εἰς ἔργον ἡ ἐνθύμησις αὐτοῦ ἦλθε, φαίνεται ὡς ὑπὸ τῆς ἄνωθεν ἐρρύσθη χάριτος. Εἰ γὰρ καὶ ἐπεθύμησε, καὶ ἐσπούδασε, καὶ μέσοις τισὶν εἰς ἀπάρτισιν τοῦ μέσους ἐχρήσατο· ἀποτέλεσμα δὲ ἡ σπουδὴ αὐτοῦ οὐκ ἔσχε διά τινα παρεμπεσόντα ἐμπόδια ἔξωθεν· ἐπιτιμίοις ὑπόκειται, ὡς ὁ ἑβδομηκοστὸς κανὼν τοῦ ἁγίου Βασιλείου διαγορεύει περὶ τοῦ ἐν χείλεσι μιανθέντος διακόνου.

Quicunque etiam nudo proposito cum muliere dormire concupiverit, sed quod conatus est non fecit, neque ad factum venit concupiscentia ejus, manifestum est, quod per gratiam cœlestem servatur. Si enim et concupivit, et diligentiam adhibuit, et mediis quibusdam ad illius consummationem usus est, conatus autem ejus perfectionem non habuit propter impedimenta aliqua externa quæ inciderunt, pœnis subjicitur, ut septuagesimus sancti Basilii canon mandat de diacono qui in labris pollutus est.

ΚΑΝΩΝ Ε'.

« Κατηχούμενος, ἐὰν εἰσερχόμενος (95) εἰς κυριακὸν « ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ, οὗτος

CANON V.

« Catechumenus, si in Dominicum ingrediens in « Catechumenorum ordine steterit, is autem

Guill. Beveregii notæ.

(95) *Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος.* In codice Amerbachiano ad præsentem canonem hoc scholium apponitur, Κατηχουμένους λέγει πιστοὺς βαπτίζεσθαι μέλλοντας. Δύο δὲ τούτων εἴδη· οἱ μὲν γὰρ ἅρτι προσέρχονται, διὸ καὶ ὡς ἀτελέστεροι μετὰ τὴν ἀκρόασιν τῶν Γραφῶν καὶ τῶν θείων Εὐαγγελίων εὐθὺς ἐξίασιν· οἱ δὲ ἤδη προσῆλθον, καὶ γεγόνασι τελειότεροι τῶν ἅρτι προσερχομένων, ὅθεν καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὴν ἀναμένοντες, τὸ γόνυ κλίνουσιν ἐν ταύτῃ. *Catechumenos vocat fideles, qui baptismum susceperi sunt. Eorum autem duæ sunt species. Nonnulli enim modo accedunt; quapropter ut imperfectiores post Scripturarum et divinorum Evangeliorum auditionem protinus egrediuntur : alii autem antehac venerunt, et perfectiores iis, qui modo accedunt, facti sunt; quare etiam illi ad orationem usque pro catechumenis factam manentes, in ea peragenda genuflectunt.* Simile huic scholium in Harmenopuli epitomen hujus canonis exstat, his verbis, Δύο τῶν κατηχουμένων ἦσαν τάξεις, ἡ μὲν τῶν γονυκλινόντων, ἡ τελειοτέρα, ἡ δὲ τῶν ἀκροωμένων, ἡ ἀτελεστέρα. Λέγει οὖν, εἰ τῶν γονυκλινόντων εἴη, καὶ ἁμάρτοι, παυσάμενος τοῦ ἁμαρτάνειν γενέσθω τῶν ἀκροωμένων· εἰ δὲ τῶν ἀκοωμ-

Digitized by Google

« peccat; si genu quidem flectens sit, audiat, « non amplius peccans : sin autem etiam audiens adhuc peccet, extrudatur. »

BALS. Duo sunt ordines catechumenorum. Hi enim nuper accesserunt, et, ut imperfectiores, post Scripturarum et divinorum Evangeliorum additionem statim exeunt : illi vero jampridem accesserunt, et perfectiores facti sunt; unde et orationem, quæ fit supra catechumenos, exspectantes, in ea genu flectunt. Quando autem pronuntiatum fuerit, Catechumeni, procedite, tunc et ipsi exeunt. Dicit ergo canon, quod si catechumenus **406** peccat, si est quidem ex perfectioribus, a peccando abstinens, veniat ad locum imperfectiorum, id est, stet in templo usque ad Evangelium : sin autem ex imperfectioribus, qui sola etiam auditione digni habentur, et a peccato non abstineat, extrudatur, id est, stet extra ecclesiam cum deflentibus. Quid vero si imperfectior a peccato abstinuerit, non punietur, quemadmodum perfectiores, sed in primo loco stabit? *Solutio.* Duo sunt loci catechumenorum, ut dictum est : hic quidem, qui est usque ad lectionem divinorum Evangeliorum ; ille vero usque ad exitum catechumenorum. Qui sunt itaque perfectiores, si peccent et abstineant, parum dimittentur in locum imperfectiorum : sin autem non abstineant, in deflentium loco statuentur. Si ii autem, qui sunt imperfectiores, peccent, nec desistant, in locum deflentium abducentur : sin vero desistant, non habebunt locum, in quem deducentur. Si dixerimus enim eos cum flentibus stare oportere, desperationis gravitate eos obruemus ; nec ulla erit differentia eorum qui abstinent et non abstinent. Et ideo, tanquam qui a malo destiterint, rursus cum audientibus stabunt.

ZONAR. Duo catechumenorum olim erant ordines. Alii quidem amplexi fidem, sed qui baptismum differrent, cum catechumenis astabant, dumque precatio in catechumenos recitaretur genibus provolvebantur, ac postquam illud, Catechumeni, procedite, de more pronuntiatum esset, tunc egrediebantur. Alii autem jam primum accedentes, minusque perfecti, sacræ Scripturæ auscultabant, Evangelioque recitato dimittebantur. Quandocunque igitur e catechumenis quispiam peccaverit, si qui-

« δὲ ἁμαρτάνων· ἐὰν μὲν γόνυ κλίνων, ἀκροάσθω « μηκέτι ἁμαρτάνων· ἐὰν δὲ καὶ ἀκροώμενος ἔτι « ἁμαρτάνῃ, ἐξωθείσθω. »

ΒΑΛΣ. Δύο τάξεις τῶν κατηχουμένων εἰσίν. Οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται, καὶ, ὡς ἀτελέστεροι, μετὰ τὴν ἀκρόασιν τῶν Γραφῶν καὶ τῶν θείων Εὐαγγελίων εὐθὺς ἐξίασιν· οἱ δὲ ἤδη προσῆλθον, καὶ γεγόνασι τελεώτεροι ὅθεν καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὴν ἀναμένοντες, τὸ γόνυ κλίνουσιν ἐν ταύτῃ. Ὅταν δὲ ἐκφωνηθῇ τὸ, Οἱ κατηχούμενοι προέλθετε, τότε ἐξέρχονται καὶ οὗτοι. Φησὶν οὖν ὁ κανὼν ὅτι, ἐὰν κατηχούμενος ἁμαρτάνῃ, εἰ μὲν τῶν τελεωτέρων ἐστὶν, ἐὰν ἀπόσχηται τοῦ ἁμαρτάνειν, ἐλθέτω εἰς τὸν τόπον τῶν ἀτελεστέρων, τουτέστι, στήτω μέχρι τοῦ Εὐαγγελίου ἐν τῷ ναῷ· εἰ δὲ τῶν ἀτελεστέρων, τῶν καὶ ἀκροάσεως μόνης ἀξιουμένων, καὶ οὐκ ἀφίσταται τῆς ἁμαρτίας, ἐξωθείσθω, ἀντὶ τοῦ, ἔξω τῆς ἐκκλησίας στήτω μετὰ τῶν προσκλαιόντων. Τί δὲ, ἐὰν ἀποστῇ ὁ ἀτελέστερος τῆς ἁμαρτίας, οὐκ ἐπιτιμηθήσεται καθὼς ὁ τελεώτερος, ἀλλ' εἰς τὸν πρότερον τόπον στήσεται; *Λύσις.* Δύο τόποι εἰσὶ τῶν κατηχουμένων, ὡς εἴρηται, ὁ μέχρι τῆς ἀναγνώσεως τῶν θείων Εὐαγγελίων, καὶ ὁ μέχρι τῆς ἐξελεύσεως τῶν κατηχουμένων. Οἱ γοῦν τελεώτεροι, ἁμαρτάνοντες καὶ ἀφιστάμενοι δὲ, εἰς τὸν τόπον τῶν προσκλαιόντων στήσονται. Οἱ δὲ ἀτελέστεροι ἁμαρτάνοντες, μὴ ἀφιστάμενοι, μυκρὸν ὑποβιβασθήσονται εἰς τὸν τόπον τῶν ἀτελεστέρων· μὴ ἀφιστάμενοι, μὲν, εἰς τὸν τόπον τῶν προσκλαιόντων ἀπαχθήσονται· ἀφιστάμενοι δὲ, οὐκ ἔχουσι τόπον ἔνθα καταταχθήσονται. Εἰ γὰρ εἴπωμεν τούτους μετὰ τῶν προσκλαιόντων στῆναι, ἀπογνώσεως θλίψει καταβαπτίσομεν, καὶ οὐδεμία ἔσται διαφορὰ ἀφισταμένων καὶ μὴ ἀφισταμένων. Διά τοι τοῦτο, ὡς ἀποστάντες τοῦ κακοῦ, στήσονται καὶ πάλιν μετὰ τῶν ἀκροωμένων.

ΖΩΝΑΡ. Δύο τάξεις ἦσαν (96) τῶν κατηχουμένων τὸ παλαιόν. Οἱ μὲν γὰρ πιστοὶ ὄντες, ὑπερτιθέμενοι δὲ τὸ βάπτισμα, μετὰ τῶν κατηχουμένων ἵσταντο, καὶ τῆς ἐπὶ κατηχουμένοις εὐχῆς λεγομένης ἔκλινον τὸ γόνυ, ὅτε δ' ἐξεφωνήθη τὸ, Οἱ κατηχούμενοι προέλθετε, τότε ἐξήρχοντο· οἱ δὲ ἄρτι προσελθόντες καὶ ἀτελέστεροι ὄντες τῶν ἁγίων Γραφῶν ἤκουον, καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ Εὐαγγελίου ἀπῄεσαν. Ὅταν οὖν ὁ κατηχούμενος ἁμαρτάνῃ, εἰ μὲν τῶν τελεωτέρων τῶν γόνυ κλινόντων δηλονότι

Guill. Beveregii notæ.

μένων, ἔξω στήτω τῆς ἐκκλησίας. Καὶ οἱ ἀκροώμενοι γὰρ ἐκτὸς ἵσταντο τῆς ἐκκλησίας μέχρι τῆς ἀναγνώσεως τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου. *Duo catechumenorum ordines erant ; unus eorum qui genu flectebant, perfectior scilicet ; alter imperfectior eorum, qui audiebant. Vult ergo dicere, si sit ex ordine flectentium genu, et peccet, quod peccare desinens in ordinem audientium referri debeat : sin ex audientibus sit, consistat extra ecclesiam. Nam et audientes extra ecclesiam stabant usque ad lectionem sancti Evangelii.* Harmenop. Epit. can. sect. 5, tit. 3. Hæc duo scholia juxta se posita præsentem canonem, satis in se obscurum, perspicuum reddunt et apertum.

(96) *Δύο τάξεις ἦσαν.* In Gallandi J. C. codice, ante hæc prima Zonaræ in hunc canonem verba, hæc leguntur, tanquam principium interpretationis, Ἡ ἐν Νικαίᾳ πρώτη σύνοδος εἰς κανόνα ιδ' ὁρίζει χρόνον τοῦ ἐπιτιμίου ἐν τοῖς τοιούτοις. Κατηχουμένους δὲ λέγει τοὺς βαπτίζεσθαι μέλλοντας· δύο δὲ εἴδη τούτων· οἱ μὲν ἄρτι προσέρχονται· οἱ δὲ ἤδη προσῆλθον, καὶ γεγόνασι τῶν ἤδη προσερχομένων τελειότεροι· ὅθεν καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὴν ἀναμένοντες τὸ γόνυ κλίνουσιν ἐν ταύτῃ. Hæc autem, post verba ἐν τοῖς τοιούτοις, eadem fere sunt, quæ ante ex codice Amerbachiano sub scholii nomine protulimus : adeo ut alia interpretatione non opus sit. Ad Zonaræ autem interpretationem nequaquam pertinent, quia in ea eadem iterum leguntur.

Digitized by Google

ἐν τῇ εὐχῇ ἐστιν, ἀκροάσθω, τουτέστι μετὰ τῶν μέχρις ἀκροάσεως ἱσταμένων στήτω, εἰ ἀπόσχηται τοῦ ἁμαρτάνειν· εἰ δὲ τῶν ἀκροωμένων ἐστὶν, ἔτι καὶ ἁμαρτάνει, ἐξωθείσθω, ἀντὶ τοῦ ἔξω τῆς ἐκκλησίας στήτω μετὰ τῶν προσκλαιόντων.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ ἐν τῷ κατηχεῖσθαι ἁμαρτάνων, ἐὰν « γόνυ κλίνων μηκέτι ἁμαρτάνοι, ἀκροάσθω· εἰ « δὲ καὶ ἀκροώμενος ἁμαρτάνοι, τέλεον ἀπωθεί- « σθω. »

Δύο εἴδη τῶν κατηχουμένων εἰσίν· οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται· διὸ καὶ ὡς ἀτελέστεροι μετὰ τὴν ἀκρόασιν τῶν Γραφῶν, καὶ τῶν θείων Εὐαγγελίων εὐθὺς ἐξίασιν· οἱ δὲ πρὸ καιροῦ προσῆλθον, καὶ γεγόνασι τελεώτεροι· ὅθεν καὶ μετὰ τὸ Εὐαγγέλιον τὴν ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὴν ἀναμένουσι· καὶ ἐν τῷ προσφωνεῖσθαι τὸ, Οἱ κατηχούμενοι, τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνατε, τὸ γόνυ κλίνουσιν. Οἱ γοῦν τελεώτεροι, ὡς γευόμενοι καλοῦ Θεοῦ ῥήματα, καὶ παραπεσόντες, μετακινοῦνται τῆς στάσεως, καὶ τοῖς ἀκροωμένοις συντάττονται· εἰ δὲ καὶ ἀκροώμενοι ἁμαρτάνουσι, τῆς Ἐκκλησίας τέλεον ἐξωθοῦνται.

ΚΑΝΩΝ Ϛ'.

« Περὶ κυοφορούσης, ὅτι δεῖ φωτίζεσθαι, ὁπότε « βούλεται. Οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κοινωνεῖ ἡ « τίκτουσα τῷ τικτομένῳ· διὰ τὸ ἑκάστου ἰδίαν « τὴν προαίρεσιν τὴν ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ δείκνυ- « σθαι. »

ΒΑΛΣ. Τινὲς ἔλεγον μὴ ὀφείλειν βαπτίζεσθαι τὰς ἐξ ἀπίστων τῇ Ἐκκλησίᾳ προσερχομένας κυοφορούσας, ἀλλ' ἀναμένειν τὴν εἰς τὸ φῶς τοῦ τοκετοῦ ἐξέλευσιν, ἵνα μὴ, ταύτης βαπτιζομένης, δόξῃ συμβαπτίζεσθαι καὶ τὸ ἐγκυμονούμενον, ὡς ἡνωμένον διόλου αὐτῇ· κἀντεῦθεν μετὰ τὸ γεννηθῆναι, ἢ ἀφώτιστον καταλειφθῇ, ἢ βαπτιζόμενον λογισθῇ καὶ αὖθις βαπτίζεσθαι. Οἱ γοῦν Πατέρες, τὴν ἀντίθεσιν ταύτην μὴ παραδεξάμενοι, ὥρισαν ἀποκριματίστως βαπτίζεσθαι τὰς κυοφορούσας, ὅτε βούλοιντο, διὰ τὸ μηδεμίαν κοινωνίαν ὑπεῖναι τῇ τικτούσῃ μετὰ τοῦ τικτομένου, ὅσον εἰς τὸν λόγον τοῦ φωτίσματος. Ἄλλως τε, φασὶν, ἀναγκαία ἐστὶν ἡ ἑκάστου ὁμολογία ἐν τῷ βαπτίζεσθαι· τὸ δὲ ἔμβρυον ἐστερημένον διαθέσεως οὐ δύναται τὰς ἐπὶ τῷ βαπτίσματι ὁμολογίας ποιῆσαι. Προστέθη δὲ τῷ κανόνι τὸ, ὅτε βούλοιντο, διὰ τοὺς λέγοντας πρὸ μὲν τοῦ εἰδοποιηθῆναι τὸ ἔμβρυον εἰς ἄνθρωπον ἀκινδύνως βαπτίζεσθαι τὴν μητέρα ἐγκυμονοῦσαν, μετὰ δὲ τοῦτο μὴ καλῶς αὐτὴν βαπτίζεσθαι· διὰ τὸ εἶναι τοιαύτης διαθέσεως τὸ ἐγκυμονούμενον, οἵας εἰσὶ καὶ ἀρτιγέννητα νήπια, τὰ μὴ δυνάμενα ὁμολογεῖν. Διό τοι καὶ εἶπον οἱ Πατέρες ἐπ' ἀδείας ἔχειν τὴν ἐγκυμονοῦσαν, ὅτε θέλει βαπτίζεσθαι. Τὰ μὲν γὰρ ἔμβρυα, ὅπως ἔχουσι διαθέσεως, οὐδεὶς περιεργάσασθαι δύναται ἢ ἀναδέξασθαι· τὰ δὲ νήπια διὰ τῶν ἀναδεχομένων αὐτὰ κατατίθενται, καὶ πραγματικῶς φωτιζόμενα θείας καταξιοῦνται ἐλλάμψεως. Ἀνά-

dem ex perfectiorum numero fuerit, eorum scilicet, qui in precatione genu flectunt, audiat, hoc est, cum iis qui auscultari tantummodo permittuntur, si modo finem peccandi fecerit, consistat; sin vero inter audientes agens adhuc tamen offenderit, expelli, hoc est, extra ecclesiam cum lugentibus stare, hic canon jubet.

ARIST. « Catechumenus peccans, si, dum genu « flectit, amplius peccaverit, inter audientes sit; « sin, dum inter audientes est, peccet, penitus « ejiciatur. »

Duæ sunt species catechumenorum: nonnulli enim modo accedunt; quocirca et ut imperfectiores post Scripturarum et Evangeliorum auditionem statim emittuntur. Alii autem ante tempus aliquod advenerunt, et perfectiores evaserunt. Quare et post Evangelium preces pro catechumenis factas exspectant; et cum illud dicitur, Catechumeni, capita vestra Domino flectite, genu flectunt. Perfectiores itaque ut qui bona Dei verba pergustarunt, si lapsi fuerint, statione sua moventur, et cum audientibus collocantur; si autem, et cum audientes sint, peccant, ab ecclesia perfecte expelluntur.

CANON VI.

« De ea quæ uterum gerit, quod oporteat eam « baptizari, quando velit. Nihil enim ea, quæ « parit, cum fetu, qui paritur, hac in re com- « mune habet; quod proprium uniuscujusque « institutum ac propositum in confessione osten- « datur.

BALS. Quidam dicebant, non debere baptizari gravidas, quæ ex infidelibus ad Ecclesiam accedunt, sed exspectare fetus in lucem exitum; ne dum ea baptizatur, videatur quoque una baptizari fetus, quem in utero gerit, ut qui sit ei omnino unitus: quo fit ut postquam natus fuerit, vel non baptizatus relinquetur, vel si baptizetur, rursus baptizari reputetur. Patres itaque, hac contradictione non admissa, statuerunt, ut sine ullo præjudicio baptizentur prægnantes mulieres, quando voluerint; eo quod nihil habeat commune puerpera cum fetu qui paritur, quod ad baptismum attinet. Maxime, inquiunt, cum sit unicuique sua in baptismate necessario promissio: fetus autem, qui est in utero, cum sit affectione destitutus, non potest quæ in baptismate requiruntur professiones et vota facere. **407** Adjectum est autem canoni illud, Quando velint, propter eos qui dicunt, antequam fetus formetur in hominem posse mulierem prægnantem sine periculo baptizari, non recte autem baptizari postea: quoniam id, quod habetur in utero, in ea est constitutione, in qua infantes modo nati qui polliceri non possunt; et ideo dixerunt Patres, esse in mulieris gravidæ potestate baptizari quando velit. Quomodo enim se habeant fetus, nemo potest perquirere, vel eos suscipere. Infantes autem per susceptores suos affirmant, et actu baptizati divina illuminatione digni censentur;

Digitized by Google

Lege et quæ in cap. 10 titul. 4 præsentis operis a nobis scripta sunt.

ZONAR. Mulieres, quæ uterum ferunt, quandocunque voluerint, canon baptizari oportere decernit. Quod autem nonnulli, fetum cum matre simul baptizari, ac proinde infantem, postquam in lucem datus esset, ne baptismus in eodem geminaretur, nullo modo baptizandum esse, asseverabant; propterea verba illa, Nihil enim ea quæ parit, cum fetu qui paritur ea in re commune habet, adjunxit, hoc est, sola etenim mater, non per eam filius quoque simul, sancti baptismatis consors efficitur. Ut enim, inquit, se quis Christi sectatorem profiteatur, propria uniuscujusque electio requiritur, ac per eam, quam libenti animo baptismum quisque amplectatur, facile apparet. Quoniam vero in fetu maternis adhuc visceribus incluso electio nulla est, nec baptismum quidem suscepisse putandus est, proindeque iterum baptizari, cum eligendi facultas penes illum fuerit, oportebit.

ARIST. « Prægnans quandocunque vult baptiza-
« tur. Nam uniuscujusque voluntas judicatur. »

Gravida enim propter generatum baptizari non impedietur; nec enim fetus una cum gravida baptismatus reputatur, adeo ut si cum editus fuerit, baptizetur, secundo baptizatus existimaretur. Ille enim cum ad lucem nondum venerit, nec per seipsum substiterit, nec voluntatem habet.

CANON VII.

« Presbyter in digamiam incuntis nuptiis ne
« convivetur. Cum enim requirat pœnitentiam
« digamus, quis erit presbyter, qui, eo quod sit
« convivio acceptus, nuptiis assentiatur? »

BALS. Laicus, qui digamus est affectus, hinc non permittitur, nisi anno præterito, esse divinorum sacramentorum particeps. Dicit ergo canon, quod quoniam hæc pœna a sacerdote digamo inducitur, non debet cum eo in nuptiis convivium inire. Videtur enim veluti per suam præsentiam consentire,

A γνωθι καὶ τὰ ἐν τῷ ι' κεφαλ. τοῦ δ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος παρ' ἡμῶν γραφέντα.

ΖΩΝΑΡ. Τὰς ἐν τῇ γαστρὶ φερούσας δεῖ βαπτίζειν, φησὶν ὁ κανών, ὅτε βούλονται. Τινῶν δὲ λεγόντων ὅτι λοιπὸν τὸ κυοφορούμενον συμβαπτίζεται τῇ μητρὶ, καὶ οὐ χρὴ αὐτὸ μετὰ τὸ γεννηθῆναι βαπτίζεσθαι, ἵνα μὴ δὶς δοκῇ βαπτίζεσθαι, ἐπήγαγε τὸ, Οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κοινωνεῖ ἡ τίκτουσα τῷ τικτομένῳ, ἀντὶ τοῦ, Αὐτὴ γὰρ μόνη τοῦ ἁγίου ἀξιοῦται βαπτίσματος, καὶ οὐχὶ κἀκεῖνο διὰ μέσης αὐτῆς. Ὅτι, φησὶν, ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ συντάττεσθαι τῷ Χριστῷ ἡ ἑκάστου προαίρεσις ἀπαιτεῖται, καὶ ἐξ αὐτῆς δείκνυται εἰ προθύμως πρόσεισι τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἔμβρυον ἐστέρηται προαιρέσεως οὐδὲ βαπτίζεσθαι δοκεῖ, ὥστε αὐτὸ χρὴ̃ζει αὖθις βαπτι-
B σματος ὅτε προαιρεῖσθαι δυνήσεται. »

ΑΡΙΣΤ. « Ἡ κυοφοροῦσα, ὅτε θέλει, βαπτίζεται·
« ἑκάστου γὰρ ἡ προαίρεσις κρίνεται. »

Οὐ γὰρ ἐμποδισθήσεται ἡ κυοφοροῦσα διὰ τὸ τικτόμενον βαπτισθῆναι· οὐδὲ γὰρ λογίζεται τὸ ἔμβρυον συμβαπτίζεσθαι τῇ τικτούσῃ, ὥστε, ἐὰν μετὰ τὸ γεννηθῆναι βαπτισθῇ, νομισθῆναι βαπτίζεσθαι δεύτερον. Ἐκεῖνο γὰρ, μήπω εἰς φῶς ἐλθὸν, οὔτε καθ' ἑαυτὸ ὕπεστιν, οὔτε προαίρεσιν ἔχει.

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

C « Πρεσβύτερον εἰς γάμον διγαμοῦντος (97) μὴ
« ἑστιᾶσθαι. Ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ δι-
« γάμου (98), τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος, ὁ διὰ τῆς
« ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις. »

Ὁ διγαμήσας λαϊκὸς οὐ παραχωρεῖται μετασχεῖν τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀπεντεῦθεν, ἀλλὰ μετὰ ἐνιαυτόν. Φησὶ γοῦν ὁ κανὼν ὡς, ἐπεὶ τὸ ἐπιτίμιον τοῦτο παρὰ τοῦ ἱερέως ἐπάγεται τῷ διγαμήσαντι, οὐκ ὀφείλει οὗτος συνεστιᾶσθαι αὐτῷ εἰς τὸν γάμον. Δοκεῖ γὰρ ὥσπερ διὰ τῆς παρουσίας συναινεῖν,

Guill. Beveregii notæ.

(97) *Πρεσβύτερον εἰς γάμον διγαμοῦντος.* Cautum est hoc canone, ne quis presbyter in ejus, qui digamiam init, nuptiis convivetur. Hinc cum Constantinus quidam episcopus ad Nicetam metropolitanum Heracleæ hanc quæstionem proposuisset, Τοὺς εἰς δεύτερον συνοικέσιον ἐρχομένους εἰ δεῖ λαβεῖν τὴν τοῦ διγάμου εὐχὴν παρὰ τοῦ κατὰ χώραν ἀρχιερέως; *An qui ad secundas convolant nuptias accipere possint bigami precationem a regionis antistite?* respondit ille juris canonici peritissimus, Ἡ μὲν ἀκρίβεια τοὺς διγάμους οὐκ οἶδε στεφανοῦν· ἡ δὲ ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ συνήθεια τὰ τοιαῦτα οὐ παρατηρεῖται· ἀλλὰ καὶ τοῖς διγάμοις τοὺς νυμφικοὺς στεφάνους ἐπιτίθησι, καὶ οὐδεὶς οὐδέποτε διὰ τοῦτο ἐνεκλήθη. Ὥστε οὐδέ τις φοβηθήσεται τὸ ἐπίκλημα, τοὺς τοιούτους στεφανώσας· πλὴν ὀφείλουσιν ἕνα ἢ καὶ δεύτερον ἐνιαυτὸν κωλυθῆναι τῆς τῶν ἁγίων μυστηρίων μεταλήψεως, καὶ οὐδὲ τὸν ἱερολογήσαντα χρὴ συνεστιαθῆναι τούτοις. *Accurata sane disciplina bigamos coronare non novit. Magnæ autem Ecclesiæ consuetudo hæc non observat; sed bigamis etiam sponsalitias coronas imponit; nec ullus unquam propter eam causam accusatus est: ideoque calumniam non formidabit quisquam, qui tales coronavit. Illi autem annum unum aut alterum a mysteriorum communione arceri debent: nec eum, qui*

D *precationem concepit, simul cum iis convivari oportet.* In *Jur. Gr. Rom.* t. v, p. 310. Exstat hoc responsum etiam in Euchologio, ubi ultima ejus pars his verbis concipitur, Ἀλλὰ καὶ τὸν ἱερολογήσαντα τούτοις πρεσβύτερον συνδειπνεῖν αὐτοῖς οὐ νενόμισται, κατὰ τὸν ζ' κανόνα τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου. *Sed neque fas est presbyterum benedictionem iis impertientem, sive pro iis precantem, simul cum iis convivari, juxta septimum canonem Neocæsariensis synodi.* Ex hoc etiam canone desumpta videntur, quæ Ælfricus in Saxonicos ad Wulfinum episcopum canones de hac retulit, ubi statuit: *Ne liceat sacerdoti ulli iis interesse nuptiarum celebritatibus, in quibus aut secundæ vir uxori jungitur, aut secundo viro femina; nec vel iisdem benedicere, ut sic admoneat eos.* Et paulo post: *Canones autem jam tum prohibent benedictionem, et ejusmodi connubentibus imponunt etiam pœnitentiam.* Ælfric. can. 9.

(98) *Ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου.* Ex his verbis facile est colligere, quales digami hic intelligendi sunt; tales nimirum qui duas habent eodem tempore uxores. Laicis enim, qui post mortem unius aliam uxorem ducunt, pœna a nullo unquam canone imposita fuit, nec publica ab iis exacta pœnitentia. Sed de hac re alibi fusius agemus.

Digitized by Google

καὶ οὐ δυνήσεται ἐπιτιμῆσαι τὸν διγαμήσαντα. Καλῶς δὲ διωρίσαντο συνεστιᾶσθαι τούτῳ τὸν ἱερέα μετὰ τὸν καιρὸν τοῦ γάμου. Μετὰ γὰρ τὸν γάμον οὐ κωλυθήσεται συνανακεῖσθαι αὐτῷ, ὡς μηδὲ ἀκοινωνήτῳ ὄντι. Εἰπὼν δέ τίς ποτε ὀφείλειν τὸν διγαμήσαντα μετὰ τὴν ἀπόστασιν τῆς διγαμίας δέχεσθαι εἰς μετάνοιαν, καὶ ἐπιτιμᾶσθαι (ἔτι γὰρ τοῦ γάμου συνισταμένου, ταῦτα χώραν οὐκ ἔχουσι, κατὰ τὸν καθόλου κανόνα), ἤκουσε μὴ εἶναι γάμον ἀθέμιτον, ὥστε διασπᾶσθαι. Καὶ διὰ τοῦτο ἔῤῥωται μὲν, ἐπιτιμᾶται δὲ μετρίως, ὡς εἴρηται.

A nec poterit eum, qui duas uxores duxit, punire. Recte autem definierunt, ne sacerdos cum eo convivetur tempore nuptiarum. Post nuptias enim non prohibebitur cum eo accumbere, ut qui non sit omnino excommunicatus. Cum autem dixisset aliquando quispiam, debere eum qui secundam uxorem duxit, postquam a secundo matrimonio diverterit, ad pœnitentiam recipi et puniri (adhuc enim constante matrimonio, hæc locum non habent, secundum universalem regulam), audivit non esse illicitum matrimonium, ut separari debeat. Et propterea est quidem confirmatum, modice autem punitur, ut dictum est.

Ἑτέρα ἑρμηνεία (99).

Ὁ παρὼν κανὼν κωλύει τοὺς πρεσβυτέρους ἑστιᾶσθαι μετὰ διγάμων, καὶ παριστᾷ διὰ τούτου B ἐπιτετιμημένον εἶναι τὸν δεύτερον γάμον. Τὸ αὐτὸ δὲ φαίνεται καὶ ἀπὸ τοῦ γ' καν. τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου καὶ ἀπὸ δ' καν. τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Ἐπεὶ δὲ βλέπομέν τινας σκανδαλιζομένους ἐκ τοῦ μηδέ τινα δευτερογαμήσαντα ἐπιτιμηθῆναί ποτε, μήτε τὴν τοιαύτην ἱερολογίαν ἐμποδίζεσθαι, μᾶλλον μὲν οὖν ἔστιν ὅτε ἐπιτρέπεται διὰ πιττακίου χαρτοφύλακος· εἴδομεν δὲ πατριάρχας καὶ ἀρχιερεῖς πολλοὺς συνεσθίοντας μετὰ βασιλέων διγαμούντων, καὶ ἄλλων μεγιστάνων, φαμὲν ὅτι κἂν ἐπιτιμίῳ καιρικῆς ἀκοινωνησίας ἐκ τοῦ ῥηθέντος κανόνος οἱ δευτερογαμοῦντες ὑπέκειντο, ἀλλ' ὁ τῆς ἑνώσεως τόμος, καταστρωθεὶς παρ' ἡμῶν εἰς τὸν δ' κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ἐξισώσει τῷ πρώτῳ γάμῳ διόλου τὸν δεύτερον· καὶ εἰπὼν πότε καὶ οὗτοι ἐπιτιμᾶ- C σθαι ὀφείλουσιν, ἔλυσε τὸ ἐπιτίμιον. Φησὶ γὰρ ἐν μέρει ταῦτα μὲν περὶ τοῦ τρίτου γάμου· οὐ μὴν οὐδὲ τὸν δεύτερον οὐδὲ τὸν α' ἐκτὸς ἀσφαλείας ἐῶμεν· ἀλλὰ κἀκείνους ὁρίζομεν οὕτω συνίστασθαι, ὥστε μηδεμίαν ἔχειν πονηρὰν αἰτίαν ἢ ἐξ ἁρπαγῆς ἢ προηγησαμένης λαθραίας φθορᾶς, ἀλλὰ νομίμους καὶ καθαρεύοντας τῶν τοιούτων μολυσμάτων καὶ πονηρᾶς ἀκαθαρσίας· καὶ ἐφεξῆς ἐπιτιμῶμεν τούτους μόνους· τοὺς δὲ λοιποὺς ἀνεπιτιμήτους συντηρεῖ.

Altera interpretatio.

Præsens canon prohibet presbyteros cum digamis convivari, et per hoc secundum matrimonium puniri ostendit. Idem autem apparet et ex tertio canone syn. Neocæsariensis, et ex canone 4 sancti Basilii. Quoniam autem videmus nonnullos offendi, eo quod nullus eorum, qui secundum matrimonium contraxit, unquam puniatur, nec iis sacramentorum participatio impediatur, sed potius etiam per chartophylacis pittacium permittatur; vidimus autem et patriarchas et multos alios antistites cum imperatoribus, qui secundas nuptias celebrant, et **408** cum aliis magnatibus comedentes; dicimus, quod etiamsi temporalis excommunicationis pœnæ ex prædicto can. digami subjecti sint, unionis tamen decisio, quæ a nobis sita est in can. 4 sancti Basilii, primo matrimonio secundum omnino æquavit; et dixit, quando ii omnino punientur, pœnam dissolvit. Hæc etiam in particulari dicit de tertio matrimonio: at nec secundum nec primum sine securitate relinquimus: sed et illa sic constituenda decernimus, ut nullam improbam causam habeant, vel ex raptu, vel ex clandestino præcedente coitu; sed sint legitima et ab ejusmodi inquinamentis sordibusque malis aliena; et deinceps quæ sunt hujusmodi solum punimus; reliqua vero pœnis non obnoxia conservat.

ΖΩΝΑΡ. Ἡ διγαμία ὑπὸ ἐπιτιμιόν ἐστιν. Ἑνιαυτὸν γὰρ τῆς ἁγίας μεταλήψεως εἴργεται. Τὸ δὲ ἐπιτίμιον οἱ ἱερεῖς ἐπάγουσιν, εἰς μετάνοιαν ἐρχομένου τοῦ διγαμήσαντος. Ὁ γοῦν διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ συναινεῖν δοκῶν τῷ δευτέρῳ γάμῳ ἱερεύς τίς ἔσται, φησὶν ὁ κανών, τουτέστι, πῶς οὐκ αἰδεσθήσεται ἐπιτιμῶν τῷ δευτερογαμοῦντι ὁ διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ συνευδοκῶν τῇ δευτερογαμίᾳ; Ἀλλὰ ταῦτα ἐν γράμμασιν. Ἡμῖν δὲ καὶ πατριάρχης ὤφθη, καὶ μητροπολῖται διάφοροι συνεστιώμενοι δευτερογαμήσαντι βασιλεῖ.

ZONAR. Suam digamiæ multam can. statuere. Uno siquidem anno digamos a perceptione sacrorum munerum arceri jubent. Eam vero pœnam digamis, sibi a pœnitentia remedium quærentibus, D sacerdotes injungunt. Quis ergo sacerdos, inquit canon, secundis nuptiis, ut eas vel hoc ipso, quod adest, probare videatur, intersit? hoc est, qui fieri potest ut pœnam a digamo exigere non pudor sit ei, qui digami factum a se non improbari, cum nuptiis secundis ipse interfuerit, satis ostendit? Verum hæc in libris scripta reperiuntur. Nos autem et patriarcham et metropolitanos complures in convivio imperatoris secundas nuptias celebrantes aspeximus.

Guill. Beveregii notæ.

(99) *Ἑτέρα ἑρμηνεία.* Hanc alteram hujus canonis interpretationem codici Bodleiano acceptam ferimus. Neque enim Græce exstat: sed Latina ejus versio in supplemento ad Parisiensem Balsamonis editionem habetur, e codice Tiliano per Gentianum Hervetum eruta. In codice Amerbachiano desideratur.

Digitized by Google

ARIST « Presbyter digamorum nuptiis non debet « interesse. Cum digamus enim veniam implora- « verit, quis eum venia dignabitur? »

Sacerdos qui digamo benedixit, a mensa debet recedere et non cum eo convivari. Si enim pœnæ subjectus fuerit digamus, quænam presbytero concedatur venia qui, eo quod convivatus est, istiusmodi nuptiis assensum præbuit?

ΑΡΙΣΤ. « Οὐχ ἑστιᾶται πρεσβύτερος ἐπὶ διγάμους· « ἐκείνου γὰρ συγγνώμης δεομένου, τίς ἐκεῖνον « ἀξιώσει συγγνώμης; »

Ὁ ἱερεὺς, εὐλογήσας τὸν δίγαμον, τῆς τραπέζης ὀφείλει ὑπαναχωρεῖν, καὶ μὴ συνεστιαθῆναι αὐτῷ. Εἰ γὰρ ὑπὸ ἐπιτίμιόν ἐστιν ὁ δίγαμος, ποία ἔσται τῷ πρεσβυτέρῳ συγγνώμη, τῷ διὰ ἑστιάσεως τοῖς τοιούτοις συγκατατιθεμένῳ γάμοις;

CANON VIII.

« Si alicujus uxor, cum esset laicus, adulterata « fuisse plane convicta fuerit, is non potest ad « ministerium accedere. Sin autem etiam post « ordinationem adulterata fuerit, debet eam di- « mittere. Quod si cohabitet, non potest sibi com- « missum ministerium exsequi. »

BALS. Didicisti ex diversis legibus, licere sine periculo uxorem adulteratam recipere, et peccati veniam dare. Et lege librum Basil. XXVIII, tit. 7, cap. 1, qui dicit, maritum posse intra biennium, sine ullo periculo, suam uxorem ex monasterio recipere, quæ ut adultera condemnata est et inclusa: ab eo enim tempore tondetur. Dicit ergo etiam canon, quod, etsi vir hoc facere potest, nimirum veniam adulteratæ uxoris peccato dare, sed tamen quoniam can. apostolicus 18 non permittit, ut in sacerdotalem catalogum adscribatur, qui uxorem fornicatricem vel dimissam vel scenicam duxerit, ne hic quidem ad sacrum ordinem provehetur. Atque id quidem ita se habet, si laici uxor adulterata fuerit: sin autem ejus qui est sacratus, ipse quidem, ut qui nihil deliquerit, si exinde ab ea separetur, erit in proprio gradu. Sin vero hoc facere noluerit, sed una cum adultera cohabitat, deponetur, ut qui sit inquinamenti particeps; eo quod cum adultera rem habuerit. Interrogaverit autem quispiam, Cur cum Patres de mulieris adulterio dixissent, non satis habuerunt, nisi etiam adderent adulterium fuisse aperte convictum? *Solutio.* Diversæ leges jubent mulierem non aliter condemnari ut adulteram, quam per apertas probationes, id est, per quinque testes jurantes se vidisse in ipso actu fieri adulterium. Hac ratione nec omnes possunt crimen adulterii intendere: sed quinque solum personæ, maritus, pater, frater, patruus, avunculus. Sed nec ipsa mulier, se adulterium commisisse confessa, condemnatur, quod etiam est novum. Adjecerunt ergo Patres, eam damnari ut adulteram, quæ est apertis probationi-

ΚΑΝΩΝ Η'.

« Ἐὰν γυνή τινος (1) μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος ἐλεγχθῇ « φανερῶς, ὁ τοιοῦτος εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν οὐ « δύναται. Ἐὰν δὲ καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν μοι- « χευθῇ, ὀφείλει ἀπολῦσαι αὐτήν. Ἐὰν δὲ συζῇ, « οὐ δύναται (2) ἔχεσθαι τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ « διακονίας.

ΒΑΛΣ. Ἔμαθες ἀπὸ διαφόρων νομίμων ὡς ἔξεστι τῷ ἀνδρὶ ἀκινδύνως λαμβάνειν τὴν μοιχευθεῖσαν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συμπαθεῖν τὸ ἁμάρτημα. Ζήτει καὶ βιβλίον (3) τῶν Βασιλικῶν κη', τίτ. ζ', κεφ. α' λέγον, ἐντὸς διετίας δύνασθαι τὸν ἄνδρα λαμβάνειν ἀκινδύνως ἐκ τοῦ μοναστηρίου τὴν οἰκείαν γυναῖκα, καταδικασθεῖσαν ὡς μοιχαλίδα καὶ ἐγκλεισθεῖσαν. Ἔκτοτε γὰρ κουρεύεται. Φησὶ τοίνυν ὁ κανὼν ὡς, εἰ καὶ δύναται ὁ ἀνὴρ τοῦτο ποιεῖν, ἤγουν τὸ συμπαθεῖν (4) τὸ ἁμάρτημα τῆς μοιχευθείσης γυναικὸς, ἀλλ' ἐπεὶ ὁ ιη' ἀποστολικὸς κανὼν οὐ παραχωρεῖ ἱερατικῷ καταλόγῳ συναριθμηθῆναι τὸν λαβόντα γυναῖκα πόρνην ἢ ἐκβεβλημένην ἢ σκηνικὴν, οὐδὲ οὗτος εἰς βαθμὸν ἱερατικὸν ἀναχθήσεται. Καὶ τοῦτο μὲν, ἐὰν λαϊκοῦ τινος γυνὴ μοιχευθῇ· ἐὰν δὲ ἱερομένου, αὐτὸς μὲν ὡς μηδέν τι πταίσας, ἐὰν διαζυγῇ αὐτῆς ἀπεντεῦθεν, ἔσται εἰς τὸν οἰκεῖον βαθμόν. Εἰ δὲ οὐ θελήσει τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλὰ συνδιάγει μετὰ τῆς μοιχαλίδος, καθαιρεθήσεται, ὡς μετασχὼν τοῦ μιάσματος διὰ τὸ συμμίγνυσθαι τῇ μοιχευθείσῃ. Ἐρωτήσει δέ τις, Διὰ τί εἰπόντες περὶ μοιχείας γυναικὸς οἱ Πατέρες οὐκ ἠρκέσθησαν, ἀλλὰ προσέθεντο τὴν μοιχείαν φανερῶς ἐλεγχθῆναι; Λύσις. Διάφοροι νόμοι παρακελεύονται μὴ ἄλλως τὴν γυναῖκα ὡς μοιχευθεῖσαν κατακρίνεσθαι, εἰ μὴ διὰ φανερῶν ἀποδείξεων, τοῦτ' ἔστι διὰ πέντε μαρτύρων ὁμνυόντων ἰδεῖν ἐπ' αὐτοφώρῳ τὴν μοιχείαν τελουμένην. Κατὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲ πάντες δύνανται κινεῖν τὸ μοιχικὸν ἔγκλημα, ἀλλὰ πρόσωπα πέντε, ἀνὴρ, πατὴρ, ἀδελφὸς, θεῖος πρὸς πατρὸς, καὶ θεῖος πρὸς μητρός. Οὐδὲ αὐτὴ ἡ γυνὴ ὁμολογοῦσα μοιχεῦσαι καταδικάζεται, ὅπερ ἐστὶ καὶ καινόν. Προσέθεντο οὖν οἱ Πατέρες ὡς μοιχαλίδα ἐκείνην κατα-

Guill. Beveregii notæ.

(1) *Ἐὰν γυνή τινος.* Joannes Antiochenus in Collect. can. tit. 41, legit, Γυνή τινος μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος, ἐὰν ἐλεγχθῇ φανερῶς. Sic etiam legit Dionysius Exiguus; vertit enim, *Mulier cujusdam adulterata laici constituti, si evidenter arguatur.* Et vetus interpres, *Mulier cujusque adulterata laico constituto, si doceatur.* Sic etiam legitur in Parisiensi Balsamonis editione: sed codex Amerbachianus cum Tiliano nostræ lectioni adstipulatur.

(2) *Οὐ δύναται.* Sic omnes codices mss.; sed Joannes Antiochenus legit, Οὐ δ:' αὐτὴν δύναται ἔχεσθαι τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ ὑπηρεσίας. *Non potest propter eam commissum sibi ministerium exsequi.* Collect. can. tit. 41.

(3) *Ζήτει καὶ βιβλίον.* Hæc usque ad Ἔκτοτε γὰρ κουρεύεται inclusive, ex ms. Bodleiano supplevimus. Exstant autem in Tiliano: Nam Gentianus Hervetus Latine ea vertit. In aliis codicibus desiderantur.

(4) *Ἤγουν τὸ συμπαθεῖν.* Hanc etiam pericopen ἐξηγητικὴν codici Bodleiano debemus: in nullo enim alio legitur.

Digitized by Google

δικάζεσθαι, την ἐλεγχθεῖσαν διὰ φανερῶν ἀποδείξεων, ὡς εἴρηται, οὐ μὴν τὴν ὑποπτευθεῖσαν ἀπὸ ὁμιλίας ἢ συνοικήσεως, ἢ ἄλλης τινὸς αἰτίας. Τί δὲ, ἐὰν ὁ λαϊκὸς, μετὰ τὸ μοιχευθῆναι τὴν γυναῖκα τούτου, ἀπολύσῃ αὐτὴν, προαναβιβασθήσεται εἰς βαθμὸν, ὥσπερ οὐ καθαιρεῖται ὁ ἱερωμένος, ὁ ἀπολύσας τὴν μοιχευθεῖσαν γυναῖκα αὐτοῦ; Λύσις. Ἀπὸ τοῦ ιη' ἀποστολικοῦ κανόνος κωλύεται προαναβιβασθῆναι εἰς βαθμὸν ὁ γυναῖκα πόρνην ἀγόμενος· πολλῷ γοῦν πλέον οὐ προαναβιβασθήσεται ὁ μετὰ μοιχαλίδος συμφθαρεὶς, κἂν ἐν ἀγνοίᾳ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ οἱ Πατέρες ἐπὶ μὲν τοῦ λαϊκοῦ διαίρεσιν οὐ πεποιήκασι, χάριν τοῦ ἀπολυθῆναι τὴν μοιχαλίδα, καὶ μὴ ἀπολυθῆναι, ἀλλὰ ἀδιαστίκτως διωρίσαντο μὴ δύνασθαι τὸν ἄνδρα αὐτῆς εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν· ἐπὶ δὲ τοῦ ἱερέως εἰσήγαγον τὴν διαίρεσιν. Ἔστι δὲ καὶ διαφορὰ τοῦ μήπω ἱερωθέντος καὶ τοῦ ἱερωθέντος, καὶ διά τι πταῖσμα καθαιρεθῆναι μέλλοντος. Ὁ μὲν γὰρ μὴ ἐπιτυχὼν πλείονός τινος οὐ τοσοῦτον βαρυθυμήσει, ἀλλ' εὐχαριστήσει μᾶλλον, ὡς τῷ κανόνι μὴ προσκρούσας· ὁ δὲ διά τι πταῖσμα ἑτέρου ἀφαιρούμενος τὸ προσὸν αὐτῷ ἀξίωμα μεγάλως δεινοπαθήσει. Τὸ γὰρ εἰς πεῖραν ηκον ἀνιαρὸν εἰς ἀφαίρεσιν.

ZΩNAP. Ἀνδρὸς λαϊκοῦ γυνὴ μοιχευθεῖσα, καὶ φανερῶς ἐλεγχθεῖσα, κωλύει τὸν ἄνδρα αὐτῆς εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν, τουτέστιν εἰς βαθμὸν ἱερατικόν τινα· πλὴν ἡ φανερῶς ἐλεγχθεῖσα, οὐχ ἡ ἐν ὑποψίᾳ γενομένη ἢ καὶ κατηγορηθεῖσα παρά τινος τῶν κατηγορεῖν, ἀλλὰ ῥητοῖς προσώπων. Οὐ γὰρ τῷ βουλομένῳ ἐφεῖται περὶ μοιχείας κατηγορεῖν οὐ δυναμένων αὐτῆς προσώπων. Οὐ γὰρ τῷ βουλομένῳ ἐφεῖται περὶ μοιχείας κατηγορεῖν ἀλλὰ προσώποις. Ἐὰν δὲ καὶ ἱερωμένου γυνὴ μοιχευθῇ, ἀπολῦσαι αὐτὴν ὀφείλει, τουτέστι διαζυγῆναι αὐτῆς. εἰ δὲ συζῆν αὐτῇ βούλεται, κωλύεται τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ διακονίας, ἤτοι τοῦ βαθμοῦ εἰς ὃν κατετάχθη. Ἡ γὰρ μοιχευθεῖσα μεμίανται· ὁ δὲ ταύτῃ μιγνύμενος ἓν σῶμα γίνεται, καὶ λοιπὸν μετέχει κἀκεῖνος τοῦ μιάσματος. Ὁ δὲ μεμιασμένος πῶς δεχθήσεται εἴς τι θεῖον λειτούργημα;

A bus convicta, ut dictum est; non autem eam, quæ fuit suspecta propter collocutionem, vel consuetudinem ac familiaritatem, vel aliquam aliam ob causam. Quid autem, an laicus, si postquam **409** ejus uxor fuit adulterata, dimiserit eam, ad gradum promovebitur; sicut non deponitur is qui est sacratus, dimissa uxore sua, quæ commisit adulterium? *Solutio.* A canone apostolico 18 prohibetur ad gradum promoveri, qui duxit uxorem fornicatricem: multo ergo magis non promovebitur, qui cum adultera vel insciens rem habuit. Propterea enim Patres nullam in laico divisionem fecere, de dimittenda adultera, vel non dimittenda: sed indistincte definierunt, non posse ejus maritum venire ad ministerium. In sacerdote autem divisionem introduxere. Est autem differentia ejus qui nondum est sacratus, et ejus qui est sacratus; sed propter delictum aliquod est deponendus. Qui enim non est majus aliquod assecutus, non tam ægre feret: sed æquo potius animo patietur et lætabitur, quod canonem non offenderit. Is autem, cui propter alterius delictum aufertur ea quam habet dignitas, admodum ægre feret. Id enim quod jam expertus est, molestum est si auferatur.

ZONAR. Si laici uxor adulterii manifesto convicta sit, ejus virum a ministerio, a sacrorum scilicet ordinum susceptione, arceri [canon] jubet; modo tamen manifestis indiciis convicta mulier, non autem vel suspicione tantum notata, vel ab iis, quibus nomen illius deferendi potestas non est, accusata fuerit. Nec enim cuicunque volenti, sed certis tantum quibusdam hominibus, mulierem adulterii ream agere concessum est. Quod si adulterium sacro ordine initiati hominis conjux patraverit, eam vir dimittat, hoc est, ab illius se consuetudine [commercioque sejungat; si vero cum illa vitæ societatem habere voluerit, ipsum a commisso ministerio, hoc est, a sui ordinis gradu, dimoveri decretum est. Patrato namque adulterio mulier polluta est; qui vero pollutæ commiscetur, unum corpus efficitur, eademque proinde contagione ipsum maculari necesse est. Hominem vero pollutum in sacro aliquo ministerio quis ferat?

ARIST. « Ὁ λαϊκὸς, οὗ ἡ γυνὴ μεμοίχευται, οὐ « κληροῦται· καὶ ὁ ἐν κλήρῳ εἰ κατέχει μοιχευ- « θεῖσαν αὐτὴν, ἐκδιώκεται. »

ARIST. « Laicus cujus uxor adulterata est non fit « clericus, et clericus qui eam retinet postquam « adulterium commisit, expellitur. »

Εἰ ὁ κεκληρωμένος, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μοιχευθεῖσαν μὴ ἀπολύων, τῆς ἀξίας μετακινεῖται· πῶς ὁ λαϊκὸς, οὗ ἡ γυνὴ μεμοίχευται, εἰς κλῆρον παραδεχθήσεται;

Si ille qui in clerum cooptatus est, uxorem suam adulteratam non dimittens, dignitate movetur: quomodo laicus cujus uxor adulterata est in clerum admittatur?

ΚΑΝΩΝ Θ'.

« Πρεσβύτερος, ἐὰν προημαρτηκὼς σώματι, προ- « αχθῇ, καὶ ὁμολογήσῃ ὅτι ἥμαρτε πρὸ χειροτονίας, « μὴ προσφερέτω· μένων ἐν τοῖς λοιποῖς διὰ τὴν « ἄλλην σπουδήν. Τὰ γὰρ λοιπὰ ἁμαρτήματα ἔφα- « σαν οἱ πολλοὶ καὶ τὴν χειροθεσίαν ἀφιέναι. Ἐὰν « δὲ αὐτὸς μὴ ὁμολογῇ, ἐλεγχθῆναι δὲ φανερῶς μὴ « δυνηθῇ, ἐπ' αὐτῷ ἐκείνῳ ποιεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν. »

CANON IX.

« Si presbyter, qui corpore prius peccaverat, promo- « tus fuerit, et si ante ordinationem peccasse con- « fessus fuerit, ne offerat: manens in aliis, pro- « pter aliud ejus bonæ vitæ studium. Reliqua enim « peccata dicunt multi manuum impositione tolli. « Quod si ipse non confiteatur, aperte autem convin- « ci non potuerit, illius quoque ei fiat potestas.

BALS. Ἱερεὺς, πορνεύσας πρὸ τῆς χειροτονίας,

BALS. Sacerdos, qui ante ordinationem fornica-

Digitized by Google

(32) *Εἴ τις γυνή.* Mulieres quædam ab Eustathio seductæ pro muliebri virilem susceperunt habitum, ex eo se justificari judicantes, ut ex epistola synodica discimus, in qua legimus, Καὶ γυναῖκες παρὰ τὸ σύνηθες ἀντὶ ἀμφιεσμάτων γυναικείων, ἀνδρικὰ ἀμφιέσματα ἀναλαμβάνουσαι, καὶ ἐκ τούτων οἰόμεναι δικαιοῦσθαι. Idem a Sozomeno traditur, qui de mulieribus ab eo deceptis loquens, ait : Τὰς δὲ προφάσει θεοσεβείας τὴν κεφαλὴν ἀποκείρασθαι, καὶ ἀλλοίως ἢ γυναικὶ πρέπει, ἀνδράσι δὲ σύνηθες ἀμφιέννυσθαι, Sozom. *Hist. Eccl.* lib. III, cap. 14. Hinc Patres in præsenti synodo congregati eas, quæ pro consueto muliebri indumento virile acceperint, anathemati hoc canone subjiciunt ; cujus mentem Regino abbas Prumiensis breviter sic exprimit : *Si qua mulier pro solito muliebri amictu virilem sumit, anathema sit.* Regin. ab. de *Eccles. discipl. append.* pag. 386. De iis sic etiam concilium Bracarense statuit : *Si quis balationes ante ecclesias sanctorum fecerit, seu qui faciem suam transformaverit in habitu muliebri, et mulier in habitu viri, emendatione pollicita, tres annos pœniteat.* Concil. Brachar. apud Burchard. l. x, c. 39. Hoc autem a lege Mosaica primo prohibitum fuit his verbis, יהוה אלהיך לא יהיה כלי גבר על אשה וגו׳ כל־עשה אלה ולא ילבש גבר שמלת אשה כי תועבת. Hoc est juxta versionem vulgarem : *Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea : abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc. Deut.* XXII. V. Hujus legis meminerunt Tertullianus, lib. *De spectaculis* cap. 23, et Cyprianus epist. 61 ad Euchratium. Item Josephus his verbis : Φυλάσσετ δὲ μάλιστα ἐν ταῖς μάχαις, ὥστε μήτε γυναῖκα ἀνδρικῇ σκευῇ χρῆσθαι, μήτε ἄνδρα στολῇ γυναικείᾳ, Joseph. *Antiq. Jud.* lib. IV, cap. 8. Ubi miror unde hauserit ille ista verba, μάλιστα ἐν ταῖς μάχαις. Neque enim ulla eorum vestigia in textu occurrunt : nisi forsitan vocem כלי militare præcipuè instrumentum significare existimaverit. Philo Judæus hoc a lege definitum contendit, ut hominum animos ad fortitudinem incitaret, ut nec umbra nec vestigium effeminationis in iis appareret. Τοσαύτη, inquit, δέ τίς ἐστι τῷ νόμῳ σπουδὴ καὶ φιλοτιμία περὶ τοῦ γυμνάσαι καὶ συγκροτῆσαι ψυχὴν πρὸς ἀνδρίαν, ὥστε καὶ περὶ ἐσθημάτων, ὁποῖα ἐχρῆν ἀμπέχεσθαι, διετάξατο, ἀπειπὼν ἀνὰ κράτος ἀνδρὶ γυναικὸς ἀμπεχόνην ἀναλαμβάνειν, ἕνεκα τοῦ μηδὲν ἴχνος ἢ σκιὰν αὐτὸ μόνον τοῦ θήλεος ἐπὶ λύμῃ τῆς ἄρσενος γενεᾶς προτάσσασθαι. Phil. Περὶ ἀνδρίας. Sed audiamus divum Ambrosium de hac re eleganter disputantem : *Sic enim scriptum est*, inquit, *Non erit res viri super mulierem, neque induetur vir stolam muliebrem ; quia immundus est Domino omnis qui fecerit hoc. Et si vere discutias, incongruum est, quod ipsa abhorret natura. Cur enim, homo, non vis videri quod natus es ? Cur alienam tibi assumis speciem ? Cur mentiris feminam, vel in femina virum ? Suis unumquemque sexum induit natura indumentis. Denique diversus usus, diversus color, motus, incessus, diversæ vires, diversa vox est in viro et femina. Sed etiam in reliqui generis animantibus, alia species leonis, alia leænæ, alia vis, alius sonus : alia tauri, alia vitulæ. In cervis quoque quantum distat sexus, tantum discrepat species, ut eos etiam eminus possis discernere. In avibus vero etiam propria ad vestitum inter eos et homines comparatio. In illis enim sexum naturalia ipsa indumenta discernunt. Pavi mares speciosi, feminæ non item pennarum vario pinguntur decore. Fasianis quoque diversus color, qui distinguat sexus discretionem. Quid in pullis ? Quam canora vox galli nocturnisque vicibus solenne munus ad excitandum et canendum ? Nunquid illa mutant speciem suam ? Cur nos mutare desideramus ?* Ambros. lib. IV epist. 15 ad Irenæum. Quinetiam summa observatione dignum est, quod apud ipsos etiam Romanos adhuc gentiles vir muliebribus vestimentis vix sine vituperio uti potuit ; adeo ut hæc juris naturalis esse videatur : sic enim in Pandectis sive Digestis legimus : *Muliebria vestimenta sunt, quæ matrisfamiliæ causa sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione.* l. 23. ff. De auro, argento, etc.

Digitized by Google

ΒΑΛΣ. Τὰς στολὰς ἀνδρῴας ἀμφιεννυμένας γυναῖκας διὰ ἄσκησιν τάχα, καὶ ἀπορριπτούσας τὴν κατάλληλον τῇ γυναικείᾳ φύσει στολήν, ἀναθεματίζει ὁ κανών. Καλῶς δὲ ἐπήγαγον οἱ Πατέρες τὸ, διὰ νομιζομένην ἄσκησιν· ἡ γὰρ μὴ διὰ ὑπόκρισιν καὶ ἀπάτην, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ καὶ διὰ τρόπον ἀληθοῦς ἀσκήσεως καὶ καθαρᾶς τοιοῦτόν τι ποιήσασα, οὐ μόνον οὐκ ἀναθεματισθήσεται, ἀλλὰ καὶ εὐχαριστηθήσεται· πολλαὶ γὰρ γυναῖκες διὰ ἀνδρῴου σχήματος τὸν ἀσκητικὸν ἤνυσαν δρόμον, καὶ εἰς τὸ τῆς σωτηρίας ὑπέρτατον ἔφθασαν, ὡς ἡ ἁγία Μελάνη, ἡ ἁγία Εὐγενία, καὶ ἕτεραι.

ΖΩΝΑΡ. Ἕκαστος ἐν ᾗ ἐκλήθη τάξει μενέτω, φησὶν ὁ Ἀπόστολος. Τὰς οὖν γυναῖκας οὐ βούλεται ὁ κανὼν μεταλλάττειν τὸ σχῆμα, καὶ ἀνδρῴαν στολὴν ἀμφιέννυσθαι, δι' ἄσκησιν τάχα, τὴν οἰκείαν καὶ κατάλληλον τῇ φύσει αὐτῶν ἐπιρρίψάσας. Ταῖς δὲ τοῦτο ποιούσαις ἐπιφέρει τὸ ἀνάθεμα.

ΑΡΙΣΤ. « Ὅσαι γυναῖκες ἀνδρῶν ὑποκρίνονται « ἱμάτια, ἀνάθεμα. »

ΚΑΝΩΝ ΙΑ'.

« Εἴ τις γυνὴ καταλιμπάνοι τὸν ἄνδρα, καὶ ἀναχω- « ρεῖν ἐθέλοι, βδελυττομένη τὸν γάμον, ἀνάθεμα « ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μέγας Παῦλός φησι πρὸς τοὺς ὁμοζύγους, *Μὴ ἀποστερῆτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἐκ συμφώνου*· καὶ πάλιν· *Γυνὴ οὐκ ἐξουσιάζει τοῦ ἰδίου σώματος, ἀλλ' ὁ ἀνήρ, καὶ ὁ ἀνὴρ οὐκ ἐξουσιάζει τοῦ ἰδίου σώματος, ἀλλ' ἡ γυνή.* Ὥστε ἡ καταλιποῦσα τὸν ἄνδρα, ὡς βδελυττομένη τὸν ἔννομον γάμον, ἀναθεματίζεται, ὡς ἐναντιουμένη τῷ τοῦ Θεοῦ παραγγέλματι τῷ ἑνώσαντι τοὺς συνεύνους εἰς σάρκα μίαν, καὶ ταῖς λοιπαῖς θείαις Γραφαῖς. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ ἀνδρῶν. Καὶ ταῦτα μὲν, ὅταν τις ἀποστῇ τῆς συζύγου αὐτοῦ διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν· εἰ γὰρ δι' ἕφεσιν τοῦ μονήρους βίου τοῦτο ποιήσει, οὐκ αἰτιαθήσεται.

ΖΩΝΑΡ. Οὐ καλὸν τὸ καλλιν, ὅταν μὴ καλῶς γίνοιτο. Καλὸν μὲν γὰρ ἡ σωφροσύνη καὶ τὸ ἐγκρατεύεσθαι τῆς ἐν γάμῳ μίξεως· ἀλλ' ὅταν κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον γίνοιτο, λέγοντα· *Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἐκ συμφώνου*· καὶ πάλιν· *Ἡ γυνὴ οὐκ ἐξουσιάζει τοῦ ἰδίου σώματος, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ· καὶ ὁ ἀνὴρ οὐκ ἐξουσιάζει τοῦ ἰδίου σώματος, ἀλλ' ἡ γυνή.* Εἰ δὲ ἀφίησιν ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα μὴ βουλόμενον τὸν ἐξ αὐτῆς χωρισμὸν, ἢ ὁ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα μὴ βουλομένην τὸ διαζύγιον, καὶ λύειν τὸν γάμον ἐθέλει ἐν τῶν συνοικούντων προσώπων, φεῦγον τὴν ἔννομον συνουσίαν ὡς βδελυκτὴν, ἀνάθεμα γίνεται.

ΑΡΙΣΤ. « Καὶ ὅσαι τῶν ἀνδρῶν διαζεύγνυνται, « βδελυσσόμεναι τὸν γάμον, ἀνάθεμα. »

ΚΑΝΩΝ ΙΕ'.

« Εἴ τι; καταλιμπάνει τὰ ἑαυτοῦ τέκνα, καὶ μὴ « τεκνοτροφεῖ καὶ τὸ ὂτον ἐπ' αὐτῷ πρὸς θεο-

BALS. Mulieres, quæ virilos vestes forte propter exercitationem pietatis induunt, et muliebri sexui vestem convenientem abjiciunt, canon anathematizat. Pulchre autem subjunxerunt Patres illud, propter eam quæ existimatur pietatis exercitationem. Ea enim, quæ non propter hypocrisin et fraudem, sed vere, et propter puræ ac sinceræ exercitationis modum tale quid fecerit, non solum non anathematizabitur, sed etiam laude digna censebitur. Multæ enim mulieres per virilem habitum exercitatorium curriculum peregerunt, et ad salutis fastigium pervenerunt; ut sancta Melane, sancta Eugenia, et aliæ.

ZONAR. *Unusquisque in quo vocatus est ordine permaneat* [4], ait Apostolus. Mulieres igitur mutato habitu incedere, virilemque ornatum, abjecta veste sexus propria atque naturæ ipsarum congruente, studio forte exercendæ virtutis, assumere hic canon vetat. Quæ vero id fecerunt, anathematis pœna teneri constituit.

ARIST. « Quæcunque mulieres virorum abutuntur « vestimentis, anathema. »

CANON XIV.

« Si qua mulier relinquat maritum, et recedere « velit, matrimonium abhorrens, sit ana- « thema. »

BALS. Magnus Paulus dicit conjugibus: *Ne privetis vos invicem, nisi utique ex consensu* [5]. Et rursus: *Mulier non habet potestatem proprii corporis, sed vir; et vir non habet potestatem proprii corporis, sed mulier* [6]. Quamobrem, quæ virum reliquit, ut legitimum matrimonium abhorrens, anathematizatur; ut quæ Dei præcepto adversatur, quod tori consortes in carnem unam uniit, et cæteris divinis Scripturis. Idem etiam de viris. Et hæc quidem, quando quis a sua conjuge defecerit, propter ejusmodi causam: si enim propter monasticæ vitæ desiderium hoc fecerit, ei vitio non dabitur.

ZONAR. Bonum non est bonum, si non bene fiat. Procul dubio enim temperantiam sectari, seque a nuptiali congressu castum servare, laudabile est; sed ita tamen, ut ne quid contra illud magni Pauli admittatur: *Nolite*, inquit, *fraudare invicem, nisi forte ex consensu*, et rursum: *Mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir; et vir potestatem non habet sui corporis, sed mulier.* Quod si mulier virum suum abjungi nolentem dimittit, aut vir mulierem a divortio abhorrentem, atque alter conjugum nuptias dissolvi velit, quippe legitimam conjunctionem, ut detestabilem, fugiens; anathemati obnoxium esse decernunt.

ARIST. « Item quæ a viris recedunt matrimonium « abominantes, anathema. »

423 CANON XV.

« Si quis suos liberos relinquit, nec eos alit, et « quantum in se est ad convenientem pietatem

[4] I Cor. xv, 23. [5] I Cor. vii, 5. [6] Ibid. 4.

Digitized by Google

« religionemque adjucit, sed exercitationis præ- A « textu negligit, sit anathema. »

BALS. Ecclesiæ doctor magnus Paulus, de viduis præcipiens, hæc dicit : *Si qua autem vidua habet filios, discant primum in domum suam esse pii. Hoc est enim Deo acceptum* [7]. Et paulo post : *Si quis autem suorum, et maxime domesticorum curam non gerit, fidem negavit, et est infideli deterior* [8]. Deinde quasnam oportet viduas in Ecclesiæ catalogum referri docens, præter alia dicit : Si liberos nutrierint. Et rursus alibi de vetulis loquens, vult eas recta docere, ut juvenes instituant ad diligendos maritos et liberos. Et alibi, *Patres, nutrite filios in disciplina et admonitione Domini* [9]. Quia autem Eustathiani legem ferebant, ut qui liberos habebant, eos relinquerent, et ad exercitationem abirent, eos qui hoc agunt canon anathemate percussit. Et hoc quidem definitum est propter pios mores, et propter eos, qui ficte ac per hypocrisin, ut dictum est, pietatem docent, et qui in mundo utique versantur. Si quis autem tonsus, et in monasterio habitare coactus, dicit se habere liberos, et non posse abstinere quominus in mundo versetur, et ipsos nutriat, et præsentem canonem in auxilium producit, non exaudietur ; sed audiet se hæc non recte dicere : Deo enim curæ erit, qui est Pater orphanorum, filiorum ejus educatio.

« σέβειαν τὴν προσήκουσαν ἀνάγῃ, ἀλλὰ προφά- « σει τῆς ἀσκήσεως ἀμελοίη, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλος ὁ μέγας Παῦλος περὶ χηρῶν διατασσόμενος φησιν· *Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἀποδεκτὸν τῷ Θεῷ.* Καὶ μετ' ὀλίγα· *Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖται, τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.* Εἶτα, οἵας χρὴ τὰς χήρας τῇ Ἐκκλησίᾳ καταλέγεσθαι διδάσκων, πρὸς τοῖς ἄλλοις, *Εἰ ἐτεκνοτρόφησαν*, φησί. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν περὶ πρεσβυτίδων διατασσόμενος, καλοδιδασκάλους αὐτὰς εἶναι θέλει, ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι καὶ φιλοτέκνους. Καὶ ἐν ἄλλῳ· *Οἱ πατέρες, ἐκτρέφετε τὰ τέκνα ἐν παιδείᾳ καὶ ἐν νουθεσίᾳ Κυρίου.* Ἐπεὶ δὲ οἱ περὶ τὸν Εὐστάθιον ἐνομοθέτουν τοὺς ἔχοντας παῖδας καταλιμπάνειν αὐτοὺς, καὶ ἀπιέναι πρὸς ἄσκησιν, ἀνεθεμάτισεν ὁ κανὼν τοὺς τοῦτο ποιοῦντας. Καὶ τοῦτο μὲν ὡρίσθη διὰ τὸν τρόπον θεοσεβῆ, καὶ διὰ τοὺς διδάσκοντας, ὡς εἴρηται, τὴν καθ' ὑπόκρισιν εὐλάβειαν, καὶ τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ ἀναστρεφομένους· εἰ δέ τις, ἀποκαρεὶς καὶ ἀναγκαζόμενος ἐν μονῇ διάγειν, λέγει τέκνα ἔχειν, καὶ μὴ δύνασθαι ἀποστῆναι τοῦ διάγειν ἐν τῷ κόσμῳ καὶ τεκνοτροφεῖν αὐτὰ, καὶ τὸν παρόντα κανόνα προστίθησιν εἰς βοήθειαν, οὐκ εἰσακουσθήσεται· ἀλλ' ἀκούσει μὴ καλῶς ταῦτα λέγειν. Μελήσει γὰρ τῷ Θεῷ τῷ Πατρὶ τῶν ὀρφανῶν καὶ τῆς τῶν τέκνων τούτου ἀναγωγῆς.

ZONAR. Feræ quoque partus suos nutriunt C curantque proque his tuendis pericula suscipiunt. Ergo si hoc pacto feræ erga fetus suos sunt affectæ, quanto magis qui rationis munere ornati sunt, filiis educandis curam ac studium præstare debent ! Quamobrem magnus quoque Paulus, dum præcepta vivendi viduis præscribit, *Si qua vero*, inquit, *vidua filios aut nepotes habet, discant primum in domum suam esse pii. Hoc enim Deo est acceptum.* Et paulo post : *Si quis autem suorum, et maxime domesticorum, curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior.* Deinde quales viduas ab Ecclesia eligi oporteat docens, præter alia etiam, si liberos enutriverint, inquiri jubet. Et alibi rursus, de senioribus præcipiens, eas recta docere jubet, ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros D suos ament, ac filios diligant. Et alibi : *Patres, enutrite filios in disciplina ac eruditione Domini.* Verum Eustathiani nihil horum audientes, quibus liberi essent, ab iis, ut se ad studium exercendæ virtutis conferrent, deseri volebant. Quapropter synodus canonem hunc edidit, eumque qui filios deseruerit, nec eis educandis atque in pietate erudiendis operam impenderit, anathematis pœna teneri decernit.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ οἱ θῆρες τοὺς σκύμνους τοὺς ἑαυτῶν τρέφουσί τε καὶ περιέπουσι, καὶ προκινδυνεύουσιν αὐτῶν. Εἰ δ' οὕτως διάκεινται τὰ θηρία περὶ τὰ ἔκγονα, πόσῳ μᾶλλον χρὴ τοὺς λόγῳ τιμηθέντας τῶν τέκνων ἐπιμελεῖσθαι καὶ φροντίζειν αὐτῶν; Διὸ καὶ ὁ μέγας Παῦλος περὶ χηρῶν διατασσόμενός φησιν· *Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἀποδεκτὸν Θεῷ.* Καὶ μετ' ὀλίγα· *Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖται, τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.* Εἶτα οἵας χρὴ τὰς χήρας τῇ Ἐκκλησίᾳ καταλέγεσθαι διδάσκων, πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ, Εἰ ἐτεκνοτρόφησαν, φησί. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν περὶ πρεσβυτίδων διατασσόμενος, καλοδιδασκάλους αὐτὰς εἶναι θέλει, ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους. Καὶ ἐν ἄλλῳ· *Οἱ πατέρες, ἐκτρέφετε τὰ τέκνα ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου.* Ἀλλὰ τούτων οὐδενὸς οἱ περὶ Εὐστάθιον ἐπιστρεφόμενοι, ἐνομοθέτουν τοὺς ἔχοντας παῖδας, καταλιμπάνειν αὐτοὺς, καὶ ἀπιέναι πρὸς ἄσκησιν. Διὸ καὶ ἡ σύνοδος τὸν κανόνα τοῦτον ἐξεφώνησεν, ἀναθέματι καταδικάσασα τοὺς καταλιμπάνοντας τὰ οἰκεῖα τέκνα, καὶ μὴ τεκνοτροφοῦντας, καὶ διδάσκοντας αὐτὰ θεοσέβειαν.

ARIST. « Item qui liberos relinquunt, eosque ad « pietatem non instruunt, anathema. »

ΑΡΙΣΤ. « Καὶ οἱ τὰ τέκνα καταλιμπάνοντες, καὶ « οὐχὶ πρὸς εὐσέβειαν ὑπαλείφοντες, ἀνάθεμα. »

CANON XVI.

« Si qui filii a parentibus, maxime fidelibus, præ-

ΚΑΝΩΝ ΙϚ'.

« Εἴ τινα τέκνα γονέων, μάλιστα πιστῶν, ἀναχω-

[7] 1 Tim. v, 4. [8] ibid. 8. [9] Ephes. vi, 4.

Digitized by Google

« ροίη προφάσει θεοσεβείας, καὶ μὴ τὴν καθ- A
ἡκουσαν τιμὴν τοῖς γονεῦσιν ἀπονέμοι, προτιμω-
« μένης δηλονότι παρ' αὐτοῖς τῆς θεοσεβείας, ἀνά-
« θεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὥσπερ τοὺς γονεῖς ἀναγκάζει ὁ κανὼν ἀνάγειν καὶ τρέφειν τοὺς παῖδας, οὕτω καὶ τοὺς παῖδας θέλει γηροβοσκεῖν καὶ τιμᾷν τοὺς γονεῖς. Διὸ καὶ τοὺς παῖδας, τοὺς μὴ τοῦτο ποιοῦντας, ἀλλὰ προφάσει θεοσεβείας ἀναχωροῦντας ἐκ τοῦ κόσμου, καὶ καταλιμπάνοντας ἀπρονοήτους τοὺς πενομένους γονεῖς αὐτῶν, ἀναθέματι καθυποβάλλει. Προστίθησι δὲ προτιμᾶσθαι τὴν θεοσέβειαν, ἤγουν τὴν ὀρθοδοξίαν. Ἐὰν γὰρ κακόδοξοι ὦσιν οἱ γονεῖς, φεύγειν δεῖ τούτους καὶ προτιμᾷν τῆς τιμῆς ἐκείνων τὴν θεοσέβειαν.

ΖΩΝΑΡ. Οὐ μόνον οἱ γονεῖς ἀπαιτοῦνται φροντί- B
ζειν τῶν τέκνων καὶ ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ παῖδες αὖθις χρεωστοῦσι τιμᾷν τοὺς γονεῖς. Τιμῆς δὲ εἶδός ἐστι καὶ τὸ γηροβοσκεῖν αὐτοὺς ἀπορουντας ἢ διὰ γῆρας ἐνδεεῖς ὄντας. Καὶ οὐ μόνον πιστοῖς τοῦτο χρεωστοῦσι γονεῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπίστοις. Ἐκ γὰρ τοῦ εἰπεῖν, *μάλιστα πιστῶν*, δείκνυται, ὅτι καὶ περὶ ἀπίστων ὁ κανὼν λέγει. Τοὺς γοῦν προφάσει θεοσεβείας τοὺς οἰκείους γονεῖς ἀπρονοήτους ἐῶντας, καὶ μὴ τὴν ἐνδεχομένην τιμὴν αὐτοῖς ἀπονέμοντας, ἧς μέρος καὶ τὸ τρέφειν αὐτοὺς ἀπορουντας, ἀναθεματίζει οὗτος κανών· ἐπάγει δὲ, *προτιμωμένης τῆς θεοσεβείας*. Εἰ γὰρ οἱ γονεῖς ἄπιστοι ὄντες ἢ κακόδοξοι τοὺς παῖδας εἰς ἀπιστίαν ἢ εἰς αἱρέσεις συνωθοῦσι, φεύγειν δεῖ αὐτοὺς, καὶ προτιμᾷν τῆς ἐκείνων τιμῆς τὴν θεο- C
σέβειαν.

ΑΡΙΣΤ. « Καὶ τέκνα, ὅσα πιστῶν ἀποσκιρτῶσι
« γονέων, ἀνάθεμα. »

ΚΑΝΩΝ ΙΖ'.

« Εἴ τις γυναικῶν διὰ τὴν νομιζομένην θεοσέβειαν
« ἀποκείροιτο τὰς κόμας (33), λ; ἔδωκεν ὁ Θεὸς
εἰς ὑπόμνησιν τῆς ὑποταγῆς, ὡς ἂν παραλύου-
« σα τὸ πρόσταγμα τῆς ὑποταγῆς, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μέγας (34) Παῦλος, Κορινθίοις ἐπιστέλλων, *Κεφαλὴ*, φησὶ, *γυναικὸς ὁ ἀνήρ*. Τοῦτο δὲ εἰ-

[10] I Cor. xi, 3.

« textu pietatis recesserint, et parentibus quem
« par est honorem non tribuerint, apud eos
« scilicet præposita in Deum pietate, sint ana-
« thema,

BALS. Quemadmodum parentes cogit canon liberos educare et nutrire : sic etiam vult filios parentes in senectute alere et honorare. Et ideo filios, qui hoc non faciunt, sed prætextu religionis e sæculo recedunt, et egentes suos parentes nulla de eis cura habita relinquunt, anathemati subjicit. Adjicit autem præferri pietatem, seu orthodoxam sententiam. Si enim parentes **424** male sentiant, eos fugere oportet, et illorum honori divinum cultum præferre.

ZONAR. Non solum a parentibus, ut in educandis liberis sedulo elaborent, sed a filiis quoque vicissim, ut parentibus honorem exhibeant, postulatur. Honoris autem genus est ipsos in senectute alere, si egeant, vel si ob affectam ætatem inopia premantur. Neque solum hæc officia parentibus, si fideles sint, sed etiam a fide alienis præstari debent. Ex illis enim verbis, *maxime si fideles sint* de infidelibus quoque canon loqui facile apparet. Qui ergo pietatis simulatione parentes deserunt, nec debitum honorem, ad quem spectat egentes alere, illis impertiunt, pœnam anathematis ejusmodi hominibus canon infligit : addit tamen ut præcipua religionis ratio sit habenda. Si namque infideles aut hæretici parentes ad infidelitatem aut hæresim liberos impellant, tum vero fugiendos, eorumque honori religionem præferri oportere decernit.

ARIST. « Item liberi quicunque a fidelibus rece-
« dunt parentibus, anathema. »

CANON XVII.

« Si qua mulier, propter eam quæ existimatur
« pietatem, tondeat comam, quam Deus ei dedit
« ad recordationem subjectionis, ut quæ subje-
« ctionis præceptum dissolvat, sit anathema. »

BALS. Magnus Paulus ad Corinthios scribens dicit, *Maritus est mulieris capxi* [10]. Hoc autem

Guill. Beveregii notæ.

(33) Ἀποκείροιτο τὰς κόμας. Consequenter huic canoni Theodosius imperator hanc legem tulit, *Feminæ, quæ crinem suum contra divinas humanasque leges instinctu persuasæ professionis absciderint, ab ecclesiæ foribus arceantur, non illis fas sit sacrata adire mysteria, e c. Adeo ut episcopus tonso capite feminam si introire permiserit, dejectus loco, etiam ipse cum hujusmodi contuberniis arceatur, ac non modo si fieri suaserit, verum etiam si hoc ab aliquibus exigi, factum denique esse quacunque ratione compererit, nihil sibi intelligat opitulari.* Sozomenus etiam de hac lege meminit, eique a Theodosio ferendæ occasionem dedisse conjicit matronam illam, quæ pœnitentiam agens a diacono in ecclesia stuprata est. Ἐκ ταύτης, inquit, δὲ τῆς αἰτίας συμβάλλω καὶ Θεοδόσιον τὸν βασιλέα προνοούμενον τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εὐκλείας τε καὶ σεμνότητος, νομοθετῆσαι τὰς γυναῖκας, εἰ μὴ παῖδας ἔχοιεν, καὶ ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γένοιντο, διακονίαν θεοῦ μὴ ἐπιτρέπεσθαι, κατὰ τὸ ἀποστόλου Παύλου ῥητὸν πρόσταγμα· τὰς δὲ κειρομένας τὰς κεφαλὰς ἀπελαύνεσθαι τῶν ἐκκλησιῶν· τοὺς δὲ ταύτας προσειμένους ἐπισκόπους ἀφαιρεῖσθαι τῆς ἐπισκοπῆς. Sozom. *Hist. Eccl.* l. vii, c. 26. Verum imperator in ista lege præsentem tantum sua autoritate canonem confirmare videtur; cui a synodo hac Gangrensi sanciendæ Eustathium et sectatores ejus materiam præbuisse ex epistola synodica palam est, ubi Patres de mulierculis ab Eustathio seductis loquentes aiunt, Πολλαὶ δὲ καὶ ἀποκείρονται τῆς θεοσεβείας τὴν φύσιν τῆς κόμης τῆς γυναικείας. Sozomenus etiam de iisdem disserens, scribit : Τὰς δὲ προφάσει θεοσεβείας τὴν κεφαλὴν ἀποκείρασθαι. Sozom. *Hist. Eccl.* l. iii, cap. 14. Canon autem ipsis divi Apostoli verbis nititur, dicentis, Αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι. I Cor. xi, 6.

(34) Ὁ μέγας Παῦλος. Hæc Balsamonis interpretatio, quantum ad majorem ejus partem, eadem

Digitized by Google

dixit, quoniam is ipsius auctor et causa est, ut quæ ex eo facta sit. Ex Adam enim Eva. Et post nonnulla : *Si enim non veletur mulier, tondeatur. Si autem turpe est mulieri tonderi vel radi, veletur* [11]. Et paulo post : *Mulier si comam nutriat, gloria est ipsi, quia coma pro amiculo illi data est* [12]. Et hæc quidem magnus Paulus. Eustathius autem mulieres tonderi docuit, perinde ac si ipsa tonsura ad pietatem conferat, et ne adversus quidem naturam legem ferre eum puduit. Natura enim comam mulieribus adeo esse convenientem novit, ut nec eis unquam calvitium naturaliter insit. Si ergo tondeatur mulier, ut quæ se aliquid facere existimet, quod Deo acceptum sit et subjectionis recordationem tollat (et hoc etiam ex Epistola ad Corinthios sumptum est a synodi Patribus. Dicit enim illic Apostolus : Debet mulier habere potestatem in capite, scilicet symbolum subjectionis, id est, tectum habere caput), anathema sit illi, ut quæ solvat et transgrediatur subjectionis præceptum. His ita se habentibus, ne dixeris ex præsenti canone prohiberi mulierem, si tonsuram monasticam elegerit. Ea enim, vel invito marito, si vitam tori expertem elegerit, exaudietur, et tondebitur.

ZONAR. Magnus Paulus ad Corinthios scribens dicit, *Maritus est mulieris caput*. Hoc autem dixit, quoniam is ipsius auctor et causa est, ut quæ ex eo facta sit. Ex Adam enim Eva. Et post nonnulla : *Si enim non veletur mulier, tondeatur. Si autem turpe est mulieri tonderi vel radi, veletur*. Et paulo post : *Mulier si comam nutriat, gloria est ipsi*. Et hæc quidem magnus Paulus. Eustathius autem mulieres tonderi docuit, perinde ac si ipsa tonsura ad pietatem conferat; et ne adversus quidem naturam legem ferre eum puduit. Natura enim comam mulieribus adeo esse convenientem novit, ut nec eis unquam calvitium naturaliter insit. Si ergo tondeatur mulier, ut quæ se aliquid facere existimet, quod Deo acceptum sit, et subjectionis recordationem tollat (et hoc etiam ex Epistola ad Corinthios sumptum est a synodi Patribus. Dicit enim illic Apostolus, Debet mulier habere potestatem in capite, scilicet symbolum subjectionis, id est, tectum habere caput, mariti potestatem **425** appellans), anathema sit illi, ut quæ solvat et transgrediatur subjectionis præceptum.

ARIST. « Quæcunque mulieres, pietatem simulantes, comas tondent, anathema. »

[11] I Cor. xi, 6. [12] Ibid. 15.

A πεν, ὅτι αἴτιος αὐτῆς ἐστιν, ὡς ἐξ αὐτοῦ γενομένης. Ἐκ τοῦ Ἀδὰμ γὰρ ἡ Εὔα. Καὶ μετά τινα · *Εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνὴ, καὶ κειρέσθω. Εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναιξὶ τὸ κείρεσθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω.* Καὶ μεθ' ἕτερα · *Γυνὴ, ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν, ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ.* Καὶ ταῦτα μὲν ὁ μέγας Παῦλος · ὁ δὲ Εὐστάθιος κείρεσθαι τὰς γυναῖκας ἐδίδασκεν, ὡς τάχα πρὸς θεοσέβειαν συμβαλλομένου τοῦ κείρεσθαι, καὶ οὐδὲ τῇ φύσει ἀντινομοθετῶν ἤδειτο. Τοσοῦτον γὰρ οἰκεῖον οἶδεν ἡ φύσις ταῖς γυναιξὶ τὴν κόμην, ὡς οὐδὲ φαλάκρωμα ταύταις ἐγγίνεται (35) φυσικῶς. Εἰ γοῦν κείροιτο γυνὴ, ὡς τάχα τι δοκοῦσα ποιεῖν πρὸς Θεοῦ εὐαρέστησιν, καὶ περιαιρεῖ τὴν ὑπόμνησιν τῆς ὑποταγῆς (καὶ τοῦτο B δὲ ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους εἴληπται τοῖς τῆς συνόδου Πατράσι. Λέγει γὰρ ἐκεῖ ὁ Ἀπόστολος ὅτι ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἤτοι τὸ σύμβολον τῆς ὑποταγῆς, τουτέστι τὸ κατακεκαλυμμένην ἔχειν τὴν κεφαλήν), ἀνάθεμα ἔστω αὐτῇ, ὡς λυούσῃ καὶ παραβαινούσῃ τὸ πρόσταγμα τῆς ὑποταγῆς. Τούτων οὕτως ἐχόντων, μὴ εἴπῃς ἐκ τοῦ παρόντος κανόνος κωλύεσθαι τὴν γυναῖκα, ἐὰν ἐπιλέγηται μοναδικὴν ἀπόκαρσιν. Αὕτη γὰρ, καὶ ἄκοντος τοῦ ἀνδρὸς, τὸν ἄζυγα βίον αἱρετισαμένη, εἰσακουσθήσεται, καὶ ἀποκαρήσεται.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μέγας Παῦλος Κορινθίοις ἐπιστέλλων, *Κεφαλὴ*, φησὶ, *γυναικὸς ὁ ἀνήρ*. Τοῦτο δὲ εἶπεν, ὅτι αἴτιος αὐτῆς ἐστιν, ὡς ἐξ αὐτοῦ γενομένης. Καὶ γὰρ ἡ Εὔα ἐκ τοῦ Ἀδάμ. Καὶ μετά C τινα · *Εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτει γυνὴ, καὶ κειράσθω. Εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρεσθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω.* Καὶ μεθ' ἕτερα · *Γυνὴ, ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ.* Ταῦτα μὲν ὁ μέγας Παῦλος · ὁ δὲ Εὐστάθιος κείρεσθαι τὰς γυναῖκας ἐδίδαξεν, ὡς δή τι πρὸς θεοσέβειαν συμβαλλομένου τοῦ κείρεσθαι, καὶ οὐδὲ τῇ φύσει ἀντινομοθετῶν ἤδειτο. Τοσοῦτον γὰρ οἰκεῖον οἶδεν ἡ φύσις ταῖς γυναιξὶ τὴν κόμην, ὅτι οὐδὲ φαλάκρωμα ταύταις ἐγγίνεται φυσικῶς. Εἰ γοῦν κείροιτο γυνὴ, ὡς τάχα τι δοκοῦσα ποιεῖν πρὸς Θεοῦ εὐαρέστησιν, καὶ περιαιρεῖ τὴν ὑπόμνησιν τῆς ὑποταγῆς (καὶ τοῦτο ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους εἴληπται τοῖς τῆς συνόδου Πατράσι. Λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος, ὅτι ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἤτοι τὸ σύμ- D βολον τῆς ὑποταγῆς τὸ κατακεκαλυμμένην ἔχειν τὴν κεφαλὴν ἐξουσίαν τοῦ ἀνδρὸς κελῶν), ἀνάθεμα ἔστω αὐτῇ, ὡς λυούσῃ καὶ παραβαινούσῃ τὸ πρόσταγμα τῆς ὑποταγῆς.

ΑΡΙΣΤ. « Ὅσαι γυναῖκες τὰς κόμας τίλλουσι, θεοσέβειαν ὑποκρινόμεναι, ἀνάθεμα. »

Guill. Beveregii nota.

est quæ Zonaræ. In qua ista verba ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ, etiamsi in Zonaræ Scholiis hic impressis non exstent, exstant tamen in Amerbachiano etiam Zonaræ codice manuscripto.

(35) *Οὐδὲ φαλάκρωμα ταύταις ἐγγίνεται.* Asserit hic Balsamon cum Zonara calvitium in mulieres naturaliter non incidere; quod sane rarum esse ipse etiam Plinius observavit, dicens, *Defluvium eorum* (crinium) *in muliere rarum, in spadonibus non visum, nec in ullo ante Veneris usum.* Plin. *Nat. Hist.* lib. II, cap. 37.

Digitized by Google

ΚΑΝΩΝ ΙΗ'.

« Εἴ τις διὰ νομιζομένην ἄσκησιν ἐν τῇ Κυριακῇ « νηστεύσῃ, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Πολλαχοῦ κεκανόνισται μὴ νηστεύειν καὶ σκυθρωπάζειν ἡμᾶς κατὰ τὴν χαρμόσυνον ἡμέραν τῆς Κυριακῆς διὰ τὴν ἔγερσιν τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ πανηγυρίζειν καὶ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, ὡς ἀναστάντας ἐκ τοῦ πτώματος τῆς ἁμαρτίας. Τοὺς γοῦν τὸν Εὐστάθιον διδάσκοντας νηστεύειν ἐν ταῖς Κυριακαῖς διὰ ἄσκησιν δῆθεν, ἀναθεματίζει ὁ κανών. Ὁ δὲ ξδ' ἀποστολικὸς κανὼν ἀφορίζει τοὺς οὕτω νηστεύοντας λαϊκοὺς, ὥσπερ καὶ τοὺς κληρικοὺς καθαιρεῖ. Ζήτει καὶ τὸν νε' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ἐν ταῖς Κυριακαῖς νηστείαν ἐκήρυττεν ὁ Εὐστάθιος, ὅτε διὰ τὴν ἔγερσιν τοῦ Κυρίου, καὶ τὴν τῆς βροτείας φύσεως ἐκ τοῦ πτώματος τῆς ἁμαρτίας ἀνάστασιν, εὐχαριστεῖν ἡμᾶς δεῖ τῷ Θεῷ καὶ χαίρειν. Ἡ δὲ νηστεία συντριβῆς καὶ λύπης ἐστὶ σύμβολον. Διὸ καὶ τοῖς νηστεύουσιν ἐν Κυριακαῖς ἐτάχθη ἀνάθεμα.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ τὴν Κυριακὴν ἢ τὸ Σάββατον ἀσιτῶν, « ἀνάθεμα. »

ΚΑΝΩΝ ΙΘ'.

« Εἴ τις τῶν ἀσκουμένων χωρὶς σωματικῆς ἀνάγ- « κης ὑπερηφανεύοιτο, καὶ τὰς παραδεδομένας « νηστείας εἰς τὸ κοινὸν, καὶ φυλασσομένας ὑπὸ « τῆς Ἐκκλησίας, παραλύοι, ἀποκυροῦντος ἐν « αὐτῷ τελείου λογισμοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Αἵρεσις Βογομιλική ἐστιν ἐπί τινας χρόνους κατὰ πᾶσαν ἡμέραν νηστεύειν καὶ μηδέποτε καταλύειν, ὡς μετὰ τὸν τοσοῦτον καιρὸν λέγειν ἐν τελειότητι γενέσθαι τοὺς νηστεύοντας, καὶ καταλύειν καὶ ἁμαρτάνειν ἀδιαφόρως, καὶ πᾶσαν κακίαν διὰ τῆς τελειότητος ὡς ὑπὸ πυρὸς κατακαίεσθαι. Τοιαῦτα γοῦν ἐδίδασκον, ὡς ἔοικε, καὶ οἱ περὶ τὸν Εὐστάθιον· διὸ καὶ ἀνεθεματίσθησαν. Ὀφείλομεν γὰρ οἱ πιστοὶ νηστεύειν κατὰ τὰς παραδεδομένας νηστείας, ἤτοι Τετράδα, καὶ τὴν Παρασκευὴν, τὴν μεγάλην Τεσσαρακοστὴν καὶ τὰς λοιπὰς νηστείας, καὶ αὖθις πανηγυρίζειν κατὰ τὰς ἑορτασίμους ἡμέρας, εἰ μήπω διὰ νόσον καταλῦσαι ἀναγκασθῶμεν. Ὅτι φησὶ καὶ ὁ ξθ' ἀποστολικὸς κανὼν, κατὰ πᾶσαν Τετράδα καὶ Παρασκευὴν καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα μὴ καταλύειν ἡμᾶς, εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικήν.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἀποστολικὸς ἑξηκοστὸς τέταρτος κανὼν τοῦτο ῥητῶς φησιν· Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθείη τὴν Κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ Σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Καὶ ὁ ξθ' τὴν τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα νηστεύειν παρεγγυᾷ, καὶ Τετράδα καὶ Παρασκευήν· εἰ μὴ δι' ἀσθένειάν τις ἐμποδίζοιτο. Τῶν δὲ περὶ τὸν Εὐστάθιον τὰς παραδεδομένας νηστείας λυόντων, ὡς τάχα φθασάντων πρὸς τελειότητα, καὶ οὐκέτι δεομένων νηστείας, τὸν κανόνα τοῦτον ἡ συνόδος ἐξεφώνησεν, ἀνάθεμα καταψηφιζόμενον τῶν λυόντων τὰς παραδεδομένας νηστείας, καὶ ὑπὸ τῆς

CANON XVIII.

« Si quis propter eam, quæ existimatur, exercita- « tionem in Dominico jejunet, sit anathema. »

BALS. Multis canonibus cautum est, ne jejunemus, et tristitiam præ nobis feramus, in festo ac læto die Dominico, propter Domini resurrectionem; sed celebremus, et Deo gratias agamus, ut qui ex peccati lapsu surrexerimus. Eustathianos ergo, docentes esse in diebus Dominicis jejunandum, propter exercitationem scilicet, canon anathemate percutit. Sexagesimus quartus autem canon apostolicus segregat laicos, qui sic jejunant, quemadmodum et clericos deponit. Quære et 55 canonem synodi in Trullo.

ZONAR. Jejunium Dominica quoque die Eustathius indixit; quam tamen, quod per eam Christus ab inferis redivivus exstiterit, naturamque humanam a peccati lapsu exscitarit, exsultabundi Deo gratias agentes transigere debemus. At jejunium doloris tristitiæque habet argumentum. Quamobrem et in eos, qui Dominica die jejunarent, pœna anathematis constituta fuit.

ARIST. « Qui diem Dominicam vel Sabbatum « jejunus peragit, anathema. »

CANON XIX.

« Si quis eorum, qui exercentur, absque corpo- « rali necessitate se insolenter gerat, et tradita « jejunia, quæ communiter servantur ab Eccle- « sia, dissolvat, perfecta in eo residente ratione, « sit anathema. »

BALS. Bogomelica est hæresis, ad aliquod tempus omni die jejunare, nec unquam jejunium solvere, ut eos, qui post tantum tempus jejunant, dicant esse in perfectione, et jejunium solvere et peccare indiscriminatim posse, et omne vitium tanquam a perfectione ab igne exuri. Ilujusmodi ergo, ut videtur, docebant et Eustathiani; et ideo fuerunt anathemate percussi. Debemus enim fideles in traditis jejuniis, nimirum quarta feria, et Parasceve, et magna Quadragesima, et reliquis jejuniis jejunare, et rursus festos dies celebrare, nisi forte propter morbum jejunium solvere coacti simus. Dicit enim 69 canon apostolicus, in omni quarta feria et Parasceve et in Paschæ quadragesima nos jejunium non solvere nisi propter corporalem imbecillitatem.

ZONAR. Sexagesimus quartus canon apostolicus hæc totidem verbis habet: Si quis, inquit, clericus inventus fuerit die Dominico jejunare, vel Sabbato, præterquam uno solo, deponatur: sin autem laicus, segregetur. Sexagesimus vero nonus quadragesimam Paschæ, et quartum diem, et Parasceven, nisi corporis aliqua infirmitas obstiterit, jejunio transigendam esse decernit. Cum vero Eustathiani, quasi summum perfectæ virtutis apicem attigissent, nec ipsos jejunio castigari amplius oporteret, tradita jejunia violarent, hunc canonem synodus promulgavit, eosque, qui jejunia a majo-

Digitized by Google

ribus tradita, atque ab Ecclesia, hoc est, fidelium multitudine servari consueta violarint, nisi, ut apostolico canone explicatum est, valetudine impediantur, anathemati obnoxios esse decernit.

ARIST. « Et qui ecclesiastica jejunia evertit, anathema. »

426 CANON XX.

« Si quis arrogantia utens, martyrum congregationes abhorreat, et sacra quæ in eis celebrantur, et eorum memorias accuset, sit anathema. »

BALS. In sanctorum martyrum memoriis fiebant conventus quidam et congregationes in quibusdam templis, sicut et fit hodie. Eustathiani ergo pietatis prætextu damnabant eos, qui hæc in Dei honorem faciebant, superbia elati ob impiam ipsorum vivendi rationem : et ideo etiam anathemati subjecti sunt. Nota ergo, quod quæ in solemnibus martyrum festis fiunt, scilicet cantica, choreæ, et populi confluxus, quoniam in Dei fiunt honorem, non reprobantur, cum de iis hæc synodi Patres scripserint.

ZONAR. Hoc quoque est Eustathii ejusque gregalium disciplina. Loca nimirum contemnebant, in quibus reliquiæ martyrum servabantur ; quique in iis sacra facerent, memoriamque eorum venerarentur, damnabant; et conventus fidelium in iis locis celebrari solitos aversabantur. Quamobrem hunc canonem synodus contra eos, qui superbia elati conventus ejusmodi aspernarentur constituta in eos pœna anathematis, promulgavit.

ARIST. « Et qui sanctorum martyrum conventus despectui habet, sit anathema. »

CANON XXI.

« Hæc autem scribimus, non eos abscindentes qui in Dei Ecclesia volunt secundum Scripturas in continentia et pietate exercerí ; sed eos qui prætextum exercitationis ad arrogantiam assumunt, adversus eos, qui simplicius vivunt, se efferentes, et præter Scripturas ecclesiasticosque canones novitates inducunt. Virginitatem itaque una cum humilitate nos admiramur, et continentiam, quæ cum pietate et gravitate exercetur, admittimus ; et a sæcularibus negotiis secessum cum humilitate suscipimus ; et sanctam matrimonii conjunctionem honoramus ; et divitias cum justitia et beneficentia vilipendimus ; et vestium utilitatem, propter corporis tantum curam minime cu-

Ἐκκλησίας φυλαττομένας, ἤγουν τοῦ ἐθροιτμοῦ τῶν πιστῶν, εἰ μὴ δι' ἀσθένειάν τις σωματικὴν νηστεύειν οὐ δύναται κατὰ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα.

ΑΡΙΣΤ. « Καὶ τὰς ἐκκλησιαστικὰς νηστείας ἐκτρέπων, ἀνάθεμα. »

ΚΑΝΩΝ Κ'.

« Εἴ τις αἰτιᾶται, ὑπερηφάνῳ διαθέσει κεχρημένος, καὶ βδελυσσόμενος τὰς συνάξεις τῶν μαρτύρων, ἢ τὰς ἐν αὐταῖς γινομένας λειτουργίας, καὶ τὰς μνήμας αὐτῶν, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ἐν μνήμαις ἁγίων μαρτύρων ἐγίνοντο συνάξεις καὶ πανηγύρεις ἔν τισι ναοῖς, καθὼς καὶ σήμερον γίνεται. Οἱ γοῦν περὶ τὸν Εὐστάθιον προφάσει δῆθεν εὐλαβείας κατεγίνωσκον τῶν ταύτας εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ ποιούντων· ἀλαζονευόμενοι διὰ τὸν θεοστυγῆ αὐτῶν διαγωγήν· διὸ καὶ ἀναθέματι καθυπεβλήθησαν. Ὥστε σημείωσαι ὅτι τὰ εἰς τὰς ἐπισήμους ἑορτὰς τῶν ἁγίων μαρτύρων γινόμενα, ἤγουν τὰ ψαλμωδήματα, αἱ χοροστασίαι καὶ ἡ σύρροια τοῦ πολλοῦ λαοῦ, ἐπεὶ εἰς τιμὴν γίνονται τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἀποδοκιμάζονται· ἐπὶ τούτοις ἔγραψαν ταῦτα οἱ τῆς συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τοῦτο τοῦ Εὐσταθίου καὶ τῶν αὐτοῦ φοιτητῶν τὸ διάταγμα. Κατεφρόνουν γὰρ τῶν τόπων, ἐν οἷς μαρτύρων ἀπέκειντο λείψανα, καὶ τῶν ἐκεῖ λειτουργούντων, καὶ τὰς μνήμας αὐτῶν τιμώντων, κατεγίνωσκον, καὶ τὰς γινομένας ἐκεῖ συνάξεις ἀπεστρέφοντο. Διὸ τὸν κανόνα τοῦτον ἡ σύνοδος ἐξεφώνησε κατὰ τῶν ὑπερηφανευομένων, καὶ βδελυκτὰς ἡγουμένων τὰς συνάξεις τὰς ἐπὶ τοῖς μάρτυσιν, ἀναθέματι τούτους καταδικάσασα.

ΑΡΙΣΤ. « Καὶ ὁ τὰς τῶν ἁγίων μαρτύρων συνάξεις περιφρονῶν, ἀνάθεμα. »

ΚΑΝΩΝ ΚΑ'.

« Ταῦτα δὲ γράφομεν οὐκ ἐκκόπτοντες τοὺς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὰς Γραφὰς ἀσκεῖσθαι βουλομένους· ἀλλὰ τοὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφανίαν, κατὰ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους τε καὶ παρὰ τὰς Γραφὰς καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καινισμοὺς εἰσάγοντας. Ἡμεῖς τοιγαροῦν καὶ παρθενίαν μετὰ ταπεινοφροσύνης θαυμάζομεν, καὶ ἐγκράτειαν μετὰ θεοσεβείας καὶ σεμνότητος γινομένην ἀποδεχόμεθα, καὶ ἀναχώρησιν τῶν ἐγκοσμίων πραγμάτων μετὰ ταπεινοφροσύνης ἀποδεχόμεθα, καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνὴν τιμῶμεν, καὶ πλοῦτον μετὰ δικαιοσύνης καὶ εὐποιΐας οὐκ ἐξουθενοῦμεν, καὶ λιτότητα καὶ εὐτέλειαν ἀμφιασμάτων δι' ἐπιμέλειαν μόνον

Guill. Beveregii notæ.

(36) *Ταῦτα δὲ γράφομεν.* In omnibus Balsamonis et Zonaræ codicibus hic præsens inter canones hujus concilii recensetur; ac propterea scholia etiam in eumdem ediderunt. Sed proprie non est canon, sed appendix ad canones, qua Patres mentem suam in canonibus edendis clariorem faciunt, ne male intelligerentur ac proinde neque a Joanne Antiocheno, nec Photio, nec Dionysio Exiguo, hic canon commemoratur; sed omnes illi, aliique quorum ante mentionem fecimus, viginti solos canones huic synodo recte adscribunt. At in veteri Latino interprete hæc verba canonibus annexa leguntur quidem, verum extra canonum numerum. Et caute sane summaque cum prudentia hæc canonibus subjiciuntur, quippe qui aliter in malum sensum facile detorqueantur.

Digitized by Google

« τοῦ σώματος ἀπερίεργον ἐπαινοῦμεν· τὰς δὲ ἀ-
« ἐκλύτους καὶ τεθρυμμένας ἐν τῇ ἐσθῆτι προ-
« όδους ἀποστρεφόμεθα, καὶ τοὺς οἴκους τοῦ Θεοῦ
« τιμῶμεν, καὶ τὰς συνόδους, τὰς ἐπ' αὐτοῖς, ὡς
« ἁγίας καὶ ἐπωφελεῖς ἀσπαζόμεθα, οὐ συγκλείον-
« τες τὴν εὐσέβειαν ἐν τοῖς οἴκοις, ἀλλὰ πάντα
« τόπον τὸν ἐν ὀνόματι τοῦ Θεοῦ οἰκοδομηθέντα
« τιμῶντες, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ συν-
« έλευσιν εἰς ὠφέλειαν τοῦ κοινοῦ προσιέμεθα,
« καὶ τὰς καθ' ὑπερβολὴν εὐποιίας τῶν ἀδελφῶν,
« ὡς τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις διὰ τῆς Ἐκκλησίας
« εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας, μακαρίζομεν, καὶ
« πάντα, συνελόντως εἰπεῖν, τὰ παραδοθέντα ὑπὸ
« τῶν θείων Γραφῶν καὶ τῶν ἀποστολικῶν παρα-
« δόσεων, ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ γίνεσθαι εὐχόμεθα.»

« riosam ac operosam, laudamus : dissolutos au-
« tem et molles in vestibus incessus aversamur ;
« et domos Dei honoramus, et qui fiunt in iis
« conventus ut sanctos et utiles amplectimur,
« non pietatem in domibus includentes, sed om-
« nem locum in Dei nomine ædificatum hono-
« rantes ; et quæ fit in ipsa ecclesia congressi-
« onem ad publici utilitatem recipimus ; et
« insignes fratrum beneficentias, quæ tanquam
« secundum traditiones fiunt per Ecclesiam in
« pauperes, laudamus ; et ut semel dicamus, quæ
« a divinis Scripturis et apostolicis traditionibus
« commendata sunt, in Ecclesia fieri optamus. »

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝΑΡ. Τινὰ τῶν νομιζομένων ἐναρέ-
των ἔργων οἱ τῆς συνόδου ταύτης κωλύσαντες γί-
νεσθαι παρὰ τῶν πιστῶν, οἷον τὸ παρθενεύειν, ὡς
τάχα τοῦ γάμου πρὸς σωτηρίαν ψυχῆς ἐμποδίζοντος,
τὸ μὴ νηστεύειν ἐν ἡμέραις αἷς ἀπαγορεύεται ἡ
νηστεία, τὸ λύειν τὸν γάμον διὰ δοκοῦσαν ἄσκησιν,
τὸ μὴ τεκνοτροφεῖν, ἢ γηροβοσκεῖν τοὺς γονεῖς, διὰ
τὴν τῆς ἀρετῆς τάχα ἐργασίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα·
νῦν ὑπὲρ τούτων ἀπολογοῦνται λέγοντες ὅτι Ταῦτα
ὡρίσαμεν, οὐχὶ τοὺς ἀσκεῖν αἱρουμένους ἀνακό-
πτοντες, ἀλλὰ τοὺς διὰ τοῦτο ὑπερηφανευομένους
καὶ ἐπαιρομένους, καὶ καινά τινα παρὰ τὰς θείας
Γραφὰς εἰσάγοντας, διορθούμενοι. Ἡμεῖς γὰρ καὶ τόδε
καὶ τόδε ἀποδεχόμεθα, καὶ τόδε θαυμάζομεν, καὶ
ἐφεξῆς ὅσα αὐτοῖς ἀριθμοῦμεν, καὶ εὐχόμεθα πάντα
γίνεσθαι κατὰ τὰς θείας Γραφὰς καὶ τὰς παραδό-
σεις τὰς ἀποστολικάς· διὰ μὲν τῶν θείων Γραφῶν
πάντα τὰ ἐγγράφως ἐντεταλμένα τοῖς πιστοῖς ὑπεμ-
φήναντες, διὰ δὲ τῶν παραδόσεων τὰ τῶν ἀγράφων
ἐθῶν αἰνιξάμενοι. Καὶ τὰ ἄγραφα γὰρ ἔθη τὰ χρόνῳ
δοκιμασθέντα καὶ κυρωθέντα, καὶ οἱ τῆς πολιτείας
νόμοι κρατεῖν τε καὶ ἐνεργεῖν θεσπίζουσι, καὶ οἱ θεῖοι
κανόνες. Καὶ ὁ μέγας τὰ πάντα Βασίλειος περὶ
τῆς τούτων φυλακῆς μακρὸν ἀποτείνει τὸν λόγον
ἐν διαφόροις λόγοις αὐτοῦ.

B BALS. et ZONAR. Cum quædam opera, quæ bona et ex virtute existimantur, hujus synodi Patres a fidelibus fieri prohibuerint ; ut virginitatem servare, utpote cum matrimonium ad salutem animæ impedimentum afferat ; non jejunare diebus, quibus prohibitum est jejunium ; solvere matrimonium propter eam quæ videtur exercitationem ; non alere liberos vel parentes, propter virtutis exercitium ; et quæcunque sunt ejusmodi : nunc pro iis respondent dicentes : Quod hæc decrevimus, non eos, qui volunt exercere, amputantes, sed eos, qui propterea superbi et insolentes fiunt, et nova quædam præter divinas Scripturas introducunt, corrigentes. Nos enim et hoc et illud recipimus, et hoc admiramur, **427** et eodem quo illi ordine habemus, et omnia fieri optamus secundum divinas Scripturas et traditiones apostolicas : per divinas quidem Scripturas omnia, quæ fidelibus in scriptis mandata sunt, significantes ; per traditiones autem non scriptos mores inducentes. Non scriptos enim mores tempore approbatos et confirmatos, leges quoque civiles observari et valere decernunt, et divini canones. Et magnus etiam in rebus omnibus Basilius de eorum observatione in multis suis orationibus fuse loquitur.

C

ΑΡΙΣΤ. «Ἡ παροῦσα σύνοδος, καὶ δι' ἄλλας μὲν
ἐκκλησιαστικὰς χρείας συνελθοῦσα, ζητήσασα δὲ
καὶ τὰ κατὰ τὸν Εὐστάθιον, καὶ εὑροῦσα πολλὰ
ἀθέσμως ὑπὸ τῶν περὶ αὐτὸν τὸν Εὐστάθιον γινό-
μενα, τοὺς κανόνας τούτους ἐξέθετο, ἵνα μὴ εἰς τὴν
αἵρεσιν αὐτῶν, ἤτοι τῶν Μασσαλιανῶν τε καὶ Εὐχι-
τῶν, ἐμπίπτωμεν. Οὗτοι γὰρ καὶ νόμιμον γάμον
ἀθετοῦσι, καὶ κρέα βδελύττονται, τῶν ἐκκλησιῶν καὶ
τῶν θυσιαστηρίων καταφρονοῦσι καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς
γινομένων συνάξεων· καὶ ἰδίᾳ ἐκκλησιάζειν, καὶ ἐν
τοῖς εὐκτηρίοις αὐτῶν διδάσκουσιν εὔχεσθαι, καὶ δι-
δασκαλίας ἰδίας, καὶ συνάξεις ποιούμενοι, παρὰ γνώ-
μην ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου τὰ τῆς Ἐκκλησίας
τελοῦσι μυστήρια· καὶ ἁπλῶς πάντα κανόνα ἐκκλη-
σιαστικὸν παραβαίνοντες, νόμους ἔχουσιν ἰδιάζοντας,
μᾶλλον δὲ ἕκαστος αὐτῶν, ὅπερ ἂν ἐνθυμηθῇ ἐπὶ
διαβολῇ τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἑαυτοῦ βλάβῃ, τοῦτο
προστίθησι. Διὰ ταῦτα οὖν ἡ ἁγία αὕτη σύνοδος τῆς
αἱρέσεως αὐτῶν καταψήφῳ τεθεῖσα, καὶ τούσδε τοὺς

ARIST. «*In omnes Canones.* Hæc præsens synodus et propter alias ecclesiasticas conecta necessitates, inquirens etiam in ea quæ ad Eustathium pertinebant, et inveniens multa ab Eustathii asseclis injuste facta, hosce canones exposuit, ne in istorum vel etiam Massalianorum et Euchitarum hæresim incideremus. Illi enim legitimas nuptias criminantur, et carnem detestantur, ecclesias autem et altaria contemptui habent, ut et conventus in iis factos : et privatim concionari, et in suis oratoriis precari docent, et privatas instructiones et conventicula facientes præter episcopi aut presbyteri voluntatem ecclesiastica celebrant mysteria ; et omnem omnino ecclesiasticum transilientes canonem privatas habent leges, vel potius unusquisque eorum quidquid ad Ecclesiæ calumniam, et ipsius detrimentum animo concipit, illud profert. Idcirco sancta hæc synodus cum hæresim eorum suo suffragio condemnasset, et hosce exposuisset canones,

D

Digitized by Google

eos extra Ecclesiam esse statuit. Si quis itaque vel nuptias legitimas improbat, vel eum qui carnem comedit præter suffocatam et idolis immolatam, condemnat, vel servos à dominis recedere, pietatis prætextu, et ministerium suum contemnere docet, aut dubitat divina accipere sacramenta a presbyteris qui uxores habent, vel ab ædibus Dei et ecclesia recedens ut eas juste contemnendas ducens, et privatim concionem habens, alias instructiones profert, vel præter episcopi aut presbyteri sententiam, ut eos contemnens, ecclesiastica peragit mysteria, quia suas preces magnopere prævalere opinatur, aut docet fructuum oblationes Ecclesiæ olim datas, et ad bona opera erogatas, et ab episcopo et [eis qui ad eorum administrationem ab ipso designantur, Ecclesiæ non offerre, sed sibi aut illis qui secum sunt eas dare, vel virginitatem non propter ipsam bonitatem, matrimonio præfert, sed ut matrimonium exsecrans, et adversus conjugatos elatus, vel non convenit iis qui ad agapen congregant post Ecclesiæ dimissionem ad panis et vini participationem, sed eos rejicit, et cum eis communicare vocatus per contemptum et superbiam non sustinet, vel cum justitia et beneficentia ditescentem aspernatur, vel et eum qui sericam vestem induit, flocci facit, ipse peregrina quædam excogitans indumenta, ut ex iis se justificari putans, vel etiam mulieres quædam si vestimenta virilia induere inveniuntur, ad communis feminarum vestitus ruinam, et tanquam patantes se ex iis sanctas et justas videri, aut a suis viris ut nuptias detestantes separantur, vel proprios liberos relinquunt, et non ut liberos eos alunt, nec quantum in se est ad religionem convenientem eos excitant, sed exercitationis prætextu eos negligunt, et quæ comam muliebrem detondent, ut pietatem simulantes, vel vice versa, si liberi a parentibus fidelibus resiliunt, honorem parentibus debitum non tribuentes, tanquam pietatem nimirum præferentes, vel si quis tradita nobis jejunia transgrediatur, et profanans dies ab Ecclesia servari sancitas, Dominica vel Sabbato eligat jejunare, vel martyrum congregationes et sacra quæ in iis fiunt mysteria, ut arrogans calumniatur, et abhorret. Si quis **428** itaque ex iis quæ supra enumerantur, quidquam facere deprehenditur, ut se contra eos qui simplicius vivunt, efferens, et ecclesiasticas transiliens leges et innovationes e propria superbia introducens, sit anathema. Ecclesia enim virginitatem cum animo demisso admiratur, et secessionem a negotiis sæcularibus eodem modo factam admittit, et continentiam cum gravitate et religione, et venerabilem matrimonii usum honore prosequitur, et divitem cum justitia et beneficentia non parvi pendet, et simplicitatem et frugalitatem vestimentorum non propter superbiam, sed propter solam corporis curam sine curiositate factam, approbare novit; quemadmodum non admittit etiam eos qui dissolutas, et delicatas

A κανόνας ἐκθεμένη, ἐκτὸς αὐτοὺς εἶναι τῆς Ἐκκλησίας προσέταξεν. Εἴ τις γοῦν ἢ τὸν νόμιμον γάμον ἀθετεῖ, ἢ τὸν κρεωφαγοῦντα κατακρίνει δίχα πνικτοῦ ἢ εἰδωλοθύτου· ἢ δούλους διδάσκει τῶν δεσποτῶν ὑπαναχωρεῖν προφάσει θεοσεβείας, καὶ τῆς ὑπηρεσίας αὐτῶν καταφρονεῖν· ἢ διακρίνοιτο τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλαβεῖν ἀπὸ πρεσβυτέρων ὑπογυναίων· ἢ τῶν οἴκων τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀναχωρεῖν, ὡς εὐκαταφρονήτους αὐτοὺς οἰόμενος, καὶ ἰδίᾳ ἐκκλησιάζων, διδασκαλίας ἑτέρας ποιεῖτο· ἢ παρὰ γνώμην ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου, ὡς καταφρονῶν αὐτῶν, τὰ τῆς Ἐκκλησίας τελεῖ μυστήρια, διὰ τὸ τὴν προσευχὴν αὐτοῦ μεγάλα ἰσχύειν οἴεσθαι· ἢ διδάσκει τὰς ἀνέκαθεν τῶν χρόνων διδομένας καρποφορίας τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ εἰς B εὐποιΐαν κατακενουμένας παρά τε τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν εἰς τὴν οἰκονομίαν τούτων παρ' αὐτοῦ προβεβλημένων, μὴ προσφέρειν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' αὐτῷ τε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ, ὡς ἁγίοις, ταύτας διδόναι· ἢ τὴν παρθενίαν μὴ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν τοῦ γάμου προτιμᾶται, ἀλλ' ὡς τὸν γάμον βδελυσσόμενος, καὶ τῶν γεγαμηκότων κατεπαιρόμενος· ἢ οὐ συνέρχοιτο τοῖς συγκαλοῦσι δι' ἀγάπην, κατὰ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἀπόλυσιν, εἰς μετάληψιν ἄρτου καὶ οἴνου, ἀλλ ἀθετεῖ τούτους, καὶ συγκοινωνεῖν μετ' αὐτῶν καλούμενος, οὐκ ἀνέχοιτο δι' ὑπερηφίαν· ἢ τὸν πλουτοῦντα μετὰ δικαιοσύνης καὶ εὐποιΐας ἐξουθενεῖ· ἢ καὶ τὸν σηρικὴν ἐσθῆτα φοροῦντα φαυλίζει, ξένα τινὰ αὐτὸς ἐπινοῶν ἀμφιάσματα, ὡς ἐκ τούτων δικαιοῦσθαι οἰόμενος· ἢ καὶ γυναῖκές τινες εἰ εὑρίC σκοιντο ἀνδρικὰ ἱμάτια περιβαλλόμεναι ἐπὶ καταπτώσει τῆς κοινῆς τῶν γυναικῶν ἀμφιάσεως, καὶ ὡς ἐκ τούτων οἰόμεναι σεμναὶ δοκεῖν τε καὶ δίκαιαι· ἢ τῶν ἰδίων ἀνδρῶν, ὡς τὸν γάμον βδελυσσόμεναι, διαζεύγνυνται, ἢ τὰ οἰκεῖα τέκνα καταλιμπάνουσαι, καὶ μὴ τεκνοτροφοῦσαι ταῦτα, καὶ τὸ ὅσον ἐκ' αὐταῖς πρὸς θεοσέβειαν τὴν προσήκουσαν ὑπαλείφουσαι, ἀλλὰ προφάσει ἀσκήσεως ἀμελοῦσαι τούτων· καὶ τὴν κόμην τὴν γυναικείαν ἀποκειρόμεναι, ὡς ὑποκρινόμεναι θεοσέβειαν· ἢ πάλιν εἰ τέκνα πιστῶν γονέων ἀποσκιρτῶσι, τὴν πρέπουσαν τιμὴν γονεῦσι μὴ ἀπονέμοντα, ὡς προτιμώμενα δῆθεν τὴν θεοσέβειαν· ἢ εἰ παραβαίνει τις τὰς παραδεδομένας ἡμῖν νηστείας, καὶ κοινῶν ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας φυλάττεσθαι νενομοθετημένας, τὴν Κυριακὴν ἢ τὸ Σάββατον αἱρεῖται νηστεύειν· ἢ τὰς τῶν μαρτύρων συνάξεις, καὶ τὰς ἐν αὐταῖς γινομένας λειτουργίας ὡς ὑπερήφανος διαβάλλοιτο καὶ βδελύττοιτο· εἴ τις γοῦν ἐκ τῶν ἄνωθεν ἀπηριθμημένων εὑρίσκοιτό τι ποιῶν, ὡς κατεπαιρόμενος τῶν ἀφελεστέρως βιούντων, καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς παραβαίνων θεσμοὺς, καὶ καινισμοὺς εἰσάγων ἐξ ἰδίας ὑπερηφίας· ἀνάθεμα ἔστω. Ἡ γὰρ Ἐκκλησία καὶ παρθενίαν μετὰ ταπεινοφροσύνης θαυμάζει, καὶ ἀναχώρησιν τῶν ἐγκοσμίων πραγμάτων ὡσαύτως γινομένην ἀποδέχεται, καὶ ἐγκράτειαν μετὰ σεμνότητος καὶ θεοσεβείας, καὶ σεμνὴν διοίκησιν γάμου τιμᾷ, καὶ πλοῦτον μετὰ δικαιοσύνης καὶ εὐποιΐας οὐκ ἐξουθενεῖ, καὶ λιτότητα καὶ εὐτέλειαν ἀμφιασμάτων οὐ διὰ τυφον, ἀλλὰ δι'

Digitized by Google

ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ σώματος, ἀπερίεργον γινομένην, ἐπαινεῖν οἶδεν· ὥσπερ οὐκ ἀποδέχεται καὶ τοὺς ἐκλύτους καὶ τεθρυμμένας ἐνδεδυμένους ἐσθῆτας· καὶ ἁπλῶς πάντα ὅσα ἂν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ εἰς ὠφέλειαν τοῦ κοινοῦ γένωνται, ἀποδέχεται. Τὰ δὲ δι' ὑπεροψίαν καὶ καταφρόνησιν καὶ μῖσος τῶν παραδεδομένων ὑπὸ τῶν θείων Πατέρων ἀντινομοθετούμενα σφόδρα καὶ ἀποπέμπεται καὶ βδελύττεται· καὶ μᾶλλον εἰ προφασίζονται οἱ ταῦτα ποιοῦντες καὶ θεοσέβειαν. » A induunt vestes; et simpliciter omnia quæcunque Dei nomine ad communitatis utilitatem fiunt, recipit. Quæ autem per arrogantiam et contemptum, et odium eorum quæ a divinis Patris tradita fuerunt, contraria feruntur lege, magnopere rejicit pariter et exsecratur. Et imprimis si qui hæc faciunt, pietatem etiam simulant. »

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΗΣ ΕΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ ΤΗΣ ΣΥΡΙΑΣ ΣΥΝΟΔΟΥ (37).

CANONES SYNODI ANTIOCHENÆ

IN SYRIA CELEBRATÆ.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝΑΡ. Δύο γεγόνασιν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας σύνοδοι· ἡ μὲν ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ὃς αἱρεσιάρχης ἐγένετο, λέγων τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ψιλὸν ἄνθρωπον· τὸν δὲ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λόγον προφορικόν. Παρῆσαν δὲ ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ πολλοὶ καὶ ἄλλοι, καὶ ὁ ἅγιος Γρηγόριος ὁ Θαυματουργός. Ἠθροίσθησαν δ' ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἧς ἐπίσκοπος ἦν ὁ Σαμοσατεύς, ὃν δὴ Παῦλον ταῖς παραινέσεσι καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν Γραφῶν ἀποδείξεσι μὴ πείσαντες ἀποστῆναι ἀπὸ τῶν κατὰ τοῦ Κυρίου βλασφημιῶν, κοινῇ ψήφῳ καθεῖλόν τε καὶ ἀνεθεμάτισαν. Ὁ δὲ τοῦ θρόνου τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἐκκλησίας οὐκ ἀφίστατο. Διὸ οἱ τῆς συνόδου πρὸς τὸν βασιλέα Αὐρηλιανὸν τὰ περὶ τούτου ἀνέφερον. Καὶ ὃς τῷ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς κατ' αὐτὸν ἀρχιερεῦσιν ἐκέλευσε τὰ κατὰ τοῦ Παύλου ἐπισκέψασθαι, καὶ εἰ δικαίως καθῄρηται, ἐκδιῶξαι αὐτὸν τῆς τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησίας· ὃ καὶ γέγονεν, ὡς ὁ τοῦ Παμφίλου Εὐσέβιος ἱστορεῖ. Ἑτέρα δὲ αὖθις συνέστη σύνοδος ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου μετὰ πέντε ἔτη τῆς τελευτῆς τοῦ πατρὸς (38) αὐτοῦ· καὶ κανόνας ἐξέθετο οἵτινές εἰσιν οὗτοι· A **429** BALS. et ZONAR. Antiochiæ, quæ est civitas Syriæ, duæ fuere synodi. Una quidem sub Aurelio imperatore Romanorum, adversus Paulum Samosatenum hæresiarcham, qui dicebat Dominum nostrum et Deum Jesum Christum esse solum hominem : Filium Dei autem esse verbum prolatitium. Cæterum huic synodo interfuerunt et multi alii, et sanctus Gregorius Thaumaturgus. Convenerunt autem Antiochiæ, cujus erat episcopus Paulus Samosatenus : quem quidem Paulum, cum admonitionibus et ex Scripturis demonstrationibus a blasphemiis desistere non persuasissent, communi sententia deposuerunt et anathematizarunt. Is vero ab Antiochenæ Ecclesiæ throno non recessit. Patres itaque synodi de eo ad Aurelianum imperatorem retulerunt. Ille vero Romanorum episcopo et ejus antistitibus jussit de Paulo inquirere ; et si juste depositus fuit, eum ex Christianorum Ecclesia expellere ; quod etiam factum est, ut scribit Eusebius Pamphili. Alia vero synodus rursus coacta est Antiochiæ sub Constantio filio magni Constantini, quinque annis post mortem patris : et canones edidit, qui sunt hi :

Guill. Beveregii notæ.

(37) *Κανόνες τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας συνόδου.* Hæc est Bodleiana horum canonum inscriptio, cui codex Amerbachianus addit, εἴκοσι πέντε. In Parisiensi Balsamonis editione titulus est Ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδος. In Zonaræ codicibus, Κανόνες τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας συνελθόντων ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων. Recte additur τῆς Συρίας, ut ab aliis, quæ plures sunt, ejusdem nominis urbibus distinguatur. Fuit autem hæc Antiochia, ubi præsens celebrata est synodus, metropolis Syriæ, qua Christi discipuli primo Christiani dicti sunt, et cujus episcopus postea patriarchæ titulo cohonestatus est.

(38) *Μετὰ πέντε ἔτη τῆς τελευτῆς τοῦ πατρός.* Occasionem huic indicendæ synodo præbuit dedicatio sive encænia celeberrimi istius Antiochiæ templi, quod a Constantino Magno inceptum, et a filio ejus Constantio absolutum est, ob excellen-

Digitized by Google

« Sancta et summe pacifica synodus, in unum A « sub Deo Antiochiæ congregata ex Cœlesyria, « Phœnicia, Palæstina, Arabia, Mesopotamia, Ci- « licia, Isauria, his, qui per singulas provincias « sunt, unanimis sanctis et consacerdotibus in « Domino salutem. »

Gratia et veritas Jesu Christi Domini et Salvatoris nostri, sanctam Antiochenam Ecclesiam visitans, et in unum connectens per concordiam et consensum et spiritum pacificum multa quidem alia perfecit: in omnibus autem et hoc perficit ex suggestu sancti et pacifici Spiritus. Quæ enim visa sunt recte constitui tum plurima consideratione et judicio, una cum omnibus nobis Antiochiam ex diversis provinciis in unum collectis episcopis, in vestram notitiam retulimus: gratiæ Domini et B Spiritui sancto pacis credentes, quod et ipsi conspirabitis nobis, tanquam una nobiscum virtute sitis orationibus simul adnitentes; magis autem uniti, nobis et Spiritui sancto præsentes, iisdem nobiscum consentientes et definientes, et ea quæ visa sunt recta roborantes cum consensu sancti Spiritus consignabitis. Sunt autem præfiniti canones ecclesiastici hi qui infra sunt scripti.

« Ἡ ἁγία καὶ εἰρηνικωτάτη (39) σύνοδος, ἡ ὑπὸ « τοῦ Θεοῦ συγκροτηθεῖσα ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐξ « ἐπαρχίας Συρίας Κοίλης, Φοινίκης, Παλαιστίνης, « Ἀραβίας, Μεσοποταμίας, Κιλικίας, Ἰσαυρίας· « τοῖς κατ' ἐπαρχίαν ὁμοψύχοις καὶ ἁγίοις συλλει- « τουργοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν. »

Ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, ἐπισκεψαμένη τὴν Ἀντιοχέων ἁγίαν Ἐκκλησίαν, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ συνάπτουσα μετὰ ὁμονοίας καὶ συμφωνίας καὶ πνεύματος εἰρηνικοῦ, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα κατώρθωσεν, ἐν πᾶσι δὲ καὶ τοῦτο κατορθοῖ ἐξ ὑποβολῆς τοῦ ἁγίου καὶ εἰρηνικοῦ Πνεύματος. Ἃ γὰρ καλῶς ἔχειν ἔδοξεν μετὰ πλείονος σκέψεως καὶ ἐπικρίσεως ὁμοῦ πάντων ἡμῶν τῶν ἐπισκόπων κατὰ τὸ αὐτὸ συγκροτηθέντων ἐπὶ τῆς Ἀντιοχείας ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν, ἐπὶ τὴν ὑμετέραν γνῶσιν ἀνηνέγκαμεν, πιστεύσαντες τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι καὶ τῷ τῆς εἰρήνης ἁγίῳ Πνεύματι, ὅτι καὶ αὐτοὶ συμπνεύσετε, ὡς ἂν δυνάμει συνόντες ἡμῖν, καὶ ταῖς εὐχαῖς συνεργοῦντες, μᾶλλον δὲ ἡνωμένοι, ἡμῖν καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι συμπαρόντες, τὰ αὐτά τε ἡμῖν συμφωνήσαντες καὶ ὡρισάμενοι, καὶ τὰ ὀρθῶς δόξαντα ἐπισφραγιζόμενοι καὶ βεβαιοῦντες τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος συμφωνίᾳ. Εἰσὶ δὲ οἱ ὁρισθέντες ἐκκλησιαστικοὶ κανόνες οἱ ὑποτεταγμένοι.

430 CANON I.

« Omnes qui audent dissolvere decretum sanctæ et « magnæ synodi, quæ Nicææ coacta est in præ- « sentia pietatis religiosissimi imperatoris Con- C « stantini, de sancto festo salutiferi Paschatis, « esse excommunicatos et Ecclesia ejectos sta- « tuimus, si adversus ea quæ recte decreta sunt, « contentiosius insistere perrexerint. Et hæc « quidem de laicis dicta sint. Si quis autem « eorum qui præsunt Ecclesiæ episcopus, vel « presbyter, vel diaconus, audebit post hoc de- « cretum, ad populorum subversionem et Ec- « clesiarum perturbationem, seorsum agere et « Pascha cum Judæis peragere; sancta synodus « eum abhinc alienum esse ab Ecclesia judica- « vit, ut qui non sibi solum peccati, sed et mul- « tis exitii et subversionis causa fuerit: et non

ΚΑΝΩΝ Α'.

« Πάντας τοὺς τολμῶντας παραλύειν τὸν ὅρον τῆς « ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ συ- « κροτηθείσης ἐπὶ παρουσίᾳ τῆς εὐσεβείας τοῦ « θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου περὶ τῆς « ἁγίας ἑορτῆς τοῦ σωτηριώδους Πάσχα, ἀκοινω- « νήτους καὶ ἀποβλήτους εἶναι τῆς Ἐκκλησίας, « εἰ ἐπιμένοιεν φιλονεικότερον ἐνιστάμενοι πρὸς « τὰ καλῶς δεδογμένα. Καὶ ταῦτα εἰρήσθω περὶ « τῶν λαϊκῶν. Εἰ δέ τις τῶν προεστώτων τῆς « Ἐκκλησίας, ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διά- « κονος, μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τολμήσειεν ἐπὶ « διαστροφῇ τῶν λαῶν καὶ ταραχῇ τῶν ἐκκλη- « σιῶν ἰδιάζειν, καὶ μετὰ τῶν Ἰουδαίων ἐπιτε- « λεῖν τὸ Πάσχα, τοῦτον ἡ ἁγία σύνοδος ἐντεῦθεν « ἤδη ἀλλότριον ἔκρινε τῆς Ἐκκλησίας· ὡς οὐ « μόνον ἑαυτῷ ἁμαρτίας, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς δια-

Guill. Beveregii notæ.

tiam *Aureum Dominicum*, nominatum. Hinc Athanasius hanc synodum indictam ait: Προφάσει τῶν λεγομένων ἐγκαινίων. Athan. de Syn. Arim. etc. tom. I, p. 891. Socrates etiam coactam scribit: Προφάσει μὲν ἐγκαινίων τῆς ἐκκλησίας, ἦν δ πατὴρ μὲν τῶν Αὐγούστων κατασκευάζειν ἤρξατο· μετὰ τελευτὴν δὲ αὐτοῦ ὁ υἱὸς Κωνστάντιος δεκάτῳ ἔτει ἀπὸ τῆς θεμελιώσεως συνετέλεσεν. Socrat. *Hist. Eccl.* lib. II, cap. 8. Et paulo post eumdem annum post Constantini obitum huic celebrandæ synodo assignat, quem Balsamon et Zonaras in præsenti loco, Συγκροτεῖται οὖν, inquit, αὕτη ἡ συνόδος ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ παρουσίᾳ Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, ἐν ὑπατίᾳ Μαρκέλλου καὶ Προβίνου. Ἦν δὲ πέμπτον ἔτος τοῦτο ἀπὸ τῆς τελευτῆς τοῦ τῶν Αὐγούστων πατρὸς Κωνσταντίνου. S. ib. Ubi etiam, ut videre est, hanc synodum Marcello et Probino Coss. habitum D asserit; rectius sanctus Athanasius, Marcellino et Probino Coss.; dicit enim: Ἦσαν δὲ οἱ συνελθόντες ἐν τοῖς ἐγκαινίοις ἐπίσκοποι ἐνενήκοντα ὑπατείᾳ Μαρκελλίνου καὶ Προβίνου, ἰνδικτιῶνος ιδ', ἐκεῖ ὄντος Κωνσταντίου τοῦ ἀσεβεστάτου. Athan. t. I, pag. 891 edit. Paris. 1627. Ex consulibus et indictione hic commemorata constat hunc annum fuisse a Christi nativitate 341, quo celebratum est Antiochenum hoc concilium. Cui Athanasius loco citato episcopos nonaginta interfuisse tradit: sed Hilarius libro de Synodis nonaginta septem ibi convenisse scribit; cui etiam Sozomenus suffragatur, *Hist. Eccl.* lib. III, cap. 5.

(39) Ἡ ἁγία καὶ εἰρηνικωτάτη. Hæc synodi epistola in nullis Balsamonis, sed in omnibus Zonaræ codicibus exstat, præterquam in Amerbachiano, ubi tota desideratur.

Digitized by Google

ἢ φθορᾶς (40) καὶ διαστροφῆς αἴτιον γινόμενον· A
« καὶ οὐ μόνον τοὺς τοιούτους καθαιρεῖ τῆς
« λειτουργίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τολμῶντας τούτοις
« κοινωνεῖν μετὰ τὴν καθαίρεσιν. Τοὺς δὲ καθαι-
« ρεθέντας ἀποστερεῖσθαι καὶ τῆς ἔξωθεν τιμῆς,
« ἧς ὁ ἅγιος κανὼν καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ ἱερατεῖον
« μετεῖληφεν. »

« solum eos a ministerio deponit, sed et illos,
« qui audent iis post depositionem communi-
« care. Depositos autem etiam externo honore
« privari, cujus sanctus canon et Dei sacerdo-
« tium fuit particeps. »

ΒΑΛΣ. Περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ ἁγίου Πάσχα, πότε ὀφείλει γίνεσθαι, ἱκανῶς διελήφθη ἐν τῷ ζ' ἀποστολικῷ κανόνι· καὶ ἀνάγνωθι τοῦτόν τε καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γραφέντα. Οἱ δὲ τῆς παρούσης συνόδου ἅγιοι Πατέρες λέγουσι τὰ περὶ τῆς τοιαύτης ἑορτῆς ὁρισθῆναι παρὰ τῆς πρώτης συνόδου. Ἐν γοῦν τοῖς κανόσι τῶν ἐν Νικαίᾳ Πατέρων τοῦτο οὐχ εὕρηται· εἰς δὲ τὰ πρακτικὰ τῆς πρώτης συνόδου εὑρίσκεται. Τοὺς τοίνυν τολμῶντας τὰ οὕτω διορισθέντα περὶ B τοῦ Πάσχα καταλύειν, καὶ μετὰ Ἰουδαίων ἑορτάζειν, λαϊκοὺς μὲν ὄντας καὶ μὴ ἑτοίμους εὐσυνθετοῦντας πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν, ἀλλὰ φιλονεικοῦντας, διορίζονται ἀκοινωνησίας παντελῶς ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλεσθαι· ἱερωμένους δὲ καθαιρεῖσθαι· καὶ οὐ μόνους τούτους, ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτοῖς μετὰ τὴν καθαίρεσιν. Καὶ τούτους δὲ κἀκείνους, σὺν τῇ ἀλειτουργησίᾳ καὶ τῆς ἔξωθεν τοῦ βήματος ἀνηκούσης αὐτοῖς κανονικῆς τιμῆς ὡς ἱερωμένους ἀπαλλοτριοῦσιν. Οὔτε γὰρ καθέδρας οὔτε κλήσεως ἀξιωθήσονται, οὔτε μὴν ἑτέρου προνομίου ἱερατικοῦ. Σημείωσαι οὖν ἀπὸ τούτου ὅτι, εἰ μή ἐστι τοιοῦτον μέγα τὸ ἔγκλημα, δι' ὃ τις καθῃρέθη, ἀλλὰ ἐλαφρὸν (τυχὸν ἐγάμησε μετὰ τὴν C χειροτονίαν), ἐνεργήσει τὰ ἔξω τοῦ βήματος· ἕξει δὲ καὶ τὴν ἔξω τιμήν. Ἀνάγνωθι καὶ κανόνα θ' τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου, καὶ τῆς ς' συνόδου κανόνας κα' καὶ κς'.

BALS. De festo sanctæ Paschæ, quando debet fieri satis tractatum est in septimo canone apostolico; et lege eum, et quæ in ipsum scripta sunt. Præsentis autem synodi sancti Patres dicunt de hoc festo a prima synodo fuisse definitum. Atque hoc in canonibus Patrum Nicænæ synodi non inventum est; sed in actis primæ synodi invenitur. Eos ergo qui audent, quæ de Pascha sic definita sunt, solvere et cum Judæis festum agere, si sint quidem laici, et ad ecclesiasticam traditionem non facile redigantur, sed contentiose resistant, decernunt absolute excommunicationis pœnis subjici; eos vero, qui sunt sacrati, deponi: et non solum ipsos, sed et eos qui illis post depositionem communicant. Quin etiam iis ipsis, una cum sacrorum celebrandorum privatione, honorem quoque canonicum, qui ad illos, utpote sacratos, extra sacrum tribunal pertinet, adimunt. Neque enim cathedræ, neque vocationis honore digni habebuntur: sed nec alio sacerdotali privilegio. Nota ergo ex hoc, quod si non est magnum crimen propter quod quispiam est depositus, sed leve (forte duxit uxorem post depositionem), ea quæ sunt extra tribunal peraget: et externum etiam honorem habebit. Lege et canonem 9 Neocæsariensis synodi, et sextæ synodi canones 21 et 26.

ΖΩΝΑΡ. Φασὶν οἱ τῆς συνόδου ταύτης τοὺς τῆς πρώτης συνόδου ἁγίους Πατέρας ὅρον ἐκθέσθαι περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, ὃς ἐν τοῖς παρ' ἐκείνων συντεθειμένοις κανόσιν οὐχ εὕρηται· καὶ τοῦτο παρὰ πάντων φυλάττεσθαι ἀπαιτοῦσιν, ἢ ἀκοινωνήτους εἶναι καὶ ἀποβλήτους τῆς Ἐκκλησίας τοὺς μὴ τὸν ὅρον ἐκεῖνον τηροῦντας λαϊκούς. Εἰ δὲ ἱερωμένοι εἶεν οἱ τῷ ὅρῳ ἐκείνῳ ἐναντιούμενοι, καὶ μετὰ Ἰουδαίων τελεῖν τὸ Πάσχα διδάσκοιεν, καθαιρεῖσθαι αὐτοὺς, καὶ τοὺς κοινωνεῖν τολμῶντας αὐτοῖς μετὰ τὴν καθαίρεσιν διατάττονται, καὶ μηδὲ τιμῆς ἱερατικῆς τῆς ἔξωθεν μετέχειν αὐτοὺς· ὥστε, κἂν τῆς ἱερουργίας κωλύωνται, καθέδρας τέως καὶ κλήσεως ἐπισκόπων ἢ ἱερέων ἀπολαύειν. Καὶ ὁ ἕβδομος δὲ κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τοὺς μετὰ Ἰουδαίων τὸ Πάσχα ἑορτάζοντας καθαιρεῖσθαι κελεύει. Ἐν μὲν οὖν τοῖς κανόσι τῆς πρώτης συνόδου οὐδέν τι περὶ τοῦ Πάσχα εὕρηται ὁρισθέν· εἰ δ' ἐκτὸς τῶν κανόνων τι φκονόμηται ἀγνοῶ, πρακτικὸν τῆς συνόδου ἐκείνης μὴ ἔχων.

ZONAR. Decretum a sanctis Patribus in prima synodo congregatis, quod tamen inter canones ejus synodi non exstat, de Paschæ solemni die editum fuisse, hujus synodi auctores asserunt; idque ab omnibus servari, quique ei non obtemperaverint, si quidem laici sint, communione privari et ab Ecclesia exterminari jubent. Quod si sacro ordini constitutionis illius violatores adscripti fuerint, iique cum Judæis diem Paschatis celebrandum esse doceant, depositione ipsos, et qui iisdem post depositionem communicare ausi fuerint, multari volunt; ac ne externum quidem sacerdotii honorem, ut cum a sacrorum celebratione arceantur, tamen cathedræ prærogativam episcopique aut sacerdotis appellationem retineant, hominibus concedi patiuntur. Ac ii quidem, qui cum Judæis Paschæ diem agunt, septimo quoque sanctorum apostolorum canone deponi jubentur. Porro inter canones primæ synodi nihil quidquam de Paschate decretum invenitur: an vero extra canones aliquid ejusmodi constitutum sit, cum illius concilii apud me Acta non exstent, haud facile dixerim.

Guill. Beveregii notæ.

(40) Ἀλλὰ καὶ *πολλοῖς διαφθορᾶς*. Sic omnes legunt codices præter Amerbachianum, qui legit, ἀλλὰ καὶ πολλῆς διαφθορᾶς καὶ διαστροφῆς αἴτιον γινόμενον.

Digitized by Google

ARIST. « Qui legibus sancitam Paschæ traditionem « immutare molitur, si quidem laicus sit, qui « hoc agit, excommunicetur : sin clericus, ab « Ecclesia arceatur. »

Dicitur et in septimo apostolico canone quod presbyter qui cum Judæis Pascha celebrat, deponitur. Idem itaque et hæc præsens canon statuit; quod si quis laicus legitimam **431** Paschatis traditionem transgrediens, illud cum Judæis vel per seipsum privatim alio tempore celebrat, excommunicatus erit et Ecclesia ejectus. Si clericus autem sit qui hoc facit, deponetur ; privabitur autem et cathedræ honore, ut et quotquot e clericis tali post depositionem simul communicaverint.

CANON II.

« Omnes qui in ecclesiam ingrediuntur, et sacras « Scripturas audiunt, orationi autem cum populo « non communicant, vel sanctam Eucharistiæ « participationem, propter aliquam insolentiam « aversantur : eos ab ecclesia expelli, donec post- « quam confessi fuerint, fructusque pœnitentiæ « ostenderint et imploraverint veniam, assequi « possint : non licere autem communicare cum « excommunicatis, neque in domibus convenientes « cum iis orare qui precibus Ecclesiæ non com- « municant, neque in alia ecclesia recipi, qui in « alia ecclesia non conveniunt. Si quem autem « ex episcopis vel presbyteris vel diaconis, vel « quem ex canone excommunicatis communicare « apparuerit ; eum quoque esse excommunicatum, « ut qui canonem Ecclesiæ confundat. »

BALS. In octavo et nono canone apostolico expositum est, quinam sunt qui orationem non exspectant et participationem, et quomodo puniuntur : similiter et in decimo canone, de iis qui excommunicatis communicant. Consequenter ergo præsens quoque canon decernit, ut ii segregentur, qui in ecclesiam ingrediuntur, et orationem non exspectant, vel se ad sanctam participationem non convertunt, propter insolentiam ; et sint ejecti, donec

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ τὴν ἔνθεσμον τοῦ Πάσχα παράδοσιν « διαμεῖψαι πειρώμενος, λαϊκὸς μὲν τελῶν, ἀπό- « βλητος, κληρικὸς δὲ, ἀνεκκλησίαστος. »

Εἴρηται καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἀποστολικῷ κανόνι ὡς ὁ μετὰ Ἰουδαίων τελῶν τὸ Πάσχα πρεσβύτερος καθαιρεῖται. Τοῦτο γοῦν καὶ ὁ παρὼν κανὼν διαλαμβάνει, ὡς, εἴ τις τῶν λαϊκῶν, παραβαίνων τὴν ἔννομον τοῦ Πάσχα παράδοσιν, μετὰ Ἰουδαίων τοῦτο ἢ καὶ καθ' ἑαυτὸν ἰδιαζόντως ἐν ἑτέρῳ καιρῷ τελεῖ, ἀκοινώνητος ἔσται, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀπόβλητος. Εἰ δὲ κληρικός ἐστιν ὁ τοῦτο ποιῶν, καθαιρεθήσεται· ἀποστερηθήσεται δὲ καὶ τῆς ἐν τῇ καθέδρᾳ τιμῆς, καὶ ὅσοι τούτῳ τῶν κληρικῶν μετὰ τὴν καθαίρεσιν συγκοινωνήσουσι.

ΚΑΝΩΝ. Β'.

« Πάντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ τῶν « ἱερῶν Γραφῶν ἀκούοντας, μὴ κοινωνοῦντας δὲ « εὐχῆς ἅμα τῷ λαῷ, ἢ ἀποστρεφομένους τὴν « ἁγίαν μετάληψιν τῆς εὐχαριστίας κατά τινα « ἀταξίαν, τούτους ἀποβλήτους γίνεσθαι τῆς ἐκ- « κλησίας, ἕως ἂν, ἐξομολογησάμενοι καὶ δείξαντες « καρποὺς μετανοίας, καὶ παρακαλέσαντες, τυχεῖν « δυνηθῶσι συγγνώμης· μὴ ἐξεῖναι δὲ κοινωνεῖν « τοῖς ἀκοινωνήτοις, μηδὲ κατ' οἴκους συνελθόν- « τας συνεύχεσθαι τοῖς μὴ τῇ Ἐκκλησίᾳ συνευ- « χομένοις, μηδὲ ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ ὑποδέχεσθαι « τοὺς ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ μὴ συναγομένους. Εἰ « δὲ φανείη τις τῶν ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων « ἢ διακόνων, ἢ τις τοῦ κανόνος τοῖς ἀκοινω- « νήτοις κοινωνῶν, καὶ τοῦτον ἀκοινώνητον εἶναι, « ὡς ἂν συγχέοντα τὸν κανόνα τῆς Ἐκκλη- « σίας (41). »

(42) ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ η' καὶ θ' ἀποστολικῷ κανόνι ἡρμηνεύθη τίνες εἰσὶν οἱ μὴ παραμένοντες τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, καὶ πῶς κολάζονται· ὡσαύτως καὶ ἐν τῷ ι' κανόνι περὶ τῶν κοινωνούντων τοῖς ἀκοινωνήτοις. Ἀκολούθως οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται ἀφορίζεσθαι τοὺς εἰσερχομένους εἰς ἐκκλησίαν, καὶ μὴ ἐπιμένοντας τῇ εὐχῇ μηδὲ ἐπιστρεφομένους τῆς ἁγίας μεταλήψεως κατά τινα ἀταξίαν· καὶ εἶναι τούτους ἀποβλήτους μέχρις ἂν

Guill. Beveregii notæ.

(41) *Τὸν κανόνα τῆς Ἐκκλησίας.* Ad vocem κανόνα in margine codicis Amerbachiani annotatur, τὸν τύπον δηλαδὴ καὶ τὴν τάξιν, ut vox κανὼν hoc in loco *typum et ordinem Ecclesiæ denotet.*

(42) In codice Ætoniensi hæc altera est Balsamonis interpretatio; quippe quam alia ibi præcedit, his verbis concepta, Διὰ τὴν ἀπειλὴν τῶν ἀποστολικῶν κανόνων, τοῦ η' καὶ τοῦ θ', ἀλλὰ καὶ τοῦ παρόντος, ἐπενοήθη, ὡς ἔοικε, ἡ τοῦ Ἀντιδώρου διάδοσις, ὥστε πᾶσαν ἀνάγκην ἔχειν καὶ αὐτοὺς, τοὺς μὴ δυναμένους μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων, προσκαρτερεῖν μέχρι τέλους τῆς θείας ἱερουργίας, καὶ ἐκ χειρὸς ἱερατικῆς λαμβάνειν αὐτὸ εἰς ἁγιασμόν. *Propter minas apostolicorum canonum 8 et 9, atque etiam præsentis, excogitata est, ut videtur, Antidori distributio, ut necesse omnino haberent etiam ii, qui sanctorum et vivificorum mysteriorum varticives esse non possunt, usque ad finem divinæ sacrorum celebrationis perseverare, et ex manu sacerdotali sanctificationem accipere.* Cum hæc autem fere totidem verbis in Balsamonis interpretatione occurrant, ex margine in textum irrepsisse videntur. Ubi insuper observes, quod ab hisce verbis inceptis usque ad finem hujus interpretationis omnia ex ms. Bodleiano nunc primum edimus : nisi quod hæc ipsa in Parisiensi editione habeantur eodem modo, quo in codice Ætoniensi, lecta. Verum neque ea nec quæ sequuntur in Amerbachiano ms. exstant. Horum autem loco in latina Herveti versione hæc habentur, *Nota autem quæ in præsenti canone et nono sanctorum apostolorum scripta sunt de iis, qui non permanent in ecclesiastica oratione seu dimissione; et dic hæc definita esse de sacra celebratione, non de vespertina et matutina laudatione. Canon enim in his locum non habet.*

Digitized by Google

ἀξίαν μετάνοιαν μετὰ ἐξομολογήσεως ἐπιδείξωνται. Ἐπεὶ δὲ εἰκὸς ἦν, τοῖς οὕτως ἀφορισθεῖσι συγκοινωνεῖν τινας, ἤγουν συνεύχεσθαι, οὐχὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφ' ἧς ἐξεβλήθησαν, ἀλλ' ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ, ἢ ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ, καὶ λέγειν ἀνεπιτίμητον εἶναι τοῦτο, ὡς τοῦ ἀφορισθέντος ἀπὸ μιᾶς ἐκκλησίας δῆθεν διωχθέντος, τῆς ὑπὸ τὰ δίκαια οὔσης τοῦ ἀφορίσαντος, φησὶν ὁ κανὼν μίαν ἐκκλησίαν εἶναι τοὺς ὁπουδήποτε ὄντας εὐκτηρίους οἴκους καὶ ναούς. Καὶ οὐκ ὀφείλουσί τινες κληρικοὶ μετὰ τοῦ ἀφορισθέντος συνεύχεσθαι, κἂν ἀπὸ ἑτέρας ὦσιν ἐνορίας· τοὺς δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντας τῷ αὐτῷ ἐπιτιμίῳ τῆς ἀκοινωνησίας καθυποβάλλεσθαι. Καὶ τὰ μὲν τοῦ κανόνος ἐν τούτοις. Σὺ δὲ ἀνάγνωθι τὰ ἐν τοῖς ῥηθεῖσιν ἀποστολικοῖς κανόσι γραφέντα, καὶ κατ' ἐκεῖνα νόει καὶ τὸν παρόντα κανόνα, καὶ εἰπὲ ὅτι οὐ λογισθήσονται ἀποστρεφόμενοι τὴν ἁγίαν μετάληψιν οἱ μυσαττόμενοι αὐτήν, ἤ, ὥς τινες εἶπον, οἱ δι' εὐλάβειαν καὶ ταπεινοφροσύνην ἀποφεύγοντες ταύτην (οἱ μὲν γὰρ οὐ μόνον ἀφορισθήσονται, ἀλλὰ καὶ ἀποκηρυχθήσονται ὡς αἱρετικοί· οἱ δὲ συγγνώμης ἀξιωθήσονται διὰ τὴν εὐλάβειαν καὶ τὴν εἰς τὰ ἅγια ἀξίαν φειδώ) ἀλλ' ἐκεῖνοι οἵτινες ἀπὸ καταφρονήσεως καὶ ἀλαζονείας ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐξέρχονται πρὸ τῆς ἁγίας μεταλήψεως ἀσυντάκτως, καὶ οὐ καρτεροῦσιν ἰδεῖν τὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων θείαν μετάληψιν. Ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος ἀκοινωνήτους εἶναι τοὺς ἐπισκόπους καὶ λοιποὺς ἱερωμένους τοὺς συνευχομένους τοῖς ἀκοινωνήτοις, μὴ εἴπῃς ἐξ ἀντιδιαστολῆς ἀνευθύνους εἶναι τοὺς λαϊκοὺς παρὰ τὸν κανόνα ποιοῦντας. Καὶ οὗτοι γὰρ ἀφορισθήσονται κατὰ τὸν ι' ἀποστολικὸν κανόνα, τὸν μὴ διαστέλλοντα κληρικοὺς καὶ λαϊκούς. Ζήτει καὶ τὸν θ' κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου. Διὰ τὴν ἀπειλήν, ὡς ἔοικε, τοῦ η' καν. καὶ θ' τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἔτι καὶ τοῦ παρόντος, ἐπενοήθη, ὡς ἔοικεν, ἡ τοῦ ἀντιδώρου διάδοσις· ὥστε καρτερεῖν ἐξ ἀνάγκης καὶ αὐτοὺς τοὺς μὴ δυναμένους μεταλαβεῖν τῶν ἀχράντων μυστηρίων μέχρι τῆς εὐχῆς καὶ τῆς ἀπολύσεως· ἵνα λάβωσιν ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ ἱερατεύσαντος τὴν εὐλογίαν τοῦ ἡγιασμένου κλάσματος. Ἐπὶ τῆς λειτουργίας δὲ καὶ μόνης νόει διορίζεσθαι ταῦτα τοὺς ῥηθέντας κανόνας· οὐ μὴν ἐπὶ τῶν ἑτέρων ἐκκλησιαστικῶν ἀκολουθιῶν. Ἐπεὶ δὲ λέγουσί τινες, Καὶ διὰ τί ὁ οἰκουμενικὸς πατριάρχης τὴν ἁγίαν Κυριακὴν προκύπτων ἀπὸ τοῦ στασιδίου αὐτοῦ οὐ καρτερεῖ μέχρι τῆς ἀπολύσεως τῆς λειτουργίας, ἀλλὰ μετὰ τὸ Εὐαγγέλιον ὑποχωρεῖ; λέγομεν πρὸς αὐτούς, ὅτι κυρίως ἡ θεία λειτουργία μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν γίνεται. Ἐπεὶ γὰρ ἅπαντα τὰ ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ψάλλομεν εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ, ἢ ἀπὸ τῶν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης εἰσὶν ἢ ἀπὸ τῆς Νέας· μετὰ τὴν ἀναρξιν γὰρ αὐτίκα ψαλμοὶ στιχολογοῦνται μέχρι τῆς τοῦ Ἀποστόλου ἀναγνώσεως, οἵτινες τῆς Παλαιᾶς εἰσι Διαθήκης. Μετὰ δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἄρχεται ἡ τελετὴ τῆς λειτουργίας τῆς ὑπεραχράντου θυσίας· καλῶς ὁ πατριάρχης πρὸ ταύτης καὶ μετὰ τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον ὑποχωρεῖ, καὶ οὐ προσκρούει τοῖς κανόσιν. Ὥστε οὐδέ τις

A dignam cum confessione pœnitentiam ostenderint. Quia autem verisimile erat, iis, qui sic sunt segregati, communicare quosdam, seu una cum eis orare; non in ecclesia, ex qua ejecti sunt, sed in privato domus oratorio, vel in alia ecclesia, et dicere ob hoc pœnam in se non cadere, eo quod segregatus sit ab una ecclesia ejectus, in qua jus habet is qui eum segregavit: dicit canon unam esse ecclesiam, oratoria et templa, ubicunque sunt, nec debent ulli clerici cum eo, qui est segregatus, orare, etiamsi sint ex alia regione; ii autem, qui præter hæc faciunt eidem excommunicationis pœnæ subjiciuntur. Et hæc quidem dicit canon. Tu autem lege quæ in dictis apostolicis canonibus scripta sunt, et secundum illa præsentem quoque canonem intellige, et dic, quod ii non existimabuntur sacram participationem aversari, qui eam odio habent et abominantur; vel qui, ut nonnulli dicebant, propter pietatem et humilitatem eam fugiunt (illi enim non solum segregabuntur, sed etiam ut hæretici exterminabuntur; hi vero, propter pietatem et condignam sacramentorum reverentiam venia digni habebuntur); sed illi, qui præ contemptu et arrogantia ex ecclesia ante sanctam participationem inordinate exeunt, nec sacram divinorum mysteriorum participationem intueri sustinent. Cum autem audis canonem dicentem, esse excommunicatos episcopos et reliquos sacris initiatos, qui una cum excommunicatis precantur; ne dixeris, argumento a contrario sumpto, laicos nulli esse pœnæ affines, qui præter canonem faciunt. Nam et ii segregabuntur secundum decimum canonem apostolicum, qui non distinguit clericos et laicos. Quære et nonum canonem Carthaginiensis synodi. Propter minas, ut verisimile est, canonum 8 et 9 sanctorum apostolorum et præsentis etiam, excogitata est, ut videtur, Antidori distributio; ut necesse haberent, etiam qui non possunt incruentorum sacrificiorum participes esse, usque ad preces et absolutionem perseverare; ut e manibus sacra peragentis sanctificati fragmenti benedictionem acciperent. De liturgia autem, eaque sola dictos canones hæc decrevisse intellige, non item de aliis ecclesiasticis officiis. Quoniam autem dicunt quidam, et quamobrem patriarcha **432** universalis sancta Dominica a loco ejus prodiens non perseverat usque ad liturgiæ absolutionem, sed post Evangelium recedit? hisce dicimus, quod divina liturgia post sancti Evangelii lectionem proprie celebratur. Quandoquidem enim in sanctis ecclesiis omnia canimus in Dei gloriam, sive e Veteri sint Testamento, sive e Novo; post principium enim protinus ordine recitantur psalmi, usque ad Apostoli lectionem, qui quidem sunt ex Veteri Testamento, post Evangelium autem incipit cæremonia celebrandi incruenti sacrificii: patriarcha ante hanc, et post sanctum Evangelium recte discedit, et canonem non transgreditur. Ut nec quis transgreditur, si post Evangelium vel ante Evangelium discedit; verum ob necessariam piamque causam, non ob vituperabilem.

Digitized by Google

προσκρούει, εἰ μετὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἢ πρὸ τοῦ Εὐαγγελίου ἀποχωρεῖ, πλὴν διὰ ἀναγκαίαν καὶ εὐσεβῆ αἰτίαν, καὶ μὴ ἐπίψογον.

A

ZONAR. Quæ hujus quoque synodi Patres decrevere, nono apostolico canone respondent. Illo namque quicunque fideles ecclesiam ingrediuntur, et Scripturas audiunt, tum precatione sanctaque communione nondum peractis discedunt, ut confusionis in ecclesia auctores segregari oportere decernitur. Hic igitur eodem modo Patres, quicunque ecclesiam adeuntes precationi haud assistunt, neque communicant, ex quadam perversitate ac licentia, hoc est, nulla justa causa interdicente, sed petulanter ac temere; eos extra ecclesiam expelli, hoc est, segregari atque extra fidelium cœtum eliminari jussere. Aversionem porro hoc loco Patres, non odium erga divinam communionem nuncupavere, quo impulsi quidam ab illa abstinent; sed quamdam ab ea fugam, a reverentia fortasse ac veluti ab animi demissione profectam. Qui namque ex odio et animi offensione sacram communionem aversarentur, eos non segregatione, sed omnino absoluta excommunicatione atque anathemate damnari oportuisset. Ex eo vero, quod segregationis mentio injecta est, illud quoque addidere, ut ne cuiquam cum iis, qui communione modi vel extra ecclesiam ejecti sunt, communicare, neque in privata domo cum iis precationi vacare, neque vero in alteram eos ecclesiam admitti liceat: qui vero ejusmodi homines ad precationis societatem aut in ecclesiam receperint, quippe canonis ecclesiastici turbatores, ipsos quoque communione privatos esse. Eadem decimo et undecimo sanctorum apostolorum canone constituta fuerant; tricesimus tertius quoque Laodicenæ synodi

B

C

canon hæreticos aut schismaticos ad precationis societatem admitti vetat.

ARIST. « Qui ecclesiam ingreditur, et sacras Scri-
« pturas attente audit, deinde despicit, et egre-
« ditur, et aversatur communionem, ejiciatur,
« usque dum pœnitentiæ fructum ostendens, ve-
« niam assequatur. Et qui cum excommunicato
« communicat, excommunicatus erit, et qui iis
« comprecatur, qui ecclesiæ non comprecantur,
« reus est, et qui eum suscipit qui ecclesiæ con-
« ventibus non interest, non est extra culpam. »

Ille etiam ecclesia est ejectus qui in oratione cum populo non communicat, sed ante absolutionem exit, ut divinam participationem contemnens et aversans, usque dum resipiscens, pœnitentiæ fructum ostenderit: sed ardenti animo pœnitentiam agens, admittitur. Qui eum autem qui ecclesiæ se non conjungit, nec cum fidelibus comprecatur, recipit, et privatim cum eo comprecatur, vel etiam in alia ecclesia, pœnis canonicis obnoxius erit. Quemadmodum et qui cum excommunicato communicat, erit excommunicatus.

D

ΖΩΝΑΡ. Ἀκολούθως τῷ ἀποστολικῷ ἐννάτῳ κανόνι οἱ τῆς παρούσης συνόδου Πατέρες διετάξαντο. Λέγει γὰρ ἐκεῖνος πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστοὺς, καὶ τῶν Γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀταξίαν ἐμποιοῦντας τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή. Καὶ οὗτοι τοίνυν τοὺς εἰσιόντας εἰς ἐκκλησίαν, καὶ μὴ προσμένοντας τῇ εὐχῇ, μηδὲ μεταλαμβάνοντας κατά τινα ἀταξίαν, ἤγουν οὐ δι' αἰτίαν εὔλογον, ἀλλ' ἀτάκτως καὶ ἀναιτίως, ἀποβλήτους γίνεσθαι τῆς ἐκκλησίας διωρίσαντο, ἤγουν ἀφωρισμένους καὶ ἔξω τῆς συνάξεως τῶν πιστῶν. Ἀποστροφὴν δ' ἐνταῦθα οἱ Πατέρες οὐ τὸ μισεῖν τὴν θείαν μετάληψιν ὠνόμασαν, καὶ διὰ τοῦτο ἀνέχεσθαι τῆς κοινωνίας, ἀλλὰ τὸ ἀποφεύγειν αὐτὴν δι' εὐλάβειαν τάχα, καὶ οἷον διὰ ταπεινόφροσύνην (43). Εἰ γὰρ ὡς μισοῦντες καὶ μυσαττόμενοι τὴν ἁγίαν μετάληψιν ἀπεστρέφοντο ταύτην, οὐκ ἂν ἀφορισμῷ, ἀλλ' ἀποκηρύξει τελείᾳ καὶ ἀναθέματι κατεδικάσθησαν ἄν. Ἐπεὶ δὲ ἀφορισμοῦ ἐμνήσθησαν, προσέθεντο καὶ τὸ μὴ ἐξεῖναί τινι κοινωνεῖν τοῖς ἀκοινωνήτοις καὶ τοῖς ἀποβληθεῖσι τῆς ἐκκλησίας, μήτε ἐν οἴκῳ τινὰς συνεύχεσθαι, μήτε μὴν ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι· τοὺς δὲ τοῖς τοιούτοις συνευχομένους ἢ ὑποδεχομένους αὐτοὺς εἰς ἐκκλησίαν ἀκοινωνήτους κἀκείνους εἶναι, ὡς συγχέοντας τὸν κανόνα τῆς Ἐκκλησίας. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ὁ ι' καὶ ια' τῶν ἱερῶν ἀποστόλων κανὼν ἔφη, καὶ λγ' κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου φησὶν ὅτι οὐ δεῖ αἱρετικῷ ἢ σχισματικῷ συνεύχεσθαι.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ εἰς ἐκκλησίαν εἰσιὼν, καὶ προσέχων τῇ
« ἱερᾷ Γραφῇ, εἶτα περιφρονῶν, καὶ ἐξιὼν, καὶ
« ἀποστρεφόμενος τὴν μετάληψιν, ἀπόβλητος, ἕως
« ἂν, ἐπιδειξάμενος, καρπὸν μετανοίας, συγγνωμο-
« νηθῇ. Καὶ ἀκοινωνήτῳ κοινωνῶν ἔσται ἀκοινώ-
« νητος· καὶ ὁ συνευχόμενος τοῖς μὴ τῇ ἐκκλησίᾳ
« συνευχομένοις, ὑπεύθυνος· καὶ τὸν μὴ εἰς ἐκ-
« κλησίαν συναγόμενον ὁ ὑποδεχόμενος οὐκ ἀναί-
« τιος. »

Ἀπόβλητος καὶ οὗτος τῆς ἐκκλησίας, ὁ μὴ συγκοινωνῶν τῷ λαῷ τῆς εὐχῆς, ἀλλ' ἐξερχόμενος πρὸ τῆς ἀπολύσεως· ὡς περιφρονῶν καὶ ἀποστρεφόμενος τὴν θείαν μετάληψιν, ἕως ἂν, μεταμεληθεὶς, καρπὸν μετανοίας ἐνδείξηται· μετανοήσας θερμῶς, παραδεχθήσεται. Ὁ δὲ τὸν εἰς ἐκκλησίαν μὴ συναγόμενον, καὶ συνευχόμενον τοῖς πιστοῖς παραδεξάμενος, καὶ κατ' οἴκους αὐτῷ συνευξάμενος, ἢ καὶ ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ, τοῖς κανόσιν ὑπεύθυνος ἔσται· καθάπερ δὴ καὶ ὁ ἀκοινωνήτῳ κοινωνῶν ἔσται ἀκοινώνητος.

Guill. Beveregii notæ.

(43) *Καὶ οἷον διὰ ταπεινοφροσύνην.* Legendum cum codice Amerbachiano, καὶ τὸ ἐκκλίνειν τὴν κοινωνίαν οἷον διὰ ταπεινοφροσύνην, *Et declinationem a communione, velut ab animi demissione profectam.*

Digitized by Google

ΚΑΝΩΝ. Γ'.

« Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τῶν τοῦ « ἱερατείου τις, καταλιπὼν τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, « εἰς ἑτέραν ἀπέλθῃ, ἔπειτα παντελῶς μεταστὰς « διατρίβειν ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ πειρᾶται ἐπὶ πολλῷ « χρόνῳ, μηκέτι λειτουργεῖν, εἰ μάλιστα καλοῦντι « τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἰδίῳ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν παρ- « οικίαν τὴν ἑαυτοῦ καὶ παραινοῦντι μὴ ὑπ- « ακούει. Εἰ δὲ καὶ ἐπιμένοι τῇ ἀταξίᾳ, παντελῶς « αὐτὸν καθαιρεῖσθαι τῆς λειτουργίας, ὡς μη- « κέτι χώραν ἔχειν ἀποκαταστάσεως. Εἰ δὲ καθ- « αιρεθέντα διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν δέχοιτο ἕτερος « ἐπίσκοπος, κἀκεῖνον ἐπιτιμίας τυγχάνειν ὑπὸ « κοινῆς συνόδου, ὡς παραλύοντα τοὺς θεσμοὺς « τοὺς ἐκκλησιαστικούς. »

A

CANON III.

« Si quis presbyter, vel diaconus, vel quis omnino « ex sacerdotali ordine, relicta sua parœcia, in « aliam abierit; deinde omnino commigrans, in « alia parœcia longo tempore versari conatur, ne « amplius celebret; maxime si proprio vocanti « episcopo, ut in suam parœciam redeat, exhor- « tantique, non pareat. Si autem in insolentia « perseverat, is 433 omnino a sacro ministerio « deponatur, ut nec amplius redeundi locum in- « veniat. Si autem eum, qui propter hanc causam « depositus est, alius episcopus receperit; ille « quoque a communi synodo puniatur, ut qui « ritus ecclesiasticos dissolvat. »

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν καταλιμπανόντων τὰς οἰκείας παροικίας καὶ εἰς ἑτέρας ἀπερχομένων ζήτει τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα ιε' τῆς α' συνόδου κανόνα ις' καὶ τῆς δ' κανόνα ε', καὶ μάθῃς ἐκ τῶν ἐν τούτοις γραφέντων καὶ τὰ τῷ παρόντι κανόνι διωρισμένα.

B

BALS. De iis, qui suas parœcias relinquunt, et in alias recedunt, quære canonem sanctorum apostolorum 15, primæ synodi canonem 16 et quartæ canonem 5, et disces ex iis quæ illic scripta sunt, etiam ea quæ hoc canone constituta fuere.

Ἑτέρα ἑρμηνεία (44).

Ἐπειδὴ, τινῶν πρεσβυτέρων, διακόνων καὶ ὑποδιακόνων οἰκειοθελῶν, οὐκ ἐξ ἐπιτιμίου, ἐπὶ πολὺν χρόνον μὴ ἱερουργησάντων, πάλιν δὲ βουλομένων ἱερουργεῖν, καὶ κωλυομένων, συνεζητήθη πόσος νοηθήσεται χρόνος ὁ τὴν ἱερουργίαν ἀφαιρούμενος ἀπὸ τοῦ μὴ ἐνεργήσαντος ταύτην δι' ὅλου αὐτοῦ· Λέγω ὅτι πολὺς χρόνος ἀπὸ τοῦ νόμου ἡ τριετία ἐστίν. Εἰ γοῦν ἱερωμένος τις δι' ὅλης τριετίας οὐκ ἐνεργήσει, μήτε ἀπὸ νόσου, μήτε ὑπὸ αἰχμαλωσίας, ἢ ἄλλης τοιαύτης κωλυόμενος αἰτίας, οὐκέτι λειτουργῆσαι παραχωρηθήσεται· εἰ γὰρ κατὰ τὸν παρόντα κανόνα καθαιρεῖται ὁ εἰς ἑτέραν παροικίαν διατρίβων ἐπὶ πολὺν χρόνον, ἤγουν τριετίαν, ἴσως δὲ καὶ ἐνεργῶν ἐκεῖσε· πολλῷ πλέον οὐ παραχωρηθήσεται ἱερουργῆσαι ὁ τὴν οἰκείαν διακονίαν ἐπὶ τριετίαν ἀποστραφεὶς ἢ καὶ ἀναξιότητος ἑαυτὸν καταψηφισάμενος. Συνιστῶ δὲ τοῦτον καὶ ἀπὸ τοῦ γεγονότος σημειώματος κατὰ τὸν Μάρτιον μῆνα τῆς γ' ἰνδικτ. ἐπὶ τῆς πατριαρχίας τοῦ κυροῦ Νικολάου, λέγοντος ἐν μέρει ῥητῶς ταῦτα πλὴν κοινῶς ὥρισται παρὰ πάντων τῶν ἐν πάσαις ταῖς ἑβδομάσιν ὑπηρετουμένων ἱερέων τε καὶ διακόνων περὶ μὲν τῶν ἐν βαθμῷ ὃ καὶ πάλαι διώρισται· περὶ δὲ τῶν περισσῶν, τὸν μέλλοντα τῆς πόλεως ἐκδημεῖν κατά τινα χρείαν συνταξάμενον τῷ ἀρχιδιακόνῳ καὶ τοῖς πρωτεύουσιν ἐν τῇ ἑβδομάδι τὴν ἀποδημίαν στέλλεσθαι, ἐφ' ἕξ μὲν μῆνας· οὐδὲ σούπερον ἀντ' αὐτοῦ ἐνιστῶντα, μετὰ δὲ τούτοις ἕως πέρατος τριετίας ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ τῇ δουλείᾳ ὑποβάλλοντα, ἵνα ἡ παρὰ τὴν ἐκκλησίαν διακονία αὐτῷ ἀνάπληροῦται διὰ τοῦ ἀντισήκου. Εἶτα εἰ μὴ δι' ὅλης τριετίας ἐπανέλθῃ, πόῤῥω τοῦ καθίστασθαι, καὶ ἐκπτώ-

Altera interpretatio.

Quoniam nonnulli presbyteri, diaconi et hypodiaconi, qui sua sponte, et non ob pœnam iis impositam, sacra aliquandiu non celebrant, rursus sacra peragere volentes prohibiti sunt; quæsitum est quantum sit tempus, quod sacrorum celebrationem ei adimit, qui eam non omnino exercuit. Dico quod multum tempus ex lege est triennium. Si ergo sacerdos quispiam toto triennio non celebrat, non morbo, nec captivitate, nec alia ejusmodi causa impeditus; non amplius celebrare sinetur. Si enim, ut vult hic præsens canon, deponitur, qui longo tempore, triennio scilicet, in aliena parœcia versatur, licet etiam fortassis illic celebret, multo magis qui suum ministerium per triennium averterit, vel se etiam indignitatis condemnaverit, celebrare non sinetur. Hoc autem probo et ex edicto facto mense Martio indict. 3, tempore sancti patriarchæ domini Nicolai, quod sic præcise dicit; sed communiter definitum est de omnibus qui in omnibus septimanis deserviunt, sacerdotibus et diaconis, de iis quidem qui sunt in gradu, quod et olim definitum fuit. De superfluis autem, eum, qui a magna urbe peregre profecturus est, aliquam causam necessariam significantem archidiacono, et iis qui in hebdomade primas gerunt, peregre proficisci ad sex menses; nec alium superum quidem loco suo subsistentem, postea autem ad finem usque triennii, alterum pro se servitio subjicientem, ut ecclesiæ ministerium ei suppleatur per substitutum. Deinde si post integrum triennium non redierit, procul constituatur, et ab hebdomade omnino excidat, nihil eum juvante substituti datione vel resti-

Guill. Beveregii notæ.

(44) *Ἑτέρα ἑρμηνεία.* Hanc alteram Balsamonis interpretationem ms. nostro Bodleiano debemus. Verum Gentianus Hervetus eam tanquam appendicem ad priorem interpretationem ex codice Tiliano Latine vertit: sed in ms. Amerbachiano tota desideratur.

Digitized by Google

tutionis spem præbere valente. Si autem sunt etiam quidam in urbe imperiali, in hebdomadis ministeriis vacare non sinuntur, nec a proprio officio recedere; et si non ad sex usque menses ad ministerium redierint, extruduntur, nullum alium quem accusent præter seipsos habentes; quod præsentes sex menses dormierint et socordiæ se dederint, nullam ecclesiæ curam gerentes.

σειν παντάπασι τῆς ἑβδομάδος, μηδ' ὁτιοῦν αὐτῷ συμβαλλομένης τῆς τοῦ ἀντισήκου δόσεως ἢ ἐλπίδα, ἀποκαταστάσεως δυναμένης παρέχειν. Εἰ δὲ καὶ τῇ βασιλευούσῃ ἐπιδημοῦντές τινες, ταῖς διακονίαις τῆς ἑβδομάδος μὴ πάνυ τῆς οἰκείας δουλείας ἀφίστασθαι· καὶ εἰ μὲν ἕως μηνῶν ὅλων ἓξ μὴ διανασταῖεν πρὸς ὑπηρεσίαν, ἐξωθεῖσθαι· μηδένα ἄλλον, ἀλλ' ἑαυτοὺς αἰτιᾶσθαι ἔχοντας· ὅτι παρόντες μῆνας ὅλους ἓξ ὕπνωσαν, καὶ ἐρραθύμησαν μὴ προσχόντες τῇ ἐκκλησίᾳ.

ZONAR. In hanc sententiam multi canones editi sunt. Nam et sanctorum apostolorum decimo quinto eadem, et Nicænæ primæ synodi decimo sexto, valde his affinia, constituta sunt; et canones ante id tempus editi quinto quartæ synodi canone confirmati fuere. Quapropter ex iis, quæ in illos canones scripsimus, hujus quoque explicationi satisfactum putamus.

ZΩΝΑΡ. Περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης πολλοὶ κανόνες ἐξεφωνήθησαν. Ὅ τε γὰρ ιε' κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὰ αὐτὰ προεψηφίσατο, ὁ τῆς ἐν Νικαίᾳ τε πρώτης συνόδου ις' κανὼν τὰ ὅμοια ἀπεφήνατο, καὶ ὁ ε' κανὼν τῆς δ' συνόδου τοὺς ἤδη τεθέντας κανόνας ἐπεβεβαίωσε. Τὰ γοῦν ἐν ἐκείνοις γραφέντα ἀρκοῦσιν εἰς ἐξήγησιν καὶ τοῦ παρόντος κανόνος.

ARIST. « Si quis clericus, sua parochia relicta, ad « aliam abierit, deinde illinc commigrans, in alia « longo tempore versetur, ne amplius sacra peragat; præsertim si a proprio vocatus episcopo « non regrediatur. Si vero in insolentia persereret, deponatur, nec ullam postea redeundi « potestatem habeat. Et si quis episcopus sic « depositum susceperit, a communi synodo puniatur, ut leges dissolvens ecclesiasticas. »

ΑΡΙΣΤ. « Εἴ τις κληρικὸς, καταλιπὼν τὴν ἰδίαν « παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθοι, εἶτ' ἐκεῖθεν « μεταστὰς, ἐν ἄλλῃ ἐπὶ μακρὸν διατρίβοι, μηκέτι λειτουργείτω· μάλιστα εἰ, καλούμενος παρὰ « τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, μὴ ἐπανέλθοι. Εἰ δὲ ἐπιμένοι τῇ ἀταξίᾳ, καθαιρείσθω, μηκέτι ἔχων « ἀποκατάστασιν. Καὶ εἴ τις ἐπίσκοπος δέχεται « τὸν οὕτω καθῃρημένον, ἐπιτιμάσθω παρὰ κοινῆς « συνόδου, ὡς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς παραλύων « θεσμούς. »

Eadem quæ decimus quintus canon apostolicus et hic canon jubet, neminem videlicet presbyterorum aut diaconorum aut aliorum omnino qui in sacerdotali sunt catalogo suam relinquentem parœciam et ad alteram proficiscentem, et multum in eo absumentem temporis sacra peragere: et præsertim si a proprio episcopo vocatus fuit et morem non gessit nec redire voluit. Eum autem qui in istiusmodi confusione permanet, deponi, nec spem restitutionis **434** habere. Sed et episcopum qui ita depositum ut clericum admittit, ut legum ecclesiasticarum transgressorem castigari mandat a communi synodo, quando omnium provinciæ episcoporum fit conventus ob ecclesiasticas incidentes controversias et quæstiones canonicas.

Τὰ αὐτὰ τῷ πεντεκαιδεκάτῳ ἀποστολικῷ κανόνι καὶ ὁ οὗτος κανὼν διαγορεύει· τὸ μή τινα τῶν πρεσβυτέρων, ἢ τῶν διακόνων, ἢ ὅλως τῶν τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου, καταλιπόντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, καὶ εἰς ἑτέραν ἀπελθόντα, καὶ ἐπὶ μακρὸν χρόνον ἐν αὐτῇ διατρίβοντα, λειτουργεῖν· καὶ μάλιστα εἰ παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καλοῖτο, καὶ μὴ ὑπακούοιτο ὑποστρέψαι. Τὸν δὲ ἐπιμένοντα τῇ τοιαύτῃ ἀταξίᾳ, καὶ καθαιρεῖσθαι, μηδὲ ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως ἔχοντα. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπίσκοπον τὸν παραδεξάμενον, ὡς κληρικὸν, τὸν οὕτω καθῃρημένον ἐπιτιμᾶσθαι προστάττει παρὰ τῆς κοινῆς συνόδου, ὅτε συνέλευσις πάντων τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας διὰ τὰς ἐμπιπτούσας ἐκκλησιαστικὰς ἀμφιβολίας καὶ τὰ κανονικὰ ζητήματα γίνεται, ὡς παραβάτην τῶν τῆς Ἐκκλησίας θεσμῶν.

CANON IV.

« Si quis episcopus a synodo, vel presbyter aut

ΚΑΝΩΝ Δ'.

« Εἴ τις ἐπίσκοπος (45) ὑπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς,

Guill. Beveregii notæ.

(45) *Εἴ τις ἐπίσκοπος.* Hic cum sequenti, sive quinto hujus concilii canone, a concilio Chalcedonensi in causa Carosi et Dorothei verbatim recitatur, sub nominibus octogesimi tertii et octogesimi quarti canonis, non hujus concilii, sed codicis e quo lectus est. Synodus enim dicebat, Οἱ θεῖοι τῶν Ἑατέρων κανόνες ἀναγινωσκέσθωσαν, καὶ ἐμφερέσθωσαν τοῖς ὑπομνήμασι. Deinde sequitur, Καὶ λαβὼν τὴν βίβλον Ἀέτιος ἀρχιδιάκονος καὶ πριμμικήριος τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας ἀνέγνω. Κανὼν πγ'· Εἴ τις ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθείς, ἢ πρεσβύτερος, etc, et recitato præsenti canone addit, Περὶ τῶν ἑαυτοὺς ἀφορίζόντων. Κανὼν πδ'. Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος, et deinceps, totidem verbis, quibus proximus huic canon concipitur. Concil. Chalced. Act. 4, p. 242, edit. Colon., an. 1618. Unde perspicuum redditur et indubitatum hos præsentis concilii canones in codicem canonum ab Aetio tunc temporis lectum relatos fuisse; qui quidem similis fuit codici canonum Ecclesiæ universæ, quem Christophorus Justellus edidit, quemque Dionysius Exiguus Latine vertit. Namque in utroque eorum, a concilio Nicæno incipiente, præsens sane octogesimus tertius, et sequens, octogesimus quartus, quemadmodum et in concilio Chalcedonensi, canon numeratur. Nisi quod Dionysius Exiguus quartum et quintum syn. Ancyr. canonem in unum conjungat. Quinetiam in Actione undecima ejusdem Chalcedonensis concilii, decimus sextus et decimus se-

Digitized by Google

« ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπι- A
« σκόπου, τολμήσειέν τι πρᾶξαι τῆς λειτουργίας,
« εἴτε ὁ ἐπίσκοπος κατὰ τὴν προάγουσαν συν-
« ήθειαν, εἴτε ὁ πρεσβύτερος, εἴτε ὁ διάκονος,
« μηκέτι ἐξὸν εἶναι αὐτῷ μηδ' ἐν ἑτέρᾳ συνόδῳ
« ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως, μήτε ἀπολογίας χώραν
« ἔχειν. Ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ πάντας
« ἀποβάλλεσθαι τῆς Ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα,
« εἰ μαθόντες τὴν ἀπόφασιν τὴν κατὰ τῶν προει-
« ρημένων ἐξενεχθεῖσαν, τολμήσειαν αὐτοῖς κοι-
« νωνεῖν. »

« diaconus a proprio episcopo depositus, aliquid
« de ministerio agere ausus fuerit; sive episco-
« pus secundum præcedentem consuetudinem,
« sive presbyter, sive diaconus, nullam amplius
« spem restitutionis in alia synodo, neque defen-
« sionis locum ei habere liceat. Sed et omnes, qui
« ei communicant, ex Ecclesia ejiciantur, et
« maxime si cum sententiam adversus prædictos
« prolatam didicerint, eis communicare ausi fue-
« rint. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν κη' ἀποστολικὸς κανὼν ἀποκηρύσσει τοὺς καθαιρεθέντας δικαίως, καὶ αὖθις τῆς πρότερας ἐνεργείας ἁπτομένους· ὁ δὲ παρὼν κανὼν φησι μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως ἢ δι' ἐπικρίσεως ἑτέρας συνόδου· καὶ τοὺς κοινωνοῦντας τούτοις ἐν εἰδήσει ἀποβλήτους εἶναι ἐκ τῆς Ἐκκλησίας. Δοκοῦσιν οὖν οἱ κανόνες μὴ ἐξισοῦσθαι. Οἶμαι δὲ συμφωνεῖν ἐν πᾶσιν αὐτούς. Διορίζονται γὰρ κατὰ δύο τόπους κολάζεσθαι τοὺς μετὰ ἐντελῆ καταδίκην ἱερατικόν τι ἐνεργοῦντας. Ὁ μὲν οὖν ἀποστολικὸς κανὼν φησι τοὺς δικαίως καθαιρεθέντας, ἤγουν μὴ ἔχοντας βοήθειαν ἐκκλήτου, καὶ ἐνεργήσαντας ἱερατικόν τι, ἀποκηρύσσεσθαι· ὁ δὲ παρὼν κανὼν παρομοίως ἐκείνῳ πρῶτον μὲν διορίζεται μὴ προσδέχεσθαι παρ' ἑτέρας συνόδου τοὺς ὑπὸ συνόδου τελείας καθαιρεθέντας, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει τυχὸν, καθ' ἣν οὐδὲ ἔκκλητός ἐστι· καὶ τοὺς δὶς ἐκκαλεσαμένους καὶ ἡττηθέντας καὶ μετὰ τὸ ἀπαγορευθῆναι αὐτοῖς τὴν βοήθειαν τῆς ἐκκλήτου ἐνεργήσαντας ἱερατικόν τι. Εἶτα δι' ὧν φησιν ἐκβάλλεσθαι ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτοῖς, δοκεῖ λέγειν καὶ ἀποκηρύκτους ὀφείλειν γενέσθαι αὐτούς. Οὕτως ἑρμήνευσον τοὺς κανόνας, καὶ μὴ εἴπῃς τὸν καθαιρεθέντα ὑπὸ συνόδου καὶ ἔχοντα βοήθειαν ἐκκλήτου, ἐνεργοῦντα ἱερατικόν τι μετὰ τὴν καθαίρεσιν, ἀποκήρυκτόν τε εἶναι καὶ τὴν βοήθειαν ἐκκλήτου ἀπόλλειν, καθώς τινες εἶπον. Ἐναντιωθήσῃ γὰρ κανόσι καὶ νόμοις διαφόροις, διοριζομένοις ἀκεραίαν ἔχειν τὸν κατακριθέντα τὴν οἰκείαν κατάστασιν, μέχρις ἂν καὶ τὰ τῆς ἐκκλήτου γυμνασθῶσιν· ἐξαιρέτως δὲ τῷ δ' κανόνι τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου, ὃν καὶ ἀνάγνωθι. Ζήτει τὸν ιγ' καὶ ιε' κανόνα τῆς παρούσης συνόδου, καὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ κανόνα δ' ἀναιροῦντα τούτους· καὶ βιβλίου τῶν Βασιλικῶν γ' τίτλου α' κεφάλαιον με', οὗ ἡ ἀρχὴ, Εἴ τινες δὲ ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι· καὶ μάθῃς πῶς καὶ παρὰ τίσι δικάζονται περὶ ἐγκλημάτικῶν ὑποθέσεων ἐπίσκοποι καὶ κληρικοὶ, καὶ πότε καὶ παρὰ τίσιν ἐκκαλοῦνται καταδικαζόμενοι.

BALS. Vicesimus quidem octavus canon apostolicus abdicat eos, qui juste depositi fuerint, et rursus prius ministerium attingunt. Præsens autem canon dicit eos non habere spem restitutionis vel per judicium alterius synodi, et eos, qui illis scientes communicant, ex Ecclesia ejici. Videntur ergo canones non exæquari. Puto autem eos in omnibus convenire. Definiunt enim, ut duobus modis puniantur ii, qui post perfectam condemnationem aliquid sacerdotale exercent. Apostolicus itaque canon dicit eos, qui juste depositi fuerint, scilicet qui non habent appellationis auxilium, et aliquid sacerdotale exercent, abdicari. Præsens autem canon illi consimiliter, primum quidem decernit ab alia synodo non admitti eos, qui a perfecta synodo, Constantinopolitana, verbi gratia, depositi fuerint, adversus quam non est appellatio; nec eos etiam, qui bis appellaverunt, et victi sunt, et postquam appellationis auxilium eis denegatum fuerit, aliquid sacerdotale exercent. Deinde per id quod dicit, eos ex Ecclesia ejici, qui ipsis communicant, debere ipsos etiam abdicatos fieri dicere videtur. Sic interpretare canones; nec dixeris eum, qui est a synodo depositus, et habet auxilium appellationis, si post depositionem aliquid sacerdotale, exerceat esse abdicatum, et appellationis auxilium perdere, ut nonnulli dixerunt. Dices enim repugnantia et canonibus et diversis legibus, quæ statuunt, eos, qui sunt condemnati integrum et intactum statum habere, donec de appellatione cognitum fuerit: præcipue autem quarto canone Sardicensis synodi quem etiam lege. Quære etiam canones 13 et 15 præsentis synodi et Sardicensis synodi canonem 4 qui hos tollit; et libri III Basilicorum tit. 1, cap. 44 cujus principium est, Si autem aliqui sanctissimi episcopi: et scies, quomodo et a quibus de causis criminalibus judicantur episcopi et clerici; et quando et a quibus appellantur condemnati.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ μὲν ἐπίσκοποι, ἐπὶ ἐγκλήμασι κατηγορούμενοι, συνόδου δέονται δικαζούσης καὶ ἀποφαινομένης· οἱ δὲ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ οἱ καθεξῆς κληρικοὶ, ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόποι-

ZONAR. Episcopi quidem si accusentur, ipsorum causam a synodo examinari ac definiri oportet: de presbyteris vero, diaconis, aliisque inferioribus clericis proprio episcopo judicare ac sententiam

Guill. Beveregii notæ.

ptimus præsentis synodi canon ex eodem codice legantur, sub nomine nonagesimi quinti et nonagesimi sexti canonis; quo etiam ordine in supradictis codicibus etiamnum reperiuntur. Quod ad præsentem denique canonem spectat, is a concilio Aquisgranensi anno Domini 816, habito, ex versione Dionysiana citatur et renovatur.

Digitized by Google

ferre permissum est. Quod si injusto se damnatos queraatur, a metropolitano synodoque provinciæ ex hujus synodi sexto canone et ex Sardicensis synodi canone tertio et quinto, lata ab episcopo sententia examinari debet. Exstat quoque de ea re decretum, lib. III, titulo 1, cap. 22 Basilicorum, cujus initium, Si qua vero inter reverendissimos ejusdem synodi episcopos controversia exorta sit. Hinc igitur sunt illa hujus canonis verba : Si quis episcopus a synodo depositus, etc. aliquam liturgiæ partem attingere ausus fuerit (liturgiæ nomine hoc loco, non sacrorum celebratio incruentique sacrificii oblatio solum, sed omnes præterea summi sacerdotii functiones intelliguntur. Proinde etiamsi a sacro faciendo abstineat, baptismum tamen ministret, aliave, quæ ex præcedente, hoc est, inveterata antiqua **435** consuetudine, summi sacerdotis propria munia sunt) vel presbyter aut diaconus quamvis injuste se damnatum fuisse contendat audiri hominem in altera synodo et de illius damnatione iterum ipso postulante cognosci, aut alium ei defensionis locum concedi, ne liceat. Quinetiam quicunque, illorum damnatione cognita, ipsis communicaverint, segregentur et ab Ecclesia expellantur. Et vero ejusmodi hominem suo seipsum calculo condemnare synodi Carthaginensis canon undetricesimus asserit. Igitur, tum ex hoc canone, tum ex iis, quos supra commemoravimus, facile apparet, licere episcopo, qui injuste se condemnatum existimet, alios causæ suæ ac damnationis cognitores postulare : quamvis huic constitutioni decimus quintus ejusdem synodi canon repugnare videatur, Si quis, inquiens, episcopus aliquorum criminum coram omnibus provinciæ episcopis accusatus, consentientibusque illorum suffragiis damnatus fuerit, is ne amplius ab aliis judicetur ; sed ea sententia, quam consentientes provinciæ episcopi tulere, rata permaneat. Videntur ergo, ut diximus, hi canones inter se contrarii, sed non sunt tamen. Verum canon 4 de iis agit, qui a synodo, hoc est, sententia ab aliquibus provinciæ episcopis inter se convenientibus pronuntiata, damnati fuerint ; quamobrem et ei, qui se injuste læsum putat, de altera quæstione instituenda integrum esse decernit : at vero decimus quintus canon de damnatione, quam omnes simul provinciæ episcopi unanimi consensu approbavere, est intelligendus. Igitur quandocunque aliqui ex episcopis provincialibus quemquam condemnaverint, ei, qui damnatus est, secundam de causa quæstionem instituendi facultas erit : at si contra aliquem omnes episcopi provinciales consentientibus animis judicarint, judicium illud ei contra quem pronuntiatum est, in dubium revocare amplius non licebit ; ut facile a contrario intelligi queat, si minus inter se de damnatione consentiant, quamvis omnes simul convenerint, tunc quoque de sententia damnationis examinanda ab eo, qui damnatus est, quæri licere. De hac re vide etiam synodi hujus canonem decimum quartum.

A δικάζονται, καὶ αὐτῷ ψηφίζεσθαι δέδοται. Εἰ δέ φασιν ἀδικεῖσθαι οἱ καταψηφισθέντες, ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου καὶ τῆς συνόδου τῆς ἐπαρχίας ἡ ψῆφος σκοπεῖται, κατὰ τὸν ἕκτον κανόνα τῆς συνόδου ταύτης, καὶ κατὰ τὸν τρίτον καὶ πέμπτον κανόνα τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου. Περὶ τούτου δὲ νομοθετεῖ καὶ βιβλίον τῶν Βασιλικῶν τρίτον, τίτ. α', κεφάλαιον κβ', οὗ ἡ ἀρχή, Εἴ τινες δὲ ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι τῆς αὐτῆς συνόδου, ἀμφισβήτησίν τινα πρὸς ἀλλήλους ἔχοιεν. Διὰ ταῦτα τοίνυν ὁ παρὼν κανὼν εἶπεν· Εἴ τις ἐπίσκοπος, ὑπὸ συνόδου καθαιρεθείς, καὶ τὰ ἐφεξῆς, τολμήσει πρᾶξαί τι τῆς λειτουργίας; (λειτουργίαν ἐνταῦθα οὐ τὴν ἱερουργίαν καὶ τὴν τελετὴν τῆς ἀναιμάκτου θυσίας φησὶ μόνην, ἀλλ' ἅπαν ἀρχιερατικὸν δίκαιον. Κἂν γὰρ οὐχ ἱερουργήσῃ, βαπτίσῃ δὲ, ἢ ἕτερον ποιήσῃ ἀρχιερεῖ προσῆκον, κατὰ τὴν προάγουσαν συνήθειαν, ἤγουν κατὰ τὸ κρατῆσαν παλαιὸν ἔθος) ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, μὴ ἐξέστω αὐτῷ, κἂν λέγῃ μὴ καταδικασθῆναι, ἑτέρᾳ συνόδῳ προσέρχεσθαι, καὶ ζητεῖν δοκιμασθῆναι τὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον, μηδὲ χώραν αὐτοῦ ἀπολογίας παρέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτοῖς, μαθόντας τὴν κατ' αὐτῶν ἀπόφασιν, ἀφορίζεσθαι καὶ ἐξωθεῖσθαι τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ ὁ κθ' τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανὼν λέγει καθ' ἑαυτοῦ τὸν τοιοῦτον τὴν δίκην προαγαγεῖν. Φαίνεται οὖν ἐκ τούτου τοῦ κανόνος καὶ ἐκ τῶν ἀνωτέρω μνημονευθέντων ὅτι ἔξεστι τῷ δικαζομένῳ ἐπισκόπῳ, ἀδικεῖσθαι ὑπολαμβάνοντι, ζητεῖν ὑφ' ἑτέρων διαγνωμονηθῆναι τὴν κατ' αὐτοῦ ἀπόφασιν. Καὶ ὁ ιε' δὲ ταύτης τῆς συνόδου κανὼν ἐναντιοῦσθαι δοκεῖ τῷ παρόντι κανόνι, λέγων, Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπί τισιν ἐγκλήμασι κατηγορηθεὶς κριθείη ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, πάντες τε σύμφωνον μίαν κατ' αὐτοῦ ἐξενέγκοιεν ψῆφον, τοῦτον μηκέτι παρ' ἑτέροις δικάζεσθαι, ἀλλὰ μένειν βεβαίαν τὴν σύμφωνον τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἀπόφασιν. Δοκοῦσι μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, ἐναντίοι ἀλλήλοις οἱ κανόνες οὗτοι, οὐκ εἰσὶ δέ. Ἀλλ' ὁ μὲν τέταρτος κανὼν περὶ καταψηφισθέντος ὑπὸ συνόδου φησὶν, ἤγουν τινῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας συνελθόντων καὶ ἀποφηναμένων, διὸ καὶ δίδωσι τῷ νομίζοντι ἀδικεῖσθαι ζητεῖν καὶ δευτέραν ἐξέτασιν· ὁ δὲ ιε' περὶ ψήφου φησὶ παρὰ πάντων ὁμοῦ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων συμφώνως ἐξενεχθείσης. Ὥστε ὅτε μέν τινες τῶν ἐπαρχιωτῶν ἐπισκόπων κατά τινος ἀποφήνωνται, δυνήσεται ὁ καταδικασθεὶς, καὶ εἰς δευτέραν ζήτησιν τὴν δίκην καταγαγεῖν· ὅτε δὲ οἱ τῆς ἐπαρχίας πάντες ἐπίσκοποι κατά τινος ὁμογνωμονήσαντες ἀπόφασιν ποιήσουσι σύμφωνον, οὐκέτι τῷ καταδικασθέντι δοθήσεται ἄδεια τὴν ψῆφον ἐκείνην ἀναπαλαίειν· ὡς ἐξ ἀντιδιαστολῆς νοεῖσθαι ὅτι κἂν πάντες συνέλθοιεν, οὐχ ὁμοφωνήσωσι δὲ ἀλλήλοις περὶ τὴν ψῆφον, ἐξέσται καὶ τότε τῷ καταδικαζομένῳ ζητεῖν τὴν κατ' αὐτοῦ τηρηθῆναι ἀπόφασιν· καὶ περὶ τούτου ἀνάγνωθι καὶ τὸν ιδ' κανόνα ταύτης τῆς συνόδου.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ ὑπὸ συνόδου καθῃρημένος ἐπίσκοπος, A
« εἰ αὐθαδιαζόμενος λειτουργήσει, μὴ ἐχέτω
« κατάστασιν. »

Ὁ μὲν κανὼν οὗτος ἐμφαίνει, ὡσαύτως καὶ ὁ δωδέκατος κανών, δύνασθαι τὸν ὑπὸ συνόδου καθαιρεθέντα ἐπίσκοπον ἐκκαλεῖσθαι, καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον, εἰ κακῶς γέγονεν, ὑφ' ἑτέρας μείζονος διορθοῦσθαι συνόδου· εἰ μή που ὁ καθαιρεθεὶς ἐπίσκοπος κατ' οἰκείαν αὐθάδειαν πρὸ διορθώσεως τῆς κατ' αὐτοῦ ἀποφάσεως τολμήσειε λειτουργεῖν. Τηνικαῦτα γὰρ, οὐδὲ εἰ κακῶς λέγει καθαιρεθῆναι, ἀποκατάστασιν ἕξει, ἢ χώραν ἀπολογίας δευτέρας. Ὁ δὲ πεντεκαιδέκατος κανὼν τῆς συνόδου ταύτης φάσκει τὸν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων καθαιρεθέντα μηκέτι δύνασθαι ἐκκαλεῖσθαι, ἀλλὰ τὴν κατ' αὐτοῦ ἀπόφασιν μένειν βεβαίαν. Ὁ δὲ τῆς ἐν Σαρ- B
δικῇ συνόδου τέταρτος καὶ πέμπτος κανὼν ἄδειαν δίδωσι τῷ ὑπὸ πάντων τῶν ἐπαρχιωτῶν ἐπισκόπων καθαιρεθέντι ἐπισκόπῳ ἐκκαλεῖσθαι, καὶ ὑπὸ τὸν μακαριώτατον τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπον καταφεύγειν καὶ μηδὲ εἰς τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ ψηφίζεσθαι ἕτερον, μέχρις ἂν ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐπίσκοπος τὰ τῆς ἀποφάσεως ἐξετάσῃ, καὶ τελείαν ποιήσηται τὴν διάγνωσιν· καὶ ἔστιν ἡ γνώμη αὕτη δικαιοτέρα καὶ φιλανθρωποτέρα, καὶ κρατοῦσα καὶ νῦν.

ARIST. « Episcopus a synodo depositus, si sacra
« celebrare ausus fuerit, redeundi potestatem non
« habeat. »

Hic quidem canon, ut et canon duodecimus, ostendit episcopum a synodo depositum posse provocare, et sententiam contra se latam, si injuste facta fuit, ab altera majori emendare synodo, nisi forsitan episcopus qui deponitur per arrogantiam suam ante sententiæ contra se latæ correctionem sacra facere ausus fuerit. Tunc enim neque licet injuste se deponi dicit, restitutionem habebit, nec secundæ apologiæ locum. At decimus quintus hujus synodi canon ait, eum qui ab omnibus in provincia episcopis deponitur postea provocare non posse, sed sententiam contra eum latam firmam manere. At B
synodi Sardicensis quartus et quintus canon licentiam dederunt episcopo qui ab omnibus provincialibus deponitur episcopis provocare, et ad beatissimum Ecclesiæ Romanæ episcopum confugere, nec in episcopatum ejus alium elegi priusquam Romanorum episcopus sententiam examinaverit, et decretum confirmaverit; et hæc quidem sententia justior et humanior est, et nunc etiam obtinet.

ΚΑΝΩΝ Ε'.

« Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος, καταφρονήσας
« τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἰδίου, ἀφώρισεν ἑαυτὸν τῆς
« Ἐκκλησίας, καὶ ἰδίᾳ συνήγαγε, καὶ θυσιαστή- C
« ριον ἔπηξε, καὶ τοῦ ἐπισκόπου προσκαλεσα-
« μένου ἀπειθοίη, καὶ μὴ βούλοιτο αὐτῷ πείθε-
« σθαι, μηδὲ ὑπακούοι καὶ πρῶτον καὶ δεύτερον
« καλοῦντι, τοῦτον καθαιρεῖσθαι παντελῶς, καὶ
« μηκέτι θεραπείας τυγχάνειν, μήτε δύνασθαι
« λαμβάνειν τὴν ἑαυτοῦ τιμήν. Εἰ δὲ παραμένοι
« θορυβῶν καὶ ἀναστατῶν τὴν Ἐκκλησίαν, διὰ τῆς
« ἔξωθεν ἐξουσίας ὡς στασιώδη αὐτὸν ἐπιστρέ-
« φεσθαι. »

436 CANON V.

« Si quis presbyter, vel diaconus, proprio contempto
« episcopo, ab Ecclesia seipsum segregaverit, et
« privatim congregationem effecerit, et altare
« fixerit, et episcopo accersente non obedierit,
« nec velit ei parere, nec morem gesserit primo
« et secundo vocanti; is omnino deponitur, et
« non amplius curationem assequi, nec suum
« possit honorem capere. Si autem perseveret
« turbas et seditionem in Ecclesia concitare, is
« per externam potentiam ut seditiosus castige-
« tur.

ΒΑΛΣ. Τὰ αὐτὰ τῷ ἀποστολικῷ λα' κανόνι καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται· καὶ ἀρκοῦσι τὰ ἐκεῖσε γραφέντα. Προστίθησι δὲ τοὺς θορυβοῦντας καὶ μὴ ἐμμένοντας τῇ κατ' αὐτῶν ἀποφάσει, ἐντελεῖ πάντως οὖσῃ, παρὰ τῆς ἀρχοντικῆς ἐξουσίας παιδεύεσθαι. Ὥστε σημείωσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, D
ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ θ' κανόνος τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συστάσης συνόδου, ὅτι ἐπιτιμᾷν, οὐ μὴν βασανίζειν οἱ ἐπίσκοποι τοὺς πταίοντας ὀφείλουσι. Μὴ πειθομένους γὰρ παραδώσουσι τοῖς ἄρχουσι. Ζήτει τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα ι', συνόδου ς' κανόνα λα', καὶ συνόδου α' καὶ β' κανόνα ιβ', ιγ', ιδ' καὶ ιε'. Σκόπησον οὖν μήπως ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος καὶ οἱ διὰ πλαστογραφίαν ἢ καθοσίωσιν ἢ ἱεροσυλίαν ἢ δογματικὴν ὑπόθεσιν ἢ ἄλλην τοιαύτην αἰτίαν τινὰ καθαιρούμενοι, καὶ μὴ πειθάμενοι ἐξαγορίαν καθαρὰν ποιῆσαι, καὶ περὶ τῶν συνιστόρων ὁμολογῆσαι, βασανίζονται ὑπὸ τῶν πολιτικῶν ἀρχόντων. Εἴδομεν γὰρ διαφόρως τοῦτο γενόμενον.

BALS. Eadem cum canone apostolico 31 hic præsens canon decernit; et sufficiunt quæ illic scripta sunt. Adjicit autem, ut et qui turbas excitant, et sententiæ adversus eos latæ, quæ quidem perfecta est, non stant, per civilium magistratuum potestatem corrigantur. Quare nota ex præsenti canone sicut etiam ex canone 9 synodi quæ habita est in æde Apostolorum, quod multare debent episcopi delinquentes, non autem eos torquere. Si enim non pareant, tradent civilibus magistratibus. Lege et Carthaginensis synodi canonem 10, synodi sextæ canonem 31 et synodi primæ et secundæ canones 12, 13, 14 et 15. Considera ergo, numquid etiam ex præsenti canone 2, qui propter falsi vel læsæ majestatis vel sacrilegii crimen, vel causam ad religionis decreta pertinentem, vel aliquam ejusmodi causam, deponuntur, nec pure eloqui ac proferre et de conciis fateri persuadentur, a civilibus magistratibus pœnis subjiciuntur. Scimus enim hoc varie fieri.

Digitized by Google

ZONAR. Eadem cum sanctorum apostolorum canone 31 hic quoque canon decernit; quæque eo loci diximus, ad hujus simul explicationem sufficiunt. Quiddam vero præterea ad illa, quæ canone apostolico continentur, hic canon adjungit, dicens: Si vero tumultus ciere Ecclesiamque labefactare pergat, ipsum ab externa potestate veluti seditiosum coerceri placet. Quicunque, ait, ob conventus seorsim habitos depositione multatus fuit, si non quiescat, sed in Ecclesia tumultus ac perturbationes excitet, eam labefactans, hoc est, seditiones in ea commovens, externæ potestatis, civilis nimirum, auctoritate, ut se ad pœnitentiam recipiat, veluti seditiosum volumus emendari. Constantinopolitanæ præterea synodi, in templo Sanctorum Apostolorum congregatæ, nonus canon eos, qui episcopis non obtemperant, neque multa indicta resipiscunt, magistratuum illius regionis opera coercendos esse decernit. Ex quo illud ex hoc quoque canone 5 notandum est, quod episcopis potestate cuiquam supplicia irrogandi omnino interdictum est: sed ab iis multæ impositione, qui peccaverint, corrigendos; ac si minus paruerint, sæcularibus magistratibus esse tradendos.

ARIST. « Omnis presbyter, vel diaconus qui episcopum contemnit, et ab eo recedit, atque aliud « altare exstruit, si ter ab episcopo vocatus in « arrogantia persistit, depositus sit, et curationis spe destitutus. »

Talis episcopum impietatis aut injustitiæ non condemnans, ut tricesimus primus sanctorum apostolorum canon statuit, sed superbia et fastu elatus juxta decimum synodi Carthaginensis canonem, si seipsum ab Ecclesia separaverit, et aliud altare struxerit, et populum sibi attraxerit privata peragens conventicula, postea ter ab episcopo vocatus, non morem gesserit, sed in confusione manserit, dignus est qui omnino deponatur, et non amplius speret se curationem unquam assecuturum et honorem suum resumpturum.

437 CANON VI.

« Si quis à proprio episcopo fuit excommunicatus, « ne prius ab aliis suscipiatur (nisi a proprio susceptus fuerit episcopo) quam facta synodo accedens se defenderit, et persuasa synodo, aliam « sententiam retulerit. Idem autem decretum adversus laicos et presbyteros et diaconos, et omnes qui sunt in cleri catalogo, observetur. »

BALS. De iis, quæ hoc canone comprehenduntur, satis scripsimus in aliis diversis canonibus, et in duodecimo et tertio decimo can. apostolico.

ZONAR. Multi de hac quoque re canones editi sunt; ac per ea, quæ in illos diximus, hujus etiam explicationi satisfactum arbitramur.

ARIST. « Excommunicatum ab episcopo clericum « si major synodus susceperit, vel condemnaverit, sententiæ acquiescat. »

Qui ligat, et solvere potest. Idcirco clericum ab episcopo pœnis subjectum, et segregatum, non

ΖΩΝΑΡ. Τὰ αὐτὰ τῷ λα' κανόνι τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων καὶ ὁ κανὼν οὗτος ψηφίζεται, καὶ τὰ εἰρημένα ἐκεῖ καὶ πρὸς τοῦτον ἀρκέσουσι. Πλέον δέ τι τοῦ ἀποστολικοῦ κανόνος οὗτος διέξεισι, λέγων· Εἰ δὲ παραμένει θορυβῶν καὶ ἀναστατῶν τὴν Ἐκκλησίαν, διὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας ὡς στασιώδη αὐτὸν ἐπιστρέφεσθαι· Ὃ διὰ τὸ παρασυνάγειν, φησὶ, καθαιρεθεὶς, ἐὰν οὐχ ἡσυχάζει, ἀλλ' ἐπιθορυβεῖ καὶ ταράσσει τὴν Ἐκκλησίαν, ἀναστατῶν αὐτὴν, τοουτέστι διεγείρων εἰς στάσεις, διὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας, τῆς πολιτικῆς δηλαδὴ, ὡ; στασιώδης, παιδευθήσεται, ὡς ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς μετάνοιαν. Καὶ ὁ ἔννατος δὲ κανὼν τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συστάσης συνόδου ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων περὶ τῶν μὴ πειθομένων τοῖς ἐπισκόποις, μηδὲ δι' ἐπιμίων σωφρονιζομένων, φησὶ διὰ τῶν κατὰ χώραν ἀρχόντων αὐτοὺς σωφρονίζεσθαι. Ὥστε σημειωτέον καὶ ἐκ τοῦ ε' τούτου κανόνος ὅτι ἀπηγόρευται τοῖς ἐπισκόποις κολάζειν ὅλως τινάς· ἐπιτιμίοις δὲ μόνοις σωφρονίζειν αὐτούς· καὶ εἰ μὴ πείθοιντο, παραδιδόναι αὐτοὺς τῇ ἐξουσίᾳ.

ΑΡΙΣΤ. « Πᾶς ὁ ἐπισκόπου καταφρονῶν, καὶ ἀφιστάμενος πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καὶ οἰκοδομῶν ἄλλο θυσιαστήριον, εἰ, προσκαλούμενος « τρὶς παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, ἐπιμένει τῇ ἀπονοίᾳ, « καθαιρούμενος ἔστω, καὶ ἀθεράπευτος. »

Ὁ τοιοῦτος, μηδὲν κατεγνωκὼς τοῦ ἐπισκόπου εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, ὡς ὁ τριακοστὸς πρῶτος κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων διαλαμβάνει, ἀλλ' ὑπερηφανίᾳ καὶ τύφῳ ἐπαρθεὶς κατὰ τὸν δέκατον κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, εἰ ἀφώρισε τῆς Ἐκκλησίας ἑαυτὸν, καὶ θυσιαστήριον ἕτερον ἔπηξε, καὶ λαὸν ὑφ' ἑαυτὸν εἵλκυσεν, ἰδίας συνάξεις ποιούμενος, εἶτα τρισσάκις παρὰ τοῦ ἐπισκόπου καλούμενος, ἀπειθοίη, καὶ ἐπιμένοι τῇ ἀταξίᾳ· ἄξιός ἐστι παντελῶς καθαιρεῖσθαι, καὶ μηκέτι ἐλπίζειν θεραπείας τυχεῖν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ τιμὴν ἐπαναλαβεῖν.

ΚΑΝΩΝ ϛ'.

« Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἀκοινώνητος γέ« γονε, μὴ πρότερον αὐτὸν παρ' ἑτέρων δεχθῆναι « (εἰ μὴ ὑπ' αὐτοῦ δεχθείη τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου) « ἢ συνόδου γενομένης ἀπαντήσας ἀπολογήσεται, « πείσας τε τὴν σύνοδον, καταδέξοιτο ἑτέραν « ἀπόφασιν. Ὁ αὐτὸς δὲ ὅρος ἐπὶ λαϊκῶν καὶ « πρεσβυτέρων καὶ διακόνων καὶ πάντων τῶν ἐν « τῷ κλήρῳ καταλεγομένων κρατείτω. »

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι τούτῳ περιεχομένων ἱκανῶς ἐγράψαμεν ἔν τε ἄλλοις κανόσι διαφόροις καὶ ἐν τῷ ιβ' καὶ ιγ' ἀποστολικῷ κανόνι.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως πολλοὶ διετάξαντο κανόνες· καὶ ἃ εἴρηται ἐν ἐκείνοις καὶ εἰς τὴν τοῦ παρόντος ἀρκοῦσι σαφήνειαν.

ΑΡΙΣΤ. « Τὸν ἀφορισθέντα παρ' ἐπισκόπου κληρικὸν, ἐὰν μείζων σύνοδος προσδέξοιτο, ἢ κατα« κρίνειε, στεργέτω τὴν ἀπόφασιν.. »

Ὁ δήσας καὶ λύειν δύναται. Διὰ τοῦτο γοῦν τὸν ἐπιτιμηθέντα παρ' ἐπισκόπου κληρικὸν, καὶ ἀφ-

Digitized by Google

ορισθέντα, οὐ δεῖ παρ' ἑτέρου δεχθῆναι ὡς ἀνεπιτίμητον, εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ λυθῇ τοῦ δεσμήσαντος. Εἰ δὲ σύνοδος τὸν ἀφορισθέντα ἐξετάσοι, καὶ παραλόγως εὕροι τὸν ἀφορισμὸν ἐπενεχθέντα, δύναται τὸ κακῶς γενόμενον διορθοῦσθαι, καὶ λύειν αὐτὸν, καὶ ἡ περὶ τούτου ἀπόφασις μένει βεβαία.

A oportet ab alio ut inculpatum admitti, nisi ab eo qui ligavit, sit absolutus. Si synodus autem depositum examinaverit, et segregationem invenerit præter rationem illatam, quod male factum est emendare potest, et eum solvere, et sententia de eo firma manet.

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

« Μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ λγ' ἀποστολικῷ κανόνι καὶ τῷ ις' τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου διελήφθησαν τὰ περὶ τῶν εἰρηνικῶν καὶ τῶν συστατικῶν ἐπιστολῶν, καὶ ὅτι ξένοι εἰσὶν οἱ ἀπὸ ἑτέρων ἐνοριῶν ὁρμώμενοι. Ἀνάγνωθι οὖν τὰ ἐν ἐκείνοις γραφέντα.

ΖΩΝΑΡ. Εἴρηται ἐν κανόνι ια' τῆς τετάρτης συνόδου τίνες εἰσὶν εἰρηνικαὶ ἐπιστολαὶ, καὶ τίνες συστατικαί. Ξένους οὖν ἐνταῦθα οὐχὶ τοὺς τυχόντας λέγει, τοὺς ἐξ ἄλλης χώρας ἴσως εἰς ἄλλην ἐπιδημοῦντας, ἀλλὰ τοὺς κληρικοὺς τοὺς ἀπὸ ἄλλης ἐκκλησίας εἰς ἄλλην ἀπιόντας· οὓς καὶ μὴ δέχεσθαι παρὰ τῶν προεστώτων τῶν ἐκκλησιῶν, ἐν αἷς ἀπίασιν, ὁ κανὼν ἐγκελεύεται, εἰ μὴ εἰρηνικὰς ἐπιστολὰς ἐπιφέρονται τῶν προεστώτων τῶν ἐκκλησιῶν, ἐξ ὧν ὑπεχώρησαν. Ὁ δὲ λγ' τῶν ἀποστόλων κανὼν σαφέστερον τὸ τῶν ξένων φησὶ, λέγων μηδένα τῶν ξένων πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἢ καὶ ἐπισκόπων ἄνευ συστατικῶν ἐπιστολῶν προσδέχεσθαι. Ξενίζεσθαι μὲν γὰρ αὐτοὺς ὁ κανὼν, καὶ χορηγεῖσθαι αὐτοὺς τὰ πρὸς τὴν χρείαν παρὰ τῶν, πρὸς οὓς ἀπῆλθον, ἐπιτρέπει· δέχεσθαι δὲ εἰς κοινωνίαν ἀπαγορεύει.

B commendatitiæ, undecimo canone quartæ synodi satis explicavimus. Externos porro hoc loco, non omnes, qui ex alia regione in aliam forte se conferunt, sed clericos, qui ex alia in aliam ecclesiam proficiscuntur, intelligit; quos quidem a præsulibus ecclesiarum, ad quas se conferunt, nisi a præfectis ecclesiarum, a quibus discessere, pacificas epistolas afferant, hic canon admitti vetat. Externi vero qui sint, tricesimo tertio Apostolorum canone apertius indicatur: Ne quem, inquit, externum episcopum, aut presbyterum, aut diaconum sine commendatitiis litteris recipi liceat. Nam quominus hospitio excipiantur, necessariaque ad vitæ usus ab iis, ad quos se contulere, suppeditentur, haud prohibet: ad communionem vero ipsos admitti canon omnino

C vetat.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ ξένος, εἰρηνικὰς ἐπιστολὰς οὐ προσά-
« γων, ἀπρόσδεκτος. »

ARIST. « Peregrinus pacificas non afferens epistolas, non est suscipiendus. »

Ἐν πολλοῖς εἴρηται κανόσι καὶ τοῦτο, τὸ μὴ τοὺς ξενοχειροτονήτους προσδέχεσθαι ἄνευ γραμμάτων τοῦ ἐπισκόπου παρ' οὗ τὴν χειροτονίαν ἀνεδέξαντο.

Etiam in plurimis canonibus hoc dicitur, nempe eos qui alibi ordinantur, non admittendos esse sine episcopi a quo ordinationem acceperunt litteris.

ΚΑΝΩΝ Η'.

« Μηδὲ πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ταῖς χώραις κανονι-
« κὰς ἐπιστολὰς διδόναι, ἢ πρὸς μόνους τοὺς γεί-
« τονας ἐπισκόπους ἐπιστολὰς ἐκπέμπειν· τοὺς
« δὲ ἀνεπιλήπτους χωρεπισκόπους (46) διδόναι
« εἰρηνικάς. »

CANON VIII.

« Nec presbyteri qui sunt in regionibus dent ca-
« nonicas epistolas, vel ad solos vicinos episco-
« pos epistolas emittant: chorepiscopi autem,
« nulli reprehensioni affines dent pacificas. »

ΒΑΛΣ. Ἔμαθες τίνες εἰσὶν εἰρηνικαὶ ἤτοι ἀπολυτικαὶ ἐπιστολαὶ, καὶ τίνες συστατικαὶ, αἱ λεγόμεναι καὶ κανονικαί. Ἐπεὶ δέ τινες διετείνοντο δύνασθαι τοὺς ἐν ταῖς χώραις πρεσβυτέρους, ἤτοι τοὺς πρωτοπαπάδας, διδόναι εἰρηνικὰς ἐπιστολὰς, κἂν πρὸς τοὺς γείτονας ἐπισκόπους, διὰ τὸ μὴ μετέχειν αὐτοὺς δικαίου τινὸς χειροτονίας, ἀλλ' εὐσεβείας καὶ Χριστιανικῆς κοινωνίας· ὥρισαν οἱ Πατέρες καὶ ταύτας παρὰ μόνῃ τῇ ἐπισκοπικῇ ἐξουσίᾳ ἀνα-

BALS. Didicisti quænam sunt pacificæ vel dimissoriæ epistolæ, et quænam sunt commendatitiæ,

D quæ dicuntur et canonicæ. Quia autem nonnulli asserebant, presbyteros, qui sunt in regionibus seu protopapas, dare posse epistolas pacificas, etiam ad vicinos episcopos; eo quod ipsi non haberent jus aliquod ordinationis, sed pietatis et Christianæ communionis: statuerunt Patres eas quoque dare in solius episcopi potestate esse situm. **438** Chorepi-

Guill. Beveregii notæ.

(46) *Τοὺς δὲ ἀνεπιλήπτους χωρεπισκόπους.* Harmenopolus totum hunc canonem in hanc Epitomen redegit: Χωρεπισκόπους κανονικὰς ἐπιστολὰς διδότω, *Chorepiscopus canonicas epistolas dato*, cui duplex scholium subjicitur. Primum quidem: Χωρεπίσκοποι οἱ νῦν λεγόμενοι ἔξαρχοι, εἴτε πατριάρχου εἰσὶν, εἴτε μητροπολίτου· *Chorepiscopi sunt, qui nunc vocantur exarchi, sive ad patriarcham pertineant, sive ad metropolitanum.* Alterum autem sic se habet: Ὁ δὲ ιδ' τῆς ζ' οὐδὲ ἀναγνώστας χειροτονεῖν δίδωσιν, εἰ μὴ κατ' ἐπιτροπὴν ἐπισκόπου, *Canon vero 14 synodi 8 neque lectores ut ordinet [Chorepiscopo] concedit, nisi permissu episcopi.* Harmenop. Epit. can. sect. 1, tit. 9.

Digitized by Google

scopis autem ab omni reprehensione alienis, quorum scilicet existimatio nulla accusatione, quæ labem afferat, tentata est, concessum est et dare litteras pacificas; quia eis alia quoque privilegia data sunt.

ZONAR. Canonicarum epistolarum nomine commendatitiæ pacificæque hoc loco intelliguntur. Quæ vero sint pacificæ epistolæ, quæve commendatitiæ, jam diximus. Illæ vero a præfectis ecclesiarum, non autem a presbyteris, nec ab iis, qui sunt in regionibus, a quibus ut plurimum abesse solent episcopi, dari consuevere. Chorepiscopis autem ab omni suspicione alienis, quorum scilicet existimatio nulla criminis labe maculata est, pacificas tribuendi (nam alia quoque chorepiscopis privilegia conceduntur) ad solos tamen vicinos episcopos et qui sunt in pagis presbyteros, non ad eos qui longioribus intervallis disjuncti sunt, canon facultatem esse decernit.

ARIST. « Presbyter ruri degens canonicas ne det « epistolas, vel saltem ad vicinum tantum episcopum. »

Solis episcopis et chorepiscopis inculpatis permittitur clericis parœciæ suæ peregre proficisci volentibus canonicas dare epistolas: at presbyteris, primas in regione forsitan partes tenentibus, hoc non decet. Ad vicinum autem episcopum de talibus clericis scribere, et ordinationem, ac fidem, ac opinionem eorum notam facere etiam illis conceditur.

κεῖσθαι. Τοῖς δὲ ἀνεπιλήπτοις χωρεπισκόποις, ἤτοι τοῖς μὴ ὑπὸ αἰτίασιν σπιλωτικὴν ὑπολήψεως αὐτῶν γενομένοις, ἐνεδόθη εἰρηνικὰς διδόναι ἐπιστολάς· ὅτι καὶ ἄλλα προνόμια τούτοις ἐφιλοτιμήθησαν.

ΖΩΝΑΡ. Κανονικὰς ἐπιστολὰς τὰς συστατικὰς καὶ εἰρηνικὰς ὀνομάζει. Τίνες δέ εἰσιν εἰρηνικαὶ, καὶ τίνες συστατικαὶ καὶ ἤδη εἰρηται. Ταύτας δὲ οἱ προεστῶτες τῶν ἐκκλησιῶν διδόασιν, οὐ μέντοι πρεσβύτεροι, οὐδὲ οἱ ἐν ταῖς χώραις ἔνθα μὴ συχνάζει ὁ ἐπίσκοπος. Οἱ δὲ χωρεπίσκοποι, εἰ ἀνεπίληπτοί εἰσι, τουτέστιν ἀναίτιοι, μή τινος αἰτίας κατ' αὐτῶν οὔσης σπιλούσης ἴσως τὴν τούτων ὑπόληψιν, δύνανται διδόναι εἰρηνικάς· ἐπεὶ τοῖς χωρεπισκόποις καὶ ἄλλα προνόμια δέδονται· πρὸς μόνους δὲ τοὺς γείτονας ἐπισκόπους πέμπειν εἰρηνικὰς ἐπιστολὰς δέδοται, καὶ τοῖς ἐν ταῖς χώραις πρεσβυτέροις, οὐ μὴν πρὸς τοὺς περαιτέρω.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ ἐπὶ χώρας πρεσβύτερος μὴ διδότω « κανονικὰς ἐπιστολὰς ἢ πρὸς μόνον ἐπίσκοπον « γείτονα. »

Μόνοις τοῖς ἐπισκόποις καὶ τοῖς ἀνεπιλήπτοις χωρεπισκόποις ἐφεῖται κανονικὰς διδόναι ἐπιστολὰς τοῖς μακρὰν ἀποδημῆσαι θέλουσι τῆς ἑαυτῶν πάροικίας κληρικοῖς· πρεσβυτέροις δὲ, τοῖς ἐπὶ χώρας ἴσως πρωτεύουσι, τὸ προνόμιον τοῦτο οὐκ ἀνῆκει. Πρὸς δὲ ἐπίσκοπον γείτονα γράφειν περὶ τῶν τοιούτων κληρικῶν καὶ συνιστᾷν τὴν χειροτονίαν, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν ὑπόληψιν αὐτῶν, καὶ συγκεκώρηται καὶ αὐτοῖς.

CANON IX.

« Episcopos, qui sunt in unaquaque provincia, scire « oportet episcopum qui præest metropoli, et « curam suscipere totius provinciæ: eo quod in « metropolim undequaque concurrunt omnes, « qui habent negotia. Unde visum est, eum quo- « que honore præcedere; reliquos autem episcopos « nihil magni momenti aggredi sine ipso, ut vult « antiquior, qui obtinuit e Patribus nostris, « canon: vel ea sola, quæ ad uniuscujusque « parœciam conferunt, et regiones quæ ei subsunt. « Unumquemque enim episcopum habere suæ « parœciæ potestatem, et administrare pro uni- « cuique conveniente religione, et totius regionis « quæ suæ urbi subest, curam gerere. Ut etiam « ordinet presbyteros et diaconos, et unaquæque « cum judicio tractet; et nihil ultra facere aggre- « diatur, sine metropolitano episcopo, neque ipse « sine reliquorum sententia. »

ΚΑΝΩΝ Θ'.

« Τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι « χρὴ τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκο- « πον, καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς « ἐπαρχίας· διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν « συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας. « Ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτὸν, « μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπι- « σκόπους ἄνευ αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀρχαιότερον « κρατήσαντα ἐκ τῶν Πατέρων ἡμῶν κανόνα· « ἢ ταῦτα μόνα ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παρ- « οικίᾳ, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. Ἕκαστον « γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ πα- « ροικίας διοικεῖν τε κατὰ τὴν ἑκάστῳ ἐπιβάλ- « λουσαν εὐλάβειαν, καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πά- « σης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν· ὡς « καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, « καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαστα διαλαμβάνειν· πε- « ραιτέρω δὲ μηδὲν πράττειν ἐπιχειρεῖν δίχα τοῦ « τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου, μηδὲ αὐτὸν ἄνευ « τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης. »

BALS. Quæ in præsenti canone continentur, exposita sunt in canone apostolico 34, et lege cum.

ZONAR. Quamvis non iisdem omnino verbis hic canon constet, si tamen sententiam spectes, cum apostolico canone tricesimo quarto in omnibus

ΒΑΛΣ. Τὰ τοῦ παρόντος κανόνος ἡρμηνεύθησαν ἐν τῷ λδ' ἀποστολικῷ κανόνι, καὶ ἀνάγνωθι τοῦτον.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ καὶ μὴ τοῖς ῥήμασι διόλου ὁ κανὼν οὗτος ἀπαραλλάκτως ἔχει πρὸς τὸν λδ' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἔννοιαν ἐκείνῳ

Digitized by Google

ἐν ἅπασι συμφωνεῖ. Ὥστε ἃ ἐν ἐκείνῳ εἴρηται καὶ τὸν τούτου νοῦν παριστῶσι τῷ βουλομένῳ. A

congruit. Ex iis ergo quæ ibi dicta sunt, hujus quoque intelligentiam facile, qui voluerit, assequetur.

ΑΡΙΣΤ. « Τοῦ μητροπολίτου τῆς γνώμης ἀναρτᾶσθαι τοὺς ἐπισκόπους, καὶ μή τι τῆς αὐτῶν προνοίας οἰκονομεῖν δίχα, ἢ μόνον τὰ τῇ ἰδίᾳ ἐνορίᾳ προσπίπτοντα καὶ χειροθεσίας ἀνεπιλήπτοις ἀνδράσιν ἐπιτελεῖν. »

ARIST. « A metropolitæ sententia pendere oportet « episcopos, et nihil citra illius consilium instituere, nisi ea sola quæ ad suam cujusque parœciam spectant, et viris reprehensioni non « obnoxiis manus imponere. »

Τὰ αὐτὰ τῷ τριακοστῷ τετάρτῳ κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ ὁ κανὼν οὗτος διδάσκει, τὸ ἐπιγινώσκειν τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστης ἐπαρχίας τὸν ἑαυτοῦ πρῶτον, καὶ ἄνευ γνώμης αὐτοῦ μήτε ἐπισκόπους ψηφίζεσθαι, μήτε [τι ἕτερον περιττὸν πράττειν τῶν ἐκεῖσε παρ' ἡμῶν εἰρημένων, εἰ μόνα τὰ ἐπιβάλλοντα τῇ ἑκάστου παροικίᾳ· καὶ χειροτονεῖν πρεσβύτερον, καὶ διάκονον, καὶ ὅσα τούτοις ἀκόλουθα. B

Eadem ac tricesimus quartus sanctorum apostolorum canon etiam hic docet, episcopos nimirum uniuscujusque provinciæ primum suum cognoscere et sine ejus sententia nec episcopos eligere, nec aliquid aliud, ex iis quæ ibi dicuntur, magni momenti facere, sed ea sola quæ ad cujusque provinciam spectant, et presbyterum ac diaconum ordinare, et quæcunque hisce sunt similia.

ΚΑΝΩΝ Ι'.

« Τοὺς ἐν ταῖς κώμαις ἢ ταῖς χώραις, ἢ τοὺς καλουμένους χωρεπισκόπους, εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν ἐπισκόπου εἰληφότες, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ εἰδέναι τὰ ἑαυτῶν μέτρα, καὶ διοικεῖν τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἐκκλησίας, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι φροντίδι καὶ κηδεμονίᾳ, καθιστᾶν δὲ ἀναγνώστας καὶ ὑποδιακόνους καὶ ἐξορκιστάς, καὶ τῇ τούτων ἀρκεῖσθαι προαγωγῇ, μήτε δὲ πρεσβύτερον μήτε διάκονον χειροτονεῖν τολμᾷν δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, ᾧ ὑπόκεινται αὐτός τε καὶ ἡ χώρα. Εἰ δὲ τολμήσειέ τις παραβῆναι τὰ ὁρισθέντα, καθαιρεῖσθαι αὐτὸν καὶ ἧς μετέχει τιμῆς· χωρεπίσκοπον δὲ γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως, ᾗ ὑπόκειται, ἐπισκόπου. » C

439 CANON X.

« Ii qui sunt in vicis vel regionibus, vel qui dicuntur « chorepiscopi, etiam si episcopi manuum impositionem acceperint, visum est sanctæ synodo, « ut suum modum sciant, et sibi subjectas ecclesias administrent, earumque cura et sollicitudine gerenda contenti sint : constituant autem « lectores, hypodiaconos et exorcistas, et eorum « promotioni sufficere existiment ; presbyterum « vero aut diaconum ordinare non audeant, « absque urbis episcopo, cui subjicitur ipse et « regio. Si quis autem 'ea, quæ definita sunt, « transgredi audeat, ipse quoque honore, quem « habet, privetur : fiat autem chorepiscopus ab « episcopo civitatis, cui subjicitur. »

ΒΑΛΣ. Κεκωλυμένον ὑπὸ τῶν κανόνων ἐστὶν ἐπισκόπους γίνεσθαι εἰς βραχείας πόλεις καὶ κώμας· καὶ διὰ τοῦτο ἐχειροτόνουν εἰς ταύτας πρεσβυτέρους, ἤγουν πρωτοπαπάδας καὶ χωρεπισκόπους. Ἐπεὶ δέ τινες τῶν χωρεπισκόπων ἐπεχείρουν ἱερεῖς χειροτονεῖν, καὶ ἕτερά τινα ἐπισκοπικὰ δίκαια ἐνεργεῖν, καὶ αἰτιώμενοι, ἔλεγον καλῶς τοῦτο ποιεῖν, διὰ τὸ δέξασθαι χειροθεσίαν ἐπισκόπου· ὥρισαν οἱ Πατέρες ἀπὸ τούτου μὴ ὠφελεῖσθαι αὐτοὺς εἰς τὸ παρεξιέναι τὰ ἀπὸ τῶν κανόνων ἐπιφιλοτιμηθέντα τούτοις προνόμια, μηδὲ χειροτονεῖν διάκονον ἢ πρεσβύτερον δίχα τοῦ ἐπισκόπου, ἀλλὰ μόνους ἀναγνώστας, ὑποδιακόνους καὶ ἐξορκιστάς, ἤτοι κατηχητάς, διοικεῖν τε καὶ τὰ ἀνατεθέντα τούτοις ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, ἢ μὴν ἐκ παραβάσεως τῶν διορισθέντων ὑποκεῖσθαι καθαιρέσει καὶ ἧς μετέσχον τιμῆς. Ἐπεὶ δέ τινες ἐσπούδαζον ἐξ ἀλαζονείας χειροθεσίαν χωρεπισκόπου λαβεῖν ἀπὸ μητροπολίτου ἢ πατριάρχου, μὴ ἐπιστρεφόμενοι τῶν ἐγχωρίων ἐπισκόπων, ἐκωλύθη καὶ τοῦτο· καὶ ὡρίσθη παρ' αὐτοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως γίνεσθαι τὸν χωρεπίσκοπον, ἵνα ὑπόκειται αὐτῷ, καὶ μὴ καταφρονῇ τούπου, ὡς μὴ δεδωκότος αὐτῷ τὴν χειροθεσίαν τοῦ ἀξιώματος. Καλῶς δὲ περὶ χωρεπισκόπων μόνον πεποιήκασι τὸν ἅπαντα λόγον οἱ Πατέρες, οὐ μὴν καὶ περὶ πρεσβυτέρων. Οὐδὲ γὰρ ἦν ἀμφιβολία D

BALS. Prohibitum est a canonibus, ne in parvis urbibus et vicis fiant episcopi ; et propterea presbyteros in eis ordinabant, seu protopapas et chorepiscopos. Quia autem nonnulli chorepiscopi conabantur ordinare sacerdotes, et alia quædam jura episcopalia exercere ; et accusati dicebant se hoc recte facere, quod episcopi manuum impositionem accepissent : statuerunt Patres eos non ex eo adjuvari, ut privilegia, quæ illis a canonibus concessa sunt, transgrediantur, nec ordinent diaconum vel presbyterum sine episcopo, sed solos lectores, subdiaconos et exorcistas, sive catechistas, et administrent res ecclesiasticas, quæ sunt illis attributæ; alioqui propter eorum, quæ definita sunt, transgressionem depositioni subjiciantur, et a suo honore excidant. Quia autem nonnulli contendebant, propter arrogantiam, a metropolitano vel etiam patriarcha chorepiscopi ordinationem accipere, episcoporum regionis nullam curam gerentes; hoc quoque prohibitum est : et ordinatum ab urbis episcopo fieri chorepiscopum, ut ei subjiciatur; nec eum contemnat, ut qui ei dignitatis ordinem non dederit. Recte autem de solis chorepiscopis verba semper fecerunt Patres, non etiam de presbyteris. Neque enim erat de iis dubium, ut qui nullum aditum accepissent ad ordinationem ullam

Digitized by Google

faciendam. Interrogaverit autem quispiam, cur verbo depositionis additum est, ab honore quoque deponi? *Solutio.* Nonnulli instaban t, chorepiscopum quidem, qui transgressus est, debere deponi; sed tamen chorepiscopalem honorem habere sive cathedram, et reliqua, ut vult canon 9 Neocæsariensis synodi et 21 et 26 sextæ synodi. Propterea ergo dicit canon, eum quoque utrumque amittere, ut est in fine canonis præsentis synodi. Illud autem, sine civitatis episcopo, non accipitur pro eo quod est, sine ejus mandato, sed, sine illius sacrorum celebratione. Etsi enim fuerit chorepiscopo mandatum, ut presbyterum ordinet, et hoc fecerit, irrita erit ordinatio; quod non sit ei a canonibus data presbyterum ordinandi potestas. Lege et canonem 14 Neocæsariensis synodi. Et nota, quod manuum impositiones, quæ fiunt a metropolitanis in præfectos, vel in aliquos alios aliis regionibus subjectos, infirmantur: sed et constitutiones, quæ factæ sunt ab aliquibus, de non consecrandis seu charactere donandis ipsorum monasteriorum præfectis ab ipso patriarcha, sed ab illis episcopis, vel omnino non ordinandis, sunt penitus irritæ.

ZONAR. Ne quem in vico aut parva urbe episcopum constitui liceat, sexto Sardicensis synodi canone decretum est. Pro iis igitur, in ejusmodi locis, presbyteri vel chorepiscopi creabantur. Hos ergo chorepiscopos canon ultra potestatis suæ limites progredi vetat; sed ecclesiarum, inquit, sibi subjectarum administratione contenti, lectores, hypodiaconos, exorcistasque constituant: a diaconis vero sacerdotibusque creandis, absque urbani episcopi facultate, etiamsi episcopali ordine aliquando 440 insigniti fuissent, prorsus chorepiscopi abstineant. Qui vero canonem violarit, in eum depositione animadverti placet. Chorepiscopos autem urbani episcopi in sua diœcesi constituunt; quos quidem in apostolorum locum suffectos fuisse septuagesimo Neocæsariensis synodi canone edocemur.

ARIST. « Exorcistas, et lectores, et hypodiaconos, « et cantores chorepiscopus constituit, non itidem « presbyterum et diaconum sine episcopo qui « civitati præest: qui hoc vero transgredi audet, « deponatur. Civitatis vero episcopus facit cho- « repiscopum. »

Quisque debet suam cognoscere mensuram et in propriis terminis manere. Propterea itaque et chorepiscopus si ausus fuerit presbyterum aut diaconum ordinare, exceptis iis qui ipsi committuntur, nempe lectoribus, cantoribus, exorcistis, et hypodiaconis, deponetur. Quamvis aliter de istis etiam gradibus visum est magno Basilio, ut in decimo tertio synodi Ancyranæ canone scriptum est.

CANON XI.

« Si quis episcopus, vel presbyter, vel omnino

περὶ αὐτῶν, οἷα μηδὲ λαβόντων ὅλως πάροδον εἰς τὸ ποιεῖν χειροτονίαν οἱανδήτινα. Ἐρωτήσει δέ τις, διὰ τί προσετέθη τῷ ῥήματι τῆς καθαιρέσεως καὶ ἡ ἐκπτωσις τῆς τιμῆς; Λύσις. Τινὲς διενίσταντε ὀφείλειν μὲν καθαιρεῖσθαι τὸν παραβάντα χωρεπίσκοπον, ἔχειν δὲ χωρεπισκοπικὴν τιμὴν, ἤγουν τὴν καθέδραν, καὶ τὰ λοιπὰ, κατὰ τὸν θ' κανόνα τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου, καὶ τὸν κα' καὶ τὸν κς' τῆς ς' συνόδου. Διὰ τοῦτο οὖν φησιν ὁ κανὼν ἀπόλλειν τοῦτον καὶ ἀμφότερα κατὰ τὸ τέλος τοῦ α' κανόνος τῆς παρούσης συνόδου. Τὸ δὲ, δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, οὐκ ἐκλαμβάνεται εἰς τὸ ἄνευ ἐντολῆς τούτου, ἀλλὰ εἰς τὸ δίχα τελεσιουργίας ἐκείνου. Κἂν γὰρ ἐνταλθῇ χωρεπίσκοπος χειροτονῆσαι πρεσβύτερον, καὶ ποιήσῃ τοῦτο, ἄκυρος ἔσται ἡ χειροθεσία, διὰ τὸ μὴ δοθῆναι αὐτῷ ἐξουσίαν ἀπὸ τῶν κανόνων πρεσβυτέρους χειροτονεῖν. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ιδ' κανόνα τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου. Καὶ σημείωσαι ὅτι αἱ παρὰ μητροπολιτῶν γινόμεναι χειροθεσίαι εἰς ἡγουμένους ἢ εἰς ἄλλους τινὰς ὑποκειμένους ἑτέραις ἐνορίαις ἀκυροῦνται· ἀλλὰ καὶ τὰ παρά τινων γινόμενα τυπικὰ χάριν τοῦ μὴ σφραγίζεσθαι παρὰ τοῦ πατριάρχου τοὺς καθηγουμένους τῶν μοναστηρίων αὐτῶν, ἀλλὰ παρὰ ἑτέρων ἐπισκόπων, ἢ μηδὲ ὅλως σφραγίζεσθαι, ἄκυρά εἰσι.

ΖΩΝΑΡ. Κεκώλυται κατὰ τὸν ἕκτον κανόνα τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου τὸ καθιστᾶν ἐπίσκοπον ἐν κώμῃ τινὶ ἢ βραχείᾳ πόλει. Διὸ πρεσβυτέρους ἢ χωρεπισκόπους ἐν ταύταις καθίστων. Τούτους οὖν τοὺς χωρεπισκόπους ἀπαιτεῖ ὁ κανὼν μὴ παρεξιέναι τὴν οἰκείαν τάξιν, οἰκονομεῖν δὲ τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἐκκλησίας, καὶ ποιεῖν ἀναγνώστας, καὶ ὑποδιακόνους, καὶ ἐφορκιστάς· μήτε δὲ διάκονον χειροτονεῖν, μήτε πρεσβύτερον, ἄνευ τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου, κἂν ἐπισκόπου χειροτονίας ἔτυχον οἱ χωρεπίσκοποι. Ὁ δὲ τὸν κανόνα παραβαίνων καθαιρεθήσεται. Τοὺς χωρεπισκόπους δὲ οἱ τῶν πόλεων ποιοῦσιν ἐπίσκοποι, αἷς ὑπόκεινται, οὓς ὁ ιδ' κανὼν τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου εἰς τύπον τῶν ο' ἀποστόλων εἶναί φησι.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐξορκιστὰς, καὶ ἀναγνώστας, καὶ ὑπο- « διακόνους, καὶ ψάλτας καθίστησι χωρεπίσκοπος· « οὐ μέντοι πρεσβύτερον, καὶ διάκονον ἄνευ τοῦ « κατὰ τὴν πόλιν ἐπισκόπου· ὁ δὲ τοῦτο τολμῶν « ὑπερβαίνειν εἴη καθῃρημένος. Ὁ τῆς πόλεως « δὲ ἐπίσκοπος ποιεῖ χωρεπίσκοπον. »

Ἕκαστος ὀφείλει τὸ ἑαυτοῦ μέτρον εἰδέναι, καὶ τοῖς ἰδίοις ὅροις ἐμμένειν. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ὁ χωρεπίσκοπος, εἰ τολμήσει πρεσβύτερον ἢ διάκονον χειροτονῆσαι ἄνευ τῶν ἐπιτετραμμένων αὐτῷ, ἤγουν ἀναγνωστῶν, ψαλτῶν, ἐφορκιστῶν τε καὶ ὑποδιακόνων, καθαιρεθήσεται· κἂν ἄλλως καὶ περὶ αὐτῶν τῶν βαθμῶν τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ δοκῇ, καθὼς ἐγράφη ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ κανόνι τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου.

ΚΑΝΩΝ ΙΑ'.

« Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ ὅλως τοῦ κα-

Digitized by Google

« νόνος, ἄνευ γνώμης καὶ γραμμάτων τῶν ἐν τῇ A
« ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ τὴν
« μητρόπολιν, ὁρμήσειε πρὸς βασιλέα ἀπελθεῖν,
« τοῦτον ἀποκηρύττεσθαι, καὶ ἀπόβλητον γίνε-
« σθαι οὐ μόνον τῆς κοινωνίας, ἀλλὰ καὶ τῆς
« ἀξίας, ἧς μετέχων τυγχάνει, ὡς παρενοχλεῖν
« τολμῶντα τὰς τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως
« ἡμῶν ἀκοὰς παρὰ τὸν θεσμὸν τῆς Ἐκκλησίας.
« Εἰ δὲ ἀναγκαία καλοίη χρεία πρὸς βασιλέα
« ὁρμᾷν, τοῦτο πράττειν μετὰ σκέψεως καὶ γνώ-
« μης τοῦ κατὰ τὴν μητρόπολιν τῆς ἐπαρχίας
« ἐπισκόπου καὶ τῶν ἐν αὐτῇ, τοῖς τε τούτων
« γράμμασιν ἐφοδιάζεσθαι. »

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται μὴ μόνον ἀφορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ καθαιρεῖσθαι τοὺς εἰς βασιλέα B
ἀπερχομένους ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς ἄνευ γραμμάτων τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου, καὶ μάλιστα τοῦ μητροπολίτου, ὡς παρενοχλοῦντας τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς παρὰ τὰ δεδογμένα τῇ Ἐκκλησίᾳ· ἀναγκαίας δὲ προκειμένης αἰτίας, παραχωρεῖ πρὸς βασιλέα ὁρμᾷν μετὰ ἐγγράφου ἐκχωρήσεως συνοδικῆς. Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου κανόνας ζ', η', θ', κα', καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ κανόνα ρς'. Ἐπεὶ δέ τινες (47) τῶν ῥημάτων τοῦ παρόντος κανόνος ἐξεχόμενοι (τῆς γὰρ ἐννοίας ἀποδίστανται) θέλουσι τοὺς ἐνδημοῦντας ἀρχιερεῖς εἰς τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν μετὰ εἰδήσεως καὶ προτροπῆς πατριαρχικῆς, καὶ μὴ ἄλλως, εἰς βασιλέως προσκύνησιν ἀπέρχεσθαι, φαμὲν ὅτι τὰ τοῦ παρόντος κανόνος, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐνταῦθα μνημονευομένων χώ- C
ραν ἔχουσιν, εἰ ὁ ἀρχιερεὺς ἀπὸ τῆς ἰδιαιτέρας αὐτοῦ αὐθόρμητος εἰς βασιλέα ἀπέλθῃ· ὅταν γὰρ ἐνδημῇ ἐν τῇ βασιλευούσῃ, καὶ κατὰ βασιλικὸν ὁρισμὸν ἢ κατὰ πατριαρχικὴν ἐπιτροπὴν ἀκωλύτως προσκυνήσει τὸν βασιλέα καὶ ὑπομνήσει περὶ ὧν βούλεται. Τὸ δὲ μετὰ βασιλικὸν ὁρισμὸν ἀπέρχεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς, ἔνθα ἂν προσταχθεῖεν καὶ δίχα συνοδικῆς εἰδήσεως, ἐν διαφόροις κανόνων ἑρμηνείαις ἐδηλώθη, καὶ οὐ χρὴ ἡμᾶς ταυτολογεῖν.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ μὴ ὅτι πᾶσα ἀνάγκη, οὐ βούλονται οἱ κανόνες τοὺς ἐπισκόπους προσέρχεσθαι βασιλεῖ, καὶ ἐνοχλεῖν αὐτῷ ὑπὲρ οἰκείων δεήσεων. Ἀλλὰ καὶ ὅτε μέλλοι τις ἀναγκαῖόν τι ἀνενεγκεῖν βασιλεῖ, μὴ ἀπέρχεσθαι ἄνευ γνώμης τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων, ἀφ' ἧς καὶ ὁ ἀπελθεῖν μέλλων ἐστὶ, μάλιστα δὲ τοῦ μητροπολίτου τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης. Τὸν δὲ ὁρμήσαντα χωρὶς γνώμης (48) καὶ γραμμάτων τοῦ μητροπολίτου ἀπελθεῖν πρὸς βασιλέα καθαιρεῖσθαι. Ὁ δὲ τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου ζ' κανὼν καὶ η', εἰ διὰ βοήθειαν χηρῶν καὶ ὀρφανῶν καὶ πενήτων, καὶ λαϊκῶν προσφευγόντων τῇ ἐκκλησίᾳ ἀδικουμένων ἢ καταδυναστευομένων ἢ ἀποστερουμένων τῶν ἀνη-

« ecclesiasticæ regulæ subjectus, citra senten-
« tiam et litteras episcoporum provinciæ et ma-
« xime metropolitanorum, ad imperatorem profi-
« cisci aggressus fuerit : is abdicetur et ejiciatur
« non solum a communione, sed etiam a digni-
« tate, cujus est particeps ; ut qui religiosissimi
« imperatoris nostri auribus molestiam afferre
« audeat præter ritum Ecclesiæ. Si autem neces-
« sarius usus exigat, ut ad imperatorem se con-
« ferat, id agat cum deliberatione et sententia
« metropolitani provinciæ, et episcoporum qui
« sunt in ea ; eorumque litteris munitus profici-
« scatur. »

BALS. Præsens canon decernit, non solum segregari, sed etiam deponi episcopos vel clericos, qui B
ad imperatorem proficiscuntur, sine litteris episcopi regionis, et maxime metropolitani, ut qui imperatoris auribus molestiam exhibeant, præter ea, quæ sunt ab Ecclesia decreta : si autem necessaria sit causa proposita, concedit ut ad imperatorem proficiscantur cum litteris mandata permissione synodali. Lege Sardicensis synodi canones 7, 8, 9, 12, et Carthaginensis canonem 106. Quoniam autem nonnulli verbis præsentis canonis adhærentes (a sententia enim longe absunt) antistites volunt, qui in regina urbium versantur, cum scientia et permissione patriarchæ, et non aliter, ad imperatorem salutandum proficisci : dicimus, quod quæ hoc canone continentur, et reliqua quorum hic fit C
mentio locum habent, quando antistes a sua regione sponte sua ad imperatorem profectus est. Cum enim in urbium regina versetur, vel imperatoris jussu, vel patriarchali permissione, citra ullum impedimentum imperatorem conveniet, et eum, illorum quæ voluerit, admonebit. Imperatoris autem jussu proficisci antistites, quo jussi fuerint, etiam sine synodali consensu, in diversis canonum interpretationibus declaratum est ; nec sunt ea a nobis repetenda.

ZONAR. Episcopos imperatorem adire, ejusque aures privatæ rei causa importunis precibus obtundere, nisi cum id prorsus necessario faciendum sit, canones haud sinunt. Verum et si quando al- D
quid ad imperatorem deferre quispiam necesse habuerit, nisi ejus provinciæ, ex qua ipse est, episcopis, ac metropolitano præsertim ejusdem provinciæ consentiente, proficisci vetant. Qui vero absque metropolitani consensu ac litteris ad imperatorem adire in animum induxerit, depositione multari jubent. Sardicensis vero synodi canones 7 et 8 episcopo, ut viduarum pupillorumque et pauperum causam agat, ac laicis patrocinetur, qui

Guill. Beveregii notæ.

(47) *Ἐπεὶ δέ τινες.* Hæc usque ad finem hujus Balsamonis interpretationis ex ms. Bodleiano supplevimus : sed exstant etiam in Amerbachiano ; necnon in Tiliano ; nam Gentianus Hervetus ea latine vertit.

(48) *Τὸν δὲ ὁρμήσαντα χωρὶς γνώμης.* Hæc et sequentia Zonaræ verba codex Amerbachianus plenius sic legit, τὸν δὲ ὁρμήσαντα γνώμης χωρὶς καὶ γραμμάτων μητροπολίτου καὶ τῶν ἐπισκόπων ἀπελθεῖν πρὸς βασιλέα, ἐκπίπτειν τῆς ἀξίας αὐτοῦ ἤτοι καθαιρεῖσθαι.

Digitized by Google

se per injuriam a potentioribus oppriml, suaque sibi injuste eripi queruntur, propterea que ab Ecclesia sibi 441 auxilium exposcunt, aut etiam quibus ob aliquas delicti offensiones exsilii pœna irrogata est, imperatorem adeundi facultatem esse decernunt : diaconum tamen potius cum litteris suum ad imperatorem mitti, eoque pacto Ecclesiæ supplicibus opitulari placet.

ARIST. « Episcopus vel presbyter, qui sua sponte, « et non provinciæ metropolitani jussu impera- « torem adit, communione pariter ac dignitate « excidat. »

Inobedientiam in omnibus tollentes Patres, et constitutum ordinem conservantes, prohibent et episcopos, et presbyteros et alios catalogi sacerdotalis sine primatis sui litteris regem adire et aures ejus obturbare, et quidquam de aliquibus referre. Et idcirco eum qui sine illius, qui provinciæ metropolis est episcopus, sententia regem adit, et dignitate deponi jubent, et a communione arceri.

CANON XII.

« Si quis presbyter vel diaconus a proprio episcopo, « vel episcopus a synodo depositus, ausus fue- « rit imperatoris auribus molestiam exhibere, « cum oporteat ad majorem synodum converti, « et jus, quod se habere putat, ad plures epi- « scopos referre, eorumque examinationem et « judicium suscipere : si itaque his contemptis « imperatori molestus fuerit, is nulla venia di- « gnus, neque sui defendendi locum habeat, nec « restitutionis futuræ spem exspectet. »

BALS. Cuivis condemnato, qui se injuria affectum putet, appellationis auxilium datum est. Dicit ergo canon, quod etsi hoc episcopis datum est, similiter et clericis; non tamen eis permissum est, aures regias de ea re obtundere. Si quis ergo, relicto ad majorem synodum aditu, prætermissisque juris sui coram ea allegationibus per appellationem, de ea re imperatori molestus fuerit, non solum non juvabitur, sed perinde ac nulla venia dignus, omnem sui juris proponendi januam sibi occludet, et nec spem quidem restitutionis habebit. Dixerit autem quispiam; Cum canon dicat depositos non debere ad imperatorem accedere, sed ad majorem synodum, ut is, qui forte ab Ephesino vel Thessalonicensi depositus est, ad patriarcham universasalem recte accedere cogetur : qui vero a patriarcha condemnatus est, cum non habeat quo confugiat, ad imperatorem accedens, punietur, an non? *Solutio.* Nonnulli dicebant, in eorum quoque sententias locum habere ea, quæ a canone dicuntur, excepto universali, quoniam Hierosolymitani sententia ab Antiocheno dijudicetur, et Antiocheni ab Alexandrino, et sic deinceps secundum majorem uniuscujusque ordinem. Mihi autem videtur canon esse editus propter sententias aliorum episcoporum et metropolitanorum, non etiam patriarcharum. Eorum enim sententiæ appellationi non subjiciuntur. Et

κάντων αὐτοῖς, ἢ καὶ περιορισθῆναι διὰ πταίσματα καταδικασθέντων, προσελθεῖν ἐθέλοι τῷ βασιλεῖ, ἐκχωροῦσι τῷ τοιούτῳ ἀπιέναι· μᾶλλον δὲ διάκονον στέλλειν οἰκεῖον πρὸς τὸν βασιλέα μετὰ γραμμάτων εἰς ἐπικουρίαν τῶν προσφευγόντων τῇ Ἐκκλησίᾳ.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ προσιὼν αὐτομάτως τῷ βασιλεῖ ἐπί- « σκοπος, ἢ πρεσβύτερος, καὶ οὐχὶ κελευσθεὶς « παρὰ τοῦ τῆς χώρας μητροπολίτου, μετὰ τῆς « κοινωνίας ἐκπιπτέτω καὶ τῆς ἀξίας. »

Τὸ ἀνυπότακτον ἐν πᾶσιν οἱ Πατέρες περιαιροῦντες, καὶ τὸ εὔτακτον συντηροῦντες, κωλύουσι καὶ τοὺς ἐπισκόπους, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς ἄλλους τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου ἄνευ γραμμάτων τοῦ πρώτου αὐτῶν πρὸς βασιλέα ἀπέρχεσθαι, καὶ τὰς ἀκοὰς αὐτοῦ παρενοχλεῖν, καὶ ἀναφέρειν περί τινων. Καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἄνευ γνώμης τοῦ κατὰ τὴν μητρόπολιν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπου τῷ βασιλεῖ προσιόντα καὶ τῆς ἀξίας καθαιρεῖσθαι προστάττουσι, καὶ τῆς κοινωνίας ἀπείργεσθαι.

ΚΑΝΩΝ ΙΒ'.

« Εἴ τις ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καθαιρεθεὶς πρε- « σβύτερος ἢ διάκονος, ἢ καὶ ἐπίσκοπος ὑπὸ « συνόδου, ὀκλῆσαι τολμήσειε τὰς βασιλικὰς « ἀκοάς, δέον ἐπὶ μείζονα ἐπισκόπων σύνοδον « τρέπεσθαι, καὶ ἃ νομίζει δίκαια ἔχειν προσ- « αναφέρειν πλείοσιν ἐπισκόποις, καὶ τὴν παρ' « αὐτῶν ἐξέτασίν τε καὶ ἐπίκρισιν ἐκδέχεσθαι· « εἰ δὲ τούτων ὀλιγωρήσας ἐνοχλήσειε τῷ βασι- « λεῖ, καὶ τοῦτον μηδὲ μιᾶς συγγνώμης ἀξιοῦ- « σθαι, μηδὲ χώραν ἀπολογίας ἔχειν, μηδὲ ἐλ- « πίδα μελλούσης ἀποκαταστάσεως προσδοκᾶν. »

ΒΑΛΣ. Παντὶ καταδικαζομένῳ καὶ ἀδικεῖσθαι οἰομένῳ ἡ τῆς ἐκκλήτου ἐδόθη βοήθεια. Φησὶ γοῦν ὁ κανὼν ὡς, εἰ καὶ ἐνεδόθη τοῦτο τοῖς ἐπισκόποις, ὡσαύτως καὶ τοῖς κληρικοῖς, ἀλλ' οὐκ ἐξεχωρήθη καὶ τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς χάριν τούτου ὀχλεῖν. Εἴ τις οὖν καταλιπὼν τὸ προσελθεῖν μείζονι συνόδῳ καὶ γυμνάσαι τὰς δικαίας δικαιολογίας κατὰ λόγον ἐκκλήτου, ὀχλήσει βασιλέα περὶ τούτου, οὐ μόνον οὐκ ὠφεληθήσεται, ἀλλ' ὡς μηδεμιᾶς συγγνώμης ἀξιούμενος, πᾶσαν θύραν οἰκείας δικαιολογίας ἑαυτῷ ἐπιζυγώσει, καὶ οὐδὲ ἐλπίδα ἕξει ἀποκαταστάσεως. Εἴποι δέ τις ὡς, τοῦ κανόνος λέγοντος μὴ προτέρχεσθαι τὸν καθαιρεθέντα βασιλεῖ, ἀλλὰ μείζονι συνόδῳ, ὁ μὲν καθαιρεθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἐφέσου τυχὸν ἢ τοῦ Θεσσαλονίκης τῷ οἰκουμενικῷ, πατριάρχῃ εὐλόγως προσελθεῖν ἀναγκασθήσεται· ὁ δὲ ὑπὸ πατριάρχου καταδικασθεὶς μὴ ἔχων ὅπου προσφύγῃ, τῷ βασιλεῖ προσερχόμενος κολασθήσεται, ἢ οὔ; Λύσις. Τινὲς μὲν εἶπον καὶ εἰς τὰς ἀποφάσεις τούτων χώραν ἔχειν τὰ τοῦ κανόνος ἄνευ τοῦ οἰκουμενικοῦ, διὰ τὸ τὴν τοῦ Ἱεροσολύμων ἀπόφασιν ἀνακρίνεσθαι παρὰ τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ τὴν τοῦ Ἀντιοχείας παρὰ τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ ἐφεξῆς κατὰ τὴν μείζονα τάξιν ἑκάστου αὐτῶν· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὸν κανόνα ἐκφωνηθῆναι διὰ τὰς ἀποφάσεις τῶν ἄλλων ἐπισκόπων καὶ τῶν μητροπολιτῶν, οὐ μὴν καὶ τῶν πατριαρχῶν.

Digitized by Google

Αἱ ψῆφοι γὰρ τούτων ἐκκλήτῳ οὐχ ὑπόκεινται. Διὸ καὶ ὁ πρέσελθὼν βασιλεῖ χάριν τοῦ ἀνακριθῆναι κατ' ἔκκλητον ἀπόφασιν τούτων, τιμωρηθήσεται κατὰ τὸν παρόντα κανόνα. Φησὶ γὰρ ἡ ρλζ' Ἰουστινιάνειος Νεαρά, ἡ κειμένη ἐν βιβλίῳ τρίτῳ τῶν Βασιλικῶν τιτ. α', κεφ. με'· Εἴ τινες δὲ ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι τῆς αὐτῆς συνόδου ἀμφισβήτησίν τινα πρὸς ἀλλήλους ἔχοιεν, εἴτε ὑπὲρ ἐκκλησιαστικοῦ δικαίου, εἴτε ὑπὲρ ἄλλων τινῶν πραγμάτων, πρότερον ὁ μητροπολίτης αὐτῶν μεθ' ἑτέρων δύο ἐκ τῆς αὐτῆς συνόδου ἐπισκόπων τὸ πρᾶγμα κρινέτω, καὶ εἰ μὴ ἐμμείνῃ ἑκάτερον μέρος τοῖς κεκριμένοις, τηνικαῦτα ὁ μακαριώτατος πατριάρχης ἐκείνης τῆς διοικήσεως μεταξὺ αὐτῶν ἀκροασάσθω, κἀκεῖνα ὁριζέτω ἅτινα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσι καὶ τοῖς νόμοις συνάδουσιν, οὐδενὸς μέρους κατὰ τῆς ψήφου αὐτοῦ ἀντιλέγειν δυναμένου. Ὅτι δὲ πολλάκις ἐτράκταῖσθη εἰ χρὴ ἐκκλήτῳ ὑποκεῖσθαι τὴν ψῆφον τέως τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, ἔδοξέ μοι ἀναγκαῖον εἰπεῖν τὸ δοκοῦν μοι χάριν τούτου, καὶ τὰ παρά τινων δικαιολογούμενα. Λέγουσί τινες ὡς, ἐπεὶ τὴν μὲν ἀπόφασιν τοῦ ἐπάρχου, τῶν πραιτωρίων καὶ τὴν ἀπόφασιν τοῦ ὃς γεγονότος ἐπάρχου τῆς πόλεως, οἱ νόμοι ῥητῶς διορίζονται μὴ ὑποκεῖσθαι ἐκκλήτῳ, πατριαρχικὴν δὲ ἀπόφασιν τοῦ τοιούτου προνομίου ῥητῶς οὐκ ἠξίωσαν, κατὰ τὰς πολλὰς καὶ τυχόντων δικαστῶν ψήφους, καὶ αὖτη ἐκκλητευθήσεται. Πρὸς ἐπισύστασιν τοῦ λόγου αὐτῶν χρῶνται καὶ τῇ τρίτῃ Ἰουστινιανείῳ Νεαρᾷ, τῇ κειμένῃ ἐν βίβλῳ τρίτῳ τῶν Βασιλικῶν τίτλου β', καὶ διοριζομένῃ εὐθύνεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως τὸν πατριάρχην, εἴπερ χειροτονήσῃ ὑπέρθετον κληρικόν. Ἄλλοι, τῆς πατριαρχικῆς μεγαλειότητος τὴν ὑπεροχὴν ὡσπερεὶ σεβαζόμενοι, φασὶ μήτε πάντως ἀποκλειστέον κατὰ τῆς πατριαρχικῆς ἀποφάσεως τὴν ἔκκλητον, μήτε πάντη ἐνδοτέον. Ἀλλ' εἰ μὲν τὰ μέρη τὰ δικαζόμενα τῆς τῶν ἱερωμένων ἢ καὶ μοναχῶν εἶσι τύχης, ἡ κατά τινος τούτων ἐξενεχθεῖσα ἀπόφασις οὐκ ἀνακριθήσεται· εἰ δὲ θάτερον τῶν μερῶν ἢ καὶ ἄμφω ἐν μοίρᾳ τάττοιντο λαϊκοῦ, ἀμάχως ἐκκλητευθήσεται· ἕτεροι τῆς ὑποθέσεως τὴν ποιότητα λέγουσι γεννήτριαν εἶναι τῆς Ἐκκλησίας. Ἡ μὲν γὰρ ἐκκλησιαστικὴ ζήτησις οὐκ ὠδίνει, φασὶ, παιδίον ἐκκλητοπόθητον· ἡ δὲ χρηματικὴ κυΐσκει τὴν ἔκκλητον, ὡς ἐχιδναῖον ἄμβλωμα τῆς τεκούσης σπαράττων τὰ ἔγκατα. Ἄλλοι, τοὺς ταῦτα λέγοντας ἐπιστομίζοντες, ἀξιοῦσι τότε καὶ μόνον ὑποκεῖσθαι ἐκκλήτῳ τὴν πατριαρχικὴν ἀπόφασιν, ὅτε κατὰ βασιλικὸν ὁρισμὸν προκάθηται δικάζων ὁ πατριάρχης μετὰ συνδικαστῶν, ἢ καὶ μετὰ τῆς οἰκείας συνόδου. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὡς, ἐπεὶ οἱ νόμοι πρὸ τοῦ καταστῆναι τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν συνεγράφησαν, καὶ οἱ πλείους τούτων παρὰ Ἑλλήνων, καλῶς οὐκ ἐμνήσθησαν πατριαρχῶν. Εἰ δέ τις ἐρεῖ καὶ παρὰ βασιλέων ὀρθοδόξων γενέσθαι Νεαρὰν μετὰ τὸ τιμηθῆναι τοὺς πατριαρχικοὺς θρόνους, ἀκούσει πρῶτον μὲν ὡς οὐδὲ εἰς ἐνθύμησιν ἦλθεν ὀρθοδόξῳ βασιλεῖ τοιοῦτόν τι τολμηθῆναί ποτε παρά τινος, καὶ εἰπεῖν τὴν κρίσιν τοῦ τοσαύτῃ τετιμη-

ideo, qui imperatorem adierit, ut de eorum sententia per appellationem quæratur, ut vult hic præsens canon, puniatur. Dicit enim Justiniani Novella 137, quæ in lib. 3 Basilicorum, tit 1, cap 45, sita est sic expresse : Si qui autem sanctissimi hujus synodi episcopi aliquam inter sese controversiam habeant, sive de jure ecclesiastico, sive pro aliquibus aliis rebus; prius eorum metropolitanus cum aliis duobus ejusdem synodi episcopis rem judicet, et nisi utraque pars stet iis quæ judicata fuerint, tunc beatissimus patriarcha Illius diœcesis inter eos audiat, et illa definiat, quæ ecclesiasticis canonibus et legibus conveniunt, nulla parte ejus sententiæ contradicere valente. Quia autem sæpe tractatum est, an oportet Constantinopol. **442** sententiam esse appellationi subjectam, visum est oportere, quod mihi videtur, de eo dicere, et ea quoque quæ de ea re ab aliis dicuntur. Dicunt nonnulli, quod quoniam sententiam præfecti prætorio, et sententiam ejus, qui bis fuit præfectus urbis, leges aperte statuunt appellationi non subjici; patriarchalem autem sententiam eo privilegio dignam non judicavere : quemadmodum a multis et quibuslibet judicibus, ita etiam ab eo provocabitur. Ad sui autem dicti confirmationem utuntur et Justiniani Novella 3, in libro 3 Basilicorum, tit. 2 sita, quæ decernit patriarcham imperatori rationem reddere, si clericum ultra numerum ordinarit. Alii patriarchalis magnitudinis eminentiam veluti venerantes dicunt nec omnino a patriarchali sententia penitus excludendam esse appellationem, nec omnino concedendam. Sed si partes quidem, quæ in judicio contendunt, sunt vel clericorum vel monachorum ordinis, prolata adversus aliquem eorum sententia, non rursus examinabitur : si vero altera pars vel utraque sint laici ordinis, citra ullam controversiam appellabitur. Alii vero dicunt causam esse appellationis genitricem. Causa enim ecclesiastica non parit, inquiunt, fetum appellatorium : pecuniaria autem parit appellationem, tanquam viperinam quamdam abortionem parentis viscera lacerantem. Alii iis, qui hæc dicunt, os occludentes censent patriarchalem sententiam tunc solum appellationi subjici, quando mandato imperiali præsidet patriarcha cum aliis conjudicibus, vel cum sua synodo. Mihi autem videtur, quod quoniam leges, antequam ecclesiasticus status constitueretur, conscriptæ sunt, et complures earum a Græcis, recte nullam patriarcharum mentionem fecere. Si quis autem dicat etiam ab orthodoxis imperatoribus factam fuisse Novellam, postquam sedes patriarchales honore affectæ sint, primum quidem audiet, quod orthodoxo imperatori nunquam in mentem venit, futurum ut quis hoc auderet, et diceret, quod a tanta auctoritate prædito tamque honorato judicatum sit esse rursus in judicium revocandum. Deinde et Justiniani Novellam, in præsentis canonis interpretatione positam, qua cavetur ne quis patriarchali sententiæ contradicat, sufficere ad os

Digitized by Google

eis penitus occludendum : ab eo autem de iis, quæ ab illo factæ sunt supernumerariis ordinationibus, rationem exigi, non introducit ejus judiciorum de integro examinationem. Illud enim est factum proprium : hoc vero, sedis privilegium. Quoniam igitur statutum est, nullum per alium injuria afficiendum, ipse quidem ab imperatore qui Ecclesiæ habet potestatis scientiam, judicabitur, forte ut sacrilegus vel male de fide sentiens, vel alicujus alius criminis reus. Hoc enim nos judicialiter actum esse vidimus diversis temporibus, ejus autem judicium in disceptationem non revocari, nec de eo ratio postulari debet propter sedis excellentiam. Quia vero adversus hanc Novellam quidam perversam linguam immitemque exacuunt, et dicunt, tunc non posse patriarchæ judicio contradici, quando patriarcha audit per appellationem antistitis sententiam, eo quod nolit Novella causam in duobus judiciis agitatam ad tertium deduci; non autem quando primo loco judicat, et maxime laicos : dico, me posse quidem multa ad hæc dicere, et ostendere ipsos non recte dicere. Quia autem canon 4 Sardicensis synodi decernit licere ei, qui est condemnatus, bis appellare, ut ultimum judicium fieri a papa Romano : non sinit hoc eis procedere. Alia quidem prætermitto; hoc autem dico, quod quoniam sancti Constantini decretum ad papam Silvestrum factum, a nobis in cap. 1, tit. 8 præsentis operis interpretatione situm statuit, papam habere omnia jura imperialia secunda autem universalis synodus et quarta dederunt patriarchæ Constantinopolitano privilegia papæ et statuerunt, ut, quemadmodum et ille, in omnibus honoretur : necessario in ejus sententiam appellatio non cadit; quemadmodum 443 nec de imperiali sententia quæritur. Propterea enim, ut est consentaneum, et synodalia edicta instar privilegiorum regalium edictorum emittuntur. Cum hoc autem ita se habeat, reliquæ quoque eorum cessant allegationes. Nam sive clericos sive laicos judicaverit patriarcha, sive laicum cum clerico, sive jussu imperatorio, sive jure proprio, sive cum conjudice, sive solus, erit quacunque examinatione et judicatione superior ; et qui ausus fuerit ad imperatorem appellare, ut de patriarchæ sententia rursus judicetur, erit præsenti canoni obnoxius. Si enim non permittitur imperatorem molestia afficere, pro rursus revocanda in judicium alicujus metropolitani sententia, multo magis non permittetur patriarchalem sententiam ad imperatorem introduci.

ZONAR. Episcopo, quem synodus, vel clerico, quem episcopus deposuerit, quo pacto de sententia suæ damnationis, si injustam esse asserat, examinanda agere liceat, jam antea explicavimus : hoc vero loco eos, qui depositione multati sunt imperatorem adire, eique molestos esse, ac ad eum

ZONAR. Non modo permutare urbes, seque a tenuiori in ampliorem transferre: sed ab alia quoque provincia in aliam, in qua episcopi sint, muneris cujuspiam ecclesiastici obeundi causa, nisi ab illius provinciæ episcopis advocati, transmeare episcopi prohibentur. Atque id ipsum, inquit canon, ut vocatis abire liceat, ne benevolentiæ fores obstruere videamur, fraterno amori videlicet condonamus. Quod si etiam negotium aliquod, hoc est, litem ac controversiam, cum fratre suo et coepiscopo episcopus habeat; ne ullo modo ab alterutro disceptantium inter se episcoporum alterius provinciæ episcopi causæ cognitores arbitrique constituantur, sed causæ cognitionem ad suæ provinciæ antistites uterque deferat. Quod si quis illorum sententia condemnatus, causam tamen adhuc non malam, neque improbabilem, sed bonam, et quam obtineri facile posse existimet, se habere confidat, ac proinde judicium renovari, hoc est causæ æquitatem iterum examinari velit; si vestræ dilectioni videatur, Petri, inquit, apostoli memoriæ honorem Labeamus, hoc est, hanc Romanorum **487** Ecclesiæ throno auctoritatem deferamus, ut qui in ea causa judices exstiterit, ad Julium papam litteras mittant (erat is tunc temporis Romanorum episcopus), quibus eum de toto illius controversiæ genere doceant, ac ei, qui damnatus est, quod ipsi judicarunt, haudquaquam placere significent; ut papa, si judicium instaurandum causamque denuo agitandam esse statuerit, ex vicinis illi provinciæ episcopis cognitores det: sin autem nulla amplius disquisitione in ea causa opus esse, hoc est, non esse aliud judicium instituendum existimarit; res judicatæ ne rescindantur, hoc est, ea, quæ ante judicata ac decreta fuerunt, nullo modo rescindi atque everti; sed quæ jam sunt firma haberi, ea videlicet, quæ constituta et acta sunt, rata firmaque haberi placet.

ΖΩΝΑΡ. Οὐ μόνον μεταμείβειν τὰς πόλεις κωλύονται οἱ ἐπίσκοποι, καὶ ἀπὸ ἐλάττονος εἰς μείζονα μετατίθεσθαι, ἀλλ' οὐδὲ ἀπιέναι ἀπὸ ἐπαρχίας εἰς ἄλλην ἐπαρχίαν, ἐν ᾗ εἰσιν ἐπίσκοποι, συγχωροῦνται, ὡς τι τελέσοντες ἐκκλησιαστικὸν δίκαιον, εἰ μὴ οἱ ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπίσκοποι αὐτοὺς προσκαλέσωνται. Καὶ τοῦτο δὲ ἐπιτρέπομεν, φησὶν ὁ κανών, τὸ ἀπιέναι καλουμένους διὰ τὸ φιλάδελφον, ἵνα μὴ C δόξωμεν κλείειν τὰς τῆς ἀγάπης πύλας. Εἰ δὲ καὶ πρᾶγμα, ἤγουν ὑπόθεσιν, δίκην σχοίη ἐπίσκοπος μετὰ ἀδελφοῦ αὐτοῦ καὶ συνεπισκόπου, μηδένα ἐκ τούτων τῶν τὴν δίκην ἐχόντων ἐξ ἑτέρας ἐπαρχίας ἐπισκόπους μεταλαβεῖσθαι διαγνώμονας, ἀλλὰ παρὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης ἐπισκόπων δικάζεσθαι. Εἰ δὲ παρ' ἐκείνοις δικασθείς τις καταδικάζεται, καὶ ὑπολαμβάνει μὴ σαθρὸν ἔχειν τὸ πρᾶγμα, μὴ ἀσθενῆ δηλονότι ὑπόθεσιν, ἀλλὰ καλήν, ἤγουν δυναμένην αὐτὸν δικαιῶσαι, ἵνα καὶ αὖθις ἡ κρίσις ἀνανεωθῇ, ἤγουν ἐκ νέου ζητηθῇ, τηρηθῇ, εἰ δοκεῖ ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, Πέτρου τοῦ ἀποστόλου τὴν μνήμην τιμήσωμεν, τουτέστι, τῷ θρόνῳ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἀναθώμεθα τὴν ἐξουσίαν, ἵνα οἱ κρίναντες D τὴν ὑπόθεσιν γράψωσι τῷ πάππᾳ Ἰουλίῳ, ὃς ἦν τότε τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος, ἀναδιδάσκοντες τὴν ὑπόθεσιν, καὶ ὅτι ὁ καταδικαζόμενος ὑπ' αὐτῶν ἀπαρέσκεται· ὥστε τὸν πάππαν ἐκ τῶν πλησιαζόντων τῇ ἐπαρχίᾳ ἐκείνῃ ἐπισκόπων παρασχεῖν διαγνώμονα, εἰ διαγνοίη ἐκεῖνος, ὅτι δεῖ ἀνανεωθῆναι τὸ δικαστήριον, καὶ πάλιν ζητηθῆναι τὴν ὑπόθεσιν· εἰ δὲ μὴ διαγνοίη ὁ πάππας ὅτι παλινδικίας χρῄζει ἡ ὑπόθεσις, τουτέστι δευτέρου δικαστηρίου, τὰ ἅπαξ κεκριμένα μὴ ἀναλύεσθαι, ἤγουν τὰ ἤδη κεκριμένα καὶ τὴν πρώτην ἀπόφασιν μὴ ἀνατρέπεσθαι, τὰ δὲ ὄντα βέβαια τυγχάνειν, τὰ ἐψηφισμένα δηλαδὴ καὶ γενόμενα βέβαια τυγχάνειν.

Digitized by Google

ΑΡΙΣΤ. « Μηδεὶς ἐπισκόπων ἄκλητος εἰς πόλιν δια- « βαινέτω. Καὶ ὁ ἐπαρχιώτης, εἰ ἐπί τι δικάζοιτο, « ἀλλοτρίους ἐπισκόπους οὐκ ἐπικαλέσεται. Εἰ δὲ « ἐπικρίνοι ὁ Ῥώμης, παρέσονται καὶ ἀλλότριοι. »

Ἐν διαφόροις κανόσιν εἴρηται τὸ μηδένα τολμᾷν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ παροικίας εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν ἐπιβαίνειν, εἰ μὴ παρὰ τοῦ μητροπολίτου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων κληθῇ. Τοῦτο γὰρ καὶ ἡ σύνοδος αὕτη προστάττει. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις τῶν ἐπισκόπων μετὰ συνεπισκόπου περί τινος πράγματος ἀμφιβολίαν τινὰ σχοίη, καὶ μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν σύνοδον τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ δικάζοιτο, οὐκ ὀφείλει καὶ ἀπὸ ἑτέρας ἐπαρχίας διαγνώμονάς τινας τῶν ἐπισκόπων ἐπικαλεῖσθαι, ἀλλὰ παρὰ μόνοις τοῖς ἐπαρχιώταις κριθῆναι. Καὶ εἰ ἀπαρέσκει αὐτῷ ἡ κρίσις, καὶ οἴεται ἀδικηθῆναι, ἐκκαλεῖσθαι, καὶ τῷ Ῥώμης, ᾧ ἡ τοιαύτη ὑπόκειται ἐπαρχία, προσέρχεσθαι· καὶ αὐτὸς ἢ δι' ἑαυτοῦ τηρήσει τὴν ἀπόφασιν, ἢ τοῖς γειτνιῶσιν ἐπισκόποις τῇ ἐπαρχίᾳ τὸ τῆς ἐκκλήτου δικαστήριον ἀναθήσει.

ARIST. « Nullus episcoporum, nisi vocatus, in « aliam urbem transeat. Quinetiam provincialis « episcopus, si litem aliquam habeat, ad alienos « episcopos non provocabit. Si autem Romano « sic visus fuerit, etiam alieni aderunt. »

In variis canonibus dicitur, neminem audere e sua parœcia in aliam migrare provinciam, nisi a metropolitano et episcopis qui cum eo sunt, vocetur. Hoc enim et hæc synodus præcipit. Sed et si quis episcopus cum coepiscopo in aliqua re habuerit controversiam, et cum eo in synodo ejus provinciali litem movet, non debet ex alia provincia dijudicatores aliquos episcopos advocare; sed tantummodo provincialium judicium subire. Et si judicium ipsi non arriserit, seque injuria affectum putaverit, appellare, et Romanum cui talis subjicitur provincia adire, et ille vel per seipsum sententiam examinabit, vel episcopis vicinis provinciæ appellantis judicium committet.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

« Ἐάν τις ἐπίσκοπος καθαιρεθῇ τῇ κρίσει τῶν « ἐπισκόπων τῶν ἐν γειτνίᾳ τυγχανόντων, καὶ « φάσκῃ πάλιν ἑαυτῷ ἀπολογίας πρᾶγμα ἐπιβάλ- « λειν, μὴ πρότερον εἰς τὴν καθέδραν αὐτοῦ ἕτερον « ὑποκαταστῆναι, ἐὰν μὴ ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος « ἐπιγνοὺς περὶ τούτου ὅρον ἐξενέγκῃ. »

ΒΑΛΣ. Εἰπόντες οἱ Πατέρες τὴν τῶν ἐπαρχιωτῶν ἀπόφασιν ἐκκλήτῳ ὑποκεῖσθαι, καὶ παρὰ τῶν γειτνιαζόντων ἐπισκόπων κατ' ἐπιτροπὴν τοῦ πάππα τηρεῖσθαι, ἄρτι φασί τί ὀφείλει γενέσθαι, ἐὰν καὶ παρὰ τούτων ὁ ἐκκλητεύσας καταδικασθῇ, καὶ πάλιν λέγῃ βαρύνεσθαι. Διορίζονται οὖν μένειν ἐν ἀκεραίῳ τὰ πράγματα, καὶ μὴ ἕτερον ψηφίζεσθαι ἐπίσκοπον εἰς τὴν τοῦ κατακριθέντος ἐκκλησίαν, εἰ μὴ καὶ ἡ δευτέρα ἔκκλητος παρὰ τοῦ πάππα τηρηθῇ. Ὥστε σημείωσαι περὶ τῶν καταδικαζομένων ἐπισκόπων καὶ μετὰ τὴν καθαίρεσιν ζητούντων ἑτέραν κρίσιν ὅτι οὐ χειροτονεῖται ἕτερος, εἰ μὴ τηρηθῇ ἡ ἔκκλητος τοῦ καταδικασθέντος, οὐ μόνον ἡ πρώτη, ἀλλὰ καὶ δευτέρα· δὶς γὰρ ἐκκαλεῖσθαι ἐκκεχώρηται· ὅτι ὁ τε' κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου ἐσχόλασε, καὶ ὅτι οὐδεὶς καταδικαζόμενος, καὶ λέγων βαρύνεσθαι, ἐκβιβασμὸν ὑφίσταται, μέχρις ἂν καὶ τὰ τῆς ἐκκλήτου τηρηθῶσι· καὶ ὅτι δὶς ἐκκαλεῖσθαι δύναται ὁ κατακρινόμενος. Ἀνάγνωθι τὸν οδ' ἀποστολικὸν κανόνα, τῆς ἐν Χαλκηδόνι θ', καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ ιε', κη', ρκ' καὶ ρκα', καὶ συμβίβασαι πάντας πρὸς τὰ ἐνταῦθα γεγραμμένα. Ὅτι καὶ τοῖς νόμοις δοκεῖ πᾶσαν ὑπόθεσιν χωρὶς τῶν μὴ ἐπιδεχομένων ὑπέρθεσιν ἐκκλήτῳ ὑποκεῖσθαι οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δίς. Πλὴν μὴ παραδράμῃ σε τὰ τοῦ γ' κανόνος καὶ τὰ τοῦ ε' τῆς παρούσης συνόδου χάριν τοῦ δέχεσθαι ἢ μὴ δέχεσθαι παρὰ τοῦ πάππα τὴν ἔκκλητον. Ἰδικὸν γάρ ἐστι τοῦτο εἰς τὰς ἐκκλησιαστικὰς ὑποθέσεις, καὶ κρατεῖν ὀφείλει ἔνθα ἐξεφωνήθη.

CANON IV.

« Si quis episcopus judicio episcoporum, qui sunt « in vicinia, depositus fuerit, et dicat rursus sibi « responsionis negotium competere: non prius « in cathedram ejus alius substituatur, quam « Romanus episcopus causa cognita sententiam « tulerit. »

BALS. Cum dixissent Patres provincialium sententiam appellationi subjici, et a propinquis episcopis jussu papæ examinari; nunc dicunt, quid fieri debeat, si ab iis etiam is, qui appellavit, condemnatus fuerit, et se rursus gravari dicat. Statuunt ergo, ut res in integro maneant, et in ejus, qui condemnatus est, ecclesiam alius non eligatur, nisi secunda appellatio a papa examinata fuerit. Quare nota de episcopis condemnatis et post depositionem aliud quærentibus judicium; quod alius non ordinatur, nisi condemnati appellatio examinetur, non prima tantum, sed et secunda; bis enim appellare conceditur; quod quintus decimus canon Antiochenæ synodi exolevit; et quod nullus qui condemnatur, et dicit se gravari ejectionem sustinet, donec de appellatione cognitum fuerit, et quod condemnatus bis appellare potest. Vide 74 canonem apostolicum, Chalcedonensis synodi 9, et Carthaginensis 15, 28, 120 et 121, et confer eos omnes cum iis, quæ hic scripta sunt. Nam legibus quoque videtur, omnem causam, exceptis iis quæ dilationem non recipiunt, appellationi subjici, non semel, sed etiam bis. Sed ne tertius canon te fugiat et quintus præsentis synodi, de admittenda vel non admittenda a papa appellatione. Hoc est enim speciale in causis ecclesiasticis, et servari debet ubi editum fuit.

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν αἰτιάματά τινα προτεθῇ κατὰ ἐπισκόπου, καὶ κριθεὶς ὁ αἰτιώμενος ἐπίσκοπος

488 ZONAR. Si aliquorum criminum accusatus fuerit episcopus, ac eorum, qui in vicinia sunt,

Digitized by Google

vicinorum videlicet, et qui prope degunt, episcoporum judicio depositus, seque is nihilominus causam suam æquis rationibus tueri non affirmet; non ante, inquit, in episcopalem ejus sedem alium substitui liceat, quam de illius depositione papa certior factus, rem ipse definiverit, hoc est, quid teneri velit ostenderit, eamque damnationem auctoritate sua confirmandam aut rescindendam existimarit. Vide primæ et secundæ Constantinopolitanæ synodi canonem decimum sextum.

ARIST. « Episcopo deposito, et affirmante apologiam se allaturum, nisi Romanus definierit, « alius non constituitur. Dispiciet enim depositionem vel per nuntios, vel per litteras. »

Postquam episcopus a provincialibus episcopis deponitur, si appellabit, ut se injuriam passum existimans, in episcopatum ejus alius non eligetur, priusquam Romanus, cui subjacet synodus quæ eum condemnavit, depositionem examinaverit. Licet autem Romano quantum ex isthoc canone colligi potest, vel ad episcopos provinciæ vicinos scribere, et eos episcopi depositionem de qua sit provocatio considerare, aut cum episcopis suos mittere presbyteros, et istiusmodi sententiam examinare.

CANON V.

« Si quis episcopus delatus fuerit, et congregati « ejusdem regionis episcopi eum gradu moverint, et veluti appellans confugerit ad beatissimum Romanum episcopum, et velit ipsum « audire, et justum esse existimaverit ejus rei « examinationem renovari; illis episcopis scribere dignabitur, qui sunt propinqui provinciæ, « ut ipsi diligenter et accurate singula perscrutentur, et ex veritatis persuasione de re sententiam ferant. Si quis autem postulet, suum negotium rursus audiri, et ad suam supplicationem « Romanorum episcopo judicare visum fuerit, a « proprio latere presbyteros mittat; ut sit in « potestate ipsius episcopi (quod recte habere « probaverit et statuerit oportere) eos mitti, « qui cum episcopis sint judicaturi, habentes « auctoritatem ejus a quo missi sunt: et hoc « ponendum est: si autem ad rei cognitionem « episcopi etiam sententiam sufficere putaverit, « faciet quod prudentissimo ejus consilio recte « habere videbitur. Responderunt episcopi: Quæ « dicta sunt, placuerunt. »

BALS. Ex quarto quoque canone ostenditur, esse in potestate episcopi, qui est condemnatus et gravatus, bis appellare. Præsens quoque canon dicit, quod si quis a provincialibus episcopis condemnatus fuerit, et ad papam appellaverit, is vero vicinis mandaverit episcopis, ut de appellatione cognoscant, si hoc justum esse putaverit, et ab eis quoque condemnatus fuerit, et secundo ad papam accesserit, et illi visum est ea, quæ prius judicata

παρὰ τῶν ἐν γειτνίᾳ ἐπισκόπων, τουτέστι τῶν γειτνιώντων, τῶν πλησιαζόντων, καταδικασθῇ καὶ καθαιρεθῇ, λέγῃ δὲ δύνασθαι ἔτι δικαιολογήσασθαι, μὴ πρότερον εἰς τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ ἕτερος καθιστάσθω, εἰ μὴ ὁ πάππας, μαθὼν τὰ περὶ τῆς καθαιρέσεως τοῦ ἐπισκόπου, ὅρον ἐξενέγκῃ, ἤγουν ἀποφήνηται, καὶ ἢ κυρώσῃ τὴν καταδίκην αὐτοῦ, ἢ ἀνατρέψῃ. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ις' κανόνα τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει συστάσης πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐπισκόπου καθαιρεθέντος, καὶ διαβεβαιουμένου φέρειν ἀπολογίαν, εἰ μὴ ὁ Ῥώμης « ὁρίσοι, οὗ καθιδρύεται ἕτερος. Διασκοπήσει γὰρ « τὴν καθαίρεσιν ἢ ἀποστόλοις, ἢ γράμμασιν. »

Μετὰ τὸ καθαιρεθῆναι ἐπίσκοπον παρὰ τῶν ἐπαρχιωτῶν ἐπισκόπων, ἐὰν ἐκκαλέσηται, ὡς οἰόμενος ἀδικεῖσθαι, εἰς τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ οὐ ψηφισθήσεται ἕτερος, μέχρις ἂν ὁ Ῥώμης, ᾧ ὑπόκειται ἡ καταδικάσασα αὐτὸν σύνοδος, τὴν καθαίρεσιν ἐξετάσῃ. Ἔξεστι δὲ αὐτῷ τῷ Ῥώμης, ὅσον ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ἢ πρὸς τοὺς γειτνιῶντας τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπους γράφειν, καὶ τηρεῖν αὐτοὺς κατέγκλητον τὴν τοῦ ἐπισκόπου καθαίρεσιν, ἢ πρεσβυτέρους ἰδίους στέλλειν μετὰ τῶν ἐπισκόπων, καὶ τὴν τοιαύτην δοκιμάζειν ἀπόφασιν.

ΚΑΝΩΝ Ε'.

« Εἴ τις ἐπίσκοπος καταγγελθείη, καὶ συναθροισθέντες οἱ ἐπίσκοποι τῆς ἐνορίας τῆς αὐτῆς τοῦ βαθμοῦ αὐτὸν ἀποκινήσωσιν, καὶ ὥσπερ ἐκκαλεσάμενος καταφύγῃ ἐπὶ τὸν μακαριώτατον τῆς Ῥώμης « ἐπίσκοπον, καὶ βουληθείη αὐτοῦ διακοῦσαι, δίκαιόν τε εἶναι νομίσῃ ἀνανεώσασθαι αὐτοῦ τὴν « ἐξέτασιν τοῦ πράγματος· γράφειν τούτοις τοῖς « ἐπισκόποις καταξιώσῃ τοῖς ἀγχιστεύουσι τῇ ἐπαρχίᾳ, ἵνα αὐτοὶ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ ἀκριβείας « ἕκαστα διερευνήσωσι, καὶ κατὰ τὴν τῆς ἀληθείας « πίστιν ψῆφον περὶ τοῦ πράγματος ἐξενέγκωσιν. « Εἰ δέ τις ἀξιῶν καὶ πάλιν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι, καὶ τῇ δεήσει τῇ αὐτοῦ τὸν Ῥωμαίων « ἐπίσκοπον κρίνειν δόξειε, ἀπὸ τοῦ ἰδίου πλευροῦ πρεσβυτέρους ἀποστεῖλοι, ἵνα ᾖ ἐν τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου, ὅπερ ἂν καλῶς ἔχειν « δοκιμάσῃ, καὶ ὁρίσῃ δεῖν ἀποσταλῆναι τοὺς μετὰ « τῶν ἐπισκόπων κρινοῦντας, ἔχοντάς τε τὴν αὐθεντείαν τούτου, παρ' οὗ ἀπεστάλησαν· καὶ τοῦτο « θετέον. Εἰ δὲ ἐξαρκεῖν νομίσοι πρὸς τὴν τοῦ « πράγματος ἐπίγνωσιν καὶ ἀπόφασιν τοῦ ἐπισκόπου, ποιήσει ὅπερ ἂν τῇ ἐμφρονεστάτῃ αὐτοῦ « βουλῇ καλῶς ἔχειν δόξῃ. Ἀπεκρίναντο οἱ ἐπίσκοποι· Τὰ λεγόμενα ἤρεσεν. »

ΒΑΛΣ. Καὶ ἐκ τοῦ δ' κανόνος παρίσταται, ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸν κατακριθέντα ἐπίσκοπον καὶ βαρυνόμενον ὅτι ἐκκαλεῖσθαι. Καὶ ὁ παρὼν δὲ κανὼν φησιν ὅτι, ἐὰν καταδικασθῇ τις παρὰ ἐπαρχιωτῶν ἐπισκόπων, καὶ ἐκκαλέσηται πρὸς τὸν πάππαν, κἀκεῖνος ἐπιτρέψῃ τοῖς γειτνιάζουσιν ἐπισκόποις τηρῆσαι τὴν ἔγκλητον, εἰ τοῦτο νομίσει δίκαιον εἶναι, καὶ καταδικασθῇ πάλιν καὶ παρὰ τούτων ὁ αὐτὸς, καὶ προσέλθῃ ἐκ δευτέρου τῷ πάππᾳ, καὶ οὗτος εὐδοκήσῃ δο-

Digitized by Google

κιμασθῆναι τὰ προκεκριμένα, μὴ ἀναγκαζέσθω ὁ καταδικάσας εἰς Ῥώμην ἀπελθεῖν, ἀλλ' ἀπελθέτωσαν εἰς τὴν ἐπαρχίαν κατὰ κέλευσιν τοῦ πάππα πρεσβύτεροι ἐξ αὐτοῦ πλευροῦ αὐτοῦ, ἤτοι ἐκ τῆς Ἐκκλησίας τούτου, καὶ ὡκειωμένοι αὐτῷ, ὀφείλοντες ἔχειν τὴν αὐθεντίαν αὐτοῦ, ἤτοι τὴν ἐξουσίαν, ἐφ' ᾧ κρῖναι τὴν ὑπόθεσιν μετὰ τῶν ἐγχωρίων ἐπισκόπων, καὶ διευλυτῶσαι αὐτήν. Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος τῆς Ῥώμης οὐ συνίδῃ δίκαιον εἶναι τηρηθῆναι τὰ προκριθέντα (τῇ γὰρ δοκιμασίᾳ αὐτοῦ ὁ κανὼν τὸ πᾶν ἀνατίθησιν), ποιήσει ὅπερ ἂν δόξῃ αὐτῷ δίκαιον εἶναι. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου, μὴ ἐναντιωθῇ σοι τὸ κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ θ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, λέγον μὴ δύνασθαι τὸν ἐκκλητάριον παραπέμπειν πρὸς ἕτερον τὴν τήρησιν τῆς ἐκκλήτου, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ ταύτης ἀκροᾶσθαι· ἀλλ' εἰπὲ ἰδικὸν εἶναι τὸν παρόντα κανόνα, καὶ οὕτως ἐκφωνηθῆναι διὰ τὸ μῆκος τῆς ὁδοῦ, καὶ ἵνα μὴ σκύλλωνται οἱ ἐπίσκοποι ἐπὶ μακράν, οὕτω καὶ ἀλλοδαπὴν χώραν γινόμενοι διάξιμοι. Τὸ δὲ μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ πάππα δικάζειν τὴν δευτέραν ἔκκλητον τοὺς ἐπαρχιώτας ἐπισκόπους τοὺς καταδικάσαντας τὸν ἐπίσκοπον, μὴ εἴπῃς ἐναντιοῦσθαι τῷ νόμῳ, τῷ λέγοντι· Ὁ δικαστὴς ἅπαξ ἀποφηνάμενος πέπαυται, καὶ οὐ δύναται τηρεῖν αὖθις τὴν οἰκείαν ἀπόφασιν· ἐξεφωνήθη γὰρ καὶ τοῦτο ἰδικώτερον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ εἰς δοκιμασίαν τοῦ πάππα ἀνετέθη τὸ εἶδος τῆς κρίσεως. Ὅσον γὰρ ἀπὸ τοῦ νόμου οἱ ἅπαξ ἀποφηνάμενοι οὐκ ἠδύναντο συνδικάζειν μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ πάππα. Εἰ δὲ εἴπῃς ἑτέρους ἐπισκόπους εἶναι τούτους παρὰ τοὺς προαποφηναμένους, οὐδέν τι εὑρήσεις ἀντίξουν. Ἐπεὶ δὲ ἐν τοῖς προλαβοῦσι κανόσιν εἴπομεν μὴ εἶναι τὰ περὶ τοῦ πάππα ὁρισθέντα ἰδικὰ τούτου καὶ μόνου προνόμια, ὥστε ἔχειν ἐξ ἀνάγκης πάντα ἐπίσκοπον καταδικαζόμενον τῷ θρόνῳ τῆς Ῥώμης προσέρχεσθαι, ἀλλὰ ἐξακούεσθαι καὶ εἰς τὸν Κωνσταντινουπόλεως, τὰ αὐτὰ καὶ πάλιν φαμέν.

ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν ἐπίσκοπος, φησί, καταγγελθείη ἤτοι κατηγορηθῇ ἐπί τισιν ἐγκλήμασι, καὶ συνελθόντες οἱ ἐπίσκοποι τῆς ἐνορίας ἐκείνης ἀποκινήσωσιν, ἀντὶ τοῦ ἐκβάλωσιν, αὐτὸν τοῦ βαθμοῦ, ἤγουν τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας, ἐκεῖνος δὲ ἔκκλητον ζητήσας κατὰ τῆς καταδικαζούσης αὐτὸν ἀποφάσεως προσέλθῃ τῷ πάππᾳ, καὶ ὁ πάππας θελήσῃ ἀκοῦσαι αὐτοῦ, δίκαιον νομίσας ἀνανεώσασθαι τὴν ἐξέτασιν τοῦ πράγματος, τουτέστι καὶ πάλιν κριθῆναι τὴν ὑπόθεσιν, γραφέτω τοῖς ἐπισκόποις τοῖς ἀγχιστεύουσι, τοῖς ἀγχοῦ που καὶ πλησίον οὖσι τῆς ἐπαρχίας ἐν ᾗ ὁ καταδικασθεὶς ἐπίσκοπός ἐστιν, ἵνα αὐτοὶ ἐξετάσωσιν ἐπιμελῶς τὴν ὑπόθεσιν, καὶ ψῆφον ἤγουν ἀπόφασιν ἐξενέγκωσιν. Ἐνταῦθα φαίνεται ὁ κανὼν οὗτος δευτέραν ἔκκλητον διδοὺς τῷ καταδικασθέντι ἐπισκόπῳ. Λέγει γάρ· Εἰ δέ τις ἀξιῶν καὶ πάλιν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι, εἰ γὰρ καὶ παρὰ τῶν ἀγχοῦ τῇ ἐπαρχίᾳ ὄντων ἐπισκόπων κατακριθῇ, φησί, καὶ ἀξιοῖ πάλιν ἀκουσθῆναι, καὶ τοῦτο δόξῃ καὶ τῷ Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ (τῇ γὰρ δοκιμασίᾳ αὐτοῦ τὸ πᾶν ἀνατίθησιν), ἵνα στέλλοι πρεσβυτέρους ἀπὸ τοῦ ἰδίου πλευροῦ, τουτέστιν ἐκκρίτους πλησίον αὐτοῦ

A sunt, rursus examinari; ne cogatur is, qui judicio vicerit, Romam venire; sed in provinciam jussu papæ veniant presbyteri ex ejus latere, sive ab ejus ecclesia, et familiaritate illi conjuncti, qui auctoritatem sive potestatem ejus habere debent, ut cum regionis illius episcopis de quæstione judicent, illamque decidant. Si autem Romanus episcopus non esse justum perspexerit, ut rursus examinentur ea quæ prius judicata fuerint (ejus enim judicio canon omnia relinquit), faciet quod sibi justum esse videbitur. Cum hæc canon definiat, ne tibi contrarium esse videatur caput primi tit. lib. IX Basilicorum dicens, non posse judicem **489** appellatum ad alium transmittere cognitionem appellationis, sed eam per se audire debere: sed dic

B præsentem canonem esse specialem, et ita editum esse propter viæ longitudinem, et ne vexentur episcopi in adeo longinquam alienam regionem trahendi. Cum presbyteris autem papæ secundam appellationem judicare provinciales episcopos, qui condemnarunt episcopum, ne dicas esse contrarium legi, quæ dicit, Judex, qui semel pronuntiavit, officio functus est, et non potest rursus propriam sententiam examinare: nam et hoc etiam specialius editum est, ut mihi videtur. Propterea enim et papæ judicio relictum est genus judicii. Quod enim ad leges attinet, non poterant una cum papæ presbyteris judicare ii, qui sententiam prius tulerant. Sin autem dixeris alios esse epi-

C scopos, qui sententiam tulerint, nihil invenies repugnans. Quia autem in prioribus canonibus diximus, non esse quæ de papa constituta sunt specialia ejus et solius privilegia, ut necesse habeat quivis condemnatus episcopus ad sedem Romanam accedere, sed etiam apud sedem Constantinopolitanam exaudiri; eadem quoque rursus dicimus.

ZONAR. Si quis, inquit, episcopus ob aliqua crimina delatus, hoc est, accusatus fuerit, eumque congregati ejus regionis episcopi gradu moverint, hoc est, episcopali dignitate spoliarint, moxque ab iis judicibus, a quibus damnatus fuit, ad papam provocarit, qui illo audito iterum examinari causam, novumque de ea judicium institui, æquum

D existimaverit; litteras ad episcopos ei provinciæ in qua damnatus episcopus degit, proximos mittat, ut ipsi, diligenter explorata controversia, tota de re postea judicent. Videtur porro hic canon hoc loco secundam quoque provocationem damnato episcopo dare. Si quis enim, ait, quamvis a vicinæ provinciæ episcopis condemnatus, iterum audiri velit, nec id Romanus episcopus abnuat (id namque totum ad illius arbitrium referri placet), presbyteros a suo latere ipsemet mittat, electos nimirum ex iis, quos habet sibi honore proximos familiaritateque conjunctos, auctoritatis potestatisque suæ vicarios, qui episcopis adhibitis causam illam controversiamque definiant. Si vero iis, quæ in episcopali controversia definienda jam acta ac

Digitized by Google

judicata sunt, standum esse papa existimaverit; ea de re ipse, quod recte habere, id est quod æquum esse censuerit, statuet. Hujus canonis decreto summi sacerdotes antiquæ Romæ in quacunque causa ab episcopis provocationem ad ipsos dari jactant; ac eumdem in prima Nicæna œcumenica synodo conditum fuisse falso affirmant: quod quidem cum in synodo Carthaginensi propositum fuisset, minime cum veritate consentire probatum est, ut satis, quæ ante canonum expositionem ab ipsa synodo sunt scripta, testantur. Neque igitur hic canon a Nicæna synodo editus fuit, neque ad ipsum (Romanum pontificem) provocationes ab omnibus episcopis, sed ab iis tantummodo qui eidem subjecti erant, dari oportere decernit. Romanæ autem Ecclesiæ ditioni eo tempore omnes fere Occidentis Ecclesiæ subjiciebantur, Macedoniæ nimirum, Thessaliæ, Illyrici, Græciæ, Peloponesi, et ejus quæ Epirus dicitur, quæ postea in Constantinopolitani jura transiere; ut proinde ad illum provocationes ex his locis referri sit consentaneum.

κατὰ τὴν τιμὴν καὶ ὡκειωμένους αὐτῷ, ἔχοντας τὴν αὐθεντίαν αὐτοῦ, τουτέστι τὴν ἐξουσίαν, κρινοῦντας μετὰ τῶν ἐπισκόπων. Εἰ δὲ τὰ ἤδη γενόμενα καὶ ὁρκισθέντα ἀρκεῖν νομίζοι ὁ πάππας πρὸς τὴν τῆς ὑποθέσεως τοῦ ἐπισκόπου ἀπόφασιν, πειθήσει ὅπερ ἂν δόξῃ αὐτῷ καλῶς ἔχειν, ἤτοι δίκαιον εἶναι. Ἐκ τούτου τοῦ κανόνος οἱ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀρχιερεῖς εὐχοῦσιν ἐκδεδόσθαι αὐτοῖς τὰς ἐκκλήτους πάσας τῶν ἐπισκόπων πρὸς αὐτοὺς ἀναφέρεσθαι, τῆς πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ τοῦτον εἶναι τὸν κανόνα ψευδῶς λέγοντες, ὅπερ ἐν τῇ κατὰ Καρθαγένην ἀθροισθείσῃ συνόδῳ προτεθὲν ἠλέγχθη μὴ ἀληθεύειν, ὡς ἡ πρὸ τῶν κανόνων αὐτῆς συνόδου γραφὴ παριστᾷ. Οὔτε οὖν τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐστὶν ὁ κανών, οὔτε πάσας τὰς ἐκκλήτους τῶν ἐπισκόπων ἀνατίθησιν αὐτῷ, ἀλλὰ τῶν ὑποκειμένων αὐτῷ. Ὑπέκειντο δὲ τότε τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ αἱ δυτικαὶ πᾶσαι σχεδὸν ἐκκλησίαι, αἱ Μακεδονικαὶ δηλαδή, αἱ Θετταλικαὶ, αἱ τοῦ Ἰλλυρικοῦ, αἱ τῆς Ἑλλάδος, αἱ τῆς τοῦ Πέλοπος, καὶ αἱ τῆς λεγομένης Ἠπείρου, αἵτινες ὕστερον τῷ Κωνσταντινουπόλεως ὑπετέθησαν, ὡς ἐκείνῳ λοιπὸν καὶ τὰς ἐκκλήτους αὐτῶν ἀνήκειν.

490 CANON VI.

« Si contigerit in una provincia, in qua sunt plurimi episcopi, unum episcopum remanere, et « ille per quamdam negligentiam nolit convenire, et episcoporum constitutioni assentiri; « congregata autem populi multitudo suadeat et « instet ut fiat constitutio episcopi qui ab eis « quæritur: oportet illum prius, qui remansit, « episcopum admoneri per litteras exarchi provinciæ (dico quidem episcopi metropolitani), « quod vult populus sibi pastorem dari; et existimo recte habere hunc quoque admitti, ut adsit. Si autem litteris rogatus non adfuerit, sed « neque rescripserit, populi voluntati satisfiat. « Oportet autem ex vicina quoque provincia « accersi episcopos ad metropolitani episcopi « constitutionem: at non licere omnino episcopum in aliquo pago vel parva urbe constituere, « cui vel unus presbyter sufficit. Non necesse « est enim illic episcopos constitui, ne episcopi « nomen et auctoritas vilipendatur. Sed provinciæ, ut prius dixi, episcopi debent in iis urbibus episcopos constituere, ubi etiam prius « episcopi fuerunt. Sin autem inveniatur urbs « aliqua populis tam frequens, ut ipsa episco-

ΚΑΝΩΝ Ϛ'.

« Ἐὰν συμβῇ ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ (77), ἐν ᾗ πλεῖστοι « ἐπίσκοποι τυγχάνουσι, ἕνα ἐπίσκοπον ἀπομεῖναι, « κἀκεῖνος κατά τινα ἀμέλειαν μὴ βουληθῇ συνελθεῖν καὶ συναινέσαι τῇ καταστάσει τῶν ἐπισκόπων, τὰ δὲ πλήθη συναθροισθέντα παρακαλοῖεν « γίγνεσθαι τὴν κατάστασιν τοῦ παρ' αὐτῶν ζητουμένου ἐπισκόπου· χρὴ πρότερον ἐκεῖνον τὸν ἀπομείναντα ἐπίσκοπον ὑπομιμνήσκεσθαι διὰ « γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας (λέγω δὴ « τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως) ὅτι ἄξιοί τὰ « πλήθη ποιμένα αὐτοῖς δοθῆναι, καὶ ἡγοῦμαι καλῶς « ἔχειν καὶ τοῦτον ἐκδέχεσθαι, ἵνα παραγένηται. « Εἰ δὲ μὴ διὰ γραμμάτων ἀξιωθεὶς παραγένηται, « μήτε μὴν ἀντιγράφοι, τὸ ἱκανὸν τῇ βουλήσει τοῦ « πλήθους χρὴ γενέσθαι. Χρὴ δὲ καὶ μεταλεῖσθαι καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας « ἐπισκόπους πρὸς τὴν κατάστασιν τοῦ τῆς μητρο« πόλεως ἐπισκόπου· μὴ ἐξεῖναι δὲ ἁπλῶς κα« θιστᾶν ἐπίσκοπον ἔν τινι κώμῃ ἢ βραχείᾳ πό« λει, ᾗτινι καὶ εἷς μόνος πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ. « Οὐκ ἀναγκαῖον γὰρ ἐπισκόπους ἐκεῖσε κα« θίσασθαι, ἵνα μὴ κατευτελίζηται τὸ τοῦ ἐπισκό« που ὄνομα καὶ ἡ αὐθεντία. Ἀλλ' οἱ τῆς ἐπαρ« χίας, ὡς προεῖπον, ἐπίσκοποι ἐν ταύταις ταῖς

Guill. Beveregii notæ.

(77) *Ἐὰν συμβῇ ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ.* Harmenopolus sensum hujus canonis ad hunc modum contrahit, Εἰ δέ τινι ἐπαρχίᾳ εἷς μόνος ἐπίσκοπος κατελείφθη, κἀκεῖνος παρὰ τοῦ μητροπολίτου κληθεὶς εἰς ἐπισκόπου χειροτονίαν μὴ παραγένηται, μήτε μὴν ἀντιγράψῃ, τὸ ἱκανὸν ὁ μητροπολίτης ἐχέτω. Μητροπολίτου δὲ χειροτονουμένου, καὶ οἱ πλησιόχωροι τῆς ἐπαρχίας παρέστωσαν. *Si alicui provinciæ unus duntaxat episcopus reliquus fuerit, atque is a metropolitano arcessitus ad episcopi ordinationem non venerit, neque rescripserit; sufficientiam metropolitanus habeto. Cum autem metropolitanus ordinatur, etiam finitimi provinciæ adsint.* Ubi scholiastes ad vocem ἱκανὸν dicit, τουτέστιν ἱκανὸς ἔστω καὶ μόνος ὁ μητροπολίτης εἰς τὸ ψηφίσασθαι· οὐ γὰρ καὶ χειροτονήσει μεμονωμένος αὐτὸς, εἰ μὴ κατὰ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα, *hoc est, etiam metropolitanus solus sufficiens et idoneus sit ad eligendum. Non enim ipse solus ordinabit, nisi secundum Apostolicum canonem.* Harmenop. epit. can. sect. 1, tit. 1.

Digitized by Google

« πόλεσιν καθιστᾷν ἐπισκόπους ὀφείλουσιν, ἔνθα καὶ πρότερον ἐτύγχανον γεγονότες ἐπίσκοποι. Εἰ δὲ εὑρίσκοιτο οὕτως πληθύνουσά τις ἐν πολλῷ ἀριθμῷ λαοῦ πόλις, ὡς ἀξίαν αὐτὴν τῆς ἐπισκοπῆς νομίζεσθαι, λαμβανέτω. Εἰ πᾶσιν ἀρέσκει τοῦτο; Ἀπεκρίναντο πάντες· Ἀρέσκει. »

« patu digna judicetur, accipiat. An hoc omnibus « placet? Responderunt omnes, Placet. »

ΒΑΛΣ. Τοῦ ιβ' κανόνος τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου καὶ ἑτέρων διορισαμένων τὰς ψήφους τῶν ἐπισκόπων γίνεσθαι, μὴ παρὰ τοῦ πλήθους τῶν πόλεων, ἀλλὰ παρὰ ἀρχιερέων, ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται ὅτι, ἐὰν συμβῇ ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας ἕνα τινὰ ἀποδημεῖν, καὶ μὴ θέλειν μετὰ τοῦ πλήθους τῶν πολλῶν συνελθεῖν, ἐφ' ᾧ τὴν ψῆφον γενέσθαι τῆς χηρευούσης ἐκκλησίας, τὰ δὲ πλήθη τῆς πόλεως ζητῶσιν ἀρχιερέα, ὀφείλει ὁ ἔξαρχος τῆς ἐπαρχίας, ἤγουν ὁ μητροπολίτης, μεταλαλεῖσθαι καὶ τὸν ἀπόντα ἐπίσκοπον διὰ γραμμάτων, ὡς ἂν γίνηται ἡ κατάστασις τοῦ ἐπισκόπου παρὰ πάντων τῶν ἐπαρχιωτῶν κατὰ τὸν δ' κανόνα τῆς α' συνόδου. Εἰ δὲ οὗτος οὐ θελήσει παρουσιάσαι, οὐδὲ συναινεῖ δι' ἀντιγραφῆς, γίνεσθαι τὴν ψῆφον κατὰ τὸ δόξαν τῷ πλήθει τῶν ἐπαρχιωτῶν ἐπισκόπων. Οὐδὲ γὰρ προβαλεῖται ὁ ἀποδημῶν ἄγνοιαν ἢ κατάφρονησιν, ὡς μετακληθεὶς παρὰ τῆς συνόδου καὶ μὴ παρουσιάσας. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου περὶ ψήφου χηρευούσης ἐπισκοπῆς, ἐπεὶ πρὸ τοῦ κη' κανόνος τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου οἱ μητροπολῖται παρὰ ἐπισκόπων ἐγίνοντο, καὶ οὐχὶ παρὰ τοῦ κατὰ καιροὺς πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καθὼς γίνεται σήμερον, φησὶν ὁ κανὼν ὅτι, ἐὰν μέλλῃ προβῆναι ψῆφος μητροπολίτου, οὐ γενήσεται παρὰ μόνων τῶν ἐπαρχιωτῶν ἐπισκόπων· ἀλλὰ χρὴ μετακαλεῖσθαι καὶ ἑτέρους ἐπισκόπους πλησιοχώρους, πάντως διὰ τὸ μεγαλεῖον τοῦ μητροπολίτου, ὃν καὶ ἔξαρχον ἐπαρχίας ὀνομάζει. Οὕτω γὰρ πάντη ἀνύποπτος ἔσται ἡ τούτου ψῆφος, ὡς παρὰ πλειόνων ἀρχιερέων γενομένη. Ὅτι δὲ ψηφιζομένων ἐπισκόπων ταπεινῶν εἰς τινας παροικίας εὐτελεῖς, ἐν αἷς πολλάκις οὐδὲ ἦσαν ἐπίσκοποι, καὶ πεζῇ βαδιζόντων, καὶ ἄλλως ὄντων καταπεφρονημένων, τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα περιυβρίζετο· ὥρισαν οἱ Πατέρες μὴ καθίστασθαι ἐπίσκοπον ἐν κώμῃ ἢ ἐν χωρίῳ ἢ ἐν πόλει βραχείᾳ, ἐν ᾗ καὶ εἷς ἱερεὺς ἐπαρκεῖ, ἵνα μὴ ἐξευτελίζηται ἡ αὐθεντία τῆς ἀρχιερωσύνης· ἀλλ' εἰς ἐκείνας τὰς πόλεις ἐπισκόπους καθίστασθαι τὰς πολυανθρώπους, τὰς ἀπὸ παλαιοῦ ἐχούσας ἀρχιερεῖς. Ὡς δέ τινος εἰπόντος ἄδικον εἶναι τὸ μὴ ἔχειν τὴν πολυάνθρωπον πόλιν ἀρχιερέα, διὰ τὸ μὴ ἐκ παλαιοῦ καθίστασθαι ἐπίσκοπον ἐν αὐτῇ, εἶπον οἱ Πατέρες ἐν τοιαύτῃ πόλει καὶ ἐκ νέου καθίστασθαι ἐπίσκοπον. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω. Σὺ δὲ σημείωσαι καὶ ἀπὸ παρόντος τοῦ κανόνος, ὅτι ἄκυρός ἐστιν ἡ ψῆφος τοῦ ἐπισκόπου ἡ γινομένη χωρὶς παρουσίας ἢ συναινέσεως πάντων τῶν ἐπαρχιωτῶν. Καὶ ἕνα γὰρ ἐκ τούτων ἀπόδημον ὄντα μετακαλεῖσθαι ὁ κανὼν διωρίσατο. Καὶ οὐ δύναταί τις λέγειν ὡς, ἐπεὶ ἡ τῶν πλειόνων ψῆφος ἀρκεῖ, ἡ τοῦ ἑνὸς ἀπουσία οὐ προκριματίσει, κἂν καὶ ἐναντία ἡ γνώμη τούτου ἐστί. Διὰ γὰρ τοῦτο, ὡς ἔοικε, μετακαλοῦνται πάντες οἱ ἐνδημοῦντες κατὰ

BALS. Cum canon 12 Laodicenæ synodi et alii decernant fieri episcoporum electiones, non a multitudine civitatum, sed ab antistitibus, præsens canon statuit, quod si contigerit ex episcopis provinciæ aliquem unum abesse, et nolle cum populi multitudine convenire, ut fiat electio vacantis ecclesiæ, civitatis autem populus quærat antistitem: debet exarchus provinciæ, sive metropolitanus, etiam absentem episcopum litteris accersere, ut fiat episcopi constitutio ab omnibus provincialibus, ut vult canon 4 primæ synodi. Si is autem nolit adesse, nec per rescriptum assentiatur, fiat electio, ut populo visum fuerit, provincialium episcoporum: neque enim, qui abest, ignorantiam allegabit vel sui contemptum, quod scilicet a synodo vocatus non adfuerit. Cum hæc canon statuisset de electione vacantis ecclesiæ, quia ante vicesimum octavum canonem Chalcedonensis synodi metropolitani fiebant ab episcopis, et non a Constantinopolitano pro tempore patriarcha, ut nunc fit; dicit canon, quod si sit processura electio metropolitani, non fiat a solis provincialibus episcopis; sed etiam omnino accersi oportet episcopos vicinarum regionum, propter metropolitani magnitudinem, quem etiam exarchum provinciæ nominat. Sic enim ab omni mala suspicione libera erit electio, utpote a pluribus antistitibus facta sit. Quia autem vilibus electis episcopis in parvis vilibusque paræciis, in quibus sæpe ne erant quidem episcopi, qui et pedibus incedebant, et erant alioqui contempti, episcopalis dignitas contumelia afficiebatur; statuerunt Patres, ne constituatur episcopus in vico, sive in pago, vel in exiguo oppidulo, in quo vel unus sacerdos sufficit; ne episcopalis dignitas vilipendatur: sed in illis urbibus constituantur episcopi, quæ hominibus abundant, et quæ jam olim habent episcopos. Tanquam autem dixisset quispiam, iniquum esse urbem populo frequentem non habere antistitem, eo quod jam olim episcopus in ea non constituatur; adjecerunt Patres, in hujusmodi civitate etiam de novo constitui posse episcopum. **491** Et hæc quidem sic. Tu autem nota etiam ex hoc præsenti canone, quod irrita est electio episcopi, quæ fit sine præsentia vel consensu omnium provincialium. Nam vel unum ex iis, qui aberat, accersi jubet canon. Et non potest quispiam dicere quod, quoniam plurium valent suffragia, unius absentia non affert præjudicium, etiamsi contraria est ejus sententia. Propterea enim, ut est consentaneum, accersantur omnes qui in regione adsunt in hanc urbium reginam antistites, quando debet alicujus ecclesiæ fieri electio, et eam unius absentia impedit. Cum autem

Digitized by Google

canon dicat, constitui oportere episcopos ubi prius fuerunt episcopi; dicebant quidam, non debere hoc omnino fieri in vilibus pagis aut urbibus, eo quod in iis antistites antea eligerentur, quando populo frequentes erant; sed causam promotionis antistitis esse regionis populi frequentiam, non autem antiquum privilegium: et adjecerunt, non oportere episcopum eligi in urbe, quæ a magna populi frequentia ad nihil redacta est ex gentium incursione, vel aliqua alia rerum perturbatione; sed in iis quæ populo abundant, etiamsi antistites antea non habuerunt. A Deo autem coronatus sanctusque imperator noster sæpe rogatus, an oporteat Orientales Ecclesias et a Sarracenis detentas episcopos electione sortiri; eis quidem eligi episcopos annuit, et solemnia iis qui eligere debent ad victus sufficientiam concessit per communem jussionem, quousque ecclesiis suis absunt; ut jus, quod in eis est ecclesiis, imperio quoque perpetuo servetur, utpote cum non desperet fore ut Christiani ad eas restituantur. Episcopos autem in pagis vilibus quomodocunque eligi non permisit: sed potius iis succensuit, qui ita eligunt; nempe quod episcopalis dignitas ex ea re contumelia afficiatur. Cum autem ille sanctissimus Thebarum metropolitanus Caloctene episcopos de novo elegisset, agitatum est in synodo tempore sanctissimi illius patriarchæ domini Michaelis summi philosophi, utrum metropolitanus debebat hoc novum opus facere cum synodali dijudicatione, et omnes dixerunt, quod debebat id, quod a Thebarum episcopo innovatum est, a magna synodo mandari; ut vult canon apostolicus, qui statuit, nihil magni momenti debere ab episcopo fieri, sine sententia synodali.

A ταύτην τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν ἀρχιερεῖς, ὅταν ψῆφος ὀφείλῃ γενέσθαι ἐκκλησίας εἰσδήτινος, καὶ ἐμποδίζῃ ταύτην ἡ ἀποδημία τοῦ ἑνός. Τοῦ δὲ κανόνος λέγοντος καθίστασθαι ἐπισκόπους ἔνθα καὶ πρότερον ἐτύγχανον ἐπίσκοποι, εἶπόν τινες μὴ ὀφείλειν τοῦτο γίνεσθαι εἰς εὐτελεῖς πάντη κώμας ἢ πόλεις, διὰ τὸ προψηφίζεσθαι εἰς ταύτας ἀρχιερεῖς. ὅταν ἦσαν ὑπὸ λαοῦ πληθυνόμεναι, ἀλλὰ τὴν αἰτίαν τῆς προβλήσεως τοῦ ἀρχιερέως εἶναι τὸ πολυάνθρωπον τῆς χώρας, οὐχὶ τὸ παλαιὸν προνόμιον, καὶ προσέθεντο μὴ χρῆναι ἐπίσκοπον ψηφίζεσθαι εἰς πόλιν καταντήσασαν ἀπὸ πολυανθρώπου εἰς τὸ μηδὲν σχεδὸν ἐκ τῆς τῶν ἐθνῶν ἐπιδρομῆς ἢ ἄλλης τινὸς τῶν πραγμάτων φορᾶς, ἀλλ' εἰς τὰ; πολυανθρώπους, κἂν οὐχ εἶχον πρώην ἀρχιερεῖς. Ὁ μέντοι θεοστεφὴς B κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς, πολλάκις ὑπομνησθεὶς εἰ χρὴ τὰς ἐν τῇ ἀνατολῇ οὔσας ἐκκλησίας καὶ παρὰ Ἀγαρηνῶν κατεχομένας ψηφισθῆναι, ψηφίζεσθαι μὲν ταύτας ηὐδόκησε, καὶ συνέμνια τοῖς ψηφίζεσθαι ὀφείλουσι διὰ τὰ ζωαρκῆ ἐπεφιλοτιμήσατο διὰ κοινῆς προστάξεως, ὅταν τέως ἀποδημῶσιν εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, ἵνα τὸ ἐπὶ ταύταις προσὸν δίκαιον ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τῇ βασιλείᾳ αἰωνιζόντως περιφυλάττηται, ὡς μηδὲ ἀπαγορεύων τὴν εἰς ταύτας ἀποκατάστασιν τῶν Χριστιανῶν. Ἐπισκόπους δὲ ὁπωσδήποτε εἰς κώμας εὐτελεῖς ψηφισθῆναι οὐ κατένευσεν· ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ὠργίσθη κατὰ τῶν οὕτω ψηφιζομένων, ὡς ἐντεῦθεν τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος ὑβριζομένου. Τοῦ δὲ ἁγιωτάτου ἐκείνου C μητροπολίτου Θηβῶν τοῦ Καλοκτένη ψηφισαμένου ἐκ νέου ἐπισκόπους, λόγος ἐγίνετο παρὰ τῇ συνόδῳ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ γεγονότος ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, εἰ ὤφειλε τὸ καινισθὲν τοῦτο ἔργον ποιῆσαι ὁ μητροπολίτης μετὰ συνοδικῆς ἐπικρίσεως, καὶ πάντες εἶπον ὡς ὤφειλε τὸ παρὰ τοῦ Θηβῶν καινισθὲν παρὰ τῆς μεγάλης συνόδου ἐπιτραπῆναι μετὰ διάγνωσιν, κατὰ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τὸν διοριζόμενον μηδέν τι περιττὸν γίνεσθαι, παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἄνευ γνώμης συνοδικῆς.

ZONAR. Multorum canonum decreto ad episcopos cujusque provinciæ episcoporum renuntiatio spectat. Ergo si in qua provincia multi episcopi esse soleant, in ea nonnullis morte consumptis, aut quibusdam forte depositione multatis, vel aliis præterea extra provinciæ fines necessaria de causa profectis, unum relictum esse contingat, sibique D episcopum urbes illæ dari postulent; episcopum eum, qui mansit a metropolitano provinciæ, quem exarchum quoque nominat, per litteras evocari, deque multitudinis pastorem sibi efflagitantis voluntate certiorem fieri, ac eumdem in consilium adhiberi oportere canon affirmat. Qui si de tota re, ut dictum est, admonitus, neque adfuerit, neque rescripserit; populi voluntati morem gerendum, ac illis episcopum a metropolitano provinciæ concedi placet. Verum si de metropolitano provinciæ constituendo agatur, viciniorjs quoque provinciæ episcopos advocandos esse decernit. Quod quidem eatenus valuisse putandum est, quamdiu metropolitanos ipsæ sibi civitates eligebant: nam hoc quidem tempore alia

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἐπισκόπους παρὰ τῶν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων καθίστασθαι διάφοροι κανόνες ὁρίζουσιν. Ἐὰν οὖν διαφόρων ἐπισκόπων ὄντων ἐν ἐπαρχίᾳ, συμβῇ ἕνα περιλειφθῆναι ἐπίσκοπον τῶν ἄλλων θανόντων, ἢ τινων ἴσως καθαιρεθέντων, ἢ καὶ ἑτέρων ἀναγκαίως ἀποδημούντων, καὶ ζητῶσιν οἱ τῶν πόλεων· ἐκείνων χειροτονηθῆναι αὐτοῖς ἐπίσκοπον· χρὴ, φησὶν ὁ κανὼν, τὸν ἐναπομείναντα ἐπίσκοπον μεταπαλεῖσθαι διὰ γραμμάτων τοῦ μητροπολίτου τῆς ἐπαρχίας, ὃν καὶ ἔξαρχον ὀνομάζει, καὶ ὑπομιμνήσκεσθαι ὅτι τὰ πλήθη ζητεῖ καταστῆναι αὐτοῖς ποιμένα, καὶ ἐκδέχεσθαι τὴν παρουσίαν αὐτοῦ. Εἰ δὲ ὑπομνησθεὶς, καθὼς εἴρηται, οὔτε παραγένηται, οὔτε ἀντιγράψῃ, χρὴ τὸ ἱκανὸν τῇ βουλήσει τοῦ πλήθους γίνεσθαι, τουτέστι, δίδοσθαι αὐτοῖς ἐπίσκοπον παρὰ τοῦ μητροπολίτου τῆς ἐπαρχίας. Εἰ δὲ ὁ μητροπολίτης τῆς ἐπαρχίας μέλλει καταστηθῆναι, χρὴ, φησὶ, καὶ τοὺς τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους μεταπαλεῖσθαι. Τοῦτο δὲ ἐγίνετο, ὅτε καθ' ἑαυτὰς αἱ πόλεις τοὺς ἐπισκόπους τῶν μητροπόλεων ἐψηφίζοντο. Νῦν δὲ τοῦτο οὐ

Digitized by Google

γίνεται, ἀλλ' οἷς ἡ χειροτονία τῶν ἐπισκόπων ἀπονενέμηται, ἐκεῖνοι διὰ τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας ψηφίζονται τοὺς ἀρχιερεῖς. Ἐξῆς δὲ ὁ κανὼν διατάττεται μὴ γίνεσθαι ἐπίσκοπον ἐν κώμῃ τινὶ ἢ πόλει μικρᾷ, ᾗ καὶ εἷς πρεσβύτερος ἀρκεῖ· ὃ καὶ ὁ νζ' κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου διωρίσατο. Προστίθησι δὲ ὁ κανὼν οὗτος ὅτι οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπίσκοπον ἐκεῖ καθίστασθαι, ὡς ἂν μὴ κατευτελίζηται τὸ ὄνομα καὶ ἡ αὐθεντία τοῦ ἐπισκόπου· ἀλλ' οἱ τῆς ἐπαρχίας πρῶτοι ἐπίσκοποι, οἱ μητροπολῖται δηλαδή, ἐκεῖνοι ὀφείλουσι ποιεῖν ἐπισκόπους, ὅπου καὶ πρότερον, ἦγουν ἐκ παλαιοῦ, ἦσαν ἐπίσκοποι. Εἰ δέ τις, φησὶ, πόλις πρότερον μὴ ἔχουσα πλῆθος πολὺ πολιτῶν, εὑρίσκοιτο μετὰ ταῦτα γενομένη πολυπληθής, ὡς ἄξιαν αὐτὴν νομισθῆναι ἐπισκοπῆς διὰ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ, λαμβανέτω ἐπίσκοπον, κἂν μὴ ἐκ παλαιοῦ εἶχεν.

ratio est, et ab iis, quibus episcopos creandi jus est, summi quoque sacerdotes per episcopos provinciæ deliguntur. In iis porro quæ sequuntur, constitui episcopum in oppido quopiam, exilive urbe, cui vel unus presbyter suffecturus sit, canon vetat. **492** Quod quidem Laodicenæ quoque synodi septimo et quinquagesimo canone definitum fuit. Addit vero hic canon præterea, non esse necesse in iis locis episcopum constitui, ne scilicet episcopi nomen ac auctoritas facile vilescat: verum a primis provinciæ episcopis, videlicet a metropolitanis, in iis tantum locis, ubi etiam prius, hoc est, ab antiquo tempore fuerant, episcopi collocari debent. Si tamen urbem, inquit, non ita celebrem, mox incolarum numero frequentari contingat, ut jam amplificata frequentia episcopo digna sedes judicetur; in ea quoque episcopum, quamvis antea nullum habuerit, constitui licere decernit.

ΑΡΙΣΤ. « Εἰ, τῶν λαῶν ἐπικομιζόντων ἐπίσκοπον, « οἱ ἐπίσκοποι παρουσιάσουσιν, εἷς δέ τις λείπῃ, « προσκαλείσθω κἀκεῖνος. Εἰ δὲ προσκαλούμενος, « οὔτε γράφειν, οὔτε ἐνδημεῖν βούλοιτο, ὁ ζητούμενος χειροτονείσθω. »

ARIST. « Si populo episcopum appetente episcopi « præsentes fuerint, unus vero abfuerit, is etiam « vocetur. Si vocatus autem neque scribere, neque accedere velit, is qui petitur ordinetur. »

Τοῦτο νῦν οὐκ ἐνεργεῖται, τὸ παρὰ τῶν κληρικῶν καὶ τῶν πρώτων τῆς πόλεως τὰς ψήφους τῶν ἐπισκόπων γίνεσθαι, ἀλλὰ παρὰ μητροπολιτῶν καὶ ἐπισκόπων αὗται προβαίνουσιν· ὡς ὁ δωδέκατος κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου διατάττεται, καὶ ὁ ἐννεακαιδέκατος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ ἄλλοι πολλοί. Δεῖ γοῦν ἢ πάντας παρεῖναι τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ τῇ ψήφῳ, ἢ καὶ τοὺς ἀπόντας διὰ γραμμάτων συμψήφους γίνεσθαι τοῖς παροῦσι.

Istud hodie non est in usu, ut a clericis et civitatis primoribus episcoporum electiones fierent, sed istæ nunc a metropolitanis et episcopis procedunt. Ut duodecimus synodi Laodicensis canon statuit, et undevicesimus Antiochenæ, et alii multi. Ad sententiam itaque ferendam vel omnes episcopos præsentes esse, vel et absentes per litteras præsentibus consentire oportet.

ΑΡΙΣΤ. « Μητροπολίτου καθισταμένου, καὶ οἱ πλησιόχωροι « ἐπίσκοποι μετάπεμπτοι ἔστωσαν. »

ARIST. « Cum metropolitanus constituitur, etiam « vicini episcopi sunt accersendi. »

Μητροπολίτου μέλλοντος ψηφισθῆναι, οὐ πάντες τῆς ἁπανταχῆ διοικήσεως οἱ μητροπολῖται εἰς τὴν ψῆφον αὐτοῦ κληθήσονται, ἀλλ' οἱ πλησιόχωροι· ἐκεῖνο γὰρ καὶ ἀδύνατον γενέσθαι, εἴπερ, κατὰ τὸν εἰκοστὸν πέμπτον κανόνα τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἐντὸς τριῶν μηνῶν αἱ χειροτονίαι ὀφείλουσι γίνεσθαι τῶν χηρευουσῶν ἐπισκοπῶν.

Cum metropolitanus est eligendus, non omne ubicunque sint, diœcesis metropolitæ ad electionem ejus vocabuntur, sed vicini. Illud enim et impossibile est fieri, si secundum vicesimum quintum synodi Chalcedonensis canonem vacantium episcopatuum ordinationes intra tres menses fieri debent.

ΑΡΙΣΤ. « Εἰς ὀλίγην πόλιν καὶ κώμην, ᾗ καὶ εἷς αὐτάρκης πρεσβύτερος, ἐπίσκοπος οὐ καθίσταται· εἰ « δὲ πολυανθρωποτάτη γένοιτο πόλις, οὐκ ἀνάξιον. »

ARIST. « In parva urbe et vico, cui etiam unus sufficiat presbyter, episcopus non constituitur. Sin « populo frequentissima sit urbs, non indignum. »

Οὐκ ἀναγκαῖον, βραχείας οὔσης τῆς πόλεως ἢ τῆς κώμης, ἐν ᾗ καὶ εἷς πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ, ἐπίσκοπον γίνεσθαι, ἵνα μὴ κατευτελίζηται τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα. Εἰ δὲ καὶ βραχεῖα πόλις πολυανθρωποτάτη γένοιτο, οὐκ ἀπεικὸς καὶ ἐν αὐτῇ χειροτονηθῆναι ἐπίσκοπον.

Non necesse est, si exigua sit civitas aut pagus, ubi et unus presbyter sufficiat, episcopum fieri, ne episcopi nomen parvi fieret. Si exigua autem civitas quamplurimis repleta sit hominibus, non incongruum est et in ea ordinari episcopum.

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

« Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἡ ἀκαιρία ἡμῶν, καὶ « ἡ πολλὴ συνέχεια, καὶ αἱ ἄδικοι ἀξιώσεις « πεποιήκασιν ἡμᾶς τοσαύτην μὴ ἔχειν χάριν « καὶ παρρησίαν, ὅσην ὀφείλομεν κεκτῆσθαι. « Πολλοὶ γὰρ τῶν ἐπισκόπων οὐ διαλείπουσιν εἰς « τὸ στρατόπεδον παραγενόμενοι, καὶ μάλιστα « οἱ Ἀφροι· οἵτινες, καθὼς ἐγνωμεν παρὰ τοῦ « ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συνεπισκόπου

CANON VII.

« Osius episcopus dixit: Importunitas nostra, et « multa assiduitas, et injustæ postulationes effe- « cerunt, ut nos non habemus tantam gratiam et « libertatem dicendi, quantam habere debemus. « Multi enim episcopi non intermittunt ad castra « accedere, et maxime Afri; qui, quemadmo- « dum cognovimus a dilecto fratre nostro et co- « episcopo Grato, salutaria consilia non admit-

Digitized by Google

« tunt, sed ita contemnunt, ut unus homo ad A
« castra plurimas et diversas, et quæ non pos-
« sunt juvare ecclesias, supplicationes afferat, et
« non, ut debet fieri et convenit, pauperibus et
« laicis vel viduis opem et auxilium afferat, sed
« sæculares dignitates et functiones aliquibus ac-
« quirat. Hæc ergo perversitas detrimentum non
« sine offendiculo et condemnatione nobis conci-
« liat. Convenientius autem esse existimavi, ut
« episcopus illi suum auxilium præbeat, cui ab
« aliquo vis affertur, vel si quæ vidua injuria
« afficiatur, vel si quis rursus orphanus privetur
« iis, quæ ad ipsum pertinent: siquidem hæc
« nomina justam habent causam et supplicatio-
« nem. Si itaque, dilecti fratres, hoc omnibus B
« videtur, statuite, nullum oportere episcopum
« ad castra accedere, præter eos, quos pius im-
« perator noster suis litteris 493 accersit. Sed
« quia sæpe contingit aliquos, qui egent miseri-
« cordia, ad ecclesiam confugere, qui propter sua
« peccata exsilio vel in insulam deportatione
« damnati sunt, vel quamlibet aliam sententiam
« acceperec; iis non esse negandum auxilium, sed
« sine cunctatione et dubitatione, veniam iis esse
« petendam. Si utique hoc quoque placet, omnes
« una quoque vestrum suffragium ferte. Respon-
« derunt omnes: Decernatur et hoc. »

BALS. In canone Antiochenæ synodi prohibiti sunt episcopi et omnes canonici sine permissione synodali ad imperatorem proficisci. Ei ergo consequenter præsens quoque canon decernit, nullum episcopum in castra, seu ubi imperator agit, accedere sine evocatione imperatoris, nisi quis hoc sæpe facere voluerit ad deducendos pauperes vel condemnatos qui ad ecclesiam confugere: quod etiam a proxime dicendo canone octavo sublatum est, qui statuit ejusmodi quoque causas non ab episcopis agendas, sed a diaconis seu ministris aut servis. Et hæc est quidem canonis sententia. Causæ autem, propter quas constitutus est, claræ sunt, nec interpretatione indigent. His ita habentibus, interrogaverit quispiam, An permittitur episcopo cum mandato synodali ad imperatorem proficisci, secundum canonem 11 antiochenæ synodi? *Solutio.* Præsens canon dictum canonem non tollit, sed potius illi consentit. Et ideo, ut mihi quoque videtur, cum synodali deliberatione episcopus sine ullo præjudicio ad regem proficiscetur: multo autem magis clericus. Nota autem ex præsenti canone, quod etiamsi sit episcopo prohibitum aliisque sacratis apud imperatorem diutius moram agere, decreto tamen imperiali hoc sine periculo facient, et quod eis imperatur exercebunt: ut neque imperatori quidquam possit imputari, si eos

« Γράτου, τὰς σωτηριώδεις συμβουλὰς οὐ παρα-
« δέχονται, ἀλλὰ καταφρονοῦσιν οὕτως, ὡς ἕνα
« ἄνθρωπον εἰς τὸ στρατόπεδον πλείστας καὶ
« διαφόρους, καὶ μὴ δυναμένας ὠφελῆσαι τὰς
« ἐκκλησίας, δεήσεις διακομίζειν, καὶ μὴ, ὡς
« ὀφείλει γίνεσθαι καὶ ὡς προσῆκόν ἐστι, τοῖς
« πένησι καὶ τοῖς λαϊκοῖς ἢ ταῖς χήραις συναί-
« ρεσθαι καὶ ἐπικουρεῖν, ἀλλὰ κοσμικὰ ἀξιώματα
« καὶ πράξεις περινοεῖν τισιν. Αὕτη τοίνυν ἡ
« σκαιότης τὸν θραυσμὸν οὐκ ἄνευ σκανδάλου
« τινὸς ἡμῖν καὶ καταγνώσεως προξενεῖ. Πρε-
« πωδέστερον δὲ εἶναι ἐνόμισα ἐπίσκοπον τὴν
« ἑαυτοῦ βοήθειαν παρέχειν ἐκείνῳ, ὅστις ἂν
« ὑπό τινος βιάζηται, ἢ εἴ τις τῶν χηρῶν ἀδι-
« κοῖτο, ἢ αὖ πάλιν ὀρφανός τις ἀποστεροῖτο τῶν
« αὐτῷ προσηκόντων, εἴπερ ἄρα καὶ ταῦτα τὰ
« ὀνόματα δικαίαν ἔχει τὴν ἀξίωσιν. Εἰ τοίνυν,
« ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, πᾶσι τοῦτο δοκεῖ, ἐπικρί-
« νατε μηδένα ἐπίσκοπον χρῆναι εἰς τὸ στρατό-
« πεδον παραγίνεσθαι παρεκτὸς τούτων, οὓς ἂν
« ὁ εὐλαβέστατος βασιλεὺς ἡμῶν τοῖς ἑαυτοῦ
« γράμμασιν μετακαλοῖτο. Ἀλλ' ἐπειδὴ πολλάκις
« συμβαίνει τινὰς οἴκτου δεομένους καταφυγεῖν
« ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν διὰ τὰ ἑαυτῶν ἁμαρτή-
« ματα εἰς περιορισμὸν ἢ νῆσον καταδικασθέν-
« τας, ἢ δ' αὖ πάλιν οἰᾳδηποτοῦν ἀποφάσει ἐκδε-
« δομένους, τοῖς τοιούτοις μὴ ἀρνητέαν εἶναι τὴν
« βοήθειαν, ἀλλὰ χωρὶς μελλησμοῦ καὶ ἄνευ τοῦ
« διστάσαι τούτοις αἰτεῖσθαι συγχώρησιν. Εἰ τοί-
« νυν καὶ τοῦτο ἀρέσκει, σύμψηφοι γίνεσθε C
« ἅπαντες. Ἀπεκρίναντο ἅπαντες· Ὁριζέσθω καὶ
« τοῦτο. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ ια' κανόνι τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου ἐκωλύθησαν οἱ ἐπίσκοποι καὶ πάντες οἱ κανονικοὶ ἄνευ ἐκχωρήσεως συνοδικῆς πρὸς βασιλέα ἀπέρχεσθαι. Ἀκολούθως οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται μηδένα ἐπίσκοπον εἰς τὸ στρατόπεδον, ἤγουν ἔνθα ὁ βασιλεὺς διάγει, παραγίνεσθαι χωρὶς μετακλήσεως βασιλικῆς, εἰ μὴ πολλάκις τοῦτο θελήσει τις ποιῆσαι διὰ χειραγωγίαν πτωχῶν τινων ἢ κατακριτῶν προσελθόντων τῇ ἐκκλησίᾳ. Ὅπερ καὶ ἀνῃρέθη ὑπὸ τοῦ ῥηθησομένου προσεχῶς η' κανόνος, διοριζομένου καὶ τὰς τοιαύτας ὑποθέσεις μὴ παρὰ ἐπισκόπου ὑπομιμνήσκεσθαι, ἀλλὰ παρὰ διακόνων, D ἤγουν διακονητῶν ἤτοι δουλευτῶν. Καὶ ἡ μὲν ἔννοια τοῦ κανόνος αὕτη· αἱ αἰτίαι δὲ δι' ἃς ἐθεσπίσθη σαφεῖς εἰσι, καὶ οὐ δέονται ἑρμηνείας. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἠρώτησέ τις, Εἰ ἐφεῖται ἐπισκόπῳ μετὰ συνοδικῆς ἐπιτροπῆς πρὸς βασιλέα ἀπέρχεσθαι, κατὰ τὸν ια' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου; *Λύσις.* Ὁ παρὼν κανὼν τὸν ῥηθέντα κανόνα οὐκ ἀναιρεῖ, ἀλλ' ἐκείνῳ μᾶλλον συμφωνεῖ. Διὸ καὶ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μετὰ συνοδικῆς σκέψεως ἀποκριματίστως ἐπίσκοπος εἰς βασιλέα ἀπελεύσεται, πολλῷ δὲ πλέον κληρικός. Σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι, κἂν κεκωλυμένον ἐστὶ πρὸς βασιλέα σχολάζειν ἐπισκόπους καὶ ἑτέρους ἱερωμένους, ἀλλὰ κατὰ βασιλικὸν ὁρισμὸν ἀκινδύνως τοῦτο ποιήσουσι, καὶ τὸ προσταττόμενον αὐτοῖς ἐνεργήσουσιν, ὡς μήτε τοῦ

Digitized by Google

βασιλέως ἀνακρινομένου περὶ τίνος αὐτοὺς μεταπαλεῖται, μήτε τούτων εὐθυνομένων ὡς ὑπεικόντων προστάττοντι βασιλεῖ. Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανόνα ια', ιβ', καὶ τῆς παρούσης συνόδου κανόνα η', θ' καὶ κα'.

